Digitized by Google

NAZIONALE
BIBLIOTECA VITT. EMANUELE
8 ..
22 — K
17
ROMA

Digitized by Google

Digitized by Google

XXI B 5

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

MISSALE
ROMANVM

Ex Decreto Sacroſancti Concilij Tridentini reſtitutum,

PII V. PONT. MAX.

IVSSV EDITVM.



VITTORIO EMANUELE BIBLIOTECA IN ROMA

ROMAE,
In ædibus Populi Romani, Anno Domini,
M D LXXVIII.

Digitized by Google

PIVS EPISCOPVS

SERVVS SERVORVM DEI,

Ad perpetuam rei memoriam.

QVo primum tempore ad Apoſtolatus apicem aſſumpti fuimus, ad eà libenter animum, vireſque noſtras intendimus, & cogitationes omnes direximus, quę ad eccleſiaſticum purum retinendum cultum pertinerent, eaque parare, & Deo ipſo adiuuante, omni adhibito ſtudio efficere contendimus. Cumq; inter alia ſacri Tridentini Concilij decreta, nobis ſtatuendum eſſet de ſacris libris: Catechiſmo, Miſſali, & Breuiario edendis, atque emendandis: edito iam Deo ipſo annuente ad populi eruditionem Catechiſmo, & ad debitas Deo perſoluendas laudes Breuiario caſtigato, omnino, vt Breuiario Miſſale reſponderet, vti congruum eſt, & conueniens (cum vnum in Eccleſia Dei pſallendi modū, vnum Miſſę celebrandę ritum eſſe maxime deceat) neceſſe iam videbatur, vt quod reliquum in hac parte eſſet, de ipſo nempe Miſſali edendo, quamprimum cogitaremus. Quare eruditis delectis viris onus hoc demandandum duximus, qui quidem diligenter collatis omnibus cum vetuſtis noſtrę Vaticanę bibliothecę, alijſque vndique conquiſitis emendatis, atque incorruptis codicibus: necnon veterum conſultis ac probatorum auctorum ſcriptis, qui de ſacro eorundem rituum inſtituto monumenta nobis reliquerunt, ad priſtinam Miſſale ipſum ſanctorum patrum normam ac ritum reſtituerunt. Quod recognitum iam, & caſtigatum, mature adhibita conſideratione, vt ex hoc inſtituto, cęptoq; labore, fructus, omnes percipiant, Romę quamprimum imprimi, atq; impreſſum edi mandauimus, nempe, vt ſacerdotes intelligant, quibus precibus vti, quos ritus, quaſue cerimonias in miſſarū celebratione retinere poſthac debeant. Vt autem a ſacroſancta Romana Eccleſia, ceterarum eccleſiarum matre & magiſtra, tradita vbiq; amplectantur omnes, & obſeruent, ne in poſterum perpetuis futuris temporibus in omnibus Chriſtiani orbis prouinciarum Patriarchalibus, Cathedralibus, Collegiatis, & Parochialibus, Secularibus, & quorumuis ordinum Monaſteriorum, tam virorum quàm mulierum, etiam militiarū Regularibus, ac ſine cura Eccleſijs, vel Capellis, in quibus miſſa Conuentualis alta voce cum choro, aut demiſſa celebrari iuxta Romanę eccleſię ritum conſueuit, vel debet, alias, quā iuxta Miſſalis a nobis editi formulam decantetur, aut recitetur, etiam ſi eędem eccleſię quouis modo exemptę apoſtolicę ſedis indulto, conſuetudine, priuilegio, etiam iuramento, confirmatione apoſtolica, vel alijs quibuſuis facultatibus munitę ſint: niſi ab ipſa prima inſtitutione a ſede apoſtolica approbata, vel cōſuetudine, quę vel ipſa inſtitutio ſuper ducentos annos miſſarum celebrādarum in eiſdem eccleſijs aſſidue obſeruata ſit: a quibus, vt pręfatam celebrandi conſtitutionem vel conſuetudinē nequaquam auferimus, ſic ſi Miſſale hoc, quod nunc in lucem edi curauimus, ijſdem magis placeret, de Epiſcopi, vel Pręlati Capituliq; vniuerſi conſenſu, vt quibuſuis non obſtantibus iuxta illud miſſas celebrare poſſint, permittimus: ex alijs vero omnibus eccleſijs pręfatis eorundē Miſſaliū vſum tollendo, illaq; penitus, & omnino reijciendo, ac huic Miſ-

ſali noſtrò nuper edito, nihil vnquā addendū, detrahendum, aut immutādū eſſe decernēdo, ſub indignationis noſtrę pœna, hac noſtra perpetuo valitura cōſtitutione, ſtatuimus, & ordinamus. Mandantes ac diſtricte omnibus, & ſingulis eccleſiarum prędictarū Patriarchis, Adminiſtratoribus, alijſque perſonis quacunque eccleſiaſtica dignitate fulgentibus, etiam ſi ſanctę Romanę Eccleſię Cardinales, aut cuiuſuis alterius gradus, & pręeminentię fuerint, illis in virtute ſanctę obedientię pręcipientes, vt cæteris omnibus rationibus, & ritibus ex alijs miſſalibus quantumuis vetuſtis hactenus obſeruari conſuetis, in poſterum penitus omiſſis, ac plane reiectis, Miſſam iuxta ritum, modum, ac normam, quę per Miſſale hoc a nobis nūc traditur, decantent, ac legāt: neq; in Miſſę celebratione alias Cerimonias, vel preces, quā quę hoc Miſſali cōtinētur, addere, vel recitare pręſumāt. Atq; vt hoc ipſum Miſſale in Miſſa decantanda, aut recitanda in quibuſuis eccleſijs, abſq; vllo conſcientię ſcrupulo, aut aliquarum pœnarū, ſententiarum, & cenſurarum incurſu, poſthac omnino ſequantur; eoq; libere & licite vti poſſint & valeant, auctoritate apoſtolica, tenore pręſentium, etiam perpetuo concedimus, & indulgemus. Ne ve Pręſules, Adminiſtratores, Canonici, Capellani, & alij quocunq; nomine nuncupati Presbyteri ſeculares, aut cuiuſuis ordinis regulares, ad miſſam aliter quàm a nobis ſtatutum eſt, celebrandam teneantur: neq; ad Miſſale hoc immutandum a quolibet cogi, & compelli, pręſentes ve literę vllo vnquam tempore reuocari, aut moderari poſſint, ſed firmę ſemper & validę in ſuo exiſtāt robore, ſimiliter ſtatuimus, & declaramus. Nō obſtantibus pręmiſſis, ac conſtitutionibus, & ordinationibus apoſtolicis, ac in prouincialibus, & ſynodalibus concilijs editis, generalibus vel ſpecialibus conſtitutionibus, & ordinationibus, necnon eccleſiarum prędictarum vſu, longiſſima, & immemorabili pręſcriptione, non tamen ſupra ducentos annos roborata, ſtatutis, & conſuetudinibus contrarijs quibuſcunque. Volumus autem, & eadem auctoitate decernimus, vt poſt huius noſtrę conſtitutionis, ac Miſſalis editionē, qui in Romana adſunt Curia presbyteri, poſt menſem: qui vero intra montes, poſt tres: & qui vltra montes incolunt, poſt ſex menſes, aut cum primum illis miſſale hoc venale propoſitum fuerit, iuxta illud miſſam decātare vel legere teneantur. Quod vt ubiq; terrarum incorruptum, ac mendis & erroribus purgatum pręſeruetur, omnib⁹ in noſtro & ſāctę Romanę Eccleſię dominio mediate, vel immediate ſubiecto commorantibus impreſſoribus, ſub amiſſionis librorum, ac centū ducatorum auri Camerę Apoſtolicę ipſo facto applicandorum: alijs vero in quacunq; orbis parte conſiſtentibus ſub excommunicationis latæ ſententiæ, & alijs arbitrij noſtri pœnis, ne ſine noſtra, vel ſpecialis ad id Apoſtolici Commiſſarij in eiſdem partibus a nobis conſtituendi, ac niſi per eundem Commiſſarium eidem impreſſori Miſſalis exemplum, ex quo aliorum imprimendorum ab ipſo impreſſore erit accipienda norma, cum Miſſali in Vrbe ſecundum magnam impreſſionem impreſſo collatum fuiſſe, & concordare, nec in nullo penitus diſcrepare, pri⁹ plena fides facta fuerit, imprimere, vel proponere, vel recipere vllo modo audeāt vel præſumāt, auctoritate apoſtolica, & tenore præſentiū ſimilibus inhibemus. Verum, quia difficile eſſet præſentes literas ad quæq; Chriſtiani orbis loca deferri, ac primo quoque tempore in omnium notitiam perferri, illas ad Baſilicæ principis apoſtolorū, ac Cancellariæ apoſtolicæ, & in acie Campi Floræ de more publicari, & affigi, ac earundē literarū exemplis etiam impreſſis, ac manu alicuius publici tabellionis ſubſcriptis, necnō ſigillo perſonæ in dignitate eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eandem prorſus indubitatam

fidem

ſidem vbique gentium, & locorum haberi præcipimus, quæ præſentibus haberetur, ſi oſtenderentur vel exhiberentur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ permiſsionis, ſtatuti, ordinationis, mandati, præcepti, conceſsionis, indulti, declarationis, voluntatis, decreti, & inhibitionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli apoſtolorum eius, ſe nouerit incurſurum. Datum Romæ apud ſanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicæ, Milleſimo, Quingenteſimo, Septuageſimo. Pridie Idus Iulij, Pontificatus noſtri Anno Quinto.

Ca. Glorierius.

H. Cumyn,

Anno a Natiuitate Domini Milleſimo, Quingenteſimo, Septuageſimo. Indictione Decimatertia, die vero Vigeſimanona menſis Iulij, Pontificatus Sanctiſsimi in Chriſto patris, & Domini noſtri, Domini Pij diuina prouidentia Papæ Quinti, anno eius quinto, retroſcriptæ literæ publicatæ, & affixæ fuerunt ad valuas Baſilicæ principis apoſtolorum, ac Cancellariæ apoſtolicæ, & acie Campi Floræ, vt moris eſt, per nos Ioannem Andream Rogerium, & Philibertum Cappuis Curſores.

Scipio de Octauianis Magiſter Curſorum.

IN Calendario locatur primo Aureus numerus, deinde literę Dominicales, tertio numerus Calendarum, Nonarum, & Iduum, quarto dies cuiuſque menſis, cum feſtis Sanctorum ſuo loco.

Aureus numerus incipiens ab anno M D LXXVIII.

ij. iij. iiij. v. vj. vij. viij. ix. x. xi. xij. xiij. xiiij. xv. xvi. xvij. xviij. xix. i.

IN ſuperiori numerorum ſerie, ſic deprehenditur Aureus numerus. Numerus ij. tribuatur anno 1578. Sequens qui eſt iij. tribuatur anno 1579. Et ſic deinceps donec ad annum currentem perueniatur. Finitis decem & nouem annis, redeundum eſt ad principium. Sic autem ſingulis menſibus eſt accommodatus, vt vbi ſignatus eſt Aureus numerus anni currentis in Calēdario, ibi ſit Nouilunium.

Literę Dominicales incipientes ab anno M D LXXVIII.

E D C/B A G F E/D C B A G/F E D C B/A G F

E D/C B A G F/E D C B A/G F.

IN ſuperiori Tabula, Litera Dominicalis ſingulis annis ſic inuenitur. Prima Litera, E tribuatur anno 1578. Sequens quę eſt D anno 1579. Et ſic deinceps in annis ſequentibus, quę ſi duplex fuerit, annus Biſſextilis intelligitur, & tunc ſuperior vſque ad feſtum S. Mathię, inferior vſque ad reliquū anni deſeruiet. Finitis xxviij. annis redeundum eſt ad principium.

De numero Nonarum, & Iduum cuiuſque mēſis verſus.

Sex Nonas Maius, October, Iulius, & Mars.
Quatuor at reliqui, dabit Idus quilibet octo.

Quas

Quis die menſis Calendę, Nonę, & Idus ſumuntur.

PRima quaque menſis die dicitur Calendis. Ubi Nonę fuerint quatuor, quinta mēſis die dicitur, Nonis. decima tertia, Idibus. Ubi fuerint ſex, ſeptima die dicitur, Nonis, decima quinta, Idibus: reliquis vero diebus dicitur, Pridie, tertio, quarto, quinto, &c. Calendas, aut Idus, aut Nonas retrorſum numerando uſque ad eum diem, quo, aut Calendis, aut Nonis, aut Idibus dicitur.

De Anno & eius partibus.

ANnus habet menſes duodecim, hebdomadas quinquaginta duas cum die uno. Dies trecentos ſexaginta quinque, & ſex horas. Hoc enim temporis interuallo Sol Zodiacum circuit. Quater autem ſex horę ſingulis quaternis annis diem conſtituunt, hinc annus ille fit intercalaris, qui Biſſextilis dicitur.

De numero dierum cuiuſque menſis verſus.

Triginta Aprilis, Iunius, Septemque, Nouemque,
Uno plus alij, viginti Februus octo:
At ſi Biſſextus fuerit, ſuperadditur vnus,
Et tunc bis, ſexto Martij conſcribe calendas.

De incremento dierum & noctium.

IN ſequenti etiam Calendario poſt finem cuiuſque menſis indicantur incrementa, & diminutiones dierum, & noctium in decimum quemque diem menſis per horas dumtaxat integras, & quartas horę partes, in quibus deſignandis prępoſito dierum numero, ſequenti priori numero horę, altero quartę ſignificantur.

Januarius.

Habet dies xxxi. Luna xxix.

xix	A	Calendas	1	Circunciſio domini duplex. folio. 41.
viii	b	iiii no.	2	Octaua ſancti Stephani. duplex, cum comme. octauarum. 42.
	c	iii no.	3	Octa ſan. Joan. dup. cum com. octa. ſſ. Inno. 42.
xvi	d	Pridie no.	4	Octaua ſanctorum Innocentum, duplex. 42.
v	e	Nonis.	5	Uigilia. folio 42.
	f	viii id.	6	Epiphania Domini. duplex. 44.
xiii	g	vii id.	7	De octaua Epiphanię. 46.
ii	A	vi id.	8	De octaua.
	b	v id.	9	De octaua.
x	c	iiii id.	10	De octaua.
	d	iii id.	11	De octaua. & com. s. Hyginii Papę & mart. 423.
xviii	e	Prid. id.	12	De octaua.
vii	f	Idibus.	13	Octaua Epiphanię, duplex. 48.
	g	xix cal.	14	Hilarii epiſcopi & confeſſoris. ſemiduplex. cum comm. ſancti Felicis in pincis marty. 424.
xv	A	xviii cal.	15	Pauli primi Eremitę, & confeſs. ſemiduplex. cum comm. ſan. Mauri abbatis. 425.
iiii	b	xvii cal.	16	Marcelli Papę & martyris, ſemiduplex. 426.
	c	xvi cal.	17	Antonii Abbatis duplex. 426.
xii	d	xv cal.	18	Cathedra ſancti Petri Romę. duplex. & comm. S. Priſcę virginis & marty. 426.
i	e	xiiii cal.	19	Marii, Marthę, Audifax, & Abachum martyrum. 429.
	f	xiii cal.	20	Fabiani & Sebaſtiani martyrum. duplex. 429.
ix	g	xii cal.	21	Agnetis virginis & martyris, duplex. 430.
	A	xi cal.	22	Uincentij, & Anaſtaſij martyrum, ſemidup. 431.
xvii	b	x cal.	23	Emerentianę virginis & martyris. 431.
vi	c	ix cal.	24	Timothei epiſcopi & martyris. 431.
	d	viii cal.	25	Conuerſio ſancti Pauli apoſtoli, duplex. 432.
xiiii	e	vii cal.	26	Polycarpi epiſcopi & martyris. 435.
iii	f	vi cal.	27	Joannis Chryſoſtomi epiſcopi & conf. dup. 436.
xi	g	v cal.	28	Agnetis ſecundo. 437.
	A	iiii cal.	29	
xix	b	iii cal.	30	
viii	c	Prid. cal.	31	

Januarij dies	1	Horas habet	9	9	Nox	14	3
	10		9	8		14	2
	20		[illegible]	1		14	1

Habet dies xxviii. Luna xxx.

	d	Calendis	1	Ignatij epiſcopi ⁊ marty. ſemiduplex 437.
xvi	e	iiij no.	2	Purificatio beate Marie duplex. 441.
v	f	iij no.	3	Blaſij epiſcopi ⁊ martyris. 443.
	g	Pꝛid. no.	4	
xiij	A	Nonis.	5	Agathe virginis ⁊ martyris, ſemiduplex. 443.
ij	b	viij id.	6	Dorothee virginis ⁊ martyris. 444.
	c	vij id.	7	
x	d	vj id.	8	
	e	v id.	9	Apollonie virginis ⁊ martyris. 444.
xviii	f	iiij id.	10	
vii	g	iij id.	11	
	A	Pꝛid. id.	12	
xv	b	Idibus.	13	
iiij	c	xvj cal.	14	Ualentini pꝛeſbyteri ⁊ martyris. 444.
	d	xv cal.	15	Fauſtini ⁊ Iouite martyrum. 445.
xii	e	xiiij cal.	16	
i	f	xiij cal.	17	
	g	xij cal.	18	Simeonis epiſcopi ⁊ martyris. 445.
ix	A	xi cal.	19	
	b	x cal.	20	
xvij	c	ix cal.	21	
vj	d	viij cal.	22	Cathedra ſancti Petri Antiochie. dupl. 445.
	e	vij cal.	23	Uigilia. folio 445.
xiiij	f	vi cal.	24	Matthie apoſtoli duplex. 445.
iij	g	v cal.	25	
	A	iiij cal.	26	
xi	b	iij cal.	27	
	c	Pꝛid. cal.	28	

¶ Anno biſſextili additur vnus dies, ⁊ ſit dierum ... ſed feſtum S. Matthie celebꝛatur die 25. ⁊ tunc dicitur bis, ſexto Calendas. hoc eſt 24. ⁊ 25. die, ⁊ ſic litera Dominicalis mutetur in ſuperiorem, vt ſi ſit D. in C, ſi ſit C, in B. ſimiliter ⁊ in alijs.

Febuarij dies	1 10 20	Horas habet	10 10 11	Nox	14 13 13

Martius

Habet dies xxxi. Luna xxix.

xix	d	Calendis		1	
viii	e	vi	no.	2	
	f	v	no.	3	
xvi	g	iiii	no.	4	
v	A	iii	no.	5	
	b	Prid.	no.	6	
xiii	c	Nonis.		7	Sancti Thomę de Aquino confeſſoris. duplex. & commemoratio. ss. Perpetuę, & Felicitatis martyrum. 447.
ii	d	viii	id.	8	
	e	vii	id.	9	Quadraginta martyrum ſemiduplex 448.
x	f	vi	id.	10	
	g	v	id.	11	
xviii	A	iiii	id.	12	Gregorii Papę & confeſſoris, & Eccleſię Doctoris duplex. 449.
vii	b	iii	id.	13	
	c	Prid.	id.	14	
xv	d	Idibus		15	
iiii	e	xvii	cal.	16	
	f	xvi	cal.	17	
xii	g	xv	cal.	18	
i	A	xiiii	cal.	19	Joſeph confeſſoris, duplex. 449.
	b	xiii	cal.	20	
ix	c	xii	cal.	21	Benedicti Abbatis, duplex. 450.
	d	xi	cal.	22	
xvii	e	x	cal.	23	
vi	f	ix	cal.	24	
	g	viii	cal.	25	Annunciatio beatę Marię, duplex. 450.
xiiii	A	vii	cal.	26	
iii	b	vi	cal.	27	
xi	c	v	cal.	28	
	d	iiii	cal.	29	
xix	e	iii	cal.	30	
viii	f	Prid.	cal.	31	

Martii dies	[illegible]	Horas habet	[illegible]	Nox	[illegible]

Habet dies xxx. Luna xxx.

	g	Calendis		1	
xvi	A	iiii	no.	2	
v	b	iii	no.	3	
	c	Pridi.	no.	4	
xiii	d	Nonis		5	
ii	e	viii	id.	6	
	f	vii	id.	7	
x	g	vi	id.	8	
	A	v	id.	9	
xviii	b	iiii	id.	10	
vii	c	iii	id.	11	Leonis Pape ꝛ confeſſoris, duplex. folio 452.
	d	Pridi.	id.	12	
xv	e	Idibus		13	
iiii	f	xviii	cal.	14	Tiburtii, Valeriani, ꝛ Maximi martyrum. folio 453.
	g	xvii	cal.	15	
xii	A	xvi	cal.	16	
i	b	xv	cal.	17	Aniceti Pape, ꝛ martyris. 454.
	c	xiiii	cal.	18	
ix	d	xiii	cal.	19	
	e	xii	cal.	20	
xvii	f	xi	cal.	21	
vi	g	x	cal.	22	Sotheris ꝛ Caii pontificum ꝛ martyrum. ſemiduplex. 454.
	A	ix	cal.	23	Georgii martyris, ſemiduplex. 454.
xiiii	b	viii	cal.	24	
iii	c	vii	cal.	25	Marci euangeliſte, duplex. 454.
	d	vi	cal.	26	Cleti, ꝛ Marcellini pontificum ꝛ martyrum. ſemiduplex folio 456.
xi	e	v	cal.	27	
	f	iiii	cal.	28	Vitalis martyris, folio 456.
xix	g	iii	cal.	29	
viii	A	Prid.	cal.	30	

Aprilis dies	1 / 10 / 20	Horas habet	13 / 13 / 14	Nox	[illegible] / 10 / 10

Habet dies xxxi. Luna xxx.

xvi	b	Calendis	1	Philippi, & Iacobi apoſtolorum. duplex. 444.
v	c vi	no.	2	Athanaſij epiſcopi & confeſſo. duplex 456.
	d v	no.	3	Inuentio ſancte Crucis duplex. & commemo. ſſ. Alexandri, Euentij, & Theoduli martyrum, ac Iuuenalis epiſco. & confeſſo. 457.
xiii	e iiii	no.	4	Monicę viduę. 459.
ii	f iii	no.	5	
	g	Prid. no.	6	Ioannis ante portam Latinam, duplex. 460.
x	A	Nonis.	7	
	b viii	id.	8	Apparitio ſan. Michaelis, duplex. 461.
	c vii	id.	9	San. Gregorij Theologi epiſcopi & confeſſoris. duplex. 461.
xviii	d vi	id.	10	Gordiani, & Epimachi martyrum. 461.
vii	e v	id.	11	
	f iiii	id.	12	Nerei, Achillei, & Pancratij martyrum. 462.
xv	g iii	id.	13	
iiii	A	Prid. id.	14	Bonifacij martyris. 462.
	b	Idibus.	15	
xii	c xvii	cal.	16	
i	d xvi	cal.	17	
	e xv	cal.	18	
ix	f xiiii	cal.	19	Pudentianę virginis. fol. 463.
	g xiii	cal.	20	
xvii	A xii	cal.	21	
vi	b xi	cal.	22	
	c x	cal.	23	
xiiii	d ix	cal.	24	
iii	e viii	cal.	25	Urbani Papę & martyris. fol. 463.
xi	f vii	cal.	26	Eleutherij Papę & martyris. fol. 463.
	g vi	cal.	27	Ioannis Papę & martyris. 464.
	A v	cal.	28	
xix	b iiii	cal.	29	
viii	c iii	cal.	30	Felicis papę & martyris. 464.
xvi	d	Prid. cal.	31	Petronillę virginis. 464.

Maii dies		Horas habet			Nox		
	7		14	8		9	8
	10		14	2		9	6
	20		14	3		9	5

Habet dies xxx. Luna xxix.

v	e	Calendis	1	
	f	iiii no.	2	Marcellini, Petri, & Eraſmi martyrum. fol. 464.
xiii	g	iii no.	3	
ii	A	Prid. no.	4	
	b	Nonis.	5	
x	c	viii id.	6	
	d	vii id.	7	
xviii	e	vi id.	8	
vii	f	v id.	9	Primi, & Feliciani martyrum. 464.
	g	iiii id.	10	
xv	A	iii id.	11	Barnabe apoſtoli duplex. 465.
iiii	b	Prid. id	12	Baſilidis, Cyrini, Naboris, & Nazarij martyrum. folio 467.
	c	Idibus.	13	
xii	d	xviii cal.	14	Baſilij Epiſcopi & confeſſoris, duplex. folio 467.
i	e	xvii cal.	15	Viti, Modeſti, & Creſcentię martyrum. folio 469.
	f	xvi cal.	16	
ix	g	xv cal.	17	
	A	xiiii cal.	18	Marci, & Marcelliani fratrum, martyrum. fol. 469.
xvii	b	xiii cal.	19	Geruaſii, & Protaſii martyrum. 470.
vi	c	xii cal.	20	Siluerij Papę & martyris. 471.
	d	xi cal	21	
xiiii	e	x cal.	22	Paulini epiſcopi & confeſſoris. 472.
iii	f	ix cal.	23	Vigilia. folio 473.
	g	viii cal.	24	Natiuitas s. Joannis Baptiſtę duplex. 474.
xi	A	vii cal.	25	De octaua Natiuitatis s. Joannis Baptiſtę. 476.
	b	vi cal.	26	Joannis, & Pauli martyrum, ſemiduplex cum commemo. octauę Natiuitatis ſancti Joannis. 476.
xix	c	v cal.	27	De octaua Natiuitatis ſancti Joannis.
viii	d	iiii cal.	28	Leonis Papę & confeſſoris, ſemiduplex cum commemoratio. octauę, 477. Vigilia 77.
	e	iii cal.	29	Petri & Pauli apoſtolorum duplex. 479.
xvi	f	Prid. cal.	30	Commemoratio ſancti Pauli apoſtoli, duplex, cũ commemoratio. octauę ſancti Joannis. 480.

Junij dies	1 / 10 / 30	Horas habet	15 / 15 / 15	Nox	9 / 9 / 9

Julius

Habet dies xxxi. Luna xxx.

v	g	Calendis	1	Oct. s. Joan. bapt. [illegible] octa. apoſt. 482.
	A	vi no.	2	Viſitatio beate Marie dup. [illegible] octaue Apoſt. ꝛ ſſ. Proceſſi, ꝛ Martiniani mart. 482.
xiii	b	v no.	3	De octaua Apoſtolorum. 484.
ii	c	iiii no.	4	De octaua. 484.
	d	iii no.	5	De octaua. 484.
x	e	pridie no.	6	Octaua Apoſto. Petri, ꝛ Pauli, dup. folio 485.
	f	Nonis.	7	
xviii	g	viii id.	8	
vii	A	vii id.	9	
	b	vi id.	10	Septem fratrum martyrum, ꝛ ſſ. Ruffine, ac Secunde virginum ꝛ marty. [illegible] 487.
xv	c	v id.	11	Pii Pape ꝛ martyris. 488.
iiii	d	iiii id.	12	Naboris, ꝛ Felicis martyrum. 488.
	e	iii id.	13	Anacleti Pape ꝛ martyris, [illegible] 488.
xii	f	pridie id.	14	Bonauenture pont. ꝛ confeſſo. [illegible] folio 488.
i	g	Idibus	15	
	A	xvii cal.	16	
ix	b	xvi cal.	17	Alexii confeſſoris. 489.
	c	xv cal.	18	Symphoroſe cum ſeptem filijs martyribus. 490.
xvii	d	xiiii cal.	19	
vi	e	xiii cal.	20	Margarite virginis ꝛ martyris, 490.
	f	xii cal.	21	Praxedis virginis. 491.
xiiii	g	xi cal.	22	[illegible] Magdalene duplex. 491.
iii	A	x cal.	23	Apollinaris epiſcopi ꝛ martyris, [illegible] 492.
xi	b	ix cal.	24	Vigilia, ꝛ com. s. Chriſtine virgi. ꝛ mart. 494.
	c	viii cal.	25	Jacobi apoſtoli dup. ꝛ com. ſancti Chriſtophori martyris, [illegible] 494.
xix	d	vii cal.	26	
	e	vi cal.	27	Pantaleonis martyris, 495.
viii	f	v cal.	28	Nazarij, Celſi, ꝛ Victoris Pape, martyrum, ꝛ Innocentij Pape ꝛ confeſſo. [illegible] 495.
xvi	g	iiii cal.	29	Marthe virgi. [illegible] ꝛ com. ſſ. Felicis Pape, Simplicij, Fauſtini, ꝛ Beatricis mart. 496.
v	A	iii cal.	30	Abdon, ꝛ Sennen martyrum. 497.
	b	pridie cal.	31	

Iulij	1	Horas	[illegible]	Nox [illegible]
[illegible]	10	habet	[illegible]	[illegible]
	20		[illegible]	[illegible]

	c			1	dup. ſſ. Machabęorũ
	d	iiii	no.	2	Stephani Papę ⁊ mar. 499. ſſ. ... (mart. 498.
	e	iii	no.	3	Inuentio s. Stephani protomar. 500.
	f			4	duplex. 500.
	g			5	duplex. 501.
		viii	id.	6	dup. ſſ. Xiſti papę, Feliciſſimi, ⁊ Agapiti martyr. 501.
	b	vii	id.	7	Donati Epiſcopi ⁊ martyris. 503.
	c	vi	id.	8	Cyriaci, Largi, ⁊ Smaragdi mar. 504.
	d	v	id.	9	Uigilia, commem. ſancti Romani mart. 505.
	e	iiii	id.	10	duplex. 507.
	f	iii	id.	11	De octaua ſancti Laurentij, ſſ. Tyburtij ⁊ Suſannę martyrum. 508.
	g			12	De octa. s. Clarę virgi. 508.
				13	De oct. s. Hippolyti ⁊ Caſſiani mart. 509.
	b	xix	cal.	14	Uigilia oct. s. Euſebij confeſſ. 509.
ix	c	xviii	cal.	15	duplex. 511.
	d	xvii	cal.	16	De oct. aſſum. be. Ma. oct s. Lau. 512.
	e	xvi	cal.	17	Octa. s. Lau. octa. Aſſumpt. 512.
	f	xv	cal.	18	De octa. s. Agapiti marty. 513.
	g	xiiii	cal.	19	De octaua.
		xiii	cal.	20	Bernardi abbatis, dup. cum commemo. octauę Aſſumptio. 513.
	b	xii	cal.	21	De octaua.
	c	xi	cal.	22	Octaua. Aſſumpt. bea. Marię. ſſ. Timothei, Hippolyti, ⁊ Symphoriani martyrum. 513.
	d	x	cal.	23	Uigilia. 514.
	e	ix	cal.	24	dup. die 25. 514.
	f	viii	cal.	25	Ludouicis regis Francię confeſſoris. 515.
	g	vii	cal.	26	Zepherini Papę ⁊ martyris. 516.
		vi	cal.	27	
	b	v	cal.	28	dup. s. Hermetis marty. 516.
v	c	iiii	cal.	29	duplex. ſanctę Sabinę martyris. 517.
	d	iii	cal.	30	Felicis ⁊ Adaucti martyrum. 519.
	e			31	

Auguſti dies	Horas habet	Nox

September

Habet dies xxx. Luna xxix.

ii	f	Calendis		1	Aegidij abbatis. ⁊ commemo. Sanctorum martyrum duodecim fratrum. 520.
	g	iiii	no.	2	
x	a	iii	no.	3	
	b	Prid.	no.	4	
xviii	c	Nonis.		5	
vii	d	viii	id.	6	
	e	vii	id.	7	
xv	f	vi	id.	8	Natiuitas beatę Marię duplex. ⁊ commemo. ſan. Adriani mart. [illegible] 520.
iiii	g	v	id.	9	De octa. s. Mar. ⁊ cō. s. Gorgonij mar. 522.
	a	iiii	id.	10	De octaua.
xii	b	iii	id.	11	De octa. ⁊ com. ſſ. Proti ⁊ Hyacinthi mar. 522.
i	c	Prid.	id.	12	De octaua.
	d	Idibus.		13	De octaua.
ix	e	xviii	cal.	14	Exaltatio ſan. Crucis. dup. cum commemo. oct. Natiuita. ſan. Marię. 523.
	f	xvii	cal.	15	Octaua Natiuitatis beatę Marię. dup. cum commemoratio. ſan. Nicomedis mart. 524.
xvii	g	xvi	cal.	16	Cornelij, ⁊ Cypriani pont. ⁊ mar. semidu. ⁊ com. ſſ. Euphemię, Lucię, ⁊ Geminiani martyrū. 524.
vi	A	xv	cal.	17	
	b	xiiii	cal.	18	
xiiii	c	xiii	cal.	19	
iii	d	xii	cal.	20	Vigilia, ⁊ comm. s. Euſtachij, ⁊ ſociorum mar. 525.
xi	e	xi	cal.	21	Matthei apoſtoli. duplex. 526.
	f	x	cal.	22	Mauricij, ⁊ ſociorum martyrum. 527.
xix	g	ix	cal.	23	Lini Papę ⁊ mar. semidupl. ⁊ commem. ſan. Theclę virginis ⁊ martyris. 527.
	A	viii	cal.	24	
viii	b	vii	cal.	25	
	c	vi	cal.	26	Cypriani, ⁊ Juſtinę martyrum. 528.
xvi	d	v	cal.	27	Coſmę, ⁊ Damiani mar. semiduplex. 528.
v	e	iiii	cal.	28	
xiii	f	iii	cal.	29	Dedicatio s. Michaelis archangeli. dup. 529.
ii	g	Prid.	cal.	30	Hieronymi presbyt. confeſſ. Eccl. Doct. dup. 531.

Septembris dies	1 / 16 / 16	Horas habet	12 / 12 / 12	Nox	12 / 12 / 12

Habet dies xxxi. Luna xxx.

	A	Calendis	1	Remigij epiſcopi & confeſſoris. folio 531.
x	b	vi	no. 2	
	c	v	no. 3	
xviii	d	iiii	no. 4	Franciſci confeſſoris. duplex. folio 531.
vii	e	iii	no. 5	
	f	Prid.	no. 6	
xv	g	Nonis.	7	Sancti Marci Pape & confeſſ. & com. ſſ. Sergij, Bacchi, Marcelli, & Apuleij mart. 532.
iiii	A	viii	id. 8	
	b	vii	id. 9	Dionyſij, Ruſtici, & Eleutherij mart. ſemidup. 533.
xii	c	vi	id. 10	
i	d	v	id. 11	
	e	iiii	id. 12	
ix	f	iii	id. 13	
	g	Prid.	id. 14	Calliſti Pape & martyris ſemiduplex. fol. 535.
xvii	A	Idibus	15	
vi	b	xvii	cal. 16	
	c	xvi	cal. 17	
xiiii	d	xv	cal. 18	Luce Euangeliſte, duplex. folio. 535.
iii	e	xiiii	cal. 19	
	f	xiii	cal. 20	
xi	g	xii	cal. 21	Hilarionis Abbatis, & commem. ſſ. Vrſule, & ſociarum virginum, & martyrum. 537.
	A	xi	cal. 22	
xix	b	x	cal. 23	
viii	c	ix	cal. 24	
	d	viii	cal. 25	Chryſanti, & Darie martyrum. 537.
xvi	e	vii	cal. 26	Euariſti Pape, & martyris. 538.
v	f	vi	cal. 27	Vigilia. folio 538.
	g	v	cal. 28	Simonis, & Iude apoſtolorum. duplex 539.
xiii	A	iiii	cal. 29	
ii	b	iii	cal. 30	
	c	Prid.	cal. 31	Vigilia. folio 540.

Octobris dies	1	Horas habet	11	Nox	13
	10		10		13
	20		10		[illegible]

[illegible] [illegible]

d [illegible] 1 [illegible] duplex. 541.

e iiii no. 2 [illegible]
dup. & de oct. omnium Sanct. 543.

[illegible] f iii no. 3 De octaua. 542.

[illegible] g [illegible] 4 De octa. [illegible] ſſ. Uitalis & Agricole mar. (543.

[illegible] [illegible] 5 De octaua.

[illegible] b viii id. 6 De octaua.

[illegible] c vii id. 7 De octaua.

d vi id. 8 Octaua omnium ſanctorum. [illegible]
ſſ. Quatuor coronatorum martyr. 544.

[illegible] e v id. 9 [illegible] dup. [illegible]
ſan. Theodori martyris. 544.

[illegible] f iiii id. 10 Tryphonis, Reſpicij, & Nymphe marty. 544.

g iii id. 11 [illegible] duplex. [illegible]
ſan. Mene martyris. 545.

[illegible] [illegible] 12 Martini Pape & martyris, [illegible] 546.

b [illegible] 13

[illegible] c xviii cal. 14

vi d xvii cal. 15

e xvi cal. 16

[illegible] f xv cal. 17 Gregorij Thaumaturgi epiſcopi & confeſſ. 546.

[illegible] g xiiii cal. 18 [illegible] dupl. 547.

[illegible] [illegible] xii cal. 19 Pontiani Pape, & martyris. 547.

b xii cal. 20

[illegible] c xi cal. 21

[illegible] d x cal. 22 Cecilie virginis & martyris, [illegible] 547.

e ix cal. 23 Clementis Pape, & marty. [illegible]
ſan. Felicitatis martyris. 548.

[illegible] f viii cal. 24 Chryſogoni martyris. 549.

[illegible] g vii cal. 25 [illegible] duplex. 549.

[illegible] vi cal. 26 Petri Alexandrini epiſcopi & martyris. 550.

[illegible] b v cal. 27

[illegible] c iiii cal. 28

d iii cal. 29 Uigilia, [illegible] ſan. Saturnini mart. 416.

[illegible] e [illegible] cal. 30 [illegible] duplex. 418.

Nouembris dies [illegible] Horas habet [illegible] Nox [illegible]

Habet dies xxxi. Luna xxx.

	f	Calendis		1	
xviii	g	iiii	no.	2	Bibianę virginis & martyris. 419.
vii	a	iii	no.	3	
	b	pridie	no.	4	Barbarę virginis & martyris, commemo. 419.
xv	c	Nonas.		5	Sabbę abbatis, [illegible] folio 419.
	d	viii	id.	6	Nicolai epiſcopi & conſeſſoris, [illegible] 420.
	e	vii	id.	7	Ambroſii epiſcopi, & confeſſ. & eccle. do. dup. 420.
	f	vi	id.	8	Conceptio beatę Marię duplex. 421.
	g	v	id.	9	
	a	iiii	id.	10	Melchiadis papę & martyris, commemo. 421.
	b	iii	id.	11	Damaſi papę & conſeſſoris, ſemiduplex. 421.
	c	pridie id.		12	
xvii	d	Idibus.		13	Lucię virginis & martyris, duplex. 422.
vi	e	xi[x]	cal.	14	
	f	xviii	cal.	15	
xiiii	g	xvii	cal.	16	
	a	xvi	cal.	17	
	b	xv	cal.	18	
xi	c	xiiii	cal.	19	
	d	xiii	cal.	20	Vigilia. folio 423.
xix	e	xii	cal.	21	Thomę apoſtoli, duplex. 423.
viii	f	xi	cal.	22	comme. 555
	g	x	cal.	23	
xvi	a	ix	cal.	24	Vigilia. folio 19. Gregorij marty. Spol.
v	b	viii	cal.	25	Natiuitas domini noſtri Ieſu Chriſti dup fol. 21.
	c	vii	cal.	26	Stephani protho. dup. & comm octa. Nat. 26.
xiii	d	vi	cal.	27	Ioannis apoſtoli & euangeliſtę duplex & comme. octa. 27.
ii	e	v	cal.	28	Sanctorum Innocentium mart dup. & com oct. 29.
	f	iiii	cal.	29	Thomę Cantuar. epiſcopi & martyris. ſemiduplex, & commemoratio octauarum. 32.
x	g	iii	cal.	30	De dominica infra octauam Natiuitat. vel de octaua, cum commemo. aliarum octauarum. 34.
	A	Prid. cal.		31	Syluestri papę & confeſſoris, duplex. cum commemoratione octauarum 39.

Decembris dies	1 10 20	Horas habet	7 9 8	Nox	15 15 15

Litera Dñicalis.	Aureus numerus	Septuagesima.	Dies Cinerum.	Dies Paschæ.
A	1. 4. 9. 12.	5 Febr.	22 Febr.	9 April.
	2. 5. 13. 16.	22 Ianu.	8 Febr.	26 Martij
	3. 6. 11. 14. 17.	12 Febr.	1 Martij	16 April.
	7. 10. 15. 18.	29 Ianu.	15 Febr.	2 April.
	8. 19.	19 Febr.	8 Martij	23 April.
B	1. 9. 12. 17.	6 Febr.	23 Febr.	10 April.
	2. 5. 13. 16.	23 Ianu.	9 Febr.	27 Mart.
	3. 6. 11. 14.	13 Febr.	2 Martij	17 April.
	4. 7. 10. 15. 18.	30 Ianu.	16 Febr.	3 April.
	8. 19.	20 Febr.	9 Martij	24 April.
C	1. 6. 9. 12. 17.	7 Febr.	24 Febr.	11 April.
	2. 5. 10. 13. 16.	24 Ianu.	10 Febr.	28 Mart.
	3. 11. 14. 19.	14 Febr.	3 Martij	18 April.
	4. 7. 15. 18.	31 Ianu.	17 Febr.	4 April.
	8.	21 Febr.	10 Martij	25 April.
D	1. 6. 9. 17.	8 Febr.	25 Febr.	12 April.
	2. 5. 10. 13.	25 Ianu.	11 Febr.	29 Mart.
	3. 8. 11. 14. 19.	15 Febr.	4 Martij	19 April.
	4. 7. 12. 15. 18.	1 Febr.	18 Febr.	5 April.
	16.	18 Ianu.	4 Febr.	22 Mart.
E	1. 4. 7. 12. 15.	2 Febr.	19 Febr.	6 April.
	2. 10. 13. 18.	26 Ianu.	12 Febr.	30 Mart.
	3. 8. 11. 19.	16 Febr.	5 Martij	20 April.
	5. 16.	19 Ianu.	5 Febr.	23 Mart.
	6. 9. 14. 17.	9 Febr.	26 Febr.	13 April.
F	1. 4. 12. 15.	3 Febr.	20 Febr.	7 April.
	2. 7. 10. 13. 18.	27 Ianu.	13 Febr.	31 Mart.
	3. 6. 9. 14. 17	10 Febr.	27 Febr.	14 April.
	5. 16.	20 Ianu.	6 Febr.	24 Mart.
	8. 11. 19.	17 Febr.	6 Martij	21 April.
G	1. 4. 9. 12. 15.	4 Febr.	21 Febr.	8 April.
	2. 7. 10. 18.	28 Ianu.	14 Febr.	1 April.
	3. 6. 14. 17.	11 Febr.	28 Febr.	15 April.
	5. 13. 16.	21 Ianu.	7 Febr.	25 Mart.
	8. 11. 19.	18 Febr.	7 Martij	22 April.

Aſcenſio domini.	Dies Pentecoſtes.	Corpus Chriſti.	Dñicæ poſt Pēt.	Aduentus domini.
18 Maij	28 Maij	8 Iunij	26	3 Decemb.
4 Maij	14 Maij	25 Maii	28	3 Decemb.
25 Maij	4 Iunij	15 Iunii	25	3 Decemb.
11 Maij	21 Maij	1 Iunii	27	3 Decemb.
1 Iunij	11 Iunij	22 Iunii	24	3 Decemb.
19 Maij	29 Maij	9 Iunii	25	27 Nouemb.
5 Maij	15 Maij	26 Maii	27	27 Nouemb.
26 Maij	5 Iunij	16 Iunii	24	27 Nouemb.
12 Maij	22 Maij	2 Iunii	26	27 Nouemb.
2 Iunij	12 Iunij	23 Iunii	23	27 Nouemb.
20 Maij	30 Maij	10 Iunii	25	28 Nouemb.
6 Maij	16 Maij	27 Maii	27	28 Nouemb.
27 Maij	6 Iunij	17 Iunii	24	28 Nouemb.
13 Maij	23 Maij	3 Iunii	26	28 Nouemb.
3 Iunij	13 Iunij	24 Iunii	23	28 Nouemb.
21 Maij	31 Maij	11 Iunii	25	29 Nouemb.
7 Maij	17 Maii	28 Maii	27	29 Nouemb.
28 Maij	7 Iunij	18 Iunii	24	29 Nouemb.
14 Maij	24 Maii	4 Iunii	26	29 Nouemb.
30 April.	10 Maij	21 Maii	28	29 Nouemb.
15 Maij	25 Maij	5 Iunii	26	30 Nouemb.
8 Maij	18 Maij	29 Maij	27	30 Nouemb.
29 Maij	8 Iunij	19 Iunij	24	30 Nouemb.
1 Maij	11 Maii	22 Maij	28	30 Nouemb.
22 Maij	1 Iunij	12 Iunii	25	30 Nouemb.
16 Maij	26 Maii	6 Iunij	26	1 Decemb.
9 Maij	19 Maii	30 Maij	27	1 Decemb.
23 Maij	2 Iunii	13 Iunij	25	1 Decemb.
2 Maij	12 Maij	23 Maij	28	1 Decemb.
30 Maij	9 Iunii	20 Iunii	24	1 Decemb.
17 Maij	27 Maij	7 Iunii	26	2 Decemb.
10 Maij	20 Maii	31 Maii	27	2 Decemb.
24 Maij	3 Iunij	14 Iunii	25	2 Decemb.
3 Maij	13 Maii	24 Maii	28	2 Decemb.
31 Maij	10 Iunii	21 Iunii	24	2 Decemb.

AD maiorem commoditatem inueniendi feſta mobilia: poſita eſt ſuperior tabula: in qua, inuenta litera Dominicali, & apud eam Aureo numero anni currentis: ad rectam lineam eiuſdem Aurei numeri progrediendo, omnia feſta mobilia illius anni, quo die & menſe aduenerint, reperiuntur. In anno autem Biſſextili ſemper Septuageſima quærenda eſt per primam literam Dominicalem. Quòd ſi ipſa Septuageſima venerit ante iiii. idus Februarii: etiam dies Cinerum per ipſam primam literam debet quæri. Si vero Septuageſima poſt iiii. idus Februarii venerit: dies Cinerũ cum reliquis feſtis mobilibus quærenda eſt per ſecundam literam Dominicalem, quæ mutatur in feſto S. Matthiæ. Si autem numerus dierum Septuageſimæ, & aliorum feſtorum mobilium ad rectam lineam Aurei numeri anni currentis in ſecunda litera aſſignatus ſuperet numerum dierũ huiuſmodi ad rectam lineam eiuſdem Aurei numeri in prima litera aſſignatum: tunc reliqua feſta mobilia poſt Septuageſimam non erunt ſumenda ad rectam lineam Aurei numeri currentis in ſecunda litera: ſed ad rectam lineam Septuageſimæ: quæ vnius diei numero minus in ſecunda litera ſignatur. Vt, ſi in litera D. Septuageſima ſignatur xv. Februarii, cineres & reliqua feſta mobilia ſumuntur ad rectam lineam Septuageſimæ: quæ in ſecunda litera C, ponitur xiiii. Februarii: & in huiuſmodi aliis ſimiliter. Quia numerus dierum in ſecunda litera ſignatus, vno die ſemper in anno Biſſextili minuitur à numero dierum primæ literæ.

Aduentus Domini inchoatur Dominica proximiori feſto S. Andreæ, vel ipſa die S. Andreæ, ſi in Dominica venerit.

Quatuor Tempora celebrantur quarta & ſexta feria, & ſabbato poſt tertiam Dominicam Aduentus. Poſt primam Dominicam Quadrageſimæ. Poſt Penteceſtem. Et poſt feſtum Exaltationis Sanctæ Crucis.

Dies Nuptiarum ex Decreto Concilij Tridentini.

A Dominica prima Aduentus vſq; in diem Epiphaniæ, & à feria quarta Cinerum vſq; ad Octauam Paſchæ incluſiue ſollemnitates nuptiarum prohibẽtur: aliis temporibus permittuntur.

Alia tabula perpetua ad inueniendum Feſta Mobilia.

Literæ Martyrologii	Aureus numerus.	Litera dnicalis.	Septuageſima.	Cinis.	Paſcha.	Aſcēſio	Pentecoſtes.	Corpus domini.
h	5	d	18. Ian.	4. Feb.	22. Mar.	30. Apr.	10. Maii	21. Maii
		c	19	5	23	1. Maij.	11	22
q	13	f	20	6	24	2	12	23
e	2	g	21	7	25	3	13	24
		A	22	8	26	4	14	25
n	10	b	23	9	27	5	15	26
		c	24	10	28	6	16	27
b	18	d	25	11	29	7	17	28
k	7	e	26	12	30	8	18	29
		f	27	13	31	9	19	30
ſ	15	g	28	14	1. Apr.	10	20	31
g	4	A	29	15	2	11	21	1. Iun.
		b	30	16	3	12	22	2
p	12	c	31	17	4	13	23	3
d	1	d	1. Feb.	18	5	14	24	4
		e	2	19	6	15	25	5
m	9	f	3	20	7	16	26	6
		g	4	21	8	17	27	7
A	17	A	5	22	9	18	28	8
i	6	b	6	23	10	19	29	9
		c	7	24	11	20	30	10
r	14	d	8	25	12	21	31	11
f	3	e	9	26	13	22	1. Iun.	12
		f	10	27	14	23	2	13
o	11	g	11	28	15	24	3	14
		A	12	1. mar.	16	25	4	15
c	19	b	13	2	17	26	5	16
l	8	c	14	3	18	27	6	17
		d	15	4	19	28	7	18
		e	16	5	20	29	8	19
		f	17	6	21	30	9	20
		g	18	7	22	31	10	21
		A	19	8	23	1. Iun.	11	22
		b	20	9	24	2	12	23
t	10	c	21	10	25	3	13	24

IN ſuperiori tabula quere Aureum numerum anni currentis,quo inuento deſcendēdo infra,quere literam Dominicalem eiuſdem anni in ſua linea(quę enim locatę ſunt è directo,eidem Aureo numero non deſeruiunt,ſed ſuperioribus) & ea inuenta,ex eius directo habebis Feſta mobilia ipſius anni,quoto ſcilicet die menſis celebrētur: qui dies eius menſis eſt, cuius nomen proxime ſupraſcribitur. Litera autem Dominicalis ſub aureo numero.16.poſt literam C reaſſumitur a principio vſque ad literam. B. Verum in anno Biſſextili ex geminis literis Dominicalibus capiēda eſt poſterior, quę ſcilicet poſt Sancti Mathię feſtum anno deſeruit.Sed tunc Septuageſima,ac etiam Quadrageſima, ſi intra Februarium ceciderit, celebranda eſt poſtridie, quàm Tabula indicabit.

¶ A ſiniſtro latere eiuſdem tabulę exiſtunt etiam literæ Martyrologij, Aureo numero accommodatæ, vt eo habito deprehendas è regione literam Martyrologij tali anno debitam. Hoc anno 1578. cum Aureus numerus ſit 2. litera Martyrologij erit E. Sequenti anno 1579. quia Aureus numerus curret 3. erit litera Martyrologij F. & in ſequentibus ſimiliter. Finitis 19. annis, redeūdum eſt ad principium cum annis currentibus.

RVBRI-

RVBRICAE

GENERALES MISSALIS.

MIſſa quotidie dicitur ſecundũ ordinem officij. De Feſto duplici, uel ſemiduplici, uel ſimplici: de Dominica, vel Feria: vel Vigilia, vel Octaua: & extra ordinẽ officij, Votiua, vel pro Defunctis.

¶ De Duplici.

MIſſa dicitur de Duplici illis diebus quibus in Calẽdario ponitur hæc nota Duplex, & in feſtis mobilibus, quãdocunq; officium fit duplex. In duplicibus dicitur vna tãtũ oratio, niſi aliqua cõmemoratio fieri debeat. Alia omnia dicuntur, vt in proprijs miſſis aſſignatum eſt. Quando dici debet Gloria in excelſis, & Credo, inferius dicitur in proprijs rubricis.

¶ De Semiduplici, & Simplici.

MIſſa de Semiduplici dicitur, quando in Calẽdario ponitur hæc vox Semiduplex. Pręterea, in Dominicis, & diebus infra octauas. In ſemiduplicibus tam feſtis, quã Dominicis, & infra octauas dicũtur plures orationes, vt infra dicitur in rubrica de oratione. Infra octauam dicitur miſſa ſicut in die Feſti, niſi propriã miſſam habuerit: in Dominicis vero ſicut in proprijs locis aſſignatur. De Simplici dicitur miſſa ſicut de ſemiduplici, vt ſuis locis ponitur.

¶ De Feria, & Vigilia.

MIſſa de Feria dicitur, quando non occurrit feſtũ, uel octaua, uel ſabbatũ in quo fit officium beatæ Mariæ. In ferijs tamen Quadrageſimę, Quatuor Tẽporum, Rogationum, & Vigiliarum, etiam ſi duplex, vel ſemiduplex feſtum, uel octaua occurrat, in Eccleſijs cathedralibus & collegiatis cantantur duæ miſſæ, vna de feſto poſt Tertiam, alia de feria poſt Nonam. In vigilijs autem quæ veniũt infra octauã, Miſſa dicitur de uigilia cũ Cõmemoratione octauę. Si feſtum habẽs vigiliam celebretur feria ſecunda, miſſa vigiliæ dicitur in ſabbato, ſicut etiam fit officium, excepta vigilia Natiuitatis, & Epiphanię. Miſſa vigiliæ in Aduẽtu occurrentis, dicitur cum cõmemoratione de Aduẽtu, licet de ea nõ ſit factũ officiũ, uigilia Natiuitatis excepta. Si in Quadrageſima, & Quatuor Tẽporibus occurrat vigilia,

dicatur miſſa de feria cum cõmemoratione vigiliæ. Toto tempore Paſchali nõ dicitur Miſſa de uigilia, niſi in vigilia Aſcenſionis, quæ tamen non ieiunatur, ſicut nec vigilia Epiphaniæ.

¶ De Miſſis Votiuis ſanctæ Mariæ, & alijs.

IN Sabbatis non impeditis feſto duplici, & ſemiduplici, uel feria, vt infra, dicitur miſſa de ſancta Maria ſecundũ varietatem tẽporũ, ut in fine Miſſalis ponitur. Si ſabbatum fuerit impeditũ feſto duplici, ſemiduplici, Octaua, Vigilia, Feria Quatuor Temporũ & Quadrageſimæ, miſſa principalis dicitur ſecũdum officiũ diei. In Aduentu autem licet officiũ non fiat de S. Maria in ſabbato, dicitur tamen miſſa principalis de ea cum cõmemoratione de Aduentu, niſi fuerint Quatuor Tempora, vt ſupra. Alijs diebus infra Hebdomadã quando officiũ fit de Feria (exceptis feriis Aduẽtus, Quadrageſimę, Quatuor Temporũ, Rogationum, & Vigiliarum) dici poteſt aliqua miſſa votiua, etiã in principali miſſa, quæ dicitur Conuentualis, ſecundũ ordinẽ dierũ in fine miſſalis aſſignatũ, cũ cõmemoratione feriæ de qua factũ eſt officiũ. Quę tamẽ miſſę & alię quęcunq; votiuę, in miſſis priuatis dici poſſunt pro arbitrio Sacerdotum, quocunq; die officium non eſt duplex. Id uero paſſim nõ fiat, niſi rationabili de cauſa. Et quo ad fieri poteſt, miſſa cum officio conueniat.

¶ De Miſſis Defunctorum.

PRima die cuiuſcunque menſis (extra tẽpus Paſchale) nõ impedita officio duplici, & ſemiduplici, dicitur miſſa principalis generaliter pro defunctis ſacerdotibus, benefactoribus, & alijs. In eccleſijs aũt Cathedralibus & Collegiatis dicantur duæ miſſę, vna pro defunctis, alia de feſto ſimplici ſi occurrit: vel de feria, ſi propriã habeat miſſam, uel reſumẽda ſit miſſa de Dominica pręcedẽti, quę fuit impedita, cũ infra Hebdomadam non occurrit alius dies in quo reſumi poſſit miſſa de Dñica. Sed in eccleſijs nõ cathedralibus nec collegiatis dicatur miſſa de die cum cõmemoratione generaliter ꝑ defunctis. Pręterea Feria ſecunda cuiuſq; Hebdomadę in qua officium fit de feria, miſſa principalis dici poteſt pro defunctis. Si aũt fuerit propria miſſa de Feria, vel de feſto ſimplici in cathedralibus & collegiatis Eccleſijs dicãtur duæ miſſæ, alioquin in miſſa de die fiat commemoratio, (vt dictũ eſt) pro defunctis. Excipitur tamẽ totũ tẽpus Paſchale: & quando per annũ officiũ eſt duplex, vel ſemiduplex: quibus temporibus nõ dicitur miſſa principalis ꝑ defunctis, niſi in die Depoſitionis defuncti, & in Anniuerſa-

uerſario pro defunctis. Et ſimiliter niſi fuerit duplex, quocũq; die dici poſſunt priuatę miſſę ꝓ defunctis, prȩterquã in Dominicis. ¶ In die Cõmemorationis oĩum defunctorũ, & in die Depoſitionis, & in Anniuerſario defuncti, dicitur vna tãtum Oratio: in alijs miſſis, plures, vt in Rubrica de Cõmemorationibus, & Orationibus dicetur.

¶ Sequẽtia pro defunctis diciturin die oĩum Fidelium defunctorũ, & Depoſitionis defuncti. In Anniuerſario aũt, & miſſa cõmuni ꝓ defunctis, dicatur ꝓ arbitrio Sacerdotis.

¶ De Tranſlatione Feſtorum.

IN dicendis miſſis ſeruetur ordo Breuiarij de Trãſlatione feſtorũ dupliciũ & ſemidupliciũ, quando maiori aliquo feſto, ſeu Dñica impediũtur. In Eccleſiis aũt, vbi titulus eſt Eccleſiæ, vel cõcurſus populi ad celebrãdum feſtũ quod tranſferri debet, poſſunt cãtari duæ miſſæ, vna de die, alia de feſto: aut ſaltem cõmemoratio fieri de feſto, ſi eo die de feſto in illa Eccleſia officium fieri non debeat.

¶ De Commemorationibus

COmmemorationes in miſſis, fiũt ſicut in Officio. De Feſto ſimplici fit cõmemoratio ĩ miſſa, quãdo de eo in officio facta eſt cõmemoratio in Veſperis. Quãdo autem de eo fit cõmemoratio tantũ ad Laudes, ĩ miſſa ſollemni nulla fit cõmemoratio de eo, ſed in miſſis tantũ priuatis. De Dominica fit cõmemoratio, quando in ea fit de feſto duplici. De octaua fit cõmemoratio, quãdo infra octauã fit de aliquo feſto, niſi illud feſtũ fuerit de exceptuatis ĩ Rubrica officij de Cõmemorationibus. Itẽ quãdo infra octauã fit de Dñica. De feria fit cõmemoratio in Aduẽtu, Quadrageſima, Quatuor Tẽporibus, Rogationibus, & Vigilijs, quãdo miſſa dicẽda eſt de feſto duplici, vel ſemiduplici illis tẽporibus occurrẽte. Sed in Eccleſijs Cathedralibus & Collegiatis, vbi plures Sacerdotes quotidie celebrãt, in Ferijs, Rogationib⁹, & Vigilijs prędictis, quę habẽt miſſas ꝓprias, dicũtur duę miſſę vna de feſto, alia de Feria, Rogationibus, & Vigilia prędictis, abſq; vlla vtrorũque cõmemoratione. Quãdo infra hebdomadam dicũtur miſſę Votiuæ, poſt primã Orationem ſemper dicatur oratio ei⁹ de quo fit officiũ. Quãdo fit cõmemoratio de Feria Quatuor Tẽporũ, ꝓ ferię cõmemoratione dicitur prima oratio, quę cõcordat cũ Officio. In faciẽdis cõmemorationibus ſeruetur ordo vt in Breniario. De Dñica, ante feſtũ ſemiduplex, quod ĩfra octauã celebratur: de feſto ſemiduplici, ante octauã: de octaua, ante ferias prędictas: de ferijs prędictis, ante feſtũ ſimplex: de feſto ſimplici, ante orationes votiuas. Si facienda ſit cõmemora-

 tio pro

tio pro defunctis, ſemper ponitur penultimo loco. In alijs cōmemorationibus a prędictis, ſeruetur dignitas orationū, ut de Spiritu ſancto ante beatā Mariam, de Angelis ante Apoſtolos, & ſimiliter in alijs. In miſsis Defunctorum, nulla fit cōmemoratio pro Viuis, etiam ſi oratio eſſet communis pro Viuis & defunctis. Quando dicūtur plures orationes, prima tantum & ultima cū ſua cōcluſione terminantur: & ante primam & ſecundam orationem tantū dicitur Oremus: ante primam dicitur etiam Dominus vobiſcum. Cum vero dicūtur plures orationes, & una oratio eadem ſit cum alia ibidem dicenda, oratio huiuſmodi, illa ſcilicet quę eadē eſt, nō alię, cōmutetur cū alia de Cōmuni, uel Proprio quę ſit diuerſa. Idem ſeruetur in ſecretis & orationibus poſt communionem.

¶ De Introitu, Kyrie eleiſon, & Gloria in excelſis.

INtroitus ſemper eodem modo dicitur cū Gloria patri, vt in Ordinario, prętérquā tempore Paſſionis, & in miſsis defunctorū, vt etiā ibi annotatum eſt. Kyrie eleiſon, dicitur nouies poſt Introitum, alternatim cum miniſtro, idest, ter Kyrie eleiſon, ter Chriſte eleiſon, ter Kyrie eleiſon. Gloria in excelſis deo dicitur quandocunque In Matutino dictus eſt Hymnus Te deum, pręter quam in miſſa ferię quintæ in cœna Domini, & Sabbati ſancti, in quibus Gloria in excelſis Deo, dicitur. In miſſis Votiuis non dicitur niſi in miſſa beatæ Mariæ in ſabbato, & Angelorum: & niſi miſſa Votiua dicēda ſit pro re graui, uel pro publica Eccleſiæ cauſa: Neque dicitur in miſſis defunctorum.

¶ De Orationibus.

IN feſtis duplicibus, dicitur una tantum Oratio, niſi facienda ſit aliqua cōmemoratio, ut dictū eſt ſupra. In feſtis ſemiduplicibus occurrētibus ab octaua Pentecoſtes vſq; ad Aduentū, & a Purificatione vſq; ad Quadrageſimā dicitur ſecunda oratio, A cūctis tertia ad libitum. In feſtis ſemiduplicibus occurrentibus ab octaua Epiphaniæ vſq; ad Purificationem, dicitur ſecunda oratio Deus qui ſalutis, tertia Eccleſiæ vel pro Papa. In feſtis ſemiduplicibus a feria quarta Cinerum uſq; ad Dominicam paſſionis: ſecunda, de Feria: tertia A cunctis. In Semiduplicibus, a Dominica paſſionis vſq; ad Dominicam palmarum, ſecūda oratio de feria: tertia Eccleſiæ vel pro Papa. In feſtis ſemiduplicibus ab octaua Paſchæ uſq; ad Aſcenſionem ſecunda oratio de S. Maria Cōcede. tertia Eccleſiæ vel pro Papa. In feſtis ſemiduplicibus infra Octauas occurrētibus, ſecunda orō dicitur de octaua, tertia, quæ ſecūdo loco

infra

infra octauam dicitur. Infra octauas Paſchæ, & Pentecoſtes, quando miſſa dicitur de octaua, dicuntur duæ tantum orationes, vna de die, alia Eccleſiæ vel pro Papa. Infra alias octauas, & in vigilijs quæ ieiunãtur (excepta vigilia Natiuitatis Domini, & Pẽtecoſtes) dicuntur tres, una de die, ſecũda de ſancta Maria, tertia Eccleſiæ, vel pro Papa. Sed infra octauas ſanctæ Mariæ, & in uigilia, & infra octauam Omnium ſanctorum, ſecũda oratio dicitur de Spiritu ſancto, alia Eccleſiæ uel pro Papa. In Dominicis infra octauas occurrentibus, dicuntur duæ orationes, una de Dominica, ſecunda de Octaua. In die octaua dicitur vna tantum oratio, niſi aliqua commemoratio faciẽda ſit. In Dominicis dicuntur tres, vt ĩ Ordinario aſſignãtur, quibuſdam exceptis, ut ſuis etiam locis aſſignatur. In feſtis ſimplicibus, & ferijs per annum, dicuntur tres, vt in ſemiduplicibus: poſſunt etiam dici quinque, uel ſeptem ad libitum. In ferijs quatuor Tẽporum, & ubi plures leguntur lectiones, huiuſmodi plures orationes dicũtur poſt ultimam orationem ante epiſtolã: & aliæ orationes cum lectionibus, ut ſuis locis in Proprio Miſſarum de Tẽpore. In miſſis Votiuis quando dicuntur pro re graui, uel pro publica Eccleſiæ cauſa, dicitur tantum una oratio: ſin aliter, dicũtur plures, ut in Feſtis ſimplicibus. Sed in votiuis beatæ Mariæ, ſecunda oratio dicitur de Spiritu ſancto, & in votiuis de Apoſtolis, quãdo dicitur oratio A cũctis, eius loco dicitur oratio de ſancta Maria Cõcede. Si quando plures dicuntur orationes, occurrat fieri commemoratio alicuius Sãcti, ea ponitur ſecũdo loco, & tertia oratio dicitur, quę aliàs ſecundo loco dicenda erat. ¶ In concluſione orationum hic modus ſeruatur. Si oratio dirigatur ad patrem, concluditur Per dominũ noſtrũ, &c. Si ad filiũ, Qui viuis & regnas cum Deo patre. Si in principio orationis fiat mentio filij, cõcluditur Per eundẽ. Si ĩ fine orationis, eius fiat mentio Qui tecũ viuit. Si facta ſit mẽtio Spiritus sãcti, in cõcluſione dicitur In vnitate eiuſdẽ Spiritus ſancti deus &c. Alia quoque in dicendis orationibus ſeruẽtur, quę ſuperius in rubrica de Commemorationibus dicta ſunt.

¶ De epiſtola, Graduali, Alleluia, & Tractu, ac de Euangelio.

POſt ultimam orationẽ, dicitur Epiſtola qua finita, a miniſtris dicitur Deo gratias. Poſt epiſtolã dicitur Graduale quod ſemper dicitur, præterquã Tempore Paſchali, cuius loco tunc dicuntur duo verſus, ut dicitur in rubrica Sabbati in Albis. Poſt Graduale, dicũtur duo Alleluia, deinde Verſus, & poſt

& poſt uerſum, unũ Alleluia. Tempore Paſchali, quando nõ dicitur Graduale, dicitur aliud Alleluia, poſt ſecundum Verſum: & quando dicitur Sequentia, non dicitur poſt ultimum Verſum, ſed poſt Sequentiam. A Septuageſima uſque ad Sabbatum ſanctum, non dicitur Alleluia, neque dicitur in miſſis de Feria in Aduentu, Quatuor Temporibus, & Vigilijs quæ ieiunantur, exceptis Vigilia Natiuitatis Domini ſi uenerit in Dominica, & Vigilia Paſchæ & Pẽtecoſtes, ac Quatuor Temporibus Pentecoſtes. Nec dicitur in feſto Innocentium, niſi uenerit in Dominica. A Septuageſima uſq; ad Paſcha, eius loco dicitur Tractus, qui Tractus prædicto tempore in aliquibus Ferijs non dicitur, ut ſuis locis ponitur, neq; in Feriis a Septuageſima vſque ad Quadrageſimã quando repetitur miſſa Dominicæ. Dicto Graduali, ſeu; Alleluia, ſeu Tractu dicitur Euangeliũ. Et in principio Euangelij dicitur Dominus vobiſcum. R. Et cum ſpiritu tuo: deinde, Sequentia ſancti euãgelij ſecundum N. R. Gloria tibi domine. In fine Euangelij a miniſtro dicitur Laus tibi Chriſte. Poſtea, ſi dicendum eſt, dicitur Credo.

¶ De Symbolo.

Symbolum dicitur poſt Euangeliũ in omnibus Dominicis per annum, etiam ſi in illis fiat de feſto in quo alias non diceretur. In tribus miſſis de Natiuitate Domini, & deinceps uſque ad octauam beati Ioannis apoſtoli incluſiue. In Epihania, & per octauam. Feria quinta ĩ Cęna Domini. In Paſchate Reſurrectionis, & per octauam. In Aſcẽſione Domini, & per octauam. In Pẽtecoſte, & per octauam. In feſto Corporis Chriſti, & per octauam. In omnibus feſtis beatæ Mariæ, & per octauas. In omnibus feſtis Apoſtolorum, & Euãgeliſtarum, & per octauas. In feſtis Quatuor doctorum, uidelicet, Gregorij, Ambroſij, Auguſtini, & Hieronymi, addito feſto ſancti Thomæ de Aquino. Item in feſtis doctorũ Baſilij, Athanaſij, Gregorij Naziãzeni, & Ioannis Chryſoſtomi. In vtraque Cathedra ſãcti Petri: & in feſto ſancti Petri ad Vincula. In feſtis Conuerſionis, & Commemorationis ſancti Pauli apoſtoli. In feſto ſancti Ioannis ante portam Latinam. In feſtis Inuentionis; & Exaltationis ſanctæ Crucis. In feſtis Angelorum. In feſto ſancti Barnabæ apoſtoli. In feſto ſanctæ Mariæ Magdalenæ. In Transfiguratione Domini. In die octauarum ſancti Ioãnis Baptiſtæ, & ſãcti Laurentij. In feſto omnium ſanctorũ, & per octauam. In dedicationibus ſancti Saluatoris, & Sanctorũ Apoſtolorũ Petri & Pauli. In Anniuerſario dedicationis propriæ Eccleſiæ &

ſiæ, & per octauam. In die conſecrationis Eccleſiæ, uel Altaris. In feſtis Sanctorum quibus dedicata eſt eccleſia, & ubi habetur corpus vel inſignis reliquia Sancti de quo agitur. In die Creationis, & Coronationis ſummi Pōtificis, & in Anniuerſario eiuſdē diei. Item in omnibus feſtis, quæ in Dominicis, & per octauas celebrātur: in quibus ratione Dominicæ, & Octauæ dici debet. Item in feſto Patroni alicuius loci: uel tituli Eccleſiæ, & in feſtis principalibus Ordinū, & per eorum octauas, in Eccleſijs tātum illius ordinis. Item dicitur Credo, in Miſſis votiuis, quæ ſollemniter pro re graui, uel pro publica Eccleſię cauſa celebrantur.

De Offertorio, Secretis, Pręfationibus, & Canone.

POſt Symbolum, uel ſi non ſit dicendum, poſt Euangelium, dicitur Dominus vobiſcum. deinde Offertorium: poſtea fit oblatio cū orationibus vt in Ordinario. Qua oblatione facta, dicūtur orationes ſecretę, ſecundum numerum orationum quę palam dictę ſunt: ſed ante primam orationem non dicitur Dominus uobiſcum, nec aliquid aliud, ſed dicto. Suſcipiat dominus ſacrificiū, abſolute dicuntur. neque etiam ante ſecundam orationem dicitur Oremus: Terminatur aūt prima, & vltima oratio, ut dictum eſt ſupra in rubrica de orationibus: & ſecreto dicūtur vſque ad illa uerba in cōcluſione Per omnia ſecula ſeculorum, quę clara uoce proferuntur, & incipitur Pręfatio. Pręfationes autem dicuntur vt in Ordinario adnotatū eſt: & quę in Quadrageſima Tempore paſchali, & infra octauas proprię aſſignātur. dicuntur etiam in Dominicis, & feſtis quę illis tēporibus celebrantur: niſi illa feſta propriam pręfationem habeant. In miſſis Votiuis dicitur etiā Pręfatio propria, ſi propriam habeant. Et quādo aliqua miſſa uotiua pro publica cauſa ſollēniter celebratur, dicitur in cātu ſollemni, ut in duplicibus. Poſt pręfationem incipitur Canon Miſſę ſecreto. in quo ſeruentur omnia, ut in Ordinario. Vbi uero Infra actionem Communicantes, & Hanc igitur, vel alia variari cōtingit, ſuo loco in proprijs miſſis adnotatur.

¶ De Communione, Orationibus poſt communionem, Ite miſſa eſt, vel Benedicamus domino, de Benedictione, & Euangelio ſancti Ioannis.

EXacto Canone, & aliis omnibus uſque ad cōmunionem, ea peracta dicitur communio, & orationes poſt cōmunionem eodemmodo, & ordine ut in principio miſſę: & repetito Dominus vobiſcum, dicitur, Ite miſſa eſt, uel

Benedicamus domino, pro tẽporis ratione. Ite miſſa eſt dicitur quandocunque dicitur Gloria in excelſis. Cum non dicitur, eius loco dicitur Benedicamus domino, R. Deo gratias. In miſſis defunctorum, dicitur Requieſcant in pace. R. Amen.

¶. Dicto Placeat, datur Benedictio, quæ a celebrante ſemper datur in miſſa, pręter quam in miſſis defunctorum. Deinde dicitur Euangelium ſancti Ioannis In principio, præmiſſo Dominus uobiſcum, & Initium, ut moris eſt: quod Euangelium nunquam prætermittitur in miſſa, niſi quando fit de feſto in aliqua Dominica, vel Feria, quę habet Euangelium proprium: tunc enim eius loco dicitur proprium. Et in tertia miſſa de die Natiuitatis Domini dicitur Euangeliũ de Epiphania Cum natus eſſet Ieſus. folio.

¶De ordinanda Miſſa ex ſupradictis rubricis.

SVpradictis rubricis cognitis, ſi quis uelit ordinare miſsã diei, recurrat ad Ordinariũ miſſarum de Tempore, uel de Sanctis ſecundum qualitatem officij. Si propriũ non habeat, recurrat ad Commune ſanctorũ. Si de Feria agendum ſit, & propria miſſa non fuerit de Feria, dicatur miſſa pręcedẽtis Dominicæ, omiſſis Gloria in excelſis, & Symbolo: præterquam Tempore paſchali, in quo ſemper dicitur Gloria in excelſis, vt ſupra, excepta miſſa Rogationũ, & in Aduẽtu prætermittitur Alleluia poſt Graduale, cum ſuo uerſu. Si dicenda ſit miſſa Votiua, requiratur poſt Commune ſanctorum ſuo loco. Si plures orationes dicẽdæ ſint, requirantur poſt miſſas votiuas, ſuo loco de ſingulis rebus ſingulæ. Si pro defunctis dicenda ſit miſſa, habetur poſt miſſas votiuas, cum collectis diuerſis, circa finem Miſſalis. Ordinarium totius miſſæ, cum Præfationibus, Canone, & alijs dicendis, habetur ſuo loco, cum Proprio miſſarum de Tempore.

RITVS SERVANDVS in celebratione Miſſæ.

¶De præparatione Sacerdotis celebraturi.

SAcerdos celebraturus, ſeruatis iis quæ ſuperius dicta ſũt, quò ad pręuiam Confeſſionem, & Horas canonicas, Matutino ſaltẽ abſoluto, orationi aliquantulũ vacet, & orationes inferius poſitas pro temporis opportunitate dicat. Deinde accedit ad locum in Sacriſtia, uel alibi præparatum, ubi paramenta, aliaque ad celebrationem neceſſaria habẽtur: accipit Miſſale, perquirit.

quirit miſſam, perlegit, & ſignacu la ordinat ad ea, quæ dicturus eſt. Poſtea lauat manus, dicēs orationem inferius poſitā. Deinde præparat calicem, ponens ſuper eius os purificatoriū, & ſuper illud patenam cum hoſtia, quam tegit parua palla, & uelo ſerico: ſuper velo ponit burſam coloris paramentorum intus habēs corporale plicatum. Quibus ita diſpoſitis accedit ad paramenta, ubi calciatus pedibus, & indutus veſtibus ſibi cōuenientibus, quarum exterior ſaltem talum pedis attingat: induit ſe, ſi ſit Prælatus ſecularis, ſupra rochettum: ſi ſit Prælatus regularis, vel alius Sacerdos ſecularis, ſupra ſuperpelliceum, ſi commode haberi poſſit, alioquin ſine eo, ſupra veſtes communes, dicens ad ſingula ſingulas orationes inferius poſitas. Ac primum accipiens Amictum circa extremitates, & cordulas, oſculatur in medio, & ponit ſuper caput, & mox declinat ad collum, & eo circa ueſtium collaria tegens, ducit cordulam ſub brachijs, & circunducens per dorſum ad uentrem reducit, & ligat. Tum Alba induitur caput ſubmittens, deinde manicā dextram bracchio dextro, & ſiniſtram ſiniſtro imponens. Albam ipſam corpori adaptat, eleuat ante, & a lateribus hinc inde, & Cingulo per miniſtrum a tergo ſibi porrecto, ſe cingit. Miniſter eleuat Albā ſupra cingulū circū circa, vt honeſte dependeat, & tegat ueſtes, ac eius fimbrias diligenter aptat, vt ad latitudinē digiti vel circa ſupra terrā æqualiter fluat. Sacerdos accipit Manipulū, oſculatur crucem in medio, & imponit bracchio ſiniſtro. Deīde ambabus manibus accipiēs ſtolam, ſimili modo deoſculatur, & imponit mediū eius collo, ac trāſuerſando eam ante pectus in modū crucis, ducit partem a ſiniſtro humero pendētem ad dextrā, & partem a dextro humero pendētem ad ſiniſtram, Sicq; vtranque partē ſtolæ extremitatibus cinguli hinc inde ipſi cingulo coniungit. Si celebrans ſit Epiſcopus, nō ducit ſtolā ante pectus in modū crucis, ſed ſinit hinc inde utraſque extremitates pendere: & accipit cruciculā a collo ante pectus cordulis pēdentē. Poſtremo Sacerdos accipit Planetam. Si ſit Epiſcopus, & ſollemniter celebrat, accipit paramenta, & alia vt in Pontificali.

¶ De ingreſſu Sacerdotis ad Altare.

SAcerdos omnibus paramentis indutus, accipit ī manu ſiniſtra Calicē vt ſupra pręparatū, & burſam manu dextra ſuper Calice tenēs, capite cooperto accedit ad altare, miniſtro cū Miſſali, & alijs ad celebrādum neceſſarijs præcedente. Procedit autem oculis demiſſis, inceſſu graui, erecto corpore. Si vero

Si vero contigerit eum tranſire ante altare maius, capite cooperto faciat ad illud reuerentiam: ſi ante locũ ſacramenti, genuflectat. Si ante altare vbi celebretur miſſa, in qua eleuatur ſacramentum, ſimiliter genuflectat, & detecto capite illud adoret. Cum peruenerit ad altare, ſtãs ante illud in infimo gradu, caput detegit, biretum miniſtro porrigens, & altari, ſeu imagini crucifixi deſuper poſitæ profunde inclinat. Si autem in eo ſit tabernaculum Sanctiſſimi Sacramenti, genuflectens debitam facit reuerentiam. Tunc aſcẽdit ad medium altaris, ibi ad cornu Euangelij ſiſtit Calicem: extrahit corporale de burſa quod extẽdit in medio altaris, & ſuper illud Calicẽ uelo coopertũ collocat. Si in altari paramenta accepit, hoc idẽ facit antequam deſcendat ab altari miſsã inchoaturus. Si eſt conſecraturus plures hoſtias pro Communione facienda, quæ ob quantitatem ſuper patena manere nõ poſſint: locat eas ſuper Corporale ante Calicem, aut in aliquo Calice uel uaſe mundo cõſecrato eas ponit retro poſt Calicẽ, & alia patena cooperit. Collocato Calice in altari, accedit ad cornu epiſtolæ, Miſſale ſuper cuſſino aperit, reperit miſſam, & ſignacula ſuis locis accommodat. Deinde rediẽs ad medium altaris, facta primum Cruci reuerentia, deſcẽdit ad gradum infimum altaris pro miſſa inchoanda.

¶ In miſſa ſollemni miſsale in altari, calix & alia neceſsaria pręparentur in credentia cooperta linteo cum luminaribus, ſicut magis decet, antequam Sacerdos veniat ad altare. Ipſe autem procedit cũ miniſtris: & cum peruenerit ad infimum gradum altaris, ibi medius inter Diaconum a dextris, & Subdiaconum a ſiniſtris, antequã aſcendat ad altare, facit cum ipſis (vt infra) Confeſſionem.

¶ In miſsa Pontificali omnia ſeruentur, vt in Põtificali & Cæremoniali Romano ordinatur: cuius Põtificalis ordinẽ Epiſcopus nunquam prætermittat, quandocunque cum Diacono, & Subdiacono paratis celebrat.

De principio Miſsæ, & Confeſsione facienda.

SAcerdos quamprimum deſcenderit ad infimum gradum altaris, cõuertit ſe ad ipſum altare, vbi ſtans ante illud iũctis manibus ante pectus, detecto capite, facta prius Cruci uel Altari reuerẽtia, erectus incipit miſsam. Si autem celebraturus ſit coram ſummo Pontifice: ſiſtit ſe in infimo gradu altaris a cornu Euangelij ante ipſum Pontificem, ubi genuflexus expectat: accepta benedictione erigit ſe, & ſtãs uerſus altare incipit miſſam. Si autem ſit coram Cardinale, Pa-

le, Patriarcha, Archiepiſcopo, uel Epiſcopo in eorum reſidentijs, vel loco iuriſdictionis: ſtãs in infimo gradu a cornu Euangelij ut ſupra expectat: dato ſigno facit profundam reuerentiam Prælato, & uerſus ad altare incipit miſſam. Si autem ſollemniter celebrat coram Summo Pontifice, aut alio ex Prælatis prædictis in eccleſijs ſuę iuriſdictionis ſtans a ſiniſtris Prælati, facit cum eo Confeſſionem, & alia ſeruat ut ĩ Cæremoniali Romano, & in Pontificali ordinatur. Stans igitur celebrans in infimo gradu altaris ut ſupra, producens manu dextera a frõte ad pectus ſignũ crucis, dicit intelligibili uoce. In nomine patris, & filij, & ſpiritus ſancti. Amen. Et poſtquam id dixerit, nõ debet aduertere quemcunque in alio altari celebrãtem, etiã ſi ſacramentum eleuet, ſed continuare proſequi miſſam ſuam uſq; ad finem. Cum ſeipſum ſignat, ſiniſtram ponit infra pectus: in alijs benedictionibus cũ eſt ad altare, & ſeipſum nõ benedicit, ſed oblata uel aliquid aliud, ponit eam ſuper altari. Seipſum benedicẽs, vertit ad ſe palmam manus dextræ, & omnibus illius digitis iũctis & extenſis, a fronte ad pectus, & ab humero ſiniſtro ad dextrum, ſignum crucis format. Si uero alijs, uel rẽ aliquam benedicit, paruum digitum uertit ei cui benedicit, ac benedicẽdo totam manum dextram extendit, omnibus illius digitis pariter iunctis, & extẽſis: quod in omni benedictione obſeruatur. Poſtquã dixerit In nomine patris &c. vt ſupra: iũgit manus ante pectus pronuncians clara uoce Antiphonam Introibo ad altare dei. Miniſter retro poſt eum ad ſiniſtram genuflexus, & in miſſa ſollemni miniſtri hinc inde ſtantes proſequuntur Ad deum qui lętificat iuuentutem meã. Deinde Sacerdos eodem modo ſtans incipit, & proſequitur cũ miniſtro uel miniſtris alternatim Pſalmum Iudica me deus, vſque ad finem, cum Gloria patri. Quo finito repetit Antiphonam Introibo, cum miniſtris ut ſupra. Qui pſalmus nunquã prætermittitur, niſi in miſſis defunctorũ, & in miſſis de Tẽpore a Dominica paſſionis incluſiue uſq; ad Sabbatum ſanctũ excluſiue: in quibus ſemel tantum dicta antiphona Introibo, cũ miniſtris ut ſupra, Sacerdos ſtatim ſubiungit V. Adiutorium noſtrum &c. vt infra. Cum in fine pſalmi dicit, Gloria patri, &c. caput cruci inclinat. Repetita Antiphona Introibo, dextra manu producens ſignum crucis a frõte ad pectus, dicit V. Adiutorium noſtrũ in nomine domini. R. Qui fecit cœlum & terram. Deinde caput ſeq; profunde altari inclinãs, dicit Confiteor deo ut in Ordinario.

nario. Et proſequitur eodem modo ſtans inclinatus donec a miniſtro vel miniſtris dictum ſit Miſereatur. Cum incipitur a miniſtris Cõfiteor ſe erigit. Cum dicit Mea culpa, ter pectus dextra manu percutit. Si eſt corã Pontifice, & Cardinali & Legato ſedis Apoſtolicę, Patriarcha, Archiepiſcopo, & Epiſcopo in eorum Prouincia, Ciuitate, vel Diœceſi conſtitutis: ubi dicit Vobis fratres dicat Tibi pater. ſimiliter in fine, ubi dicit Vos fratres dicat Te pater: quod dicens ſummo Pontifici genuflectit, alijs Prælatis profunde inclinat. Cũ miniſter, & qui interſũt (etiam ſi ibi fuerit ſummus Pontifex) reſpondent Cõfiteor, dicunt tibi pater, & te pater. Facta a circunſtãtibus Confeſſione: celebrãs ſtãs reſpondet Miſereatur veſtri &c. Deinde producens manu dextra a fronte ad pectus ſignum Crucis; dicit Indulgentiã &c. Et ſtatis inclinatus, proſequitur Deus tu conuerſus & quę ſequuntur in Ordinario, clarà voce vſque ad orationem Aufer a nobis &c. quã dicit ſecreto. Et tũc ſi coram ſummo Põtifice, aut alijs Prælatis ut ſupra, celebret: facta ſummo Põtifici genuflexione, alijs Prælatis profunda reuerentia, accedit ad infimum gradũ ante medium altaris: & ibi dicit Aufer a nobis, &c. vt ſupra.

De Introitu, Kyrie eleiſon, & Gloria in excelſis.

Dicto Aufer a nobis &c. Celebrans iunctis manibus aſcendit ad medium altaris, ubi ſtans inclinatus, & iunctis manibus ſuper Altare poſitis, ita ut digiti parui duntaxat frõtem ſeu mediũ anterioris partis tabulæ ſeu menſę altaris tangãt, reſiduo manuum inter altare & ſe retento, pollice dextro ſuper ſiniſtrum in modum crucis poſito (quod ſemper obſeruatur cũm manus iunctæ ſuper altare ponuntur) ſecreto dicit Oramus te domine &c. Quo dicto cũ dicit Quorum reliquiæ hic ſunt, oſculatur altare in medio, manibus extẽſis hinc inde ſuper altare poſitis: qđ in omni deoſculatione altaris ſeruatur: ſed poſt conſecrationem pollices ab indicibus non diſiunguntur. Oſculato altari accedit ad cornu ſiniſtrum altaris, ideſt, Epiſtolæ: ubi ſtans uerſus altare, & producens a fronte ad pectus ſignum crucis, incipit intelligibili uoce Introitũ miſſæ & proſequitur iunctis manibus. Cum repetit Introitum, non ſignat ſe ut prius: & eo repetito iunctis manibus ante pectus, accedit ad mediũ altaris, ubi ſtans uerſus illud ſimiliter manibus iunctis, dicit ſimili voce ter Kyrie eleiſõ ter Chriſte eleiſon, & iterum ter Kyrie eleiſon alternatim cũ miniſtro. Si miniſter, vel qui

vel qui interſunt celebranti non reſpondeant, ipſe ſolus nouies dicit. Dicto vltimo *Kyrieeleiſon*: Sacerdos ibidem vt prius ſtans, & manus extendens, eleuanſque, & iungens voce prædicta incipit, ſi dicendum ſit, *Gloria in excelſis*: cum dicit *Deo*, caput cruci inclinat: quo erecto ſtans iunctis manibus vt prius, proſequitur vſq; ad finem. Cum dicit *Adoramus te: Gratias agimus tibi: Ieſu Chriſte: Suſcipe deprecationem noſtram*, & iterũ *Ieſu Chriſte*, caput cruci inclinat. Cum dicit in fine *Cum ſancto ſpiritu*, ſeipſum a fronte ad pectus ſignat, interim perficiens *In gloria dei patris. Amen*. ¶ In miſſa ſollemni Sacerdos facta confeſſione aſcendit cum miniſtris ad altare, quo per eum oſculato, ponit incẽſum in thuribulo, miniſtrãte Diacono nauiculam, & Thuriferario thuribulum. Antequã ponat incenſum, illud benedicit, dicens *Ab illo benedicaris*, &c. Poſtea Diaconus dimiſſa nauicula, accipit thuribulum, & dat celebranti, oſculata prius eius manu, qui facta cruci reuerẽtia, eam ter incenſat, deinde Reliquias, ſi adſint; primum quæ a dextris ſunt, deinde quæ a ſiniſtris, bis cuique ducens thuribulum; poſtea imagines, vel eorum loco candelabra, ſemel ſingulis thuribulum ducens; primum a cornu Epiſtolæ, & illius poſtremam partem inferiorem altaris; deinde ſuperiorem ſcilicet tabulam altaris, & procedens ante crucem, facta ei reuerentia incenſat alias imagines, ſeu earum loco candelabra in cornu Euangelij, & illius poſtremam partem altaris inferiorem, & ſuperiorem tabulæ; deinde totam anteriorem vſque ad extremum altaris in cornu Epiſtolæ, facta cruci reuerentia cum ante eam tranſit, & reddito thuribulo ipſi Diacono, ab eo ipſe ſolus incenſatur. Deinde, cum illis, Diacono a dextris celebrantis, Subdiacono a dextris Diaconi ſtantibus, proſequitur *Introitum*, & *Kyrie eleiſon*. Cum vero intonat hymnum *Gloria in excelſis deo*. Diaconus, & Subdiaconus, vnus poſt alium, ſtant a tergo celebrantis, poſtea aſcendunt ad altare, & hinc inde cum celebrante hymnum ſubmiſſa voce proſequuntur vſque ad finem. Quod etiam ſeruatur cum dicitur *Credo* & cum dicitur *Dominus vobiſcum, Oratio, Præfatio* & *Pater noſter*. Diaconus & Subdiaconus ſimiliter ſtant vnus poſt alterum a tergo celebrantis.

¶ De Oratione.

Dicto hymno *Gloria in excelſis*, vel ſi non ſit dicendus, eo omiſſo, celebrans oſculatur altare in medio, manibus hinc inde ſuper illo vt ſupra extenſis, tum iunctis

ctis ante pectus manibus, demiſſis ad terram oculis, vertit ſe ad manum ſiniſtram, hoc eſt, ad latus dextrum verſus populum, & extendens, ac iungens manus ante pectus vt prius, dicit voce prædicta Dominus vobiſcum. R. Et cum ſpiritu tuo, iunctis vt prius manibus reuertitur per eandem viam ad librum, vbi extendens & iungens ante pectus manus, caputque cruci inclinans, dicit Oremus, tum extendit manus ante pectus, ita vt palma vnius manus reſpiciat alteram, & digitis ſimul iunctis, quorum ſummitas humerorum altitudinem diſtantiamque non excedat, quod in omni extenſione manuũ ante pectus ſeruatur. Stans autem vt ſupra extenſis manibus, dicit Orationem. Cum dicit Per dominũ noſtrum, iungit manus. Si aliter concluditur oratio Qui tecum; vel Qui viuis, cum dicit in vnitate, iungit manus. Cum nominatur nomẽ Ieſus, caput verſus crucem inclinat. Cum in oratione nominatur nomen beatæ Mariæ, vel Sanctorum, de quibus dicitur miſſa, vel fit commemoratio, item in oratione pro Papa quando nominatur, caput inclinat. Si plures orationes ſunt dicendæ, idem in eis, in voce, extenſione manuum, & capitis inclinatione, quod ſupra dictũ eſt, obſeruatur. Si altare ſit ad Orientem verſus populum, celebrans verſa facie ad populum, non vertit humeros ad altare, cum dicturus eſt Dominus vobiſcum, Orate fratres, Ite miſſa eſt, vel daturus benedictionem, ſed oſculato altari in medio, ibi expanſis & iunctis manibus vt ſupra, ſalutat populum.

In Quatuor temporibus, vel aliàs quando dicendæ ſunt plures orationes cum Prophetijs, dicto Kyrie eleiſon, in medio Altaris, reuertitur ad cornu Epiſtolæ, vbi ſtans ante librum extenſis & iunctis ante pectus manibus, & caput cruci inclinans, dicit Oremus. Flectamus genua, & illico manibus ſuper altare extenſis, vt ſe ipſum ad altare ſuſtineat, genuflectit, & ſine mora ſurgens, eadem voce dicitur a miniſtro Leuate, & manibus extenſis dicit orationem vt ſupra, & in concluſione iungit. Dum autem legit Prophetiam, manus tenet ſuper librum vel altare poſitas. In miſſa ſollemni cum dicitur Dominus vobiſcum, & Oratio, Diaconus & Subdiaconus ſtant retro poſt celebrantem. Flectamus genua dicitur a Diacono, a Subdiacono vero, Leuate, illo primum genuflectente, hoc primum ſurgente.

¶ De Epiſtola, Graduali, & aliis vſque ad Offertorium.

Dictis

DIctis orationibus celebrãs poſitis ſuper librum, vel ſuper altare manibus, ita vt palmæ librũ tangant, vel (vt placuerit) librum tenens: legit Epiſtolam intelligibili voce, & reſpõdetur a miniſtro Deo gratias, & ſimiliter ſtans vt prius, proſequitur Graduale, Alleluia, & Tractum, ac Sequentiam, ſi dicenda ſint. Quibus dictis celebrãs ſi priuatim celebret, ipſemet ſeu miniſter portat librũ Miſſalis ad alteram partem altaris in cornu Euãgelij, & dum trãſit ante mediũ altaris, caput cruci inclinat; & miſſale ſic locat, vt poſterior pars libri reſpiciat ipſum cornu altaris, & non ad parietem, ſiue ad partem eius contra ſe directam. Locato miſſali in altari, celebrans redit ad medium altaris, & ibi ſtans profunde inclinatus, iunctis manibus ante pectus, leuatiſque ad Deum oculis, ſecrete dicit Munda cor meum, & Dominus ſit in corde meo & Iube domne, vt in Ordinario. Quibus dictis vadit ad librum Miſſalis, vbi ſtans verſus illum iunctis manibus ante pectus, dicit intelligibili voce Dominus vobiſcum. R. Et cum ſpiritu tuo. Deinde pollice dextrę manus ſigno crucis ſignat, primo librum ſuper principio Euangelij, quod eſt dicturus; poſtea ſeipſum in fronte, ore, & pectore, dicens, Sequentia, vel Initium ſancti Euangelij. &c. R. Gloria tibi domine. Tum iunctis iterum vt prius manibus, ſtans vt ſupra, proſequitur Euangelium vſque ad finem.

Quo finito miniſter reſpondet Laus tibi Chriſte. & celebrans eleuans parumper librum, oſculatur Euangelium, præterquam in miſſis Defunctorum, in quibus non oſculatur, & niſi celebret coram ſummo Pontifice, aut Cardinali, vel coram Patriarcha, Archiepiſcopo vel Epiſcopo in eorum reſidentijs, quo caſu defertur cuilibet prædictorum oſculandus liber, & ipſe celebrans tunc non oſculatur. Dicto Euangelio ſtans in medio Altaris verſus Crucem eleuãs & iungens manus, caputque cruci inclinans, incipit (ſi dicendum ſit) Credo. cũ dicit in vnum Deum caput cruci inclinat, quo erecto ſtans ibidem iũctis ante pectus manibus vt prius, proſequitur vſque ad finem, Cum dicit Ieſum Chriſtum, caput cruci inclinat. Cum dicit Et incarnatus eſt, vſque ad Homo factus eſt inclusiue, genuflectit. Cum dicit Et vitam venturi ſeculi. Amen, producit ſibi manu dextra ſignum crucis a fronte ad pectus. ¶ In miſſa ſollemni Subdiaconus circa finem vltimæ orationis accipit ambabus manibus librum Epiſtolarum, deferẽs illum

ſupra

ſupra pectus, & facta altari genuflexione in medio, vadit a parte Epiſtolę cõtra altare, & cantat Epiſtolam, quam etiam celebrans interim ſubmiſſa voce legit: & ea cãtata Subdiaconus redit ad celebrantem, oſculatur eius manum, & ab eo benedicitur, pręterquã in miſſis defunctorum. Deinde idem Subdiaconus accipit Miſſale celebrantis, defert ad cornu Euangelij in altare, & ibi miniſtrat celebranti: qui ſubmiſſa voce lecto Euangelio, & per Diaconum delato libro euangeliorum ad altare, imponit incenſum in thuribulum. Deinde Diaconus dicit *Munda cor meum* genuflexus ante altare, accepto libro euãgeliorum de altari, & benedictione a celebrante, oſculataque illius manu, praecedentibus Thuriferario & duobus Acoluthis cum luminaribus ſeu cãdelabris de credentia ſumptis, vadit cum Subdiacono a ſiniſtris ad locum Euangelij contra altare verſus populum, vbi Subdiacono librum tenente, medio inter duos Acoluthos tenentes candelabra accẽſa, dicit *Dominus vobiſcum*, iunctis manibus. Cum dicit *Sequentia* &c. ſignat librum, frontẽ, os & pectus: poſtea ter librum incenſat, hoc eſt in medio, a dextris, & a ſiniſtris, & proſequitur Euangelium iunctis manibus. Interim celebrans ſtat iunctis manibus a cornu Epiſtolæ verſus Euãgelium. Quo finito oſculatur Sacerdos librum a Subdiacono ſibi delatũ, & a Diacono ter incenſatur: ſi ſit coram Prælato in ſua reſidentia, liber defertur ad Prælatũ vt ſupra, & ille incenſatur vt in Pontificali. Poſtea ſtans in medio altaris verſus crucem, incipit (ſi dicendum ſit) *Symbolum*, ſtantibus poſt eũ Diacono & Subdiacono: deinde ad altare accedentibus, & cum eo proſequentibus, vt dictum eſt ad *Gloria in excelſis*. Si vero ſit prædicandum, Concionator finito Euangelio prędicet, & ſermone ſiue concione expleta, dicatur *Credo*, vel ſi non ſit dicendũ, cantetur *Offertoriũ*. Cum vero in Symbolo cãtatum fuerit *Et incarnatus eſt*, Diaconus accepta burſa de credẽtia, eam defert eleuatam cum ſolitis reuerentijs ad medium altaris, in quo explicat corporale, & reuertitur ad celebrantem. Si quandoq; celebrans cantat miſſam ſine Diacono & Subdiacono, *Epiſtolam* cantat aliquis Lector ſuperpelliceo indutus, qui in fine non oſculatur manum celebrantis: *Euangelium* autem cãtat ipſe celebrans ad cornu Euangelij, qui & in fine miſſæ cantat *Ite miſſa eſt* vel *Benedicamus Domino*, pro temporis diuerſitate.

¶ De Offertorio, & alijs vſque ad Canonem.

Dicto-

Dicto Symbolo, vel ſi non ſit dicendum, dicto Euangelio celebrãs oſculatur altare in medio, & iunctis manibus ante pectus, ibidẽ a manu ſiniſtra ad dextram vertit ſe ad populum, & extendens ac iũgens manus dicit Dominus vobiſcũ, & iunctis manibus reuertitur per eandẽ viam ad mediũ altaris, vbi extendẽs & iungẽs manus, caputq; cruci inclinãs, dicit Oremus, tum iũctis ut prius manibus dicit Offertorium, & omnia quæ vſq; ad finẽ miſſæ in medio altaris dicẽda ſunt, dicit ibidẽ ſtãs verſus ad altare, niſi vbi aliter ordinatur. Dicto Offertorio diſcooperit calicem, & ad cornu Epiſtolę ſiſtit, & amota parua palla deſuper hoſtiam, accipit patenã cũ hoſtia, & ambabus manibus vſq; ad pectus eam eleuatã tenẽs, oculis eleuatis ad deũ dicit Suſcipe ſancte pater &c. Si fuerint alię hoſtię nõ ſuper patenã, ſed ſup corporale, vel in alio vaſe pro Cõmunione populi conſecrandæ, calicem illũ ſeu vas dextra diſcooperit, & intẽtionẽ ſuam etiam ad illas offerendas, & conſecrãdas dirigens, dicit vt ſupra, Suſcipe &c. vt in Ordinario. Quo dicto, faciens ſignũ crucis cũ dicta patena, ponit hoſtiam ſuper corporale circa mediũ anterioris partis corporalis ante ſe, & patenam ad manũ dextram aliquantulũ ſubtus corporale, & cooperit purificatorio. Si autem adſit vas ſeu calix cũ alijs hoſtijs, ipſum cooperit alia patena, uel palla. Deinde accipit calicẽ, purificatorio extergit, & accipiens ampullam vini de manu miniſtri, ponit vinum in calicem, Deinde producit ſignum crucis ſuper ampullã aquę, & dicit Deus qui humanæ ſubſtantiæ. imponens parũ aquæ in calice proſequitur Da nobis per huius aquæ, & vini myſterium. Si vero celebrat pro defunctis, nõ facit ſignum crucis ſuper aquam, ſed imponit abſq; benedictione, dicens orationem ut ſupra. Impoſita aqua in calice, & finita oratione prędicta, accipit calicem diſcoopertum, & ſtans ante medium altaris ipſum ambabus manibus eleuatum tenens, videlicet, cum ſiniſtra pedem, cum dextera autem nodum infra cuppam, intentis ad deum oculis offert, dicens, Offerimus tibi domine, &c. qua oratione dicta, facit ſignum crucis cũ calice ſuper corporale, & ipſum in medio poſt hoſtiam collocat, & palla cooperit. Deinde iunctis manibus ſuper altare poſitis, capite inclinato dicit ſecreto, In ſpiritu humilitatis. &c. Poſtea eleuans oculos, manuſque expandens, & ſtatim iungens ante pectus (quod ſemper facit quando aliquid eſt benedicturus) dicit, Veni ſanctificator, &c. cum dicit & benedic.

ſignat manu dextra cõmuniter ſuper hoſtiam & calicem. Tunc iunctis ante pectus manibus, accedit ad cornu Epiſtolæ, vbi ſtans miniſtro aquã fundente lauat manus, ideſt, extremitates digitorũ pollicis & indicis, dicẽs Pſalmũ Lauabo inter innocẽtes. cũ Gloria patri &c. q verſus Gloria patri, prętermittitur in miſſis defunctorũ, & ĩ miſſis a Dominica de paſſione vſq; ad Sabbatũ ſanctũ excluſiue.

Celebrãs lotis manibus eas tergit, & illis ante pectus iũctis reuertitur ad medium altaris, vbi ſtans oculoſq; ad Deũ eleuãs, & ſtatim demittens manibus iunctis ſuper altare, capiteq; inclinato dicit ſecreto Suſcipe ſancta Trinitas, &c. Quo dicto, manibus hinc inde extenſis, & ſuper altare poſitis, oſculatur altare in medio: tum iunctis manibus ante pectus, demiſſiſq; oculis ad terrã, a ſiniſtra manu ad dextrã vertit ſe ad populũ, & verſus eũ extẽdens & iungẽs manus, dicit voce aliquantulum eleuata Orate fratres & ſecreto proſequẽs vt meum ac veſtrũ ſacrificiũ, &c. perficit circulum, reuertens iũctis manibus ante pectus a manu dextra ad medium altaris. Et reſponſo a miniſtris vel circunſtantibus Suſcipiat dominus ſacrificium de manibus tuis, &c. alioquin per ſe ipſum, dicens Sacrificium de manibus meis, ipſe celebrans manibus ante pectus extenſis, vt ſit ad orationem, ſtans in medio altaris verſus librum dicit abſolute ſine alia interpoſitione Orationem vel Orationes ſecretas: cum dicit Per dominum. iũgit manus: cum dicit Ieſum Chriſtum, caput inclinat, quod facit in prima oratione, & in vltima, ſi plures ſint dicendę. Peruento autem in concluſione vltimæ ſecretæ ad verba illa Per omnia ſecula ſeculorum, excluſiue: celebrans ſtans in medio altaris depoſitis ſup eo manibus hinc inde extenſis, dicit cõuenienti, & intelligibili voce Præfationẽ. Cum dicit Surſum corda, eleuat manus hinc inde extenſas vſq; ad pectus. Cũ dicit Gratias agamus domino, iungit manus: cum dicit Deo noſtro, cruci caput inclinat. Reſponſo Dignum & iuſtum eſt, eleuatis & extẽſis vt prius manibus, proſequitur Præfationem propriam, vel communem, vt tempus requirit. Cum dicit Sanctus, iunctis ante pectus manibus, & inclinatus voce mediocri proſequitur. Cum dicit Benedictus qui venit in nomine domini, &c. ſignũ crucis ſibi producit a fronte ad pectus. ¶ In miſſa ſollemni dicto Oremus, Diaconus & Subdiaconus accedũt ad altare a cornu Epiſtolę, Diaconus amouet calicem, ſi eſt in altari, uel ſi eſt in credẽtia, ut magis decet, accipit eũ de ma

nu Subdiaconi, qui illum de credentia cum patena, palla & velo à collo ſibi pendente coopertum detulit, detegit, & dat patenam cum hoſtia celebranti, Subdiaconus extergit calicem purificatorio, Diaconus accepta ampulla vini de manu Subdiaconi, imponit vinum in calice, Subdiaconus interim ampullam aquæ oſtendens celebranti, dicit Benedicite pater reuerende: qui facto verſus eam ſigno crucis, dicit orationem Deus qui humanæ, &c. interim Subdiaconus infundit paulum aquæ in calicem, Diaconus illum celebranti dat, & pedem calicis tangens, ſeu brachium dextrum celebrantis ſuſtentans, cum eo dicit Offerimus tibi domine, &c. poſtea poſitum in altari vt ſupra, palla cooperit: Subdiacono deinde ponit in dextera manu patenam, quam cooperit extremitate veli ab eius humero pendentis: qui vadit poſt celebrantem ante medium altaris, & ibi ſtat in loco conuenienti. Dicto Veni ſanctificator, vt ſupra, celebrans ponit incenſum in thuribulum, miniſtrante Diacono nauiculam, dicens Per interceſſionem, &c. ut in Ordinario. Deinde accepto thuribulo per manum Diaconi, incenſat oblata, ter ducens thuribulum ſuper calicem & hoſtiam ſimul in modum crucis, & ter circum calicem & hoſtiam, ſcilicet bis à dextra ad ſiniſtram, & ſemel à ſiniſtra ad dextram, diſpenſans verba in qualibet incenſatione hoc modo. In prima incenſatione Incenſum iſtud. In ſecunda a te benedictum. In tertia aſcendat ad te domine. In quarta & deſcendat ſuper nos. In quinta & ſexta miſericordia tua. Deinde incenſat altare vt ſupra dicens Dirigatur domine oratio mea, &c. & cum incenſatur crux, Diaconus amouet calicem ad partem Epiſtolæ, & incenſata cruce reponit in loco ſuo, vt in Ordinario. Cum reddit thuribulum Diacono, dicit Accendat in nobis, &c. Et incenſatur ab eo: poſtea Diaconus incenſat Chorum, & poſtremo Subdiaconum tenentem patenam, & ipſe Diaconus incenſatur à Thuriferario, & Thuriferarius poſtea incenſat populum. Cum dicitur Præfatio, Diaconus & Subdiaconus ſtant retro poſt celebrantem: & paulò antequam dicatur Sanctus, accedunt ad altare, vbi cum celebrante hinc inde dicunt Sanctus, & quæ ſequuntur vſque ad Canonem. Deinde Diaconus accedit ad ſiniſtram celebrantis, ei aſſiſtens dum dicitur Canon. niſi alius Sacerdos aſſiſtat: Subdiaconus vero tunc ſtat poſt celebrantē.

¶ De Canone miſſæ, vſque ad Conſecrationem.

FInita Præfatione ut ſupra, celebrans ſtans ante medium altaris, verſus ad illud, aliquantulum

lum eleuat manus, oculiſque eleuatis ad Deum, & ſine mora deuote demiſſis, ac manibus iunctis, & ſuper altare poſitis, profunde inclinatus incipit Canonem: ſecreto dicens: *Te igitur,* &c. vt in Ordinario. Cum dicit, *vti accepta habeas & benedicas,* prius oſculatur ante ſe altare, deinde erigit ſe, & ſtat iunctis manibus ante pectus. Cum dicit. *Hæc dona* † *hæc munera* † *hæc ſancta ſacrificia* †. dextra manu ſignat ter communiter ſuper hoſtiam & calicem. Deinde extenſis manibus ante pectus, proſequitur, *In primis quæ tibi offerimus,* &c. Vbi dicit *vnà cum famulo tuo Papa noſtro N.* exprimit nomen Papæ: ſede autem vacante verba prædicta omittuntur: vbi dicitur, & *Antiſtite noſtro N.* ſpecificatur nomen Patriarchæ, Archiepiſcopi, vel Epiſcopi ordinarij in propria Diœceſi, qui ſi eſt vita functus, prædicta verba omittuntur. Si celebrans eſt Epiſcopus, Archiepiſcopus, vel Patriarcha, omiſſis prædictis verbis, eorum loco dicit, *Et me indigno ſeruo tuo.* Si vero celebrans eſt Papa, omiſſis verbis, *vnà cum famulo tuo Papa noſtro N. & Antiſtite noſtro N.* dicit *vnà cũ me indigno famulo tuo, quem gregi tuo præeſſe voluiſti.* Et continuant omnes vt ſequitur. *Et omnibus orthodoxis,* &c. Cum dicit *Memento domine,* eleuans & iungens manus vſq; ad faciem vel pectus, ſic iunctis manibus ſtat pauliſper in quiete, demiſſo aliquantulum capite, faciens cõmemorationem viuorum Chriſti fidelium ad ſuam voluntatem, quorum nomina ſi vult ſecreto commemoret: non tamen neceſſe eſt ea exprimere, ſed mente tantum eorum memoriam habeat. Poteſt etiam celebrans ſi pro pluribus orare intendit, ne circunſtantibus ſit moroſus, ante miſſam in animo proponere ſibi omnes illos tam viuos quàm defunctos, pro quibus in ipſa miſſa orare intendit: & hoc loco generaliter vnico contextu ipſorum viuorum commemorationem agere, pro quibus ante miſſam orare propoſuit in miſſa. Commemoratione viuorum facta, demiſsis & extenſis vt prius manibus, continuat, *Et omnium circunſtantium,* &c. Similiter ſtans proſequitur *Communicantes.* Cum dicit *Ieſu Chriſti,* caput cruci inclinat: in concluſione quando dicit *Per eundem,* iungit manus. Cum dicit *Hanc igitur oblationem,* expandit manus ſimul ſuper oblata, ita vt palmæ ſint apertæ verſus ac ſupra calicem & hoſtiam, quas ſic tenet, vſque ad illa verba *Per Chriſtum dominum noſtrum,* tunc enim iungit manus, & ſic proſequitur. *Quam obla-*

oblationem tu deus in omnibus quæſumus & cũ dicit benedictam, adſcriptam, ratam cõiter ſignat ter ſup hoſtiam, & calicem ſimul. Deinde cũ dicit, vt nobis corpus, ſeparatim ſignat ſemel ſup hoſtiã tantũ: & cũ dicit & ſanguis, ſemel ſup calicẽ tãtũ, deinde eleuãs & iungẽs manus ante pectus, pſequitur, fiat dilectiſſimi filii tui domini noſtri Ieſu Chriſti: inclinãs caput cruci, ſi opus fuerit extergit pollices, & indices ſuper corporali, & dicit ſecreto vt prius Qui pridie quam pateretur: & accipiens pollice & indice dextrę manus hoſtiã, & eam cũ illis, ac indice & pollice ſiniſtrę manus tenẽs, ſtãs erectus ante mediũ altaris, dicit, Accepit panem in ſanctas, ac venerabiles manus ſuas: eleuanſq; ad cœlum oculos, & ſtatim demittẽs dicit, & eleuatis oculis in cœlum ad te Deum patrem ſuum omnipotentem: capuťque aliquantulum inclinans dicit tibi gratias agens & tenẽs hoſtiam inter pollicem, & indicem ſiniſtræ manus, dextra producit ſignum crucis ſuper eam dicens, benedixit, fregit, deditque diſcipulis ſuis dicens, Accipite et manducate ex hoc omnes. Si adſit vas cum aliis hoſtiis conſecrandis, diſcooperit manu dextra calicem, ſeu vas aliarũ hoſtiarum: & cubitis ſuper altare poſitis, ſtans capite inclinato, diſtincte, reuerenter, & ſecreto profert verba cõſecrationis ſuper hoſtiã, & ſimul ſuper omnes, ſi plures ſint conſecrandę, & hoſtiã ſuam pollicibus & indicibus tantum tenẽs, attente, deuote, & continuate profert verba conſecrationis, Hoc eſt enim corpus meum. Quibus prolatis celebrans tenens hoſtiam inter pollices, & indices prædictos ſuper altare, reliquis manuũ digitis extẽſis & ſimul iunctis (& hoſtiis ſi plures ſint conſecratę, in loco in quo a principio miſſæ ſunt poſitæ ſuper corporali vel alio vaſe, vel calice dimiſſis) genuflexus eã adorat. Tunc ſe erigens, quantum cõmode poteſt, eleuat in altum hoſtiam, & intẽtis in eã oculis (quod & in eleuatione calicis facit) populo reuerenter oſtendit adorandã: & mox ipſam reuerẽter ſuper corporale reponit in eodem loco vnde eam leuauit, & deinceps pollices, & indices non diſiungit, niſi quando hoſtiam conſecratam tãgere vel tractare debet, vſque ad ablutionem digitorum poſt communionem. Repoſita hoſtia conſecrata ſuper corporali genuflexus vſque ad terram ipſam veneratur: ſi adſit vas aliarum hoſtiarum patena cooperit. Interim dum celebrans eleuat hoſtiam accenſo prius intorticio miniſter manu ſiniſtra eleuat fimbrias poſteriores planetæ, ne ipſum celebrantẽ impediat in eleuatione brachiorum

quod & facit in eleuatione calicis. Celebrans adorato Sacramento ſurgit, & diſcooperit calicē in quem, ſi opus ſit, extergit digitos, quod ſemper faciat, ſi aliquod fragmentū digitis adhæreat, & ſtans erectus dicit, Simili modo poſtquam cænatum eſt, & ambabus manibus accipiens calicem iuxta nodum infra cuppam, aliquantulumque eleuans, & ſtatim deponens dicit accipiens & hunc præclarum calicem, &c. cum dicit benedixit, ſiniſtra calicem infra cuppam tenēs, dextra ſignat ſuper eum, & proſequens, deditque diſcipulis ſuis, &c. ambabus manibus tenens calicē, videlicet ſiniſtra pedem, dextra nodū infra cuppā, cubitis ſuper altare poſitis, & capite inclinato, profert ſecreto & deuote vt ſupra verba cōſecrationis ſanguinis: Hic eſt enim calix. &c. Quibus dictis reponit calicē ſuper corporale & dicēs, Hæc quotieſcunque feceritis. &c. genuflexus ſanguinem reuerenter adorat, Tum ſe erigit, & accipiens calicē diſcoopertum cū ſanguine ambabus manibus vt prius, eleuat eū, & erectum, quantum commode poteſt, oſtēdit populo adorandū: mox ipſum reuerenter reponit ſuper corporale in locum priſtinū, & manu dextra palla cooperit, ac genuflexus Sacramentum veneratur. In Miſſa ſollemni cum celebrans dicit, Quam oblationē, &c. Diaconus accedit ad dexteram celebrantis, & ibi in ſuperiori gradu altaris genuflexus, cum Sacramētum eleuatur, fimbrias planetæ eleuat, & quando opus eſt, ſe erigens, calicem cooperit, & diſcooperit, & cum celebrante genuflectit. Repoſito calice, Diaconus redit ad librum, niſi alius aſſiſtat.

¶ De Canone poſt Conſecrationem vſque ad Orationem Dominicam.

Repoſito calice, & adorato, celebrans ſtans ante altare, extenſis manibus ante pectus, dicit ſecreto, Vnde & memores, &c. iūgit manus ante pectus, & cum dicit, Hoſtiam † puram: Hoſtiam † ſanctam: Hoſtiam † immaculatā, manu dextera ſignat ter communiter ſuper hoſtiam & calicem, & ſemel ſuper hoſtiam tantum, & ſemel ſuper calicem tantum dicens panem † ſanctum vitæ æternæ. & calicem † ſalutis perpetuæ: deinde ſtans vt prius, extenſis manibus proſequitur, Supra quæ propitio, &c. Cum dicit Supplices te rogamus, &c. inclinat ſe ante medium altaris, manibus iunctis ſuper illo poſitis: cum dicit, ex hac altaris participatione, oſculatur altare: cū dicit, ſacroſanctum filij tui, iungit manus & dextera ſignat ſemel ſuper hoſtiam tantum, & ſemel ſuper calicem dicens, Cor † pus & ſan-

ſā† guinem ſumpſerimus: & cū dicit, omni benedictione cœleſti, ſeipſum ſignat à fronte ad pectus ſigno crucis, & proſequitur, & gratia repleamur. Cū dicit, Per eundem, iungit manus. Cum dicit, Memento Domine famulorum famularumque tuarum, ſtatim extenſis & iunctis manibus ante pectus, vel vſque ad faciem eleuatis, & intentis oculis ad Sacramentum ſuper altare, facit commemorationem fidelium defunctorum, de quibus ſibi videtur, eodem modo, vt dictum eſt de commemoratione viuorum. Qua commemoratione facta, ſtans vt prius extenſis manibus proſequitur, ipſis domine, & omnibus in Chriſto, &c. & in fine ad Per eundem, iungit manus, & caput inclinat. Cum dicit Nobis quoque peccatoribus, vocem aliquātulum eleuat, & dextra manu pectus ſibi percutit, & pſequitur ſecreto famulis tuis, &c. ſtās vt prius. Cum dicit Per Chriſtum Dominum noſtrum: per quē hæc omnia Domine ſemper bona creas: iungit manus ante pectus: deinde manu dextra ter ſignans communiter ſuper hoſtiam & calicem dicit, San†ctificas, viui†ficas, bene†dicis, & præſtas nobis: Poſtea diſcooperit manu dextra calicem, & genuflexus reuerentiā facit Sacramento: tum ſe erigit, & reuerenter accipit hoſtiam inter pollicem & indicem dextrę manus, & cum ea ſuper calicem, quē manu ſiniſtra tenet circa nodum infra cuppam, ſignat ter a labio ad labium, dicens, Per † ipſum, & cum † ipſo, & in † ipſo. Et cum hoſtia bis inter ſe & calicem a labio calicis incipiens ſignat dicens, eſt tibi deo pa†tri omnipotenti, in vnitate ſpiritus † ſancti. Deinde tenens manu dextra hoſtiam ſuper calicem, ſiniſtra calicem, eleuat eum aliquantulum ſimul cū hoſtia dicens, Omnis honor & gloria, & ſtatim vtrumque deponens, hoſtiam collocat ſuper corporali, & ſi opus ſit, digitos extergit, ut ſupra, ac pollices & indices vt prius iungens, calicem palla cooperit, & genuflexus vſque ad terram Sacramentum veneratur. In miſſa ſollemni cum celebrans dicit Per quem hæc omnia, &c. Diaconus facta Sacramento genuflexione, accedit ad dextram celebrantis, & quando opus eſt, diſcooperit calicem, & cum celebrante adorat: ſimiliter cooperit, & iterū genuflectit: Poſtea vadit retro poſt celebrantem, vbi ſtat, dum dicitur oratio Dominica.

¶ De Oratione Dominica, & aliis vſq; ad factam Communionē.

Celebrās cooperto adoratoq; calice, erigit ſe, & manibus extenſis hinc inde ſuper altare poſitis, dicit intelligibili voce Per omnia

nia ſecula ſeculorum &c. Cum dicit, Oremus. iungit manus, caput Sacramento inclinans. Cum incipit, Pater noſter, extendit manus, & ſtās oculis ad Sacramentū intentis, proſequitur vſq; ad finē. Reſponſo a miniſtro, Sed libera nos a malo & a celebrante, Amē. manu dextra, pollicē & indice nō diſiunctis, patenam aliquantulū purificatorio extergens, eam accipit inter indicem & medium digitos, quam tenens ſuper altare erectā, dicit ſecreto Libera nos quęſumus. &c. Antequam celebrans dicat, Da propitius pacem, eleuat manu dextra patenam de altari, & ſeipſum cum ea ſignat a fronte ad pectus: dicens Da propitius pacem in diebus noſtris, patenam ipſam oſculatur, & proſequens Vt ope miſericordiæ tuæ, &c. ſubmittit patenam hoſtiæ, quam indice ſiniſtro accōmodat ſuper patenam: diſcooperit calicē, & genuflexus in terra ſacramentum adorat: tum ſe erigens, accipit hoſtiam inter pollicem & indicem dextræ manus, & cū illis, ac pollice, & indice ſiniſtræ manus eam ſuper calicem tenens, reuerenter frangit per medium dicens Per eundem dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuum: & mediam partem quam inter pollicem, & indicem dextræ manus tenet, ponit ſuper patenam: de alia media, quam ſiniſtra manu tenet, frangit cum pollice & indice dextrę manus particulam proſequens Qui tecum viuit & regnat, &c. Quam inter ipſos dextrę manus pollicem & indicem retinēs, partem maiorem, quam ſiniſtra tenet, adiungit mediæ ſuper patenam poſitę interim dicens, in vnitate Spiritus ſancti deus: et particulam hoſtiæ, quam in dextra manu retinuit, tenens ſuper calicem, quem ſiniſtra per nodū infra cuppam retinet, intelligibili voce dicit Per omnia ſecula ſeculorum. R. Amen, & cum ipſa particula ſignans ter a labio ad labium calicis dicit Pax domini ſit ſemper vobiſcum, Reſponſo per miniſtrum Et cum ſpiritu tuo. particulam, quā dextra manu tenet, ponit in ſanguinem dicēs ſecreto Hæc cōmixtio & conſecratio corporis, &c. Deinde pollices & indices ſuper calicem aliquantulum tergit, & iungit, calicem palla cooperit, & genuflexus Sacramentum adorat, ſurgit, & ſtans iunctis manibus ante pectus, capite inclinato verſus Sacramentum, dicit intelligibili voce Agnus dei, qui tollis peccata mundi, & dextra percutiēs ſibi pectus dicit, miſerere nobis, quod & tertio facit, cum dicit dona nobis pacem. Tunc manibus iunctis ſuper altare poſitis, oculiſque ad ſacramentum intentis

tis, inclinatus dicit ſecreto Domine Ieſu Chriſte. &c. Qua oratione finita, ſi eſt daturus pacem, oſculatur altare in medio, & ei ſtatim inſtrumentum pacis porrigatur a miniſtro iuxta ipſum ad dextrã, hoc eſt in cornu Epiſtolæ genuflexo & dicit Pax tecum. Si non adſit qui huiuſmodi inſtrumento pacem recipiat a celebrante, pax non datur, etiam ſi illius datio miſſę conueniat: nec oſculatur altare, ſed dicta præmiſſa oratione ſtatim ſubiungit alias orationes, vt in Ordinario. Si vero celebret pro defunctis, non percutit pectus ad Agnus dei, quia dicit, dona eis requiem, nec dicit primam orationem, Domine Ieſu Chriſte, qui dixiſti Apoſtolis tuis, &c. Nõ dat pacem, ſed dicit alias duas ſequentes Orationes, Domine Ieſu Chriſte fili Dei viui & Perceptio corporis tui. Quibus Orationibus dictis, genuflectens Sacramentum adorat, & ſe erigens dicit ſecreto, Panem cœleſtem accipiam: Quo dicto dextra manu accipit de patena reuerenter ambas partes hoſtiæ, & collocat inter pollicem & indicem ſiniſtræ manus, quibus patenam inter eundem indicem, & medium digitos ſupponit, & eadem manu ſiniſtra tenens, partes huiuſmodi ſuper patenam inter pectus & calicem parum inclinatus, dextra manu

tribus vicibus percutit pectus ſuum, interim etiam tribus vicibus dicens voce aliquantulum eleuata, Domine non ſum dignus, & ſecreto proſequitur, Vt intres, &c. Quibus tertio dictis ex ſiniſtra accipit ambas partes prædictas hoſtiæ inter pollicem, & indicem dextræ manus & cum illa ſupra patenam ſignat ſeipſum ſigno crucis dicens Corpus domini noſtri Ieſu Chriſti cuſtodiat animam meam in vitam æternam. Amen. et ſe inclinans reuerenter eaſdem ambas partes ſumit, quibus ſumptis deponit patenam ſuper corporale, & erigens ſe iunctis indicibus, & pollicibus ambas quoque manus ante faciem iungit, & aliquantulum quieſcit in meditatione ſanctiſſimi Sacramenti. Deinde depoſitis manibus dicit ſecreto, Quid retribuam domino pro omnibus quæ retribuit mihi: et diſcooperto, calice genuflectit, ſurgit accipit patenam, & eam diligenter cum pollice & indice dextræ manus calicem extergit, & ipſos digitos ne quid fragmentorum in eis remaneat. Si vero adſint hoſtiæ conſecratæ ſuper corporale poſitæ pro alio tempore conſeruandæ, facta prius genuflexione reponit eas in vas ad hoc ordinatum, & diligenter aduertit, ne aliquod fragmentum

quan-

quantumcunq; minimum, rema-
neat ſuper corporale: quod ſi fue
rit, accurate reponit in calicē: poſt
extenſionē patenæ iunctis pollici
bus, & indicibus calicem dextera
manu infra nodū cuppę accipit di
cēs, Calicē ſalutaris. &c. Et ſignās
ſe ſigno Crucis cum calice dicit,
Sāguis Domini noſtri, &c. Et ma-
nu ſiniſtra ſupponens patenā ca-
lici, ſtans reuerenter ſumit totum
ſanguinem cum particula in cali
ce poſita. Quibus ſumptis dicit ſe-
creto, Quod ore ſumpſimus. &c.
Poſtea ſuper altare porrigit calicē
miniſtro, in cornu Epiſtolæ, quo
vinum fundente, ſe purificat: dein
de uino & aqua abluit pollices, &
indices ſuper calicē, quos abſter-
git purificatorio interim dicens,
Corpus tuū dñe quod ſumpſi, &c.
Ablutionem ſumit &, extergit os
& calicem purificatorio, quo fa-
cto purificatorium extendit ſuper
calicem, & deſuper patenam, ac
ſuper patena paruam pallam, &
cooperit velo, plicat corporale, &
reponit in burſam, quā ponit ſu-
per calicem, & collocat ſuper al-
tare ut prius. ¶ Si qui ſunt com
municandi in miſſa; eos commu-
nicet antequam ſumat purifica-
tionem. Quibus communicatis
dicit, Quod ore ſumpſimus domi
ne. &c. Et deinde ſe & eos qui cō-
municarunt purificans dicit, Cor
pus tuum domine quod ſumpſi,
& alia facit vt ſupra. ¶ In miſſa ſol
lemni Diaconus ſtans retro poſt
celebrantem, cum in oratione Do
minica dicitur, Et dimitte nobis
debita noſtra. facta ibidem genu-
flexione altari vadit ad dextrā ce-
lebrantis, & Subdiaconus circa fi-
nem orationis Dominicæ reuerti-
tur ad altare, & porrigit patenam
Diacono, qui eam diſcooperit, &
eam purificatorio abſtergens dat
celebranti, illius manum oſculan
do, & quando opus eſt, diſcoope-
rit, & cooperit, & cum celebrante
adorat calicem. Cum dicitur, Pax
domini, &c. Subdiaconus retro
poſt celebrantē facta altari genu-
flexione, vadit ad ſiniſtrā celebrā-
tis, & ſimul dicunt, Agnus dei. de
inde facta ibidem Sacramento ge
nuflexione, redit poſt celebrantē.
Diaconus vero a dextris genuflo-
xus expectat pacem, & cum cele-
brans oſculatur altare, ipſe ſe eri-
gēs ſimul oſculatur altare, & a ce-
lebrante complexus accipit pacē,
reſpōdens ei, Et cum ſpiritu tuo.
Poſtea iterum Sacramento in alta
ri adorato, vertit ſe ad Subdiaco-
num retro poſt celebrantem, qui
ſimiliter a Diacono accepta pace,
facta prius altari genuflexione, co-
mitatus Acolutho vadit ad Cho-
rum, & dat ſimiliter pacem primo
cuiuſq; ordinis, dignioribus prius,
deinde minus dignis, & reuerſus
ad altare dat pacem Acolutho, qui
ipſum

ipſum comitauerat, qui & alijs Acoluthis circa altare dat pacem: deinde vadit ad dexterā celebrantis, & quando opus eſt, diſcooperit calicem, accipit ampullam vini, & infundit quando celebrās vult purificare. In Miſſa Pontificali, aſſiſtens accipit & defert pacem, vt in Pontificali habetur. Si in Miſſa ſollemni fiat communio, omnia ſeruentur vt ſupra, ſed prius communicet Diaconum & Subdiaconū, & alios per ordinem: & dum prędictos communicat, a Choro cantetur communio.

¶ De Cōmunione & Orationibus poſtcommunionem dicendis.

CElebrante purificato, dum calicem collocat in altari, liber Miſſalis defertur per miniſtrū ad cornu Epiſtolę, & collocatur vt in Introitu. Deinde celebrans ſtans legit Antiphonā quæ dicitur Communio qua lecta, iunctis manibus ante pectus; vadit ad medium altaris, & eo oſculato, vertit ſe ad populum & dicit, Dominus vobiſcum, redit ad librum, dicit orationes Poſtcommunionem, eiſdem modo, numero, & ordine vt ſupra dictæ ſunt Collectæ. Quibus dictis, iungens manus ante pectus, reuertitur ad mediū altaris, & eo oſculato vertit ſe ad populum, & dicit vt ſupra, Dominus vobiſcū. Quo dicto, ſtans iunctis manibus ante pectus verſus populum dicit, ſi dicendum eſt, Ite miſſa eſt. Quo dicto per eādem viam reuertitur ad altare. Si vero non ſit dicendum, dicto Dominus vobiſcum: reuertitur eodem modo per eandem viā ad medium altaris, vbi ſtans verſus ad illud iūctis ante pectus manibus dicit, Benedicamus dn̄o. In miſſis autem defunctorum eodem modo ſtans dicit, Requieſcant in pace. In Quadrageſima autē a feria Quarta Cinerum vſque ad feriam Quartā maioris Hebdomadæ, in feriali officio poſtquam celebrans dixit orationes poſtcommunionem cum ſuis ſolitis cōcluſionibus, antequam dicat, Dominus vobiſcum, ſtans in eodem loco ante librum dicit Oremus, Humiliate capita veſtra deo, & extenſis manibus ſubiungit eadem voce orationem ſuper populum ibidem poſitam: qua finita oſculatur altare, & vertens ſe ad populū dicit, Dominus vobiſcum. & alia vt ſupra. In miſſa ſolemni Diaconus defert librum Miſſalis ad cornu Epiſtolæ, poſtea vadit retro poſt celebrantem: Subdiaconus vero vadit ad cornu Euangelij, vbi calicē mundat, aptat cum purificatorio, plicat corporalia, reponit in burſam, & illam ponit ſuper calicem coopertū velo; quem collocat in altari vel ſuper credentia vt prius: poſtea redit ad locum ſuum retro poſt Diaconum, qui cum dicit, Ite

miſſa

miſſa eſt. cum celebrante vertit ſe ad populum: & in Quadrageſima dicto per celebrantem Oremus; Diaconus vertens ſe ad populum iunctis manibus dicit vt ſupra, Humiliate &c. quo dicto vertit ſe verſus altare a tergo celebrantis, & celebrans dicit orationē ſuper populum. Oremus.

¶ De Benedictione in fine miſſæ, & Euangelio Sancti Ioannis.

Dicto Ite miſſa eſt vel Benedicamus domino, vt ſupra, Celebrans ante medium altaris ſtans iunctis manibus ſuper altare, & capite inclinato, dicit ſecreto, Placeat tibi ſancta Trinitas, &c. quo dicto, extenſis manibus hinc inde ſuper altare poſitis, ipſum in medio oſculatur, tum erigens ſe adhuc ſtans verſus illud, extendit, eleuat, & iungit manus, caputq; cruci inclinans, dicit voce intelligibili, Benedicat vos omnipotēs deus & iunctis manibus, ac demiſſis ad terram oculis, vertens ſe ad populum extenſa manu dextra, iunctiſque digitis, ſemel benedicit populo, dicens Pater & filius, & Spiritus ſanctus: & circulum perficiens reuertitur ad cornu Euangelij, vbi dicto Dominus vobiſcum. R. Et cum ſpiritu tuo, pollice dextro ſignans primum ſigno crucis altare ſeu librum, deinde frontem, os & pectus, dicit Initium ſancti euāgelij ſecundum Ioannem, vel Sequentia ſancti euangelii; vt dictū eſt in rubricis generalibus, &. R. Gloria tibi domine. iunctis manibus legit Euangelium In principio, vel aliud vt conuenit. Cum dicitur Et verbum caro factū eſt, genuflectit, & ſurgens proſequitur vt prius vſque ad finem. Si celebrans in altari vertit faciem verſus populum, non vertit ſe, ſed ſtans vt erat, benedicit populum vt ſupra, in medio altaris: deinde accedit ad cornu Euangelii, & dicit Euangelium ſancti Ioannis. Si celebrauit corā ſummo Pontifice, Cardinale, Legato Sedis Apoſtolicę, Patriarcha, Archiepiſcopo, & Epiſcopo ī prouincia, ciuitate, vel diœceſi ſua exiſtente, celebrans dicto Placeat tibi ſancta Trinitas, &c. dicit Benedicat vos omnipotens deus. & cōuertens ſe ad ſummum Pontificem genuflexus, ad Cardinalem vero, Legatum, vel Prælatum ſuum, capite inclinato quaſi licentiam benedicendi petens, proſequitur Pater & filius & ſpiritus ſanctus. benedicens aſtātes a parte vbi non adeſt Pontifex, Cardinalis, Legatus, aut Prælatus prædicti. Si autem celebrauit coram Patriarcha, Archiepiſcopo, vel Epiſcopo extra eorum titulū, eccleſiam, prouinciam, ciuitatem vel diœceſim conſtitutis, eis abſq; alio reſpectu vt cæteris qui interſunt more conſueto benedicit. Si autem

autem celebrauit pro defunctis, dicto Placeat tibi ſancta Trinitas, vt ſupra, accedit ad cornu Euangelij, & dicit Euangelium ſancti Ioannis, prætermiſſa benedictione, quæ in miſſis defunctorum non datur. Finito Euangelio in fine miſſæ, ſi celebrauit coram ſummo Pontifice, Cardinale, Patriarcha, Archiepiſcopo, vel Epiſcopo, in eorum reſidentijs, eccleſia, vel loco iuriſdictionis eorum, conuertit ſe ad illum coram quo ex prædictis celebrauit, & facit reuerentiam conuenientem. Si non celebrauit coram aliquo prædictorum, huiuſmodi reuerentiam prætermittit. Quibus omnibus abſolutis, extinguuntur per miniſtrum candelæ: interim Sacerdos cooperto capite accipit ſiniſtra calicem, dextram ponens ſuper burſam ne cadat, deſcendit ad infimum gradum altaris, & ibi in medio vertens ſe ad illud, caput inclinat: & facta reuerentia, præcedente miniſtro, eo modo quo venerat redit ad Sacriſtiam, interim dicens. Antiphonam, Trium puerorum. & canticum Benedicite. Si vero ſit diſſurus huiuſmodi veſtes ante altare vbi celebrauit, finito Euangelio prædicto, ibidem deponit veſtes, & dicit Antiphonam prædictam Trium puerorum, cum cantico, & alijs orationibus, vt ſuo loco ponuntur. Dicto Euangelio ſecundum Ioannem, vel alio vt ſupra, celebrans diſcedit cum miniſtris ordine quo venerat.

¶ De his quæ omittuntur in miſſa pro Defunctis.

IN miſſa pro Defunctis ante confeſſionem non dicitur pſalmus, Iudica me Deus: Sed pronunciata Antiph. Introibo ad altare dei. & reſponſo a miniſtro, ad deum qui lętificat, &c. dicitur V. Adiutorium noſtrum & Confeſſio cum reliquis vt ſupra. Cum celebrans ad altare incipit Introitum, non ſignat ſe, ſed manu dextera extenſa, facit ſignum crucis ſuper librum, quaſi aliquem benedicens. Non dicitur, Gloria patri: ſed poſt pſalmum repetitur Requiem ęternam, nec Gloria in excelſis, nec Alleluia, nec Iube domne benedicere, nec Dominus ſit in corde meo: nec oſculatur librum in fine. Non dicitur Credo, non benedicitur aqua in calicem fundēda, ſed dicitur, Deus qui humanæ ſubſtantiæ, &c. Cum lauat manus, non dicitur Gloria patri, in pſalmo Lauabo inter innocentes. Ad Agnus dei non dicitur miſerere nobis, cuius loco dicitur dona eis requiem, nec tertio, dona nobis pacem, cuius loco dicitur dona eis requiem ſempiternam: non dicitur prima oratio ante communionem, ſcilicet, Domine Ieſu Chriſte, qui dixiſti Apoſtolis tuis, &c. nec datur pax. In fine non dicitur

citur Ite miſſa eſt, nec Benedicamus domino, ſed Requieſcat in pace. Et non datur benedictio: ſed dicto Placeat, dicitur vt ſupra, In principio erat verbum, &c. Alia omnia vt in alijs miſſis.

¶ In miſſa ſollemni non incenſatur altare ad Introitum, & Subdiaconus finita Epiſtola, non oſculatur manum celebrantis, nec benedicitur Diaconus, qui non petit benedictionem, nec oſculatur celebrantis manum: non tenentur luminaria ad Euangelium, ſed duo tantum Acoluthi ſine candelabris tenent medium Subdiaconum, tenentem librum Euangeliorum. Non incenſatur liber, nec in fine celebrans: nec defertur liber Euangeliorum oſculandus: oblata, & altare incenſantur vt ſupra: incenſatur ſolus celebrãs, & non incenſantur alij. Subdiaconus non tenet patenam poſt celebrantem: ſed tempore eleuationis Sacramenti illud incenſat.

¶ Finita miſſa, ſi facienda eſt abſolutio, celebrans retrahit ſe ad cornu Epiſtolæ, vbi exuitur caſula, & depoſito manipulo, accipit pluuiale nigrum: Subdiaconus medius inter duos Acoluthos deferentes candelabra accenſa, defert crucem ſicut in proceſſionibus, præcedentibus duobus alijs Acoluthis; vno cum thuribulo & nauicula, alio cũ aqua benedicta & aſperſorio, ſequitur celebrans & Diaconus à ſiniſtris. Subdiaconus cum cruce ſiſtit ſe in loco parato ad caput contra altare medius inter dictos Acoluthos deferentes luminaria: celebrans vero ex alia parte verſus altare: à ſiniſtris Diaconus, & alij duo Acoluthi deferentes vas aquæ benedictæ, & thuribulum. Interim cantatur R. Cum dicitur Kyrieeleiſon, celebrans ponit incenſum in thuribulum miniſtrante Diacono nauiculam. Incœpto Pater noſter, accipit aſperſorium de manu Diaconi, & facta altari reuerentia, comitãte Diacono à dextris, & tenente fimbriam anteriorem pluuialis, aſpergit circuens locum paratum: cum tranſit ante crucem profunde inclinat, Diaconus vero genuflectit: & rediens ad priſtinum locum, de manu eiuſdem Diaconi accipit thuribulum, & eodem modo quo aſperſerat, incenſat. Poſtremo Diacono tenentè librum, orat iunctis manibus dicens Et ne nos, & verſus A porta inferi, cum aliis, & Ortaionem Abſolue quæſumus domine, &c. vt in Proprio Miſſarum pro defunctis, & poſt eam dicens Requiem æternam, &c. facit crucem manu dextra ſuper locum paratum, & dicto per Cantores Requieſcant in pace, præcedente Cruce redit cum aliis ad Sacriſtiam.

De his quæ clara voce aut ſecreto dicenda ſunt in Miſſa.

IN miſſa priuata clara voce dicuntur

tur Antiphona & Pſalmus ad Introitũ, Confeſsio, & quæ ſequuntur, excepta oratione Aufer a nobis, & Oramus te dñe per merita ſanctorum tuorum. &c. Itẽ Introitus, Kyrieeleiſon, Gloria ĩ excelſis, Epiſtola, Graduale, Euangelium, Credo, Offertoriũ, Præfatio, Nobis quoque peccatoribus, ſolum hęc tria verba. Item Per omnia ſecula ſeculorum, &c. cum Pater noſter, Pax domini, Agnus dei, Domine non ſum dignus. Cõmunio, Poſtcõmunio, Ite miſſa eſt, vel Benedicamus dño, vel Requieſcant, Euangelium In principio. Alia omnia dicuntur ſecreto. In miſſa ſollemni clara voce a celebrante dicuntur quando intonatur Gloria in excelſis & Credo, Dominus vobiſcum, Oremus, ante Offertoriũ Præfatio, Pater noſter, & Oratio poſtcommunionem. Alia omnia a celebrante dicuntur ſecreto in miſſa ſollemni.

¶ De Hora celebrandi Miſſam.

Miſſa priuata ſaltem poſt Matutinum quacunq; hora ab aurora vſque ad meridiẽ dici poteſt. Miſſa autem Conuentualis & ſollemnis, ſequenti ordine dici debet. In feſtis duplicibus & ſemiduplicibus, in Dominicis, & infra octauas, dicta in choro Hora tertia. In feſtis ſimplicibus & feriis per annum dicta Sexta. In Aduentu, Quadrageſima, Quatuor Temporibus, & vigilijs quæ ieiunantur, dicta Nona. Miſſa autem defunctorum dici debet poſt Matutinum, & Primam diei: & vbi dicũtur eorum vigiliæ, mane poſt Matutinum diei, dictis huiuſmodi vigilijs cum Laudibus, immediate dici poteſt miſſa pro defunctis. Excipiuntur ab hoc ordine dicendi miſſam Conuentualem, miſſæ in nocte Natiuitatis Domini, quæ ſuo loco dicuntur, Miſſa ſcilicet, Conuẽtualis prima poſt mediam noctem, ſecunda poſt Laudes, & Primam, tertia poſt Tertiam, vel vbi aliter ex diſpenſatione Apoſtolica diſponatur.

¶ De ordine ſedendi, ſtandi, & genuflectendi in Miſſa ſollemni.

In miſſa ſollemni celebrans medius inter Diaconum, & Subdiaconum ſedere poteſt a cornu Epiſtolæ iuxta altare, cum cantatur Kyrieeleiſon, Gloria in excelſis: & Credo. alio tempore ſtat ad altare, & genuflectit quando oportet vt ſupra. Item genuflectit quando legitur Euangelium In principio ad illa verba & verbum caro factum eſt, & Euangelium Cum natus eſſet Ieſus, ad illa verba & procidentes adorauerunt eum. Item Euangelium ferię iiij. poſt Dominicam quartã Quadrageſimæ, ad illa verba in fine

& pro-

& procidens adorauit eum. Et cū Diaconus cantat illa verba, ipſe verſus librum, celebrans & circunſtantes verſus altare genuflectunt: Subdiaconus vero tenēs librum, & Acoluthi candelabra non genuflectunt. Item genuflectit Dominica Palmarum, & in Miſsis de cruce ad illa verba in Epiſtola, In nomine Ieſu, omne genuflectatur, & ad Paſsionem quando Chriſtus expirauit, vt in ſuis locis ponitur. Item genuflectit celebrās priuate celebrans cum dicit, Flectamus genua, non autem cum ſollemniter celebrat, ſed Diaconus, & Subdiaconus, & circunſtantes. Itē celebrans & miniſtri genuflectūt, cum dicitur in Quadrageſima, Adiuua nos deus. Item cum dicitur in miſſa Spiritus ſancti, Veni ſancte Spiritus reple, &c. Itē quando legitur Paſsio, ad illa verba, expirauit, & quandocunque fiūt genuflexiones vt ſupra. Circunſtantes autem in miſsis priuatis ſemper genuflectunt, præter quā ad Euangelium. In ſollemnibus autem genuflectitur ab ijs qui nō ſunt Prælati ad Confeſsionem cū ſuo pſalmo, & ab omnibus quando eleuatur Sacramentum, ſed dū cantatur Introitus, Gloria in excelſis, Epiſtola, Graduale, Credo, Offertorium, & facta Communione, dum cantatur Communio ſedetur, in alijs ſtatur. In miſsis feriarum Aduentus, Quadrageſimæ, Vigiliarum quæ ieiunantur, & Quatuor Temporum, ac in miſſis defunctorum circunſtantes genuflectunt ad Confeſsionem, cū ſuo pſalmo, ad Orationes, dicto per celebrantem Sanctus, uſque ad Pax domini, & ad Poſt communionem, excepta vigilia Paſchæ & Pentecoſtes, ac Natiuitatis Domini.

DE COLORIBVS, ET qualitate paramentorum.

PARAMENTA Altaris, celebrantis, & miniſtrorū ſint coloris conueniētis officio & miſſæ diei, ſecūdum vſum Romanæ Eccleſiæ: quæ quinque coloribus vti conſueuit, albo, rubeo, viridi, violaceo, & nigro.

¶ Albo colore vtitur a veſperis vigiliæ Natiuitatis Domini vſque ad octauam Epiphaniȩ incluſiue, exceptis feſtis Martyrum, quæ infra eam veniunt: Feria v. in Cœna Domini, & Sabbato ſancto in officio miſſæ, & ab illo die vſque ad ſabbatum Pentecoſtes excluſiue: in officio de tempore, præterquam in miſſa Litaniarum. & Rogationum. In feſtis beatæ Mariæ, & per eius octauas, preterquam in benedictione candelarum & proceſsione, quæ fit in feſto Purificationis eiuſdem. Item in eius miſſis votiuis. In miſſa ſanctæ Trinitatis.

tatis. In feſto Corporis Chriſti. In feſtis Angelorum. In feſto ſancti Ioannis Baptiſtæ. In feſto Omniũ ſanctorum. In principali feſto ſancti Ioannis Euangeliſtæ, quod celebratur infra octauam Natiuitatis. In vtraque Cathedra ſancti Petri. In Conuerſione ſancti Pauli. In feſto ſancti Petri ad Vincula. In feſto Transfigurationis Domini. In feſtis Confeſſorum Pontificum & non Pontificum & Doctorum. In feſtis Sanctarum Virginũ & nõ virginum. In Dedicatione & Conſecratione Eccleſiæ vel Altaris, ac in conſecratione Pontificis, & per octauas prædictorum Feſtorũ, quæ octauas habeant, quando fit officiũ de octaua: & in Dominicis infra eas occurrentibus.

¶ Rubeo colore vtitur a vigilia Pentecoſtes in Miſſa vſque ad ſabbatum ſequens incluſiue. In feſtis ſanctæ Crucis. In feſto ſancti Ioannis ante portam Latinam. In Natali Apoſtolorum Petri & Pauli, & in feſtis aliorum Apoſtolorum: exceptis feſto principali ſancti Ioãnis Euangeliſtæ poſt Natiuitatem, & feſto Conuerſionis ſancti Pauli, & Cathedræ ſancti Petri, & eius Vinculorum. In feſtis Martyrum, excepto feſto ſanctorum Innocentum quando non venerit in Dominica: ſi autẽ in Dominica venerit, vtitur rubeo: ſimiliter in eius die octaua, & per octauas prædictorum feſtorum quæ octauas habẽt, quando fit de octaua, & in Dominicis infra eas octauas occurrentibus.

¶ Viridi colore vtitur ab octaua Epiphaniæ vſque ad Septuageſimam, & ab octaua Pentecoſtes vſque ad Aduentum excluſiue, in officio de tempore, excepta Dominica Trinitatis vt ſupra: ac exceptis Dominicis infra octauas occurrentibus, in quibus color Octauarum ſeruatur: exceptis etiam Vigiliis, & Quattuor Temporibus, vt infra.

¶ Violaceo colore vtitur a prima Dominica Aduentus vſq; ad Miſſam vigiliæ Natiuitatis Domini incluſiue: & a Septuageſima vſque ad officium ante Miſſam in vigilia Paſchę incluſiue in officio de tempore, excepta feria quinta in Cœna Domini, in qua vtitur albo: & feria ſexta in Paraſceue, in qua vtitur nigro, vt infra: & benedictione Cerei, in qua Diaconus illius Præfationem dicens ſolus vtitur albo: ea autem finita violaceo vt prius. Item in Officio vigiliæ Pentecoſtes antẽ miſſam, facta benedictione fontium incluſiue. In Quatuor Temporibus. In vigilijs, quæ ieiunantur, exceptis Vigilia, & Quatuor Temporibus Pentecoſtes. In Miſſa Litaniarum & Rogationum. In feſto ſanctorum Innocentum, quando

non venerit in die Dominica. In benedictione candelarum in die Purificationis beatæ Mariæ, & in benedictione palmarum, & ipſa Dominica in Palmis, & in eorundem, ac generaliter in omnibus proceſsionibus: exceptis proceſsionibus ſancti Sacramenti, & quæ fiunt in ſollemnibus diebus.

¶ Nigro colore vtitur Feria ſexta in Paraſceue, & in miſsis Defunctorum.

¶ In officio miſſæ celebrans ſemper vtitur planeta ſuper Albam. Si autem ſit Epiſcopus, & ſollemniter celebrat, ſuper Dalmatica & Tunicella. Pluuiali vtitur in proceſsionibus, & benedictionibus, quæ fiunt in altari. Item in officio Laudum, & Veſperarum, quando ſollemniter dicuntur. Eodem vtitur aſsiſtens celebranti in Miſſa Pontificali. Item quando celebrans poſt miſſam Defunctorum facit in fine abſolutionem. Cum celebrans vtitur pluuiali, ſemper deponit manipulum, & vbi pluuiale haberi non poteſt, in benedictionibus quæ fiunt in altari, celebrans ſtat ſine planeta cum Alba & Stola. Dalmatica & Tunicella vtuntur Diaconus & Subdiaconus in Miſſa ſollemni, & proceſsionibus, & benedictionibus quandocunque Sacerdoti miniſtrant. In diebus vero ieiuniorum (præterquam in vigilijs ſanctorum) & in Dominicis & ferijs Aduentus, & Quadrageſimæ, ac in vigilia Pentecoſtes ante Miſſam (exceptis Dominica Gaudete, etiam ſi eius Miſſa infra hebdomadam repetatur, & Dominica Lætare, Vigilia Natiuitatis, ſabbato ſancto in benedictione Cerei & in Miſſa, ac Quatuor temporibus Pentecoſtes) in Cathedralibus, & præcipuis Eccleſiis vtuntur planetis plicatis ante pectus: quam planetam Diaconus dimittit cum lecturus eſt Euangelium, & tũc ſuper ſiniſtrum humerum ſuper ſtolam complicatur, aut ponitur aliud genus ſtolæ latioris in modum planetæ plicatæ, & facta communione reſumit planetam, vt prius. Similiter Subdiaconus dimittit eam cum lecturus eſt Epiſtolam, quam legit in Alba, & poſtea eam reſumit vt prius. In minoribus autem Eccleſiis, prædictis diebus ieiuniorum alba tantum amicti miniſtrent: Subdiaconus cum manipulo, Diaconus etiam cum ſtola humero ſiniſtro pendente ſub dextrum.

DE DEFECTIBVS IN CElebratione Miſſarum occurrentibus.

SAcerdos celebraturus, omnem adhibeat diligentiā, ne aliquid ex requiſitis ad ſacramentum Euchariſtiæ conficiendum deſit. Poteſt autem defectus contingere ex parte materiæ conſecrandæ, & ex parte formæ adhibendæ, & ex parte miniſtri conficientis. Quicquid enim horum deficit, ſcilicet materia debita, forma cum intentione, & ordo ſacerdotalis in conficiente, nō conficitur ſacramentum. Et his exiſtentibus, quibuſcunque aliis deficientibus, veritas adeſt ſacramenti. Alii vero ſunt defectus, qui in miſſę celebratione occurrētes, etſi veritatem ſacramenti non impediant, poſſunt tamen aut cū peccato, aut cū ſcandalo contingere.

¶ De defectibus Materiæ.

DEfectus ex parte materię poſſunt contingere, ſi aliquid deſit ex ijs, quæ ad ipſam requiruntur. Requiritur enim vt ſit panis triticeus, & vinū de vite: & vt huiuſmodi materia cōſecranda, in actu conſecrationis ſit corā Sacerdote.

¶ De Defectu panis.

SI panis non ſit triticeus, vel ſi triticeus ſit admiſtus granis alterius generis in tanta quantitate: vt non maneat panis triticeus, vel ſit alioqui corruptus, non conficitur ſacramentum. Si ſit confectus de aqua roſacea, vel alterius diſtillationis, dubiū eſt an conficiatur. Si cœperit corrūpi, ſed non ſit corruptus; ſimiliter ſi non ſit azymus, ſecundū morem eccleſiæ Latinę, conficitur; ſed conficiens grauiter peccat. Si celebrans ante conſecrationem aduerterit hoſtiā eſſe corruptam, aut non eſſe triticeam, remota illa hoſtia, aliam ponat, & a Canone iterum incipiat, & proſequatur miſsā. Si id aduerterit poſt conſecrationem, etiam poſt illius hoſtiæ ſeu ſanguinis ſumptionem poſita alia, a cōſecratione īcipiat, ſcilicet, ab illis verbis: Qui pridie quam pateretur, & illam priorem ſi nō ſumpſit, ſumat poſt ſumptionem corporis & ſanguinis, vel alii ſumendam tradat, vel alicubi reuerenter cōſeruet. Si autem ſumpſerat, nihilominus ſumat eam quā conſecrauit: quia præceptum de perfectione ſacramēti maioris eſt ponderis, quàm quod a ieiunis ſumatur. Aduertēdum autem, quòd ſi hoc cōtingat poſt ſumptionem ſanguinis, apponi debet rurſus nouus panis, & vinum cum aqua, facta prius oblatione, & proſequenda omnia quæ ſequuntur, ne ſacramentum remaneat imperfectū, & vt debitus ſeruetur ordo. Si hoſtia conſecrata diſpareat, vel caſu aliquo, vt vēto, aut miraculo, vel a

mure accepta, uel alio animali, & nequeat reperiri; tunc altera conſecretur (ab eo loco incipiendo, Qui pridie quam pateretur: facta eius prius oblatione) & illud animal ſi capi poteſt, occidatur, & comburatur, & cineres eijciantur in Sacrarium, vel ſub altari.

¶ De Defectu vini.

SI vinum ſit factum penitus acetum, uel penitus putridum, uel de vuis acerbis, ſeu non maturis expreſſum, vel admixtum tantum aquæ vt vinum ſit corruptum; non conficitur ſacramentum. Si vinum cœperit aceſcere, vel corrumpi, vel fuerit aliquantum acre, vel muſtum, tunc de vuis expreſſum, vel non fuerit admixta aqua, vel fuerit admixta aqua roſacea, ſeu alterius diſtillationis; conficitur ſacramentum, ſed conficiens grauiter peccat. Si celebrãs ante conſecrationem ſanguinis, quamuis poſt cõſecrationem corporis, aduertat aut vinum, aut aquam, aut vtrunque non eſſe in calice; debet ſtatim apponere vinum cum aqua, & conſecrare, incipiẽdo ab illis verbis, Simili modo, &c. Si poſt verba conſecrationis aduertat vinum non fuiſſe poſitum, ſed aquam; depoſita aqua, iterum vinum cum aqua ponat in calice, & reſumat a verbis predictis. Si hoc aduertat poſt ſumptionem corporis, vel huiuſmodi aquæ; apponat aliam hoſtiam iterum conſecrandam, & vinum in calice, & vtrunque conſecret, & ſumat in fine, quamuis aliam hoſtiam conſecratam, vel aquã ſumpſerit, propter ſacramenti integritatem in celebratione ſeruandam. Si quis percipiat ante conſecrationem vel poſt conſecrationẽ, totum vinũ eſſe acetum, vel aliàs corruptum, idem ſeruetur quod ſupra, ac ſi deprehenderet non eſſe poſitum vinum, vel ſolam aquã fuiſſe appoſitam in calice. Si autem celebrans ante conſecrationem calicis aduertat non fuiſſe appoſitam aquam, ſtatim ponat eã, & proferat verba conſecrationis. Si id aduertat poſt conſecrationẽ calicis, nullo modo apponat, quia non eſt de neceſsitate ſacramenti. Si materia quæ eſſet apponenda ratione defectus vel panis vel vini, non poſſet vllo modo haberi; ſi id ſit ante conſecrationem corporis, vlterius procedi non debet: ſi poſt conſecrationem corporis, aut etiam vini deprehenditur defectus alterius ſpeciei, altera iam conſecrata: tunc ſi nullo modo haberi poſsit, procedendum erit, & miſſa abſoluenda. Quod ſi expectando aliquãdiu haberi poſſit, expectandum erit, ne imperfectum ſacrificium remaneat.

¶ De Defectibus formæ.

DEfectus ex parte formæ poſſunt cōtingere, ſi aliquid deſit ex ijs quę ad integritatem verborum in ipſa conſecratione requiruntur. Verba autem conſecrationis, quæ ſunt forma huius ſacramenti, ſunt hęc: Hoc eſt enim corpus meum. Et, Hic eſt enim calix ſanguinis mei noui & æterni teſtamenti, myſterium fidei, qui pro vobis & pro multis effundetur in remiſſionem peccatorum. Si quis autem aliquid diminueret, vel immutaret de forma conſecrationis corporis & ſanguinis, & in ipſa verborum immutatione verba idem non ſignificarent, non conficeret ſacramentum. Si quis aliquid adderet quod ſignificationem non mutaret, conficeret quidem, ſed grauiſſime peccaret. Si celebrans non recordetur ſe dixiſſe ea, quæ in conſecratione communiter dicuntur, non debet propterea turbari. Si tamen certo ei, vel valde probabiliter conſtet, ſe omiſiſſe aliquid eorum quæ ſunt de neceſſitate ſacramenti, id eſt, formam conſecrationis, reſumat ipſam formam, & cętera proſequatur per ordinem. Si autem non ſunt de neceſſitate ſacramenti, nō reſumat, ſed procedat vlterius.

¶ De Defectibus Miniſtri.

DEfectus ex parte Miniſtri, poſſunt cōtingere quo ad ea quę in ipſo requiruntur. Hæc autem ſunt. In primis intentio, deinde diſpoſitio animę, diſpoſitio corporalis, diſpoſitio veſtimentorū, diſpoſitio in miniſterio ipſo, quo ad ea quæ in ipſo poſſunt occurrere.

¶ De Defectu intentionis.

SI quis non intendit conficere, ſed deluſorie aliquid agere. Itē ſi aliquę hoſtię ex obliuione remaneant in altare, vel aliqua pars vini, vel aliqua hoſtia lateat, cum non intendat cōſecrare niſi quas videt. Item ſi quis habeat coram ſe vndecim hoſtias, & intendat cōſecrare ſolum decem, non determinans quas decem intendit, non conſecrat, quia requiritur intentio. Secus ſi putans quidem eſſe decem, tamen omnes voluit conſecrare quas coram ſe habebat: nam tunc omnes erunt conſecratę: atque ideo quilibet Sacerdos talem ſemper intentionem habere deberet, ſcilicet, cōſecrandi eas omnes, quas ante ſe ad conſecrandum poſitas habet. Si Sacerdos putans ſe tenere vnam hoſtiam, poſt conſecrationem inuenerit fuiſse duas ſimul iunctas, in ſumptione ſumat ſimul vtranque. Quod ſi deprehendat poſt ſumptionem corporis, & ſanguinis, aut etiam poſt ablutionem, reliquias aliquas relictas conſecratas, eas ſumat, ſiue paruæ ſint ſiue magnę, quia ad idem ſacrificium

ſpectant: Si vero relicta ſit hoſtia integra cõſecrata, eam in tabernaculo cum alijs reponat: ſi hoc fieri nequit, ſequenti Sacerdoti ibi celebraturo, in altari ſupra corporalia decenter opertam, ſumendam vna cum altera, quam eſt cõſecraturus, relinquat: vel ſi neutrũ horũ fieri poſſit, in ipſo calice ſeu patena decenter conſeruet, quouſque vel ĩ tabernaculo reponatur, vel ab altero ſumatur: quod ſi nõ habeat quomodo honeſte conſeruetur, poteſt eã ipſemet ſumere. Si intentio non ſit actualis in ipſa conſecratione propter euagationem mentis, ſed virtualis, cum accedens ad altare intendat facere quod facit Eccleſia, conficitur Sacramentum, etſi curare debet Sacerdos, vt etiam actualem intentionem adhibeat.

¶ De defectibus diſpoſitionis animæ.

SIquis ſuſpenſus, excommunicatus, & degradatus celebret: conficit quidem Sacramentũ, ſed grauiſſime peccat, tam propter communionem, quam indigne ſumit, quàm propter executionem ordinũ, quæ ſibi erat interdicta. Si quis habens copiam confeſſoris celebret in peccato mortali, grauiter peccat. Si quis autem in caſu neceſsitatis non habens copiam cõfeſſoris, in peccato mortali abſq; contritione celebret, grauiter peccat. Secus ſi conteratur: debet tamen cum primum poterit confiteri. Si in ipſa celebratione miſſæ Sacerdos recordetur ſe eſſe in peccato mortali, conteratur cum propoſito confitendi, & ſatisfaciendi. Si recordetur ſe eſſe excommunicatum, vel ſuſpenſum, aut locum eſſe interdictum: ſimiliter conteratur cum propoſito petendi abſolutionem: ante conſecrationẽ autem, ſi non timetur ſcandalum, debet miſſam incœptam deſerere, ſecus ſi eſſet publice excõmunicat'.

¶ De defectibus diſpoſitionis corporis.

SIquis non eſt ieiunus poſt mediam noctem, etiam poſt ſumptionẽ ſolius aquæ, vel alterius potus, aut cibi, per modum etiã medicinæ, & in quantumcumq; parua quantitate, non poteſt communicare, nec celebrare. Si autem ante mediam noctem cibum, aut potum ſumpſerit, etiam ſi poſtmodũ non dormierit, nec ſit digeſtus, nõ peccat, ſed ob perturbationem mentis, ex qua deuotio tollitur, cõſulitur aliquando abſtinendum. Si reliquiæ cibi remanentes in ore transglutiantur, non impediunt communionem, cum non trãſglutiantur per modum cibi, ſed per modum ſaliuę. Idem dicendum, ſi lauando os, diglutiatur ſtilla aquę præter intentionem. Si plures miſſas in vna die celebret, vt in nocte

Natiuitatis, in vltima tantum miſſa percipiat purificationẽ. Si præceſſerit pollutio nocturna, quę cauſata fuerit ex præcedenti cogitatione, quę ſit peccatum mortale, vel euenerit propter nimiam crapulam, abſtinẽdum eſt a communione, & celebratione. Si dubium eſt, an in præcedenti cogitatione fuerit peccatum mortale, conſulitur abſtinendum, extra tamen caſum neceſsitatis. Si autem certum eſt non fuiſſe in illa cogitatione peccatum mortale, vel nullã fuiſſe cogitationẽ, ſed eueniſſe ex naturali cauſa, aut ex diabolica illuſione, poteſt communicare, & celebrare, niſi ex illa corporis commotione tanta euenerit perturbatio mentis, vt abſtinendum videatur.

¶ De Defectibus in miniſterio ipſo occurrentibus.

POſſunt etiam defectus occurrere in miniſterio ipſo, ſi aliquid ex requiſitis ad illud deſit: vt ſi nõ celebretur in loco ſacro vel deputato ab Epiſcopo: nec in altari cõſecrato: nec tribus mappis cooperto. Si nõ adſunt luminaria cerea: ſi non ſit tempus debitũ celebrandi, quod eſt ab aurora vſq; ad meridiem, communiter: ſi celebrans ſaltem Matutinum cum Laudibꝰ non dixerit: ſi omittat aliquid ex veſtibus ſacerdotalibus: ſi veſtes ſacerdotales, & mappę nõ ſint ab Epiſcopo vel ab alio hanc habente poteſtatem benedictę: ſi nõ adſit clericus, vel alius deſeruiens in miſſa, vel adſit qui deſeruire non debet, vt mulier: ſi non adſit calix, cum patena cõueniens, cuius cuppa debet eſſe aurea, vel argentea, vel ſtannea: non ærea, vel vitrea: ſi corporalia non ſint munda, quæ debent eſſe ex lino, nec ſerico in medio ornata, & ab Epiſcopo vel ab alio hanc habente poteſtatem benedicta: ſi celebrat capite cooperto ſine diſpenſatione: ſi non adſit Miſſale, licet memoriter ſciret miſſam, quam intendit dicere: Si Sacerdote celebrante violetur Eccleſia ante canonem, dimittatur miſſa: ſi poſt canonem, non dimittatur. Si Sacerdos ante conſecrationẽ grauiter infirmetur, vel in ſincopem inciderit, aut moriatur, prętermittitur miſſa: ſi poſt cõſecrationem corporis tantum, ante conſecrationem ſanguinis, vel vtroque conſecrato, id accidit, miſſa per alium Sacerdotem expleatur ab eo loco, vbi ille deſiit: ſi autem non obierit, ſed fuerit infirmus, adeo vt poſsit communicari, & non adſit alia hoſtia conſecrata, diuidat hoſtiam, & vnam partẽ prębeat infirmo, aliam ipſe ſumat: ſi autem ſemiprolata forma corporis obiit Sacerdos, aut ſemiprolata forma ſanguinis, tunc alter ſimiliter proſequatur miſſam, & ſuper eandem hoſtiam, ſeu eundem

dem calicem repetat integrã formam, ab eo loco (Qui pridie quã pateretur) & in ſanguine, ab eo loco (Simili modo poſtquã cœnatum eſt) vel poſſet ſuper alium panẽ, & in calice ſimiliter cũ in forma calicis deficit, ſuper alium calicẽ præparatum, integram formam proferre, & hoſtiam primi Sacerdotis inter reliquias ſeruare, vel eam ſumere poſt ablutionem ſanguinis, ſi conſtat quod non ſit conſecrata: ĩ dubio vero tutius eſt accipere poſt ſumptionem, & idem de calice relicto ſemiconſecrato: ſi quis extra huiuſmodi caſus neceſſitatis, integra ſacramẽta nõ ſumpſerit, grauiſſime peccat: ſi muſca vel aranea, vel aliquid aliud ceciderit in calicem ante conſecrationem, proijciat vinum ſubtus altare, & aliud ponat ĩ calice, miſceat parum aquæ, offerat, & proſequatur miſſam: ſi poſt conſecrationẽ ceciderit muſca, aut aliquid eiuſmodi, & fiat nauſea Sacerdoti, extrahat eam, & lauet cum vino, finita miſſa comburat, & combuſtio, ac lotio huiuſmodi in ſacrarium proijciatur: ſi autem non fuerit ei nauſea, nec vllum periculum timeat, ſumat cum ſanguine: ſi aliquod venenoſum ceciderit in calice, vel quod prouocaret vomitũ, vinum conſecratum reponẽdum eſt in alio calice, & aliud vinum cum aqua apponendum denuo conſecrandum: & finita miſſa ſanguis repoſitus in panno lineo, vel ſtuppa tandiu ſeruetur, donec ſpecies vini fuerint deſiccatæ, & tunc comburatur, & combuſtio in ſacrario proijciatur: ſi aliquod venenatum contigerit hoſtiam conſecratam, tunc alteram conſecret, & ſumat modo quo dictum eſt, & illa ſeruetur in tabernaculo loco ſeparato, & animal captum occidatur, & cõburatur, vt ſupra dictum eſt: ſi ſumendo ſanguinem, particula remanſerit in calice, digito ad labium calicis adducat, & ſumat ante purificationem, vel infundat vinum & ſumat: ſi hoſtia ante conſecrationem inueniatur fracta, niſi populo euidenter appareat, talis hoſtia conſecretur: ſi autem ſcandalum populo eſſe poſſit, alia accipiatur, & offeratur: quod ſi illius hoſtiæ iam erat facta oblatio, eam poſt ablutionem ſumat. Quod ſi ante oblationem hoſtia appareat confracta, accipiatur altera integra, ſi citra ſcandalum, aut longam moram fieri poterit. Si propter frigus, vel negligentiam hoſtia conſecrata dilabatur in calicem, propterea nihil eſt reiterandum, ſed Sacerdos miſſam proſequatur. Si in hyeme ſanguis congeletur in calice, inuoluatur calix pannis calefactis: ſi id non proficeret, ponatur in feruenti aqua,

dum-

dummodo in calice nõ intret, donec liquefiat. Si per negligẽtiam aliquid de ſanguine Chriſti ceciderit, ſi quidem ſuper tabulam, lingua lambatur, & pars illa tabulę radatur quantum ſatis eſt. Item ſi nõ fuerit tabula, locus ipſe radatur, & comburatur: cinis vero iuxta altare recondatur. Si vero ſuper lapidẽ altaris ceciderit, ſorbeat Sacerdos ſtillam, & locus bene abluatur, & ablutio in ſacrariũ proiiciatur. Si ſuper linteum altaris, & ad aliud linteum ſtilla peruenerit, ſi vſque ad tertium, & linteamina ter abluantur vbi ſtilla ceciderit, calice ſuppoſito, & aqua ablutionis in ſacrarium proijciatur, & pars illa lintei ſine pallæ poſt ablutionem abſcindatur, & comburatur, & cinis in ſacrario condatur. Quod ſi in ipſo ſolum corporali, aut ſi in veſtibus ipſis ſacerdotalibus ceciderit, ſatis erit ablui, & ablutio in ſacrariũ proijciatur. Si in ſubſtrato pedibus pãno, vel tapeto, & ablui oportebit, & partem abſcindi, & comburi, & cineres ſimiliter in ſacrarium immitti. At ſi contingat totum ſanguinem poſt conſecrationem effundi, ſi quidem aliquid vel parũ remanſit, illud ſumatur, & de effuſo reliquo ſanguine fiat vt dictum eſt. Si vero nihil omnino remanſit, ponat iterum vinum & aquam, & conſecret ab eo loco (ſimili modo poſtquã cęnauit:) facta prius tamen calicis oblatione. Si ſacerdos euomat Euchariſtiam, ſi ſpecies integræ appareant, reuerẽter ſumantur, niſi nauſea fiat: tunc enim ſpecies conſecratæ caute ſeparentur, & in aliquo loco ſacro reponantur. Quod ſi ſpecies non appareant, comburatur vomitus, & cineres in ſacrarium proijciantur. Si hoſtia cõſecrata, vel aliqua eius particula dilabatur in terrã: reuerenter accipiatur, & locus vbi cecidit, mundetur, & aliquantum abradatur, & puluis ſeu abraſio huiuſmodi in ſacrarium proijciatur. Si ceciderit extra corporale in mappam, ſeu alio quouis modo in aliquod linteũ, mappa vel linteum huiuſmodi diligenter lauetur, & lotio ipſa in ſacrarium effundatur. Poſſunt etiam defectus in miniſterio ipſo occurrere, ſi Sacerdos ignoret ritus, & cæremonias ipſas in eo ſeruandas: de quibus omnibus in ſuperioribus rubricis copioſe dictum eſt.

FINIS.

Preparatio ad Miſſam pro opportunitate Sacerdotis facienda. Antiphona.

Ne reminiſcaris domine delicta noſtra, vel parentum noſtrorum, neque vindictaꝫ ſumas de peccatis noſtris.

Que antiphona in duplicibus tantum duplicatur. Deinde dicuntur ſequentes pſalmi.

Pſalmus 83.

Quam dilecta tabernacula tua dñe virtutum: concupiſcit ⁊ deficit anima mea in atria domini.

Cor meum, ⁊ caro mea, exultauerunt in deum viuum.

Etenim paſſer inuenit ſibi domum: ⁊ turtur nidum, vbi reponat pullos ſuos.

Altaria tua domine virtutum, rex meus, ⁊ deus meus.

Beati qui habitãt in domo tua domine: in ſecula ſeculoꝛum laudabunt te.

Beatus vir, cuius eſt auxilium abs te: aſcenſiones in coꝛde ſuo diſpoſuit in valle lacrymarum, in loco quem poſuit.

Etenim benedictionem dabit legiſlatoꝛ, ibunt de virtute in virtutem, videbitur deus deoꝛum in Sion.

Domine deus virtutum exaudi oꝛationem meaꝫ: auribus percipe deus Jacob.

Protectoꝛ noſter aſpice deus: ⁊ reſpice in faciem Chꝛiſti tui.

Quia melioꝛ eſt dies vna in atrijs tuis: ſuper millia.

Elegi abiect⁹ eſſe in domo dei mei: magis quam habitare in tabernaculis peccatoꝛum.

Quia miſericoꝛdiam ⁊ veritatẽ diligit deus: gratiam ⁊ gloꝛiam dabit dominus.

Non priuabit bonis eos qui ambulant in innocentia: domine virtutum, beatus homo qui ſperat in te.

Gloꝛia patri, ⁊ filio. Pſal. 84.

Benedixiſti domine terraꝫ tuam: auertiſti captiuitatem Jacob.

Remiſiſti iniquitatem plebis tuę: operuiſti omnia peccata eoꝛum.

Mitigaſti omnem iram tuam: auertiſti ab ira indignationis tuę.

Conuerte nos deus ſalutaris noſter: ⁊ auerte iram tuam a nobis.

Nunquid in ęternum iraſceris nobis? aut extendes iram tuam a generatione in generationẽ?

Deus tu conuerſus viuificabis nos: ⁊ plebs tua lętabitur in te.

Oſtende nobis domine miſericoꝛdiam tuam: ⁊ ſalutare tuum da nobis.

Audiam quid loquatur in me dominus deus: quoniam loquetur pacem in plebem ſuam.

Et

Et ſuper ſanctos ſuos: ꝛ in eos qui conuertuntur ad cor.

Ueruntamen prope timentes eum ſalutare ipſius: vt inhabitet gloria in terra noſtra.

Miſericordia ꝛ veritas obuiauerunt ſibi: iuſtitia ꝛ pax oſculatę ſunt.

Ueritas de terra orta eſt: ꝛ iuſtitia de cęlo proſperit.

Etenim dominus dabit benignitatem, ꝛ terra noſtra dabit fructum ſuum.

Juſtitia ante eum ambulabit: ꝛ ponet in via greſſus ſuos.

Gloria patri, ꝛ filio. Pſal. 85.

Inclina domine aurem tuam, ꝛ exaudi me: quoniam inops ꝛ pauper ſum ego.

Cuſtodi animam meam, quoniam ſanctus ſum: ſaluum fac ſeruum tuum deus meus ſperantē in te.

Miſerere mei domine, quoniā ad te clamaui tota die: lętifica animam ſerui tui, quoniam ad te domine animam meam leuaui.

Quoniam tu domine ſuauis ꝛ mitis: ꝛ multę miſericordię omnibus inuocantibus te.

Auribus percipe orationē meam: ꝛ intende voci deprecationis meę.

In die tribulationis meę clamaui ad te: quia exaudiſti me.

Non eſt ſimilis tui in dijs domine: ꝛ non eſt ſecundū opera tua.

Omnes gentes quaſcunque feciſti, venient, ꝛ adorabunt corā te domine: ꝛ glorificabunt nomen tuum.

Quoniam magnus es tu, ꝛ faciens mirabilia: tu es deus ſolus.

Deduc me domine in via tua, ꝛ ingrediar i veritate tua: lętetur cor meū, vt timeat nomen tuum.

Confitebor tibi dn̄e deus meus in toto corde meo: ꝛ glorificabo nomen tuum in ęternum.

Quia miſericordia tua magna eſt ſuper me: ꝛ eruiſti animam meam ex inferno inferiori.

Deus, iniqui inſurrexerunt ſuper me: ꝛ ſynagoga potentium quęſierunt animam meam, ꝛ non propoſuerunt te in cōſpectu ſuo.

Et tu domine deus miſerator ꝛ miſericors: patiens ꝛ multę miſericordię ꝛ verax.

Reſpice in me ꝛ miſerere mei, da imperium tuum puero tuo, ꝛ ſaluum fac filium ancillę tuę.

Fac mecum ſignum in bonum, vt videant qui oderunt me, ꝛ cōfundantur: quoniam tu domine adiuuiſti me, ꝛ conſolatus es me.

Gloria patri, ꝛ fi. Pſal. 115.

Credidi, propter quod locutus ſum: ego autem humiliatus ſum nimis.

Ego dixi in exceſſu meo: omnis homo mendax.

Quid retribuam dn̄o, pro omnibus quę retribuit mihi?

Calicem ſalutaris accipiam: ⁊ nomen domini inuocabo.

Uota mea domino reddam coram omni populo eius: pretioſa in conſpectu domini mors ſanctorum eius.

O domine, quia ego ſeruus tuus: ego ſeruus tuus, ⁊ filius ancille tuę.

Dirupiſti vincula mea, tibi ſacrificabo hoſtiam laudis: ⁊ nomen domini inuocabo.

Uota mea domino reddam in conſpectu omnis populi eius: in atrijs domus domini, in medio tui Hieruſalem.

Gloria patri. Pſalmus 129.

De profundis clamaui ad te domine: domine exaudi vocem meam.

Fiant aures tuę intendentes: in vocem deprecationis meę.

Si iniquitates obſeruaueris domine: domine quis ſuſtinebit.

Quia apud te propitiatio eſt: ⁊ propter legem tuam ſuſtinui te domine.

Suſtinuit anima mea in verbo eius: ſperauit anima mea in dño.

A cuſtodia matutina vſque ad nocteꝫ: ſperet Iſrael in domino.

Quia apud dñm miſericordia: ⁊ copioſa apud eum redemptio.

Et ipſe redimet Iſrael: ex omnibus iniquitatibus eius.

Gloria patri, ⁊ filio ⁊ ſpiritui.

Deinde repetitur Antiphona.

Ne reminiſcaris domine delicta noſtra, vel parentum noſtroꝝ: neque vindictam ſumas de peccatis noſtris.

Deinde Sacerdos dicit.

Kyrie eleiſon. Chriſte eleiſon. Kyrie eleiſon. Pater noſter. ℣. Et ne nos inducas. ℟. Sed libera. ℣. Ego dixi domine miſerere mei. ℟. Sana animam meam quia peccaui tibi. ℣. Cōuertere domine aliquantulum. ℟. Et deprecare ſuper ſeruos tuos. ℣. Fiat miſericordia tua domine ſuper nos. ℟. Quemadmodum ſperauimus in te. ℣. Sacerdotes tui induantur iuſtitiam. ℟. Et ſancti tui exultent. ℣. Ab occultis meis munda me domine. ℟. Et ab alienis parce ſeruo tuo. ℣. Domine exaudi. ℟. Et clamor meus. ℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cuꝫ ſpiritu tuo. Oremus.

Aures tuę pietatis mitiſſime deus inclina precibus noſtris, ⁊ gratia ſancti ſpiritus illumina cor noſtrum: vt tuis myſterijs digne miniſtrare, teqꝫ ęterna charitate diligere mereamur.

Deus, cui omne cor patet, ⁊ omnis voluntas loquitur, ⁊ quem nulluꝫ latet ſecretuꝫ, purifica per infuſioneꝫ ſancti ſpiritus cogitationes cordis noſtri: vt te perfecte diligere, ⁊ digne laudare mereamur.

Ure igne ſancti ſpiritus renes noſtros ⁊ cor noſtrum domine: vt tibi caſto corpore ſeruiamus, ⁊ mundo corde placeamus.

Mentes noſtras, quęſumus domine, paraclitus, qui a te procedit, illuminet: ⁊ inducat in omnem, ſicut tuus promiſit filius, veritatem.

Adſit nobis, quęſumus domine, virtus ſpiritus ſancti, quę ⁊ corda noſtra clementer expurget, ⁊ ab omnibus tueatur aduerſis.

Deus qui corda fidelium ſancti ſpiritus illuſtratione docuiſti, da nobis in eodem ſpiritu recta ſapere, ⁊ de eius ſemper conſolatione gaudere.

Conſcientias noſtras quęſumus domine viſitando purifica: vt veniens dñs noſter Jeſus Chriſtus filius tuus, paratam ſibi in nobis inueniat manſionem. Qui tecũ viuit ⁊ regnat, in vnitate ſpiritus ſancti Deus, per omnia ſecula ſeculorum. Amen.

Orationes dicende cum Sacerdos induitur ſacerdotalibus paramentis.

Cum lauat manus, dicat.

Da domine virtutem manibus meis ad abſtergendum omnem maculam, vt ſine pollutione mentis ⁊ corporis valeam tibi ſeruire.

Ad Amictum, dum ponitur ſuper caput, dicat.

Impone dñe capiti meo galeam ſalutis, ad expugnandos diabolicos incurſus.

Ad Albam, cum ea induitur.

Dealba me domine, ⁊ munda cor meum, vt in ſanguine Agni dealbatus, gaudijs perfruar ſempiternis.

Ad cingulum dum ſe cingit.

Precinge me domine cingulo puritatis, ⁊ extingue in lumbis meis humorem libidinis: vt maneat in me virtus continentię, ⁊ caſtitatis.

Ad Manipulum, dum imponitur brachio ſiniſtro.

Merear domine portare manipulum fletus, ⁊ doloris: vt cum exultatione recipiam mercedem laboris.

Ad Stola dũ imponitur collo.

Redde mihi dñe, ſtolam immortalitatis, quam perdidi in preuaricatione primi parẽtis: ⁊ quamuis indignus accedo ad tuum ſacrum myſterium, merear tamen gaudium ſempiternum.

Ad Caſulam cum aſſumitur.

Domine, qui dixiſti, Jugum meum ſuaue eſt, ⁊ onus meum leue: fac, vt iſtud portare ſic valeam, quod conſequar tuam gratiam. Amen. ¶ Alie orationes dicende ab Epiſcopo quando in pontificalibus celebrat.

Ad Caligas.

Calcia domine pedes meos in preparationez Euangelij pacis, ⁊ protege me in velamento alarum tuarum.

Cum induitur Cappa.

Exue me domine veterem hominem cum moribus, ⁊ actibus ſuis: ⁊ indue me nouum hominem: qui ſecundum deum creatus eſt in iuſtitia, ⁊ ſanctitate veritatis.

Cum lauat manus.

Da domine virtutem manibus meis: ad abſtergendū omnem maculam immundam; vt ſine pollutione mentis, ⁊ corporis valeam tibi ſeruire.

Ad Amictum.

Pone domine galeam ſalutis in capite meo ad expugnandas omnes diabolicas fraudes: inimicorum omnium verſutias ſuperando.

Ad Albam.

Dealba me domine, ⁊ a delicto meo munda me: vt cum his qui ſtolas ſuas dealbauerunt in ſanguine agni, gaudijs perfruar ſempiternis.

Ad Cingulum.

Precinge me domine cingulo fidei, ⁊ virtute caſtitatis lumbos meos, ⁊ extingue in eis humorem libidinis, vt iugiter maneat in me vigor totius caſtitatis.

Cum accipit Crucez pectoralē.

Munire digneris me domine Jeſu Chriſte ab omnibus inſidijs inimicorum omniū, ſigno ſanctiſſime crucis tue: ac cōcedere digneris mihi indigno ſeruo tuo, vt ſicut hanc crucem ſanctorum tuoruz reliquijs refertam ante pectus meum teneo, ſic ſemper mente retineaz, ⁊ memoriam paſſionis, ⁊ ſanctorum victorias martyrum.

Ad Stolam.

Redde mihi domine, obſecro, ſtolam immortalitatis, quam perdidi in preuaricatione primi parentis, ⁊ quamuis indignus accedere preſumo ad tuum ſacrum myſterium cum hoc ornamento, preſta vt in eodez in perpetuum merear letari.

Ad Tunicellam.

Tunica iucunditatis, ⁊ indumento letitie induat me dominus.

Ad Dalmaticam.

Indue me dn̄e indumento ſalutis, ⁊ veſtimento letitie, ⁊ Dalmatica iuſtitie circunda me ſemper.

Ad Chirotecas.

Circunda domine manus meas mundicia noui hominis, qui de celo deſcendit, vt quemadmodū Jacob dilectus tuus, pelliculis hedorum opertis manibus paternam benedictionem

nem, oblato patri cibo potuque gratiſſimo impetrauit, ſic ⁊ oblata per manus noſtras ſalutari hoſtia, gratię tuę benedictionem merear. Per dominum noſtrum Jeſum Chriſtũ filium tuum, qui in ſimilitudinem carnis peccati pro nobis obtulit ſemetipſum.

Ad Planetam.

Domine qui dixiſti, Jugum meum ſuaue eſt, ⁊ onus meum leue: pręſta vt illud portare ſic valeam quod poſſim conſequi tuam gratiam.

Ad Mitram.

Mitrã domine ⁊ ſalutis galeam inpone capiti meo, vt cõtra antiqui hoſtis, omniũq; inimicorum meorum inſidias inoffenſus euadam.

Ad Annulum cordis.

Cordis ⁊ corporis mei domine digitos virtute decora, ⁊ ſeptiformis ſpiritus ſanctificatione circunda.

Ad Manipulum.

Merear, precor dñe, manipulum portare mente flebili, vt cum exultatione portionẽ accipiam cum iuſtis.

Gratiarum actio poſt Miſſam.

Antiphona. Trium puerorum cantemus hymnum: quem cantabant ſancti in camino ignis benedicentes dominum. Que antiphona in duplicibus tantum duplicatur.

Canticum trium puerorum.

Benedicite õia opera domini domino: laudate ⁊ ſuperexaltate eum in ſecula.

Benedicite angeli dñi domino: benedicite celi domino.

Benedicite aquę omnes, quę ſuper celos ſunt domino: benedicite omnes virtutes domini domino.

Benedicite ſol ⁊ luna domino: benedicite ſtellę celi domino.

Benedicite imber, ⁊ ros domino: benedicite omnis ſpiritus dei domino.

Benedicite ignis, ⁊ ęſtus domino: benedicite frigus ⁊ ęſtas domino.

Benedicite rores, ⁊ pruina domino: benedicite gelu, ⁊ frigus domino.

Benedicite glacies, ⁊ niues domino: benedicite noctes, ⁊ dies domino.

Benedicite lux ⁊ tenebrę domino: benedicite fulgura ⁊ nubes domino.

Benedicat terra dñm: laudet ⁊ ſuperexaltet eum in ſecula.

Benedicite montes ⁊ colles domino: benedicite vniuerſa germinantia in terra domino.

Benedicite fontes dño: benedicite maria ⁊ flumina domino.

Benedicite cete, ⁊ omnia quę mouentur in aquis domino: benedicite omnes volucres celi

li domino.

Benedicite omnes beſtie ⁊ pecora domino: benedicite filij hominum domino.

Benedicat Iſrael dominum: laudet ⁊ ſuperexaltet eū i ſecula.

Benedicite ſacerdotes domini domino: benedicite ſerui domini domino.

Benedicite ſpiritus ⁊ animę iuſtorum domino: benedicite ſancti ⁊ humiles corde domino.

Benedicite Anania, Azaria, Miſael domino: laudate ⁊ ſuperexaltate eum in ſecula.

Benedicamus patrem ⁊ filium cum ſancto ſpiritu: laudemus ⁊ ſuperexaltemus eum in ſecula.

Benedictus es domine in firmamento cęli: ⁊ laudabilis ⁊ glorioſus ⁊ ſuperexaltatus in ſecula.

Pſalmus 150.

Laudate dominum in ſanctis eius: laudate euȝ in firmamento virtutis eius.

Laudate euȝ in virtutibus eius: laudate eum ſecundum multitudinem magnitudinis eius.

Laudate eum in ſono tubę: laudate eum in pſalterio ⁊ cithara.

Laudate euȝ in tympano ⁊ choro: laudate eum in chordis ⁊ organo.

Laudate euȝ in cymbalis beneſonantibus: laudate eum in cymbalis iubilationis: omnis ſpiritus laudet dominum.

Gloria patri. Deinde repetitur antiphona.

Trium puerorum cantemus hymnum: quem cantabant in camino ignis benedicentes dn̄m.

Deinde Sacerdos dicit.

Kyrie eleiſon. Chriſte eleiſon Kyrie eleiſon. Pater noſter.

℣. Et ne nos inducas in tentationem. ℟. Sed libera nos a malo. ℣. Confiteantur tibi domine omnia opera tua. ℟. Et ſancti tui benedicāt tibi. ℣. Exultabunt ſancti in gloria. ℟. Lętabuntur in cubilibus ſuis. ℣. Non nobis domine, non nobis. ℟. Sed nomini tuo da gloriaȝ. ℣. Domine exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dominus vobiſcū. ℟. Et cū ſpiritu tuo. Oremus.

Deus, qui tribus pueris mitigaſti flammas ignium, concede propitius: vt nos famulos tuos non exurat flamma vitiorum.

Actiones noſtras, quęſumus domine, aſpirando pręueni: ⁊ adiuuando proſequere: vt cuncta noſtra oratio, ⁊ operatio a te ſemper incipiat, ⁊ per te cepta finiatur.

Da nobis, quęſumus domine, vitiorum noſtrorum flammas extinguere: qui beato Laurentio, tribuiſti tormentorum ſuorum incendia ſuperare.

Per

Per Christum dominum noſtrum. Amen.

Aliȩ orationes pro op portunitate Sacerdotis ante celebrationem ⁊ Communionem dicendȩ.

Oratio Sancti Ambroſij Epiſcopi.

SUmme ſacerdos ⁊ vere pōtifex Jeſu Chriſte, qui te obtuliſti Deo patri in ara crucis hoſtiam puram ⁊ immaculatam pro nobis miſeris peccatoribus, ⁊ qui dediſti nobis carnem tuam ad manducandum, ⁊ ſanguinem tuum ad bibendum, ⁊ poſuiſti myſterium iſtud in virtute ſpiritus ſancti, dicens: Hęc quotieſcunque feceritis, in mei memoriam facietis. Rogo per tuum ſanguinem pretioſum, magnum ſalutis noſtrȩ pretiū. Rogo per hanc miram, ⁊ ineffabilem charitatem, qua nos miſeros, ⁊ indignos ſic amare dignatus es, vt lauares nos a peccatis noſtris in ſanguine tuo. Doce me ſeruum tuum indignum quem inter cętera dona tua ad officium ſacerdotale vocare dignatus es, nullis meis meritis, ſed ſola dignatione miſericordię tuę. Doce me quęſo per ſpiritū tuum tantum myſterium tractare ea reuerentia ⁊ honore, eaq; deuotione ⁊ timore quibus oportet ⁊ decet. Fac me domine Jeſu Chriſte per gratiā tuam ſemper illud de tanto myſterio credere ⁊ intelligere, ſentire ⁊ firmiter retinere, dicere ⁊ cogitare, quod tibi placet, ⁊ expedit animę meę. Intret ſpiritus tuus bonus in cor meum, qui ſonet ibi ſine ſono, ⁊ ſine ſtrepitu verborū loquatur omnem veritatem tantorum myſteriorum. Profunda ſunt nimis, ⁊ ſacro tecta velamine. Propter magnam clementiam tuam, concede mihi hodie ⁊ ſemper miſſarum ſollemnia puro corde ⁊ pura mente celebrare. Libera cor meum ab immundis, ⁊ nefandis, vanis, ⁊ obnoxijs cogitationibus. Muni me beatorum angelorum pia ⁊ fida tutela, atque fortiſſima cuſtodia, vt hoſtes omnium bonorum confuſi diſcedant per virtutē tanti myſterij, ⁊ per manum ſancti angeli tui. Repelle a me domine Jeſu Chriſte, ⁊ a cunctis ſeruis tuis duriſſimum ſpiritū ſuperbię, cenodoxię, inuidię, iracundię, fornicationis, ⁊ immunditię, dubietatis ⁊ blaſphemię. Confundantur qui nos perſequuntur, pereāt illi qui cuncta perdere feſtinant. Rex virtutum, caſtitatis, ⁊ integritatis amator deus cęleſti rore benedictionis tuę extingue in corpore meo totum fomitem ardentem libidinis: vt maneat in me tenor totius caſtitatis animę ⁊ corporis. Mortifica in me carnis

ſtimulos, ⁊ omnes libidinis commotiones, ⁊ da mihi veram ⁊ perpetuam caſtitatem cum cęteris donis tuis quę tibi placent in veritate, vt ſacrificium laudis caſto corpore ⁊ mundo corde quotidie valeam tibi offerre. Quanta enim domine Jeſu Chriſte cordis contritione, ⁊ lacrymarum fonte, quanta reuerẽtia ⁊ tremore, quanta corporis caſtitate, ⁊ animi puritate iſtud diuinum ⁊ cęleſte ſacrificium eſt celebrandum, vbi caro tua in veritate ſumitur: vbi ſanguis tuus in veritate bibitur, vbi ſumma imis iunguntur: vbi adeſt pręſentia ſanctorum angelorum: vbi tu es ſacerdos, ⁊ ſacrificium mirabiliter, ⁊ ineffabiliter conſtitutus? Quis digne hoc celebrare poterit, niſi tu Deus omnipotens offerentem feceris dignū? Scio, ⁊ vere ſcio, ⁊ ipſum pietati tuę cõfiteor, quia non ſum dignus accedere ad myſterium tantum, propter nimia peccata mea, ⁊ infinitas negligentias meas. Sed ſcio veraciter ⁊ credo ex toto corde, ⁊ ore confiteor, quia potes me facere dignum, qui ſolus potes mundum facere de immundo conceptum ſemine, de peccatoribus facere iuſtos, ⁊ ſanctos. Per hanc omnipotentiam tuam te rogo, vt concedas mihi peccatori hoc cęleſte ſacrificium celebrare cum timore ⁊ tremore, cum cordis puritate, ⁊ lacrymarum fonte, cum lętitia ſpiritali, ⁊ cęleſti gaudio. Sentiat mens mea dulcedinem beatiſsimę pręſentię tuę, ⁊ excubias ſanctorum angelorum tuorum in circuitu meo. Ego enim domine memor venerandę paſsionis tuę accedo ad altare tuum, licet peccator, vt offeram tibi ſacrificium, quod tu inſtituiſti: ⁊ offerri pręcepiſti in commemorationē tui, pro ſalute noſtra. Suſcipe ergo iſtud quęſo ſumme deus, dulciſsime Jeſu Chriſte pro eccleſia tua ſancta: ⁊ pro cuncto populo tuo quem acquiſiſti ſanguine tuo pretioſo. Et quoniam me peccatorem inter te, ⁊ eundem populum medium eſſe voluiſti, licet in me boni operis teſtimonium non agnoſcas, officium diſpenſationis creditę non recuſes, nec per me indignum famulum tuum, eorum ſalutis pereat pretium: pro quibus victima factus ſalutaris dignatus es eſſe redemptio. Profero ergo domine, (ſi dignaris propitius intueri) tribulationes plebium, pericula populorum, captiuorū gemitum, miſeriam orphanorum, neceſsitates peregrinorum, inopiam debilium, deſperationes languentium, defectus ſenum, ſuſpiria iuuenum, vota virginum,

ginum, lamenta viduarum. Tu enim miſereris omnium domine: ⁊ nihil odiſti omnium quę feciſti. Memorare quę ſit noſtra ſubſtantia: quia tu pater noſter es: ne iraſcaris ſatis, neque multitudinem viſcerum tuorum ſuper nos contineas. Non enim in iuſtificationibus noſtris proſternimus preces noſtras ante faciem tuam, ſed in miſerationibus tuis multis. Aufer a nobis domine iniquitates noſtras: ⁊ ignē ſancti ſpiritus in nobis clementer accende. Aufer cor lapideum de carne noſtra: ⁊ da nobis cor carneum, quod te timeat, diligat, ⁊ honorificet: te delectetur, te ſequatur: ⁊ tę perfruatur. Oramus domine clementiam tuam, vt ſereno vultu familiā tuam, ſacri tui nominis officia pręſtolantem aſpicere digneris. Et vt nullius ſit irritum votum, nullius vacua poſtulatio: tu nobis preces ſuggere, quas ipſe audire propitius, ⁊ exaudire delecteris. Rogamus etiam te ſancte pater pro ſpiritibus fideliū defunctorum: vt ſit illis ſalus ęterna, ac perpetua ſanitas, gaudium, ⁊ refrigerium ſempiternum: hoc magnū pietatis ſacramentum. Domine deus meus ſit illis hodie magnum, ⁊ plenum gaudium de te pane viuo ⁊ vero, qui de celo deſcendiſti, ⁊ das vitam mūdo de carne ſancta, ⁊ benedicta, agni videlicet immaculati, qui tollis peccata mūdi. Et potari de fonte pietatis tuę, qui per lanceam militis de latere emanauit crucifixi domini noſtri, vt conſolati exultent in laude ⁊ gloria tua ſancta. Peto domine clementiam tuam, vt deſcendat ſuper hunc panem ⁊ calicem iſtum plenitudo diuinitatis tuę. Deſcendat etiam domine illa ſancti ſpiritus tui inuiſibilis forma, ⁊ incomprehenſibilis maieſtas, ſicut quondam in patrum hoſtias deſcendebat, quę ⁊ oblationes noſtras corpus ⁊ ſanguinem tuum efficiat, ⁊ me indignum ſacerdotem tuū doceat tantum tractare myſterium, ita vt placide ac benigne ſacrificium ſuſcipias de manibus meis ad ſalutem omnium tam viuorum, quam defunctorum. Rogo te domine per ipſum ſacroſanctum myſteriū corporis ⁊ ſanguinis tui, quo quotidie in eccleſia tua paſcimur ⁊ potamur, abluimur ⁊ ſanctificamur, atque vnius tuę ſummęque diuinitatis participes efficimur, quatenus des mihi virtutes tuas ſanctas, quibus repletus, bona conſcientia ad altare tuum accedam, ita vt hęc celeſtia ſacramenta efficiantur mihi ſalus ⁊ vita. Tu enim dixiſti ore tuo ſancto ⁊ benedicto: Panis

nis quem ego dedero, caro mea eſt pro mundi vita. Et qui man/ducat me, viua viuet propter me, ipſe manet in me, ⁊ ego in eo. Ego ſum panis viuus, qui de celo deſcendi. Siquis manducauerit ex hoc pane, viuet in ętern/num. Panis dulciſsime, ſana palatum cordis mei, vt ſentiam ſuauitatem amoris tui. Sana ab omni languore, vt nullam pręter te amem pulchritudinem. Panis candidiſsime, habens in te omne delectamentum, ⁊ omnis saporis ſuauitatem: qui nos ſemper reficis: comedat te cor meū, ⁊ dulcedine ſaporis tui repleantur viſcera animę meę. Manducat te angelus pleno ore, manducet te peregrinus homo pro modulo ſuo, ne deficere poſsit in via, tali recreatus viatico. Panis ſancte, panis viue, panis pulcher, panis munde, qui deſcendiſti de cęlo, ⁊ das vitam mundo, veni in cor meum, ⁊ munda me ab omni inquinamento carnis ⁊ ſpiritus. Intra in animam meam, ſana ⁊ ſanctifica me intus, ⁊ exterius. Eſto tutamen, ⁊ perpetua ſalus corporis ⁊ animę meę. Repelle a me inſidiantes mihi. Hoſtes recedant procul a pręſentia tua, vt foris ⁊ intus per te munitus recto tramite perueniam ad tuum regnum, vbi non myſterijs ſicut in hoc tempore agitur, ſed facie ad faciem te videbimus, cum tradideris regnum deo patri, ⁊ erit deus omnia in omnibus. Tunc me de te ſatiabis ſatietate mirifica, vt nec eſuriam, nec ſitiam in ęternum. Qui cum eodem deo patre, ⁊ ſpiritu ſancto viuis ⁊ regnas per omnia ſecula ſeculorum. Amen.

Alia Oratio ante miſſam.

Ad menſam dulciſſimi conuiuij tui, pie domine Ieſu Chriſte, ego peccator de proprijs meritis nihil pręſumens, ſed de tua confidens miſericordia, ⁊ bonitate, accedere vereor ⁊ contremiſco. Nam cor ⁊ corpus habeo multis criminibus maculatum, mentem ⁊ linguam non caute cuſtoditam. Ergo o pia deitas, o tremenda maieſtas ego miſer inter anguſtias deprehenſus, ad te fontem miſericordię recurro: ad te feſtino ſanandus: ſub tuam protectionem fugio: ⁊ quem iudicem ſuſtinere nequeo, ſaluatorem habere ſuſpiro. Tibi domine plagas meas oſtendo: tibi verecundiam meam detego. Scio peccata mea multa, ⁊ magna, pro quibus timeo. Spero miſericordias tuas, quarum non eſt numerus. Reſpice ergo in me oculis miſericordię tuę, domine Ieſu Chriſte, rex ęterne, deus, ⁊ homo, crucifixus propter hominē. Exaudi

audi me ſperantem in te: miſere re mei pleni miſerijs ⁊ peccatis, tu qui fontem miſerationis nunquam manare ceſſabis. Salue ſalutaris victima, pro me ⁊ omni humano genere in patibulo crucis oblata. Salue nobilis ⁊ precioſe ſanguis, de vulneribus crucifixi domini mei Jeſu Chriſti profluens, ⁊ peccata totius mundi abluens. Recordare domine creaturę tuę, quam tuo ſanguine redemiſti: penitet me peccaſſe: cupio emendare quod feci. Aufer ergo a me clementiſſime pater omnes iniquitates ⁊ peccata mea: vt purificatus mẽte ⁊ corpore, digne degustare merear ſancta ſanctorum: ⁊ concede, vt ſancta prelibatio corporis ⁊ ſanguinis tui, quam ego indignus ſumere intendo, ſit peccatorum meorum remiſſio, ſit delictorum perfecta purgatio, ſit turpium cogitationum effugatio, bonorumqꝫ ſenſuum regeneratio, operumqꝫ tibi placentiuꝫ ſalubris efficacia, animę quoque ⁊ corporis contra inimicorum meorum inſidias firmiſſima tuitio. Amen

Oratio ſancti Thomę Aquinatis.

O Omnipotens ſempiterne deus, ecce accedo ad ſacramentum vnigeniti filij tui domini noſtri Jeſu Chriſti. Accedo tamquam infirmus ad medicum vitę, immundus ad fontem miſericordię, cęcus ad lumen claritatis ęternę, pauper ⁊ egenus ad dominum celi ⁊ terrę. Rogo ergo immẽſę largitatis tuę abbundantiam, quatenus meam curare digneris infirmitatem, lauare feditatem, illuminare cęcitatem, ditare paupertatem, veſtire nuditatem: vt paneꝫ angelorum, regem regum, dominum dominantium tanta ſuſcipiam reuerentia ⁊ humilitate, tanta cõtritione ⁊ deuotione, tanta puritate ⁊ fide, tali propoſito ⁊ intentione, ſicut expedit ſaluti animę meę. Da mihi quęſo Dominici corporis ⁊ ſanguinis, non ſolum ſuſcipere ſacramentum, ſed etiam rem ⁊ virtutem ſacramenti. O mitiſſime deus, da mihi corpus vnigeniti filij tui domini noſtri Jeſu Chriſti, quod traxit de virgine Maria, ſic ſuſcipere: vt corpori ſuo myſtico merear incorporari, ⁊ inter eius membra connumerari. O amantiſſime pater, concede mihi dilectum filium tuũ, quẽ nunc velatũ in via ſuſcipere propono, reuelata tandeꝫ facie perpetuo contemplari. Qui tecum viuis ⁊ regnas.

Alię orationes poſt celebrationem, ⁊ Communionem dicẽdę.

Oratio Sancti Thomę.

G Ratias tibi ago Domine ſancte, pater omnipotens, eter-

ęterne Deus, qui me peccatorē, indignum famulum tuum, nullis meis meritis, ſed ſola dignatione miſericordię tuę ſatiare dignatus es pretioſo corpore ⁊ ſanguine filij tui dñi noſtri Jeſu Chriſti. Et precor vt hęc ſancta Cōmunio non ſit mihi reatus ad pęnam, ſed interceſſio ſalutaris ad veniã. Sit mihi armatura fidei, ⁊ ſcutum bonę voluntatis. Sit vitiorum meorum euacuatio, cōcupiſcentię ⁊ libidinis exterminatio, charitatis ⁊ patientię, humilitatis ⁊ obedientię augmentatio: contra inſidias inimicorum omnium, tam viſibilium, quam inuiſibilium firma defenſio: motuum meorum, tam carnalium, quam ſpiritualiuȝ, perfecta quietatio, in te vno ac vero deo firma adhęſio: atque finis mei felix conſummatio. Et precor te, vt ad illud ineffabile conuiuium me peccatorem perducere digneris: vbi tu cũ filio tuo ⁊ Spiritu ſancto, ſanctis tuis es lux vera, ſatietas plena, gaudium ſempiternum, iucunditas conſummata, ⁊ felicitas perfecta. Per Chriſtum.

Alia Oratio Sancti Bonauenture.

TRanſfige dulciſſime Domine Jeſu medullas ⁊ viſcera animę meę, ſuauiſſimo ac ſaluberrimo amoris tui vulnere, vera, ſerenaque, ⁊ apoſtolica ſanctiſſima charitate, vt langueat ⁊ liqueſiat anima mea ſolo ſemper amore, ⁊ deſiderio tui, te concupiſcat, ⁊ deficiat in atria tua, cupiat diſſolui, ⁊ eſſe tecum. Da, vt anima mea te eſuriat, panem angelorum, refectionem animarum ſanctarum, panem noſtrum quotidianum, ſuperſubſtantialem, habentem omnem dulcedinem, ⁊ ſaporem, ⁊ omne delectamentuȝ ſuauitatis: te, in quem deſiderãt angeli proſpicere, ſemper eſuriat ⁊ comedat cor meum, ⁊ dulcedine ſaporis tui repleantur viſcera animę meę: te ſemper ſitiat fontem vitę, fonteȝ ſapientię ⁊ ſcientię, fonteȝ ęterni luminis, torrentem voluptatis, vbertatem domus Dei: te ſemper ambiat, te quęrat, te inueniat, ad te tendat, ad te perueniat, te meditetur, te loquatur, ⁊ omnia operetur in laudem ⁊ gloriam nominis tui, cum humilitate ⁊ diſcretione, cũ dilectione ⁊ delectatione, cum facilitate ⁊ affectu, cuȝ perſeuerantia vſqȝ in finē: ⁊ tu ſis ſolus ſemper ſpes mea, tota fiducia mea, diuitię meę, delectatio mea, iucunditas mea, gaudium meum, quies ⁊ tranquillitas mea, pax mea, ſuauitas mea, odor meus, dulcedo mea, cibus meus, refectio mea, refugium meum, auxilium meum, ſapientia mea, portio mea, poſſeſſio mea, theſaurus meus, in

quo fixa ⁊ firma ⁊ immobiliter
ſemper ſit radicata mens mea, ⁊
coꝛ meum. Amen.

Rithimus Sancti Thomę ad
ſacram Eucharistiam.


Adoꝛo te deuote, latens
deitas,
Quę ſub his figuris vere latitas:
Tibi ſe coꝛ meum totuꝫ ſubijcit,
Quia te contemplans totum de-
ficit.
Viſus, tactus, guſtus in te fallitur,
Sed auditu ſolo tuto creditur.
Credo quicquid dixit dei filius.
Nil hoc verbo veritatis verius.
In cruce latebat ſola deitas,
At hic latet, ſimul ⁊ humanitas:
Ambo tamen credens atque cō-
fitens,
Peto quod petiuit latro pęni-
tens.
Plagas, ſicut Thomas, non in-
tueoꝛ,
Deum tamen meum te cōfiteoꝛ.
Fac me tibi ſemper magis cre-
dere,
In te ſpem habere, te diligere.
O memoꝛiale moꝛtis Domini,
Panis viuus, vitaꝫ pręſtans ho-
mini:
Pręſta meę menti de te viuere,
Et te illi ſemper dulce ſapere.
Pie pellicane Ieſu domine,
Me immundum munda tuo ſan-
guine:
Cuius vna ſtilla ſaluum facere
Totum mundum quit ab omni
ſcelere.
Ieſu, quem velatum nūc aſpicio,
Oro fiat illud, quod tam ſitio:
Ut te reuelata cernens facie,
Viſu ſim beatus tuę gloꝛię. Amē.



Dominica prima de Aduentu.

Statio ad ſanctam Mariam maiorem.

Ad Miſſam, Introitus.

Pſ. 24. 

AD te leuaui animã meam: deus meus in te confido, non erubeſcã: neqꝫ irrideant me inimici mei: etenĩ vniuerſi qui te expectant, non confundentur. Pſalmus. Vias tuas domine demonſtra mihi, ꝛ ſemitas tuas edoce me. ℣. Gloria patri, ꝛ filio, ꝛ ſpiritui ſancto. Sicut erat in principio, ꝛ nunc, ꝛ ſemper, ꝛ in ſecula ſeculorum. Amen. Quo finito repetitur. Ad te leuaui, vſque ad Pſalmum. Ꝺ modus repetendi Introitum ſeruatur per totum annum. Non dicitur, Gloria in excelſis, ab hac Dominica vſqꝫ ad Natiuitatẽ dñi, niſi in feſtis. Oremus. Oĩo.

EXcita, quęſumus domine, potentiã tuam, ꝛ veni: vt ab imminentibus peccatorũ noſtrorum periculis te mereamur protegente eripi, te liberante ſaluari. Qui viuis ꝛ regnas cum deo patre in vnitate ſpiritus ſancti deus: per omnia ſecula ſeculorum. ℟. Amen. Ab hac die vſqꝫ ad vigiliam Natiuitatis domini poſt orationem diei, dicitur oratio. Deus qui de beatę Marię, ꝛ Eccleſię tuę, vel Deus omnium fidelium, vt infra. Si autem facienda ſit cõmemoratio alicuius feſti ſimplicis occurrẽtis, poſt oratiõe diei, dicitur oratio de ſeſto, tertia de S. Maria.

Oratio de ſancta Maria.

DEus, qui de beatę Marię virginis vtero, verbũ tuũ angelo nunciante, carnẽ ſuſcipere voluiſti: pręſta ſupplicibus tuis: vt, qui vere eam genitricem dei credimus, eius apud te interceſſionibus adiuuemur.

Contra perſecutores Eccleſię.

ECcleſię tuę, quęſumus domine, preces placatus admitte: vt, deſtructis aduerſitatibus, ꝛ erroribus vniuerſis, ſecura tibi ſeruiat libertate. Per do.

Vel pro Papa.

DEus omnium fideliũ paſtor, ꝛ rector: famulum tuũ N. quem paſtorem Eccleſię tuę pręeſſe voluiſti, propitius reſpi-

ce: da ei, queſumus, verbo ⁊ exẽplo, quibus preeſt, proficere: vt ad vitã vnà cũ grege ſibi credito perueniat ſempiternã. Per do.

Intra hebdomadas Aduentus quãdo dicitur Miſſa de feſto ſemiduplici, ſecunda oratio erit de Aduentu, tertia de ſancta Maria, que terminatur ſic. Per eundem dominum noſtrum, ⁊c.

Si autẽ dicatur Miſſa de feſto duplici, poſt orationem feſti dicitur oratio tantum de Aduentu.

¶ In Aduentu de feſtis ſimplicibus non dicitur Miſſa conuentualis, ſed eorum fit tantum commemoratio.

Lectio epiſtole beati Pauli apoſtoli ad Romanos.

ca. Fratres: Scientes, quia
13. hora eſt iam nos de ſomno ſurgere. Nũc enim propior eſt noſtra ſalus, quam cũ credidimus. Nox precelſit: dies autẽ appropinquauit. Abijciamus ergo opera tenebrarũ: ⁊ induamur arma lucis. Sicut in die, honeſte ambulemus. Non in comeſſationibus, ⁊ ebrietatibus: nõ in cubilibus, ⁊ impudicitijs: non in contentione, ⁊ emulatione, ſed induimini dominum Ieſum Chriſtum.

ps. Gradu. Vniuerſi, qui te expe
24. ctant, nõ confundentur domine. ℣ Vias tuas domine notas fac mihi: ⁊ ſemitas tuas edoce me. Alleluia, alleluia. ℣. Oſtẽde nobis domine miſericordiam tuam: ps.
⁊ ſalutare tuũ da nobis, alleluia. 24.

In tempus Aduentus quando per hebdomadam reſumitur Miſſa de Dominica, non dicitur, Alleluia, nec verſus ſequens, ſed tantum Graduale.

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Lucam.



In illo tem- ca.
pore: Dixit 21.
Ieſus diſcipulis ſuis. Erunt ſigna in ſole, ⁊ luna, ⁊ ſtellis: ⁊ in terris preſſura gentium, pre confuſione ſonitus maris, ⁊ fluctuum: areſcentibus hominibus pre timore, ⁊ expectatione, que ſuperuenient vniuerſo orbi. Nã virtutes celorum mouebuntur. Et tunc videbunt filium hominis venientem in nube, cum poteſtate magna, ⁊ maieſtate. His autem fieri incipientibus, reſpicite, ⁊ leuate capita veſtra: quoniam appropinquat redemptio veſtra. Et dixit illis ſimilitudinem. Videte ficulneam, ⁊ omnes arbores: cum producunt iam ex ſe fructum, ſcitis quoniam prope eſt eſtas. Ita ⁊ vos, cum videritis hec fieri, ſcitote, quoniam prope eſt regnum dei. Amen dico vobis: quia non preteribit generatio hec, donec omnia fiant. Celum ⁊ terra tranſibunt: verba

autem

autem mea non tranſibunt.
Credo. Offertorium. Ad te
Pſ. 24. leuaui animam meã: deus meus
in te confido, non erubeſcam: ne/
que irrideant me inimici mei:
etenim vniuerſi qui te expectant
non confundentur. Secreta.
Hec ſacra nos domine po
tenti virtute mundatos,
ad ſuum faciant puriores venire
principium. Per dominum.
De ſancta Maria. Secreta.
In mentibus noſtris, quę/
ſumus dñe, verę fidei ſacra
menta confirma: vt, qui cõceptũ
de virgine deũ verũ, & hominẽ
confitemur: per eius ſalutiferę re/
ſurrectionis potentiam, ad ęter/
nã mereamur peruenire lętitiã.
Contra perſecutores Eccleſię.
Secreta.
Protege nos domine tuis
myſteriis ſeruientes: vt di
uinis rebus inhęrentes, & corpo/
re tibi famulemur, & mente. Per
dominum. Vel pro Papa.
Oblatis, quęſumus domi/
ne, placare muneribus: & fa
mulum tuum N. quem paſtorẽ
eccleſię tuę prę eſſe voluiſti, aſſi/
dua protectione guberna. Per
Pſ. 84. dominum. Communio. Do/
minus dabit benignitatem: & ter/
ra noſtra dabit fructum ſuum.
Poſtcom.
Suſcipiamus domine miſe
ricordiam tuam in medio
templi tui: vt reparationis no/
ſtrę ventura ſollemnia, congruis
honoribus pręcedamus. Per.
De ſancta Maria Poſtcom.
Gratiam tuam, quęſumus
domine, mentibus noſtris
infunde: vt, qui angelo nuncian/
te, Chriſti filij tui incarnationẽ
cognouimus: per paſſionem eius
& crucem, ad reſurrectionis glo/
riam perducamur. Per.
Contra perſecutores Eccleſię.
Poſtcom.
Quęſumus domine deus
noſter: vt, quos diuina tri
buis participatione gaudere, hu/
manis non ſinas ſubiacere peri/
culis. Per dominum noſtrum.
Vel pro Papa.
Hec nos, quęſumus domi
ne, diuini ſacramenti per/
ceptio protegat: & famulum tuũ
N. quẽ paſtorem Eccleſię tuę
eſſe voluiſti: vna cum commiſſo
ſibi grege, ſaluet ſemper, & mu/
niat. Per dominum noſtrum.
Dicitur, Benedicamus dño.
Et ſic ſeruatur quoties non di/
citur, Gloria in excelſis.
¶ Infra hebdomadam ſi dicẽ/
da ſit Miſſa de feria, ſemper re/
ſumitur Miſſa de Dñica pręce/
dẽti, niſi ppria Miſſa aſſignet.
¶ Cum vero in Aduẽtu, Qua/
drageſima, Quatuor tẽporibus,
Vigiliis, & Rogationibus dicitur
Miſſa de feſto duplici, vel ſe/
miduplici.

mi duplici occurrente, ſemper fit cōmemoratio de feria: ⁊ pro cō-memoratione feriarum Aduentus dicitur oratio Dñice precedētis, niſi ſint Quatuortempora, in quibus habetur oratio propria.

¶ Dominica ij. de Aduentu.

Oratio ad ſanctam Crucem in Hieruſalem. Introitus.



Iſa. 30. Populus Sion, ecce dñs ueniet ad ſaluandas gentes: ⁊ auditaz faciet dominus gloriam vocis ſuę in lętitia cordis ve-

Ps. 79. ſtri. Pſalmus. Qui regis Iſrael intende, qui deducis velut ouem Joſeph. ℣ Gloria patri. Non dicitur Gloria in excelſis. Orō.

Excita dñe corda noſtra ad pręparandas vnigeniti tui vias: vt per eius aduentuz, purificatis tibi mentibus ſeruire mereamur. Qui tecum viuit.

Oratio de ſancta Maria.

Deus, qui de beatę Marię virginis vtero, verbū tuum, angelo nunciante, carnem ſuſcipere voluiſti: pręſta ſupplicibus tuis: vt, qui vere eam genitricez dei credimus: eius apud te interceſſionibus adiuuemur.

Pro Papa. Oratio.

Deus omnium fideliuz paſtor, ⁊ rector: famuluz tuū N. quem paſtorez Eccleſię tuę pręeſſe voluiſti, propitius reſpice: da ei, quęſumus, verbo ⁊ exemplo, quibus pręeſt, proficere: vt ad vitam vna cum grege ſibi credito, perueniat ſempiternam. Per dominum noſtrum Jeſum Chriſtum filium tuum.

¶ Contra perſecutores Eccleſię. Oratio Eccleſię tuę, vt in Dominica preterita.

Lectio epiſtole beati Pauli apoſtoli ad Romanos.

Fratres: Quęcumque ſcripta ſunt, ad noſtrā doctri- ca. 15.
nam ſcripta ſunt: vt per patientiam ⁊ conſolationem ſcripturarum, ſpem habeamus. Deus autem patientię ⁊ ſolatij, det vobis idipſum ſapere in alterutrum ſecunduz Jeſuz Chriſtū: vt vnanimes, vno ore honorificetis deuz, ⁊ patrem dñi noſtri Jeſu Chriſti. Propter quod ſuſcipite inuicez, ſicut ⁊ Chriſtus ſuſcepit vos in honorē dei. Dico enim Chriſtum Jeſum miniſtrum fuiſſe circumciſionis propter veritatem dei, ad confirmandas promiſſiones patrum. Gentes autem ſuper miſericordia honorare deuz, ſicut ſcriptuz eſt. Propterea cōfitebor tibi in gentibus domine, ⁊ nomini tuo cantabo. Et iterū dicit. Lętamini gentes cum plebe eius. Et iteruz. Laudate omnes gentes dominum, ⁊ magnificate eum omnes populi. Et rurſum

luz Iſaias ait. Erit radix Ieſſe: ⁊ qui exurget regere gentes, in eum gentes ſperabunt. Deus autez ſpei repleat vos omni gaudio ⁊ pace in credẽdo: vt abũdetis in ſpe, ⁊ virtute ſpiritus ſancti.
3. Graduale. Ex Sion ſpecies
9. decoris eius: deus manifeſte veniet. ℣. Congregate illi ſanctos eius: qui ordinauerunt teſtamentum eius ſuper ſacrificia.
Alleluia, alla. ℣. Letatus ſum in his, que dicta ſunt mihi: in domum domini ibimus. Alleluia.

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Mattheum.



a. In illo tem-
1. pore: Cum audiſſet Ioannes in vinculis opera Chriſti, mittens duos ex diſcipulis ſuis, ait illi. Tu es qui venturus es, an alium expectamus? Et reſpondens Ieſus, ait illis. Euntes, renũciate Ioanni, que audiſtis, ⁊ vidiſtis. Ceci vident, claudi ambulant, leproſi mundãtur, ſurdi audiunt, mortui reſurgunt, pauperes euangelizãtur. Et beatus eſt, qui non fuerit ſcandalizatus in me. Illis autez abeuntibus, cepit Ieſus dicere ad turbas de Ioanne. Quid exiſtis in deſertum videre? Arundinem vento agitatã? Sed quid exiſtis videre? Hominem mollibus veſtituz? Ecce, qui mollibus veſtiuntur, in domibus regũ ſunt. Sed quid exiſtis videre? Prophetam? Etiam dico vobis, ⁊ plus quam prophetam. Hic eſt enim, de quo ſcriptum eſt. Ecce ego mitto angeluz meum ante faciem tuam, qui preparabit viam tuam ante te. Credo. Offert. Deus tu conuer- ps.
tẽs viuificabis nos, ⁊ plebs tua 84.
letabitur in te: oſtende nobis domine miſericordiam tuam, ⁊ ſalutare tuum da nobis. Secreta.

Placare, queſumus domine, humilitatis noſtre precibus, ⁊ hoſtijs: ⁊ vbi nulla ſuppetunt ſuffragia meritoruz, tuis nobis ſuccurre preſidijs. Per dñz.

De ſancta Maria. Secreta.

In mentibus noſtris, queſumus domine, vere fidei ſacramenta confirma: vt, qui cõceptum de virgine deum veruz, ⁊ hominem confitemur: per eius ſalutifere reſurrectionis potentiam, ad eternaz mereamur peruenire letitiam.

Pro Papa. Secreta.

Oblatis, queſumus domine, placare muneribus: ⁊ famulum tuum N. quem paſtorez eccleſie tue preeſſe voluiſti, aſſidua protectione guberna. Per.

Vel contra perſecutores eccleſie. Secreta. Protege. Vt in Dñica preterita. Poſtcom.

Baruc. 4. Ieruſalem ſurge, ⁊ ſta in excelſo: ⁊ vide iucunditatem, quę veniet tibi a deo tuo. Poſtcom.

Repleti cibo ſpiritualis alimonię ſupplices te dñe deprecamur: vt huius participatione myſterij, doceas nos terrena deſpicere, ⁊ amare cęleſtia. Per.

De ſancta Maria. Poſtcom.

Gratiam tuam, quęſumus domine, mentibus noſtris infunde: vt, qui angelo nunciante, Chriſti filij tui incarnationē cognouimus: per paſſionem eius ⁊ crucem, ad reſurrectionis gloriam perducamur.


Pro Papa. Poſtcom.

Hęc nos, quęſumus domine, diuini ſacramẽti perceptio protegat: ⁊ famulum tuum N. quem paſtorē Eccleſię tuę eſſe voluiſti: vnà cum commiſſo ſibi grege, ſaluet ſemper, ⁊ muniat. Per dominum noſtrum.

Vel contra perſecutores Eccleſię. Poſtcom. Quęſumus domine. vt in Dominica pręterita.

¶ Dominica iij. de Aduentu, Statio ad ſanctum Petrum.

Introitus.



Philip. 4. Gaudete in domino ſemper: iterum dico gaudete: modeſtia veſtra nota ſit omnibus hominibus: dominus enim prope eſt: nihil ſoliciti ſitis: ſed in omni oratione petitiones veſtrę innoteſcant apud deum. pſalmus.

Benedixiſti domine terrā tuā: auertiſti captiuitatem Iacob. Ps. 84. ℣. Gloria patri. Non dicitur Gloria in excelſis. Oratio.

Aurem tuam, quęſumus domine, precibus noſtris accommoda: ⁊ mentis noſtrę tenebras, gratia tuę viſitationis illuſtra. Qui viuis ⁊ regnas.

Oratio de ſancta Maria.

Deus, qui de beatę Marię virginis vtero, verbū tuū angelo nunciante carnē ſuſcipere voluiſti: pręſta ſupplicibus tuis: vt qui vere eam genitricem dei credimus, eius apud te interceſſionibus adiuuemur.

Contra perſecutores Eccleſię. Oratio

Eccleſię tuę, quęſumus domine, preces placatus admitte: vt deſtructis aduerſitatibus ⁊ erroribus vniuerſis: ſecura tibi ſeruiat libertate. Per do.

Vel pro Papa. Oratio. Deus omnium fidelium, vt in primo Dominica.

Lectio epiſtolę beati Pauli apoſtoli ad Philippenſes.

Fratres: Gaudete in domino ſemper: iterū dico, gaudete. Ca. 4. Modeſtia veſtra nota ſit omnibus hominibus: dominus enim prope eſt. Nihil ſoli-

citi

citi ſitis: ſed in omni oratione ⁊
obſecratione, cũ gratiarũ actio/
ne, petitiones veſtrę innoteſcant
apud deũ. Et pax dei que exu/
perat omnem ſenſum, cuſtodiat
corda veſtra, ⁊ intelligentias ve/
ſtras: in Chriſto Jeſu domino
Ps. noſtro. Graduale. Qui ſedes
79. domine ſuper Cherubim, excita
potentiam tuam, ⁊ veni. ℣. Qui
regis Jſrael intende, qui dedu/
cis velut ouem Joſeph.
Alleluia, alleluia. ℣. Excita
domine potentiam tuam, ⁊ veni:
vt ſaluos facias nos, Alleluia.

Sequentia ſancti euangelij
ſecundum Joannem.



Ca. In illo tempo/
1. re: Miſerunt
Judęi ab Hieroſo
lymis ſacerdotes, ⁊
leuitas ad Joãnẽ,
vt interrogarẽt eũ:
tu quis es? Et cõ/
feſſus eſt, ⁊ non negauit. Et con
feſſus eſt: quia nõ ſum ego Chri/
ſtus. Et interrogauerunt eum.
Quid ergo? Elias es tu? Et di
xit. Non ſum. Propheta es
tu? Et reſpondit, Non. Dixe/
runt ergo ei. Quis es, vt reſpon
ſum demus his, qui miſerũt nos?
Quid dicis de teipſo? Ait. Ego
vox clamantis in deſerto: dirigi
te viã domini, ſicut dixit Jſaias
propheta. Et qui miſſi fuerant,
erant ex phariſęis. Et interro/
gauerunt eũ, ⁊ dixerunt ei. Quid
ergo baptizas, ſi tu non es Chri
ſtus, neq; Elias, neq; prophe/
ta? Reſpondit eis Joannes, di/
cens. Ego baptizo in aqua: me/
dius autem veſtrum ſtetit, quem
vos neſcitis. Jpſe eſt, qui poſt
me venturus eſt, qui ante me fa/
ctus eſt: cuius ego non ſum di/
gnus, vt ſoluam eius corrigiam
calciamenti. Hec in Bethania
facta ſunt trans Jordanem, vbi
erat Joannes baptizans.
Credo. Offerto. Benedixi/ Ps.
ſti domine terram tuam: auertiſti 38.
captiuitatẽ Jacob: remiſiſti ini/
quitatem plebis tuę. Secreta.

Deuotionis noſtrę tibi, quę
ſumus domine, hoſtia iu/
giter immoletur, quę ⁊ ſacri per/
agat inſtituta myſterij, ⁊ ſalutare
tuum in nobis mirabiliter ope/
retur. Per dominum.

De ſancta Maria. Secreta.

In mentibus noſtris, quęſu
mus dñe, verę fidei ſacra/
mẽta confirma: vt, qui conceptũ
de virgine deũ verũ, ⁊ hominẽ
confitemur: per eius ſalutiferę re
ſurrectionis potentiam, ad ęter/
nã mereamur peruenire lętitiã.

Contra perſecutores Eccleſię.
Secreta:

Protege nos domine, tuis
myſterijs ſeruientes: vt, di/
uinis rebus inhęrentes, ⁊ corpo/
re tibi famulemur, ⁊ mẽte. Per.

Uel pro papa. Secreta.

Oblatis. vt in prima Dominica.

iſa. Communio. Dicite puſillani-
35. mes: confortamini, ⁊ nolite time-
re: ecce deus noſter veniet, ⁊ ſal-
uabit nos. Poſtcom.

Imploramus, dñe, clementiam tuã: vt hęc diuina ſubſidia, a vitijs expiatos ad feſta vẽtura nos prępare̅t. Per dñm.

De ſancta Maria. Poſtcom.

Gratiam tuam, quęſumus domine, mentibus noſtris infunde: vt, qui, angelo nunciante, Chriſti filij tui incarnationem cognouimus, per paſſioné eius, ⁊ crucem, ad reſurrectionis gloriam perducamur. Contra perſecutores Eccleſie. Poſtcom.

Queſumus domine deus noſter: vt, quos diuina tribuis participatione gaudere, humanis non ſinas ſubiacere periculis. Per dominum noſtrum.

Uel pro Papa. Poſtcom.

Hec nos. vt in prima Dñica.

¶ Feria iiij. Quatuor temporũ Aduentus. Statio ad ſanctam Mariam maiorem. Introitus.



iſa. Rorate celi deſu-
45. per, ⁊ nubẽs pluãt
iuſtum: aperiatur ter-
ra, ⁊ germinet ſaluato-
rem. Pſal. Celi enar-
pſ. rant gloriã dei: ⁊ ope-
18. ra manuum eius annunciat fir-
mamentum. ℣. Gloria patri.

Poſt Kyrieeleiſon, immediate dicitur, Oremus. Flectamus genua. Leuate. Oratio.

Preſta, quęſumus, omnipotens deus: vt redemptionis noſtrę ventura ſollẽnitas: ⁊ pręſentis nobis vitę ſubſidia conferat, ⁊ ęternę beatitudinis pręmia largiatur. Per dominum noſtrum.

Lectio Iſaie prophete.

In dieb⁹ illis. Dixit Iſaias ca.
propheta. Erit in nouiſſi- 2.
mis diebus pręparatus mõs do
mus domini in vertice montiũ:
⁊ eleuabitur ſuper colles: ⁊ fluẽt
ad eum omnes gentes: ⁊ ibunt
populi multi, ⁊ dicent. Uenite,
aſcendamus ad montem domi-
ni, ⁊ ad domum dei Iacob: ⁊ do-
cebit nos vias ſuas: ⁊ ambulabi-
mus in ſemitis eius: qꝛ de Sion
exibit lex, ⁊ verbum domini de
Hieruſalem. Et iudicabit gen-
tes: ⁊ arguet populos multos.
Et conflabunt gladios ſuos in
vomeres, ⁊ lanceas ſuas in fal-
ces. Non leuabit gens contra
gentem gladium: nec exercebun-
tur vltra ad pręliũ. Domus Ia-
cob venite, ⁊ ambulemus in lu-
mine dei noſtri. Graduale.
Tollite portas principes vras: pſ.
⁊ eleuamini portę ęternales: ⁊ 23.
introibit rex glorię. ℣. Quis a-
ſcendet in montem domini: aut
quis ſtabit in loco ſancto eius?
inno-

Innocens manibus ꝛ mundo cor/
de. Hic dicitur. ℣. Dominus
vobiſcum, ſine Flectamus ge/
nua. Oratio.

Feſtina, queſumus dñe, ne
tardaueris: ꝛ auxilium no
bis ſuperne virtutis impende: vt
aduentus tui ꝯſolationibus ſub/
leuentur, qui in tua pietate con/
fidunt. Qui viuis ꝛ regnas.

De ſancta Maria. Oratio.

Deus, qui de beate Marie
virginis vtero, verbũ tuũ,
angelo nunciante, carnem ſuſci/
pere voluiſti: preſta ſupplicibus
tuis: vt, qui vere eam genitricem
dei credimus, eius apud te inter/
ceſſionibus adiuuemur.

Pro Papa. Oratio.

Deus omniũ fidelium pa/
ſtor, ꝛ rector: famulũ tuũ
N. quem paſtorẽ Eccleſie tue
preeſſe voluiſti, propitius reſpi/
ce: da ei, queſumus, verbo ꝛ exẽ/
plo, quibus preeſt, proficere: vt
ad vitam vnã cum grege ſibi cre
dito, perueniat ſempiternam.
Per dominum noſtrum.

Contra perſecutores. Oro.
Eccleſie tue. vt in Dominica
preterita.

Lectio Iſaie Prophete.

ca. 7. In diebus illis. Locutus
eſt dominus ad Achaz di
cens. Pete tibi ſignum a domi/
no deo tuo in profundum infer/
ni, ſiue in excelſum ſupra. Et di/
xit Achaz. Non petam, ꝛ non
tentabo dominum. Et dixit. Au/
dite ergo domus Dauid. Nun/
quid parum vobis eſt, moleſtos
eſſe hominibus, quia moleſti e/
ſtis ꝛ deo meo? Propter hoc
dabit dominus ipſe vobis ſignũ.
Ecce, virgo cõcipiet, ꝛ pariet fi/
liũ: ꝛ vocabitur nomen eius Em/
manuel. Butyrum ꝛ mel come/
det: vt ſciat reprobare malum, ꝛ
eligere bonum. Gradu. Prope Ps.
eſt dominus omnibus inuocanti 144
bus eum, omnibus qui inuocant
eum in veritate. ℣. Laudẽ dñi lo
quetur os meũ, ꝛ benedicat om/
nis caro nomen ſanctum eius.

Sequentia ſancti euangelij
ſecundum Lucam.



In illo tem/ ca. 1.
pore. Miſ/
ſus eſt angelus Ga
briel a deo in ciui/
tatem Galilee, cui
nomen Nazareth,
ad virginẽ deſpõ/
ſatam viro, cui nomen erat Io/
ſeph, de domo Dauid: ꝛ nomen
virginis Maria. Et ingreſſus
angelus, ad eam dixit. Aue gra/
tia plena: dominus tecum: be/
nedicta tu in mulieribus. Que
cum audiſſet, turbata eſt in ſer/
mone eius: ꝛ cogitabat qualis
eſſet iſta ſalutatio. Et ait ange/
lus ei. Ne timeas Maria: inue/
niſti enim gratiam apud deum.
Ecce

Ecce cōcipies in utero, ⁊ paries filium: ⁊ vocabis nomen eius Jeſum. Hic erit magnus: ⁊ filius altiſſimi vocabitur. Et dabit illi dominus deus ſedem Dauid patris eius: ⁊ regnabit in domo Jacob in ęternum: ⁊ regni eius non erit finis. Dixit autē Maria ad angelum. Quomodo fiet iſtud, quoniam virum non cognoſco? Et reſpondens angelus, dixit ei. Spiritus ſanctus ſuperueniet in te: ⁊ virtus altiſſimi obumbrabit tibi. Ideoque ⁊ quod naſcetur ex te ſanctum: vocabitur filius dei. Et ecce Eliſabeth cognata tua: ⁊ ipſa concepit filium in ſenectute ſua. Et hic menſis, eſt ſextus illi quę vocatur ſterilis: quia non erit impoſſibile apud deum omne verbum. Dixit autem Maria. Ecce ancilla domini: fiat mihi ſecundum verbum

Iſa. tuū. Offerto. Confortamini,
35. ⁊ iā nolite timere: ecce enim deus noſter retribuet iudiciū: ipſe veniet, ⁊ ſaluos nos faciet. Secreta.

Accepta tibi ſint, queſumus dn̄e, noſtra ieiunia: quę ⁊ expiando nos tua gratia dignos efficiant, ⁊ ad promiſſa ſempiterna perducāt. Per do.

De ſancta Maria. Secreta.

In mentibus noſtris, queſumus domine; verę fidei ſacramenta confirma: vt qui conceptum de virgine deum verum ⁊ hominem confitemur: per eius ſalutiferę reſurrectionis potentiam ad ęternam mereamur peruenire lętitiam.

Pro Papa. Secreta.

Oblatis, queſumus domine, placare muneribus: ⁊ famulum tuum N. quem paſtorē Eccleſię tuę pręeſſe voluiſti, aſſidua protectione guberna. Per dominum. Uel contra pſecutores Eccleſię. Secreta. Protege. vt in Dominica preterita. Cōmunio. Ecce, virgo

cōcipiet, ⁊ pariet filiū, ⁊ vocabitur nomen eius Emmanuel. Iſa. 7.

Poſtcom.

Salutaris tui domine munere ſatiati, ſupplices deprecamur: vt cuius lętamur guſtu, renouemur effectu. Per do.

De ſancta Maria. Poſtcom.

Gratiam tuam, queſumus domine, mentibus noſtris infunde: vt, qui angelo nunciāte Chriſti filij tui incarnationē cognouimus: per paſſionem eius ⁊ crucem, ad reſurrectionis gloriam perducamur.

Pro Papa. Poſtcom.

Haec nos, queſumus domine, diuini ſacramenti perceptio protegat: ⁊ famulum tuū N. quem paſtorem Eccleſię tuę eſſe voluiſti: unà cum commiſſo ſibi grege, ſaluet ſemper, ⁊ muniat. Per dominum.

Uel

Vel contra perſecutores Eccleſię. Poſtcom. Queſumus, vt in Dominica pręterita.

Feria vj. Quatuor temporũ Aduentus. Statio ad ſanctos duodecim apoſtolos.

Introitus.

ps. 118 PRope es tu domine: ⁊ omnes vię tuę veritas: initio cognoui de teſtimonijs tuis, quia in ęternum tu es. pſalmus. Beati immaculati in via, qui ambulant in lege domini. ℣. Gloria patri, ⁊ filio. Oratio.

EXcita queſumus domine potentiam tuaꝫ, ⁊ veni: vt hi, qui in tua pietate confidunt, ab omni citius aduerſitate liberentur. Qui viuis.

De ſancta Maria. Oratio.

DEus, qui de beatę Marię virginis vtero, verbuꝫ tuum angelo nunciante carnem ſuſcipere voluiſti: pręſta ſupplicibus tuis: vt qui vere eam genitriceꝫ dei credimus, eius apud te interceſſionibus adiuuemur.

Contra perſecutores Eccleſię. Oratio.

ECcleſię tuę, queſumus domine, preces placatus admitte: vt deſtructis aduerſitatibus, ⁊ erroribus vniuerſis: ſecura tibi ſeruiat libertate. Per dominum noſtruꝫ. Vel pro Papa.


Deus omnium fidelium, vt in Feria quarta pręterita.

Lectio Iſaię prophetę.

HAec dicit dominus deus. ca.
Egredietur virga de radi 11.
ce Ieſſe: ⁊ flos de radice eius aſcendet. Et requieſcet ſuper euꝫ ſpiritus domini: ſpiritus ſapientię ⁊ intellectus: ſpiritus conſilij ⁊ fortitudinis: ſpiritus ſcientię ⁊ pietatis: ⁊ replebit eum ſpiritus timoris domini. Non ſecunduꝫ viſionem oculoruꝫ iudicabit: neque ſecundum auditum aurium arguet: ſed iudicabit in iuſtitia pauperes: ⁊ arguet in ęquitate pro manſuetis terrę. Et percutiet terram virga oris ſui: ⁊ ſpiritu labiorum ſuorum interficiet impium. Et erit iuſtitia cingulum lumborum eius: ⁊ fides cinctorium renum eius. Graduale.

Oſtende nobis domine miſeri ps.
cordiam tuam: ⁊ ſalutare tuum 84.
da nobis. ℣. Benedixiſti domine terram tuam: auertiſti captiuitatem Iacob.

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Lucam.



IN illo tempo ca.
re: Exurgens 1.
Maria abijt in montana cum feſtinatione, in ciuitatem Iuda, ⁊ intrauit in domum Zacharię: ⁊ ſalutauit Eliſabeth. Et factum eſt, vt audiuit ſalutatio/

tationem Marię Eliſabeth: exultauit infans in vtero eius. Et repleta eſt ſpiritu ſancto Eliſabeth: ⁊ exclamauit voce magna, ⁊ dixit. Benedicta tu inter mulieres: ⁊ benedictus fructus ventris tui. Et vnde hoc mihi, vt veniat mater domini mei ad me? Ecce enim, vt facta eſt vox ſalutationis tuę in auribus meis: exultauit in gaudio infans in vtero meo. Et beata quę credidiſti: quoniam perficientur ea, quę dicta ſunt tibi a dño. Et ait Maria. Magnificat anima mea dominum. Et exultauit ſpiritus meus, in deo ſalutari meo. Offertorium.

Ps. 84. Deus tu conuertēs viuificabis nos: ⁊ plebs tua lętabitur in te: oſtende nobis domine miſericordiam tuam: ⁊ ſalutare tuum da nobis. Secreta.

Muneribus noſtris, quęſumus domine, precibuſque ſuſceptis: ⁊ cęleſtibus nos munda myſterijs, ⁊ clementer exaudi. Per dominum noſtrum.

De ſancta Maria.

Secreta.

In mentibus noſtris, quęſumus domine, verę fidei ſacramenta confirma: vt, qui conceptum de virgine deum verū, ⁊ hominem confitemur: per eius ſalutiferę reſurrectionis potentiam, ad ęternam mereamur peruenire lętitiam.

Contra perſecutores Eccleſię.

Secreta.

Protege nos domine tuis myſterijs ſeruientes: vt, diuinis rebus inhęrentes, ⁊ corpore tibi famulemur, ⁊ mente. Per dominum noſtrum Jeſuz.

Vel pro Papa. Oblatis. vt in Feria iiij. preterita. Communio. Ecce dominus veniet, ⁊ omnes ſancti eius cum eo: ⁊ erit in die illa lux magna. Poſtcom. Zach. 14.

Tui nos domine ſacramenti libatio ſancta reſtauret: ⁊ a vetuſtate purgatos, in myſterij ſalutaris faciat tranſire conſortium. Per dominum noſtrū Jeſum Chriſtum filium tuum.

De ſancta Maria. Poſtcom.

Gratiam tuam, quęſumus domine, mentibus noſtris infunde: vt qui angelo nunciante, Chriſti filij tui incarnationez cognouimus, per paſſionez eius, ⁊ crucem, ad reſurrectionis gloriam perducamur.

Contra perſecutores Eccleſię.

Poſtcom.

Quęſumus domine deus noſter: vt, quos diuina tribuis participatione gaudere, humanis non ſinas ſubiacere periculis. Per dominum noſtruz Jeſum Chriſtum filium tuum.

Vel pro Papa. Poſtcom. Hęc nos. vt in feria iiij. preterita.

C Sab-

Sabbato Quatuor tempor. Aduentus. Statio ad ſanctum Petrum. Introitus.



Ueni, ⁊ oſten de nobis fa ciem tuam domi ne, qui ſedes ſuper cherubim : ⁊ ſalui
ps. erimus. Pſalmus.
79. Qui regis Iſrael intende: qui deducis velut ouem Joſeph. V. Gloria patri. poſt K. yrie eleiſon, dicit Oremus. Flectamus genua. R. Leuate.

Oratio.

Deus qui conſpicis, q̄a ex noſtra prauitate affligi mur: cōcede propitius, vt ex tua viſitatiōe cōſolemur. Qui viuis.

Lectio Iſaie prophete.

ca. In diebus illis. Clamabūt
19. ad dominum a facie tribu lantis: ⁊ mittet eis ſaluatorem, ⁊ propugnatorem: qui liberet eos. Et cognoſcetur dn̄s ab Aegy pto: ⁊ cognoſcent Aegyptij do minum in die illa: ⁊ colent eū in hoſtijs ⁊ muneribus: ⁊ vota vo uebunt dn̄o, ⁊ ſoluent. Et percu tiet dominus Aegyptum plaga, ⁊ ſanabit eam : ⁊ reuertentur ad dominum, ⁊ placabitur eis : ⁊ ſa nabit eos dominus deus noſter.
ps. Graduale. A ſummo cęlo egreſ
18. ſio eius: ⁊ occurſus eius vſq; ad ſummum eius. V. Cęli enarrāt gloriam dei, ⁊ opera manuum eius annunciat firmamentum. Oremus. Flectamus genua. R. Leuate. Oratio.

Concede quęſumus omni potens deus: vt qui ſub peccati iugo, ex vetuſta ſeruitute deprimimur: expectata vnigeni ti filij tui noua natiuitate libere mur. Per eundē dn̄m noſtrum Jeſum Chriſtum filium tuum.

Lectio Iſaie prophete.

Hec dicit dominus. Lęta ca.
bitur deſerta ⁊ inuia: ⁊ ex 35.
ultabit ſolitudo: ⁊ florebit quaſi lilium. Germinans germinabit: ⁊ exultabit lętabunda ⁊ laudans. Gloria libani data eſt ei: decor Carmeli ⁊ Saron. Ipſi vide bunt gloriam domini: ⁊ decorem dei noſtri. Confortate manus diſſolutas: ⁊ genua debilia robo rate. Dicite puſillanimis Con fortamini, ⁊ nolite timere. Ec ce deus noſter vltionē adducet retributionis: deus ipſe veniet, ⁊ ſaluabit nos. Tunc aperientur oculi cęcorum: ⁊ aures ſurdorū patebunt. Tunc ſaliet, ſicut cer uus, claudus: ⁊ aperta erit lingua mutorum: quia ſciſſę ſunt in de ſerto aquę, ⁊ torrentes in ſolitu dine. Et quę erat arida, erit in ſtagnū: ⁊ ſitiens in fontes aqua rū. Ait dominus omnipotens.
Graduale. In ſole poſuit do ps.
minus tabernaculum ſuum, ⁊ ip 18.
ſe tanquam ſponſus procedens

de

de thalamo ſuo. ℣. A ſummo
celo egreſſio eius: ꝛ occurſus
eius vſque ad ſummum eius.
Oremus. Flectamus genua.
℟. Leuate. Oratio.

INdignos nos, queſumus
dñe, famulos tuos, quos
actionis pꝛopꝛie culpa cõtriſtat:
vnigeniti filij tui aduẽtu letifica.
Per eundem dominum noſtrũ.

Lectio Iſaie prophete.

ca. 40. HAec dicit dominus. Su
per montẽ excelſuz aſcen
de tu qui euangelizas Sion.
Exalta in foꝛtitudine vocez tuã,
qui euangelizas Hieruſalem.
Exalta, noli timere. Dic ciuita
tibus Jude. Ecce deus veſter:
ecce dominus deus in foꝛtitudi
ne veniet: ꝛ bꝛachium eius domi
nabitur. Ecce, merces eius cum
eo: ꝛ opus illius coꝛam ipſo. Si
cut paſtoꝛ, gregem ſuum paſcet:
ꝛ in bꝛachio ſuo congregabit a
gnos: ꝛ in ſinu ſuo leuabit eos
ps. dñs deus noſter. Gradua. Do
79. mine deus virtutũ conuerte nos:
ꝛ oſtende faciem tuaz, ꝛ ſalui eri
mus. ℣. Excita Domine po
tentiam tuam: ꝛ veni, vt ſaluos
facias nos. Oremus. Flectamus
genua. ℟. Leuate. Oratio.

PReſta, queſumus, omnipo
tẽs deus: vt filij tui ventu
ra ſollemnitas: ꝛ pꝛeſentis nobis
vite remedia conferat: ꝛ pꝛemia
eterna concedat. Per eundem.

Lectio Iſaie prophete.

HAec dicit dominus Chri ca.
ſto meo Cyro: cuius ap 45.
pꝛehendi dexteram, vt ſubijciaz
ante faciem eius gentes: ꝛ doꝛſa
regum vertam: ꝛ aperiam coꝛaz
eo ianuas: ꝛ poꝛte non clauden
tur. Ego ante te ibo: ꝛ glorioſos
terre humiliabo. Poꝛtas ereas
cõteram: ꝛ vectes ferreos con
fringam. Et dabo tibi theſauros
abſconditos, ꝛ arcana ſecretoꝛũ:
vt ſcias, quia ego dominus, qui
voco nomen tuum, deus Iſrael:
pꝛopter Jacob ſeruum meum, ꝛ
Iſrael electum meuz. Et voca
ui te nomine tuo: aſſimilaui te, ꝛ
non cognouiſti me. Ego domi
nus, ꝛ non eſt amplius: extra me
non eſt deus. Accinxi te, ꝛ nõ co
gnouiſti me: vt ſciant hi, qui ab
oꝛtu ſolis, ꝛ qui ab occidẽte: quo
niaz abſqz me nõ eſt deus. Ego
dominus, ꝛ nõ eſt alter: foꝛmans
lucem, ꝛ creans tenebꝛas: faciens
pacem, ꝛ creans malum. Ego do
minus, faciens omnia hec. Roꝛa
te celi deſuper, ꝛ nubes pluant iu
ſtum: aperiatur terra, ꝛ germinet
ſaluatoꝛem: ꝛ iuſtitia oꝛiatur ſi
mul. Ego dominus creaui eum.
Graduale. Excita domine po ps.
tentiam tuam: ꝛ veni, vt ſaluos 79.
facias nos. ℣. Qui regis Iſrael,
intende: qui deducis, velut ouem,
Joſeph: qui ſedes ſuper Cheru
bim, appare corã Ephꝛaim, Be
niamin,

niamin ⁊ Manaſſe. Oremus. Flectamus genua. ℟. Leuate.

Oratio.

PReces populi tui, queſumus dñe, clementer exaudi: vt qui iuſte pro peccatis noſtris affligimur: pietatis tuę viſitatione conſolemur. Qui viuis.

Lectio Danielis Prophete.

IN diebus illis. Angelus dñi deſcendit cum Azaria ⁊ ſocijs eius in fornacem: ⁊ excuſſit flammam ignis de fornace: ⁊ fecit medium fornacis quaſi ventum roris flantem. Flamma autem diffuſa eſt ſuper fornacez cubitis quadraginta nouem: ⁊ incendit quos reperit iuxta fornacem de Chaldęis miniſtros regis, qui eam incendebant. Illos autem omnino non tetigit ignis, neque contriſtauit, nec quicquaz moleſtię intulit. Tunc hi tres, quaſi ex vno ore laudabãt, ⁊ glorificabant, ⁊ benedicebant deum in fornace, dicentes. Hymnus.

BEnedictus es dñe deus patrum noſtroruz. Et laudabilis ⁊ glorioſus in ſecula.

Et benedictum nomen glorię tuę: quod eſt ſanctum. Et laudabile ⁊ glorioſum in ſecula.

Benedictus es in templo ſancto glorię tuę. Et laudabilis ⁊ glorioſus in ſecula.

Benedictus es ſuper thronum ſanctum regni tui. Et laudabilis ⁊ glorioſus in ſecula.

Benedictus es ſuper ſceptrum diuinitatis tuę. Et laudabilis ⁊ glorioſus in ſecula.

Benedictus es qui ſedes ſuper Cherubim intuens abyſſos. Et laudabilis ⁊ glorioſus in ſecula.

Benedictus es, qui ambulas ſuper pennas ventorum, ⁊ ſuper vndas maris. Et laudabilis ⁊ glorioſus in ſecula.

Benedicant te omnes angeli, ⁊ ſancti tui. Et laudent te, ⁊ glorificent in ſecula.

Benedicant te cęli, terra, mare, ⁊ omnia quę in eis ſunt. Et laudent te, ⁊ glorificent in ſecula.

Gloria patri, ⁊ filio, ⁊ ſpiritui ſancto. Et laudabilis ⁊ glorioſus in ſecula.

Sicut erat in principio, ⁊ nunc ⁊ ſemper, ⁊ in ſecula ſeculoꝝ, amē. Et laudabilis ⁊ glorioſus in ſcl'a.

Benedictus es domine deus patruz noſtroꝝ. ℟. Et laudabilis ⁊ glorioſus in ſecula. Hic dicitur, ℣. Dominus vobiſcum, ſine Flectamus genua. Oratio.

DEus qui tribus pueris mitigaſti flammas igniuz, concede propitius: vt nos famulos tuos non exurat flamma vitiorum. Per dominum noſtruz.

De ſancta Maria. Oratio.

DEus, qui de beatę Marię virginis vtero, verbum tuum, angelo nunciante, carnem

ſuſcipere voluiſti: preſta ſupplici-
cibus tuis: vt qui vere eam ge-
nitricem dei credimus, eius apud
te interceſſionibus adiuuemur.

Pro Papa. Oratio.

Deus omnium fideliu͂ paſtor ⁊ rector, famulu͂ tuu͂ N. quem paſtore͂ Eccleſie tue preeſſe voluiſti: propitius reſpice: da ei, queſumus, verbo ⁊ exemplo, quibus preeſt, proficere: vt ad vitam vna cu͂ grege ſibi credito perueniat ſempiternam. Per dn͂m noſtru͂. Uel contra perſecutores Eccleſie. Eccleſie tue, vt in feria vi. precedenti.

Lectio epiſtole beati Pauli apoſtoli ad Theſſalonicenſes.

2. ch. Fratres: Rogamus vos per aduentum domini no-
2. ſtri Jeſu Chriſti, ⁊ noſtre co͂gregationis in ipſum, vt no͂ cito moueamini a veſtro ſenſu: neque terreamini, neq͂ per ſpiritum, neq͂ per ſermonem, neque per epiſtolam tanquam per nos miſſa͂, quaſi inſtet dies domini. Ne quis vos ſeducat vllo modo: quonia͂, niſi venerit diſceſſio primu͂: ⁊ reuelatus fuerit homo peccati, filius perditionis: qui aduerſatur, ⁊ extollitur ſupra omne quod dicitur deus, aut quod colitur: ita vt in templo dei ſedeat, oſtende͂s ſe tanquam ſit deus. Non retinetis, quod cum adhuc eſſem apud vos, hec dicebam vobis? Et nu͂c quid detineat ſcitis: vt reueletur in ſuo tempore. Nam myſteriu͂ iam operatur iniquitatis: tantu͂, vt qui tenet, nunc teneat, donec de medio fiat. Et tunc reuelabitur ille iniquus, quem dominus Jeſus interficiet ſpiritu oris ſui: ⁊ deſtruet illuſtratione aduentus ſui. Tractus. Qui regis Iſrael Pſ. 79.
intende, qui deducis, velut oue͂, Joſeph. ℣. Qui ſedes ſup Cherubim: appare cora͂ Ephraim, Beniamin, ⁊ Manaſſe. ℣. Excita domine potentia͂ tua͂: ⁊ veni, vt ſaluos facias nos. Euang. Anno quintodecimo, vt in ſequenti miſſa. Offerto. Exulta Za. ch. 9.
ſatis filia Sion: predica filia Hieruſale͂: ecce rex tuus venit tibi, ſanctus, ⁊ ſaluator. Secreta.

Sacrificijs preſentibus, queſumus domine, placatus intende: vt ⁊ deuotioni noſtre proficia͂t, ⁊ ſaluti. Per dominu͂.

De ſancta Maria. Secreta.

In mentibus noſtris, queſumus domine, vere fidei ſacrame͂ta confirma: vt qui conceptum de virgine deum verum ⁊ hominem confitemur: per eius ſalutifere reſurrectionis potentiam ad eternam mereamur peruenire letitiam.

Pro Papa. Secreta.

Oblatis, queſumus domine, placare muneribus: ⁊ famulum tuum N. quem paſto-

rem Eccleſię tuę pręeſſe voluiſti, aſſidua protectione guberna. Per dominuz noſtrum Jeſum.
Uel contra perſecutores Eccleſię. Secreta. Protege. vt in feria ſexta precedenti.

Ps. 18. Cōmunio. Exultauit vt gigas ad currendā viam: a ſummo celo egreſſio eius, ⁊ occurſus eius vſque ad ſummum eius.

Poſtcom.

Quęſumus domine deꝰ noſter: vt ſacroſancta myſteria, quę pro reparationis noſtrę munimine contuliſti: ⁊ pręſens nobis remedium eſſe facias ⁊ futurum. Per dominum noſtrum.

De ſancta Maria. Poſtcom.

Gratiam tuam, quęſumus domine, mentibus noſtris infunde, vt qui angelo nunciante, Chriſti filij tui incarnationem cognouimus: per paſſionem eius ⁊ crucem, ad reſurrectionis gloriam perducamur.

Pro Papa. Poſtcom.

Haec nos, quęſumus domine, diuini ſacramēti perceptio protegat: ⁊ famulum tuum N. quem paſtorem Eccleſię tuę pręeſſe voluiſti, vnà cum cōmiſſo ſibi grege, ſaluet ſemper, ⁊ muniat. Per dominum noſtrū Jeſum Chriſtum filium tuum.

Uel contra perſecutores Eccleſię. Poſtcom. Quęſumus. vt in feria vj. precedenti.

Dñica quarta. De Aduētu, Oratio ad ſanctos duodecim apoſtolos. Introitus.

Rorate celi deſuper, ⁊ nubes pluāt iuſtū: Iſa. 45.
aperiatur terra, ⁊ germinet ſaluatorem. Pſal. Celi enarrāt gloriam dei: ⁊ opera manuū eius annunciat firmamentū. ℣ Gloria patri, ⁊ filio, ⁊ ſpiritui ſancto.

Oratio.

Excita domine potentiam tuam, ⁊ veni: ⁊ magna nobis virtute ſuccurre: vt per auxiliū gratię tuę, quod noſtra peccata prępediūt, indulgētia tuę propitiationis acceleret. Qui viuis.

De ſancta Maria. Oratio.

Deus, q de beatę Marię virginis vtero, verbū tuū, angelo nunciante, carnem ſuſcipere voluiſti: pręſta ſupplicibus tuis: vt qui vere eam genitricem dei credimus, eius apud te interceſſionibus adiuuemur.

Contra perſecutores Eccleſię. Oratio.

Eccleſię tuę, quęſumus domine, preces placatus admitte: vt deſtructis aduerſitatibus, ⁊ erroribus vniuerſis, ſecura tibi ſeruiat libertate. Per dominum noſtrum.

Uel pro Papa. Deus omniū fidelium. vt in Sabbato pręcedenti.


Lectio epiſtole beati Pauli apoſtoli ad Corinthios.

I. c. 4. FRatres. Sic nos exiſtimet homo, vt miniſtros Chriſti, ⁊ diſpenſatores myſteriorum dei. Hic iam queritur inter diſpenſatores, vt fidelis quis inueniatur. Mihi autẽ pro minimo eſt, vt a vobis iudicer, aut ab humano die: ſed neqȝ meipſum iudico. Nihil enim mihi cõſcius ſum: ſed non in hoc iuſtificatus ſum. Qui autem iudicat me, dominus eſt. Itaqȝ nolite ante tempus iudicare: quoadusqȝ veniat dominus, qui ⁊ illuminabit abſcondita tenebrarum, ⁊ manifeſtabit conſilia cordium. Et tunc laus erit vnicuiqȝ a deo. Gradu.

ps. 144 Prope eſt dñs omnibus inuocãtibus eum, omnibus qui inuocãt eum in veritate. ℣. Laudem domini loquatur os meum, ⁊ benedicat omnis caro nomen ſanctũ eius. Alleluia, alleluia. ℣. Veni dñe, ⁊ noli tardare: relaxa facinora plebis tuę Iſrael, Alleluia.

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Lucam.

c.3.



ANno qntodecimo Imperij Tyberij Cęſaris, procurante Pontio Pilato Iudeã, tetrarcha autẽ Galileę Herode, Philippo autẽ fratre eius tetrarcha Itureę ⁊ Traconitidis regionis, ⁊ Lyſania Abilinę tetrarcha, ſub principibus ſacerdotum Anna ⁊ Caipha: factũ eſt verbum domini ſuper Ioannem Zacharię filium, in deſerto. Et venit in omnem regionem Iordanis, prędicans baptiſmum pęnitentię in remiſſionem peccatorum: ſicut ſcriptum eſt in libro ſermonũ Iſaię prophetę. Iſa. 40. Vox clamantis in deſerto. Parate viam dñi, rectas facite ſemitas eius. Omnis vallis implebitur: ⁊ omnis mons ⁊ collis humiliabitur. Et erũt praua in directa: ⁊ aſpera in vias planas. Et videbit omnis caro ſalutare dei. Credo.

lu. 1. Offerto. Aue Maria gratia plena, dñs tecum: benedicta tu in mulieribus, ⁊ benedictus fructus ventris tui. Secreta.

SAcrificijs pręſentibus, quęſumus dñe, placatus intende: vt ⁊ deuotioni noſtrę proficiant, ⁊ ſaluti. Per dominum.

De ſancta Maria. Secreta.

IN mentibus noſtris, quęſumus dñe, verę fidei ſacramenta cõfirma: vt qui conceptũ de virgine deũ verũ ⁊ hominem confitemur, per eius ſalutiferę reſurrectionis potentiã ad ęternam mereamur peruenire lętitiam.

Contra perſecutores Eccleſię. Secreta.

PRotege nos dñe tuis myſterijs

ſterijs

ſterijs ſeruientes: vt diuinis reb⁹ inhęrentes, ⁊ corpore tibi famulemur ⁊ mente. Per dominum.

Vel pro Papa. Secre. Oblatis. vt in Sabbato precedenti.

Iſa. Cōmunio. Ecce virgo conci/
7. piet, ⁊ pariet filium: ⁊ vocabitur
nomen eius Emmanuel.

Poſtcom.

SUmptis muneribus, quęſumus domine: vt cum frequentatione myſterij creſcat noſtrę ſalutis effectus. Per dñm.

De ſancta Maria. Poſtcom.

GRatiam tuam, quęſumus domine, mentibus noſtris infunde: vt, qui angelo nunciante, Chriſti filij tui incarnationem cognouimus, per paſſionem eius ⁊ crucem, ad reſurrectionis gloriam perducamur.

Contra perſecutores Eccleſię.

Poſtcom.

QUęſumus domine deus noſter: vt quos diuina tribuis participatione gaudere, humanis non ſinas ſubiacere periculis. Per dominum noſtrum Jeſum Chriſtum filium tuum.

Vel pro Papa. Poſtcom. Hęc nos. vt in Sabbato pręcedenti.

¶ Si vigilia Natiuitatis Domini venerit in Dominica, totum officium Miſſę fit de vigilia, cum commemoratione Dominicę.

¶ In vigilia Natiuitatis Dñi. Statio ad ſanctam Mariam maiorem. Introitus.



HOdie ſcietis, q̄z veniet dñs, ⁊ ſaluabit nos: ⁊ mane videbitis gloriā eius. Pſalmus. Domini eſt terra, ⁊ plenitudo eius: orbis terrarum, ⁊ vniuerſi qui habitant in eo. ℣. Gloria patri ⁊ filio ſpiritui ſancto.

Oratio.

DEus qui nos redemptionis noſtrę annua expectatione lętificas: pręſta, vt vnigenitum tuum, quem redemptorē lęti ſuſcipimus, venientem quoque iudicē ſecuri videamus, dominum noſtrum Jeſum Chriſtū filium tuum. Qui tecum viuit.

Et dicitur hęc oratio tantum, niſi vigilia venerit in Dominica.

Lectio Epiſtolę beati Pauli apoſtoli ad Romanos.

PAulus ſeruus Jeſu Chri/ ca.
ſti, vocatus apoſtolus, ſe/ 1.
gregatus in Euangelium dei, (quod ante promiſerat per prophetas ſuos in ſcripturis ſanctis) de filio ſuo, qui factus eſt ei ex ſemine Dauid ſecundum carnem: qui prędeſtinatus eſt filius dei in virtute, ſecundum ſpiritū ſanctificationis, ex reſurrectione mortuorum Jeſu Chriſti domini noſtri. Per quem accepimus gra/

tiam ⁊ apoſtolatum, ad obedien
dum fidei in omnibus gentibus
pro nomine eius: in quibus eſtis
⁊ vos vocati Jeſu Chriſti do
mini noſtri. Graduale.
ex. Hodie ſcietis, quia veniet domi
16. nus, ⁊ ſaluabit nos: ⁊ mane vide
ps. bitis gloriam eius. ℣. Qui re
79. gis Iſrael intende: qui deducis
velut ouem, Joſeph: qui ſedes
ſuper Cherubim, appare coraꝫ
Ephraim, Beniamin, ⁊ Manaſ
ſe. Non dicitur Alleluia, cum
ſequenti verſu, niſi hęc vigilia ve
nerit in Dominica. Alleluia,
alleluia. ℣. Craſtina die delebi
tur iniquitas terrę: ⁊ regnabit ſu
per nos Saluator mundi, allia.

Sequentia ſancti Euangelij
ſecundum Matthęum.



c. 1. In illo tem
pore. Cum
eſſet deſpõſata ma
ter Jeſu Maria,
Joſeph: antequã
conuenirent, inuen
ta eſt in vtero ha
bens de ſpiritu ſancto. Joſeph
autem vir eius cum eſſet iuſtus,
⁊ nollet eã traducere: voluit oc
culte dimittere eam. Hęc autem
eo cogitante, ecce angelus domi
ni in ſomnis apparuit ei, dicens.
Joſeph fili David, noli timere
accipere Mariam coniugẽ tuã.
Quod enim in ea natũ eſt, de ſpi
ritu ſancto eſt. Pariet autem fi
lium, ⁊ vocabis nomen eius Je
ſum. Ipſe enim ſaluum faciet po
pulum ſuum a peccatis eorum.
Offertorium. Tollite portas
principes veſtras, ⁊ eleuamini ps.
portę ęternales, ⁊ introibit rex 23.
glorię. Secreta.

DA nobis, quęſumus, om
nipotens deus, vt ſicut
adorãda filij tui natalitia pręue
nimus: ſic eius munera capiamus
ſempiterna gaudentes. Qui te
cũ viuit ⁊ regnat, in vnitate ſpiri
tus ſancti deus. Communio.
Reuelabitur gloria domini: ⁊ vi isa.
debit omnis caro ſalutare dei no 40.
ſtri. Poſtcom.

DA nobis, quęſumus, do
mine, vnigeniti filij tui re
cenſita Natiuitate reſpirare: cu
ius cęleſti myſterio paſcimur ⁊
potamur. Per eundem domi
num noſtrum Jeſum Chriſtum
filium tuum, qui tecum viuit ⁊ re
gnat, in vnitate ſpũs ſancti deus.

¶ Sacerdos quoniam in die
Natalis Domini celebrat tres
Miſſas, in prima ⁊ ſecũda Miſ
ſa non ſumat purificationem, ſed
in tertia Miſſa.

In Natiuitate Domini ad primam Miſſam in nocte.

Oratio ad ſanctam Mariam maiorem ad Pręſepe.

Introitus.



[Pſ. 2.] Dominus dixit ad me: filius meus es tu, ego hodie genui te. Pſal. Quare fremuerunt gentes: ꝛ populi meditati ſunt inania? ℣. Gloria patri, ꝛ filio ꝛ ſpiritui ſancto. Oratio.

Deus qui hanc ſacratiſſimam noctez veri luminis feciſti illuſtratione clareſcere: da queſumus: vt cuius lucis myſteria in terra cognouimus: eius quoqꝫ gaudijs in cęlo perfruamur. Qui tecum.

Lectio Epiſtolę beati Pauli apoſtoli ad Titum.

[2.] Chariſſime. Apparuit gratia dei Saluatoris noſtri omnibus hominibus, erudiens nos: vt abnegantes impietatem, ꝛ ſecularia deſideria: ſobrie, ꝛ iuſte, ꝛ pie viuamus in hoc ſeculo: expectantes beatam ſpem, ꝛ aduentum glorię magni dei, ꝛ Saluatoris noſtri Jeſu Chriſti: qui dedit ſemetipſum pro nobis: vt nos redimeret ab omni iniquitate: ꝛ mundaret ſibi populum acceptabilem, ſectatorem bonoruꝫ operum. Hęc loquere, ꝛ exhortare: in Chriſto Jeſu domino noſtro. Gradua.

Tecum principium in die virtutis tuę: in ſplendoribus ſanctorū [Pſ. 109] ex vtero ante luciferum genui te. ℣. Dixit dominus dño meo: ſede a dextris meis: donec ponam inimicos tuos ſcabellum peduꝫ tuorum. Alleluia, alleluia.

℣. Dominus dixit ad me: filius meus es tu, ego hodie genui te. [Pſ. 2.] alleluia.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Lucam.



In illo tempore. Exijt [Ca. 2.] edictum a Cęſare Auguſto, vt deſcriberetur vniuerſus orbis. Hęc deſcriptio prima, facta eſt a pręſide Syrię Cyrino. Et ibant omnes, vt profiterentur, ſinguli in ſuam ciuitatem. Aſcendit autem ꝛ Joſeph a Galilęa de ciuitate Nazareth, in Judęam, in ciuitatem Dauid, quę vocatur Bethlehē: eo quod eſſet de domo ꝛ familia Dauid: vt profiteretur cū Maria deſponſata ſibi vxore, pręgnāte. Factum eſt autem: cum eſſent ibi, impleti ſunt dies vt pareret. Et peperit filium ſuuꝫ primogenitum: ꝛ pannis eum inuoluit: ꝛ reclinauit eum in pręſepio: quia

non erat ei locus in diuerſorio. Et paſtores erãt in regione eadem vigilantes, ⁊ cuſtodientes vigilias noctis ſuper gregẽ ſuuȝ. Et ecce, angelus domini ſtetit iuxta illos: ⁊ claritas dei circumfulſit illos: ⁊ timuerunt timore magno. Et dixit illis angelus. Nolite timere. Ecce enim euangelizo vobis gaudium magnũ, quod erit omni populo: quia natus eſt vobis hodie Saluator, qui eſt Chriſtus dñs, in ciuitate Dauid. Et hoc vobis ſignum. Inuenietis infantem pannis inuolutum: ⁊ poſitum in preſepio. Et ſubito facta eſt cum angelo multitudo militie celeſtis, laudantiũ deum, ⁊ dicentium. Gloria in altiſſimis deo: ⁊ in terra pax homi-

ps. nibus bone voluntatis. Credo.
95. Offerto. Letẽtur celi, ⁊ exultet terra ante faciem domini: quoniam venit.

Secreta.

Accepta tibi ſit dñe, queſumus, hodierne feſtiuitatis oblatio: vt tua gratia largiente, per hec ſacroſancta commercia, in illius inueniamur forma, in quo tecum eſt noſtra ſubſtantia. Qui tecum viuit ⁊ regnat.

¶ Prefatio. Aeterne deus. Quia per incarnati. Et dicitur quotidie vſq; ad Epiphaniam.

¶ Infra actionem. Communicantes ⁊ noctem ſacratiſſimam celebrantes. Et dicitur quotidie vſq; ad octauã Natiuitatis tantũ incluſiue: ⁊ in hac Miſſa tantũ dicit noctẽ, deinceps vero, dieȝ.

¶ Communio. In ſplendoribus ſanctorum, ex vtero ante luciferum genui te.

Poſtcom.

Da nobis, queſumus, domine deus noſter: vt qui natiuitatẽ domini noſtri Jeſu Chriſti myſterijs nos frequẽtare gaudemus, dignis conuerſationibus ad eius mereamur peruenire cõſortium. Qui tecum viuit ⁊ reg.

¶ Debet Sacerdos ante quamlibet Miſſam confeſſionem dicere, ⁊ in fine cuiuſlibet populo benedicere, ⁊ Euangelium ſancti Joannis. In principio erat verbum, legere: poſt tertiam vero Miſſam, loco predicti euangelij dicitur euangeliũ. Cum natus eſſet Jeſus, quod inferius in die Epiphanie legitur.

¶ Ad ſecundã Miſſam in Aurora. Statio ad ſanctaȝ Anaſtaſiam.

Introitus.

Lux fulgebit hodie ſuper nos: quia natus eſt nobis dominus: ⁊ vocabitur admirabilis deus, princeps pacis, pater futuri ſeculi: cuius regni non erit finis. Iſa. 9.

Pſalmus. Dominus regnauit, decorem indutus eſt: indutus eſt dominus fortitudineȝ, ⁊ precinxit ſe. ps. 92.
℣ Gloria patri ⁊ filio.

Oratio.

Oratio.

Da nobis quęſumus, omnipotens deus, vt qui noua incarnati verbi tui luce perfundimur: hoc in noſtro reſplendeat opere, quod per fidem fulget in mente. Per eundem.

Pro ſancta Anaſtaſia. Cōmem.

Da, quęſumus, omnipotēs deus, vt qui beatę Anaſtaſię martyris tuę ſollēnia colimus: eius apud te patrocinia ſentiamus. Per dominum noſtrum.

Lectio epiſtolę beati Pauli apoſtoli ad Titum.

ca. 3. Cariſſime. Apparuit benignitas, & humanitas Saluatoris noſtri dei: nō ex operibus iuſtitię, quę fecimus nos: ſed ſecundum ſuam miſericordiam ſaluos nos fecit. Per lauacrum regenerationis & renouationis ſpiritus ſancti, quem effudit in nos abunde per Jeſum Chriſtū ſaluatorem noſtrum: vt iuſtificati gratia ipſius, heredes ſimus ſecundum ſpem vitę ęternę, in Chriſto Jeſu domino noſtro.

pſ. 117 Graduale. Benedictus qui venit in nomine domini: deus dominus, & illuxit nobis. ℣. A domino factum eſt iſtud: & eſt mirabile in oculis noſtris. Alleluia, alleluia. ℣. Dominus regnauit decorem induit: induit dominus fortitudinem, & pręcinxit ſe virtute, alleluia.

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Lucam.



In illo tēpore. Paſtores loquebantur adinuicē. Tranſeamus vſq; Bethleem: & videamus hoc verbum, quod factum eſt, quod fecit dn̄s, & oſtendit nobis. Et venerunt feſtinantes: & inuenerunt Mariā & Joſeph, & infantem poſitū in pręſepio. Uidentes autē, cognouerūt de verbo, quod dictū erat illis de puero hoc. Et oēs, qui audierūt mirati ſunt, & de his, quę dicta erāt a paſtoribus ad ipſos. Maria autē cōſeruabat oia verba hęc, cōferens in corde ſuo. Et reuerſi ſunt paſtores, glorificātes & laudantes deū in omnibꝰ quę audierāt, & viderant: ſicut dictum eſt ad illos. c. 2.

Credo. Offerto. Deus firmauit orbē terrę, qui non cōmouebitur: parata ſedes tua deus ex tūc, a ſeculo tu es. pſ. 92.

Secreta.

Munera noſtra, quęſumus dn̄e, natiuitatis hodiernę myſterijs apta prouēniāt, & pacē nobis ſemp infundāt: vt ſicut homo genitus idē refulſit deus, ſic nobis hęc terrena ſubſtātia cōferat quod diuinū eſt. Per eundē.

Pro ſancta Anaſtaſia. Secre.

Accipe, quęſumus dn̄e munera dignanter oblata, &

beatę Anaſtaſię martyris tuę ſuffragantibus meritis, ad noſtrę ſalutis auxilium prouenire concede. Per dominum. Prefatio ⁊
Za Communicantes. vt ſupra. Cō
ch. munio. Exulta filia Sion, lau-
9. da filia Hieruſalē: ecce rex tuus
venit ſanctus, ⁊ ſaluator mundi.

Poſtcom.

Huius nos dn̄e ſacramenti ſemper nouitas natalis inſtauret: cuius natiuitas ſingularis humanam repulit vetuſtatē. Per eundem dominum.

Pro ſancta Anaſtaſia. Poſtcō.

Satiaſti dn̄e familiam tuā muneribus ſacris: eius, quęſumus, interuentione nos refoue, cuius ſollēnia celebramus. Per dominum noſtrum.

¶ Ad tertiā Miſſā in die Natalis Domini. Statio ad ſanctā Mariam maiorem. Introitus.



Iſa. Puer nat⁹ eſt no-
9. bis, ⁊ filius datus
eſt nobis: cuius imperium ſuper humerum eius: ⁊ vocabitur nomen eius magni conſi-
Ps. lij angelus. pſalmus. Cātate do-
97. mino canticum nouum: quia mi-
rabilia fecit. ℣. Gloria patri, ⁊ filio ⁊ ſpiritui ſancto. Oratio.

Concede, quęſumus omnipotēs deus: vt nos vnigeniti tui noua per carnem natiuitas liberet, quos ſub peccati iugo vetuſta ſeruitus tenet. Per eundem dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuum.

Lectio epiſtolę beati Pauli apoſtoli ad Hebręos.

Multifariā multiſque mo- ca.
dis olim deus loquens pa- 1.
tribus in prophetis: nouiſſime diebus iſtis locutus eſt nobis in filio: quem conſtituit hęredē vniuerſorum: per quem fecit ⁊ ſecula. Qui cum ſit ſplendor glorię, ⁊ figura ſubſtantię eius, portanſq; omnia verbo virtutis ſuę: purgationem peccatorum faciens, ſedet ad dexterā maieſtatis in excelſis: tanto melior angelis effectus, quanto differentius prę illis nomen hęreditauit. Cui enim dixit aliquando angelorum. Filius meus es tu, ego hodie genui te? Et rurſum. Ego ero illi in patrem, ⁊ ipſe erit mihi in filium? Et cum iterū introducit primogenitum in orbē terrę, dicit. Et adorent eum omnes angeli dei. Et ad angelos quidē dicit. Qui facit angelos ſuos, ſpiritus: ⁊ miniſtros ſuos, flammā ignis. Ad filium autē. Thronus tuus deus in ſeculum ſeculi: virga ęquitatis, virga regni tui. Dilexiſti iuſtitiā, ⁊ odiſti iniquitatem: propterea vnxit te deus, deus tuus oleo exultationis, prę participib⁹ tuis. Et, Tu in principio domine terram fundaſti: ⁊ opera manuum tuarum

tuarum ſunt celi. Ipſi peribunt,
tu autem permanebis: ⁊ omnes
vt veſtimentum veteraſcent. Et
velut amictū mutabis eos, ⁊ mu
tabuntur. Tu autem idem ipſe
es, ⁊ anni tui non deficient. Gra
ps. 97. duale. Viderunt omnes fines
terrę ſalutare dei noſtri: iubilate
deo omnis terra. ℣. Notum fe
cit dominus ſalutare ſuum: ante
conſpectum gentiū reuelauit iu
ſtitiam ſuam. Alleluia, alleluia.
℣. Dies ſanctificatus illuxit no
bis: venite gentes, ⁊ adorate do
minum: quia hodie deſcendit lux
magna ſuper terram, alleluia.

Initium ſancti euangelij ſecun
dum Joannem.

c.1.



In principio e
rat verbum: ⁊
verbum erat apud
deū: ⁊ deus erat ver
bum. Hoc erat in
principio apud deū.
Omnia per ipſū fa
cta ſunt: ⁊ ſine ipſo factum eſt ni
hil. Quod factum eſt, in ipſo vita
erat: ⁊ vita erat lux hominum: ⁊
lux in tenebris lucet: ⁊ tenebrę eā
non comprehenderunt. Fuit ho
mo miſſus a deo, cui nomen erat
Joannes. Hic venit in teſtimo
nium, vt teſtimoniū perhiberet
de lumine, vt omnes crederent
per illum. Non erat ille lux: ſed
vt teſtimonium perhiberet de lu
mine. Erat lux vera, quę illumi
nat omnem hominem venientē
in hunc mundū. In mundo erat:
⁊ mundus per ipſum factus eſt: ⁊
mundus eum non cognouit. In
propria venit: ⁊ ſui eum non re
ceperunt. Quotquot autem re
ceperunt eum, dedit eis poteſta
tem filios dei fieri: his qui cre
dunt in nomine eius. Qui nō ex
ſanguinibus, neque ex voluntate
carnis, neque ex voluntate viri:
ſed ex deo nati ſunt. Et verbum
caro factū eſt, ⁊ habitauit in no
bis (⁊ vidimus gloriam eius, glo
riam quaſi vnigeniti a patre) ple
num gratię ⁊ veritatis. Credo.
Offertoriū. Tui ſunt celi, ⁊ tua ps.
eſt terra: orbē terrarum ⁊ pleni 88.
tudinem eius tu fundaſti: iuſtitia
⁊ iudicium pręparatio ſedis tuę.

Secreta.

Oblata dn̄e munera, noua
vnigeniti tui natiuitate ſan
ctifica: noſque a peccatorum no
ſtrorum maculis emunda. Per
eundem dominum noſtrum.
Prefatio, ⁊ Communicantes.
vt in canone. Cōmunio. Vide ps.
runt omnes fines terrę ſalutare 97.
dei noſtri.

Poſtcom.

Preſta, quęſumus, omnipo
tens deus: vt natus hodie
ſaluator mundi, ſicut diuinę no
bis generationis eſt auctor: ita
⁊ immortalitatis ſit ipſe largitor.
Qui tecum viuit, ⁊ regnat in vni
tate ſpiritus ſancti deus.

In

In feſto ſancti Stephani protomartyris.

Statio ad ſanctum Stephanũ in Celio monte. Introitus.

ps. 118 Sederunt principes, ⁊ aduerſuꝫ me loquebantur: ⁊ iniqui perſecuti ſunt me: adiuua me dñe deus meus: quia ſeruus tuus exercebatur in tuis iuſtificationibus. Pſalꝰ. Beati immaculati in via, qui ambulant in lege domini. ℣. Gloria patri ⁊ filio ⁊ ſpiritui ſancto.

Oratio.

Da nobis, quęſumus domine, imitari quod colimus: vt diſcamus ⁊ inimicos diligere: quia eius natalitia celebramus, qui nouit etiam pro perſecutoribus exorare dominum noſtruꝫ Jeſum Chriſtum filium tuum. Qui tecum viuit ⁊ regnat.

Et fit cõmemoratio de Natiuitate. Oratio.

Concede, quęſumus omnipotens deus: vt nos vnigeniti tui noua per carnem natiuitas liberet, quos ſub peccati iugo vetuſta ſeruitus tenet. Per eundem dominum noſtrum.

Lectio Actuum apoſtolorũ.

ca. 6. In diebus illis. Stephanus plenus gratia ⁊ fortitudine, faciebat ꝓdigia ⁊ ſigna magna in populo. Surrexerunt autem quidã de ſynagoga, quę appellabatur Libertinorũm, ⁊ Cyrenenſium, ⁊ Alexandrinorum, ⁊ eoruꝫ qui erant a Cilicia ⁊ Aſia, diſputantes cũ Stephano: ⁊ nõ poterant reſiſtere ſapientię ⁊ ſpiritui, qui loquebatur. Audientes autẽ hęc: diſſecabantur cordibus ſuis, ⁊ ſtridebant dentibus in eũ. Cum autem eſſet Stephanus plenus ſpiritu ſancto, intendens in celũ vidit gloriam dei, ⁊ Jeſuꝫ ſtantẽ a dextris virtutis dei, ⁊ ait. Ecce video celos apertos: ⁊ filium hominis ſtantem a dextris virtutis dei. Exclamantes auteꝫ voce magna, continuerunt aures ſuas: ⁊ impetũ fecerunt vnanimiter in eũ. Et eijcientes eum extra ciuitatẽ, lapidabant. Et teſtes depoſuerunt veſtimenta ſua ſecus pedes adoleſcentis, qui vocabatur Saulus. Et lapidabãt Stephanum inuocantẽ, ⁊ dicentem. Domine Jeſu, ſuſcipe ſpiritum meum. Poſitis autem genibus, clamauit voce magna, dicẽs. Domine, ne ſtatuas illis hoc peccatum. Et cum hoc dixiſſet, obdormiuit in domino. Gradua.

Sederunt principes, ⁊ aduerſuꝫ me loquebantur: ⁊ iniqui perſecuti ſunt me. ps. 118 ℣. Adiuua me domine deus meus: ſaluum me fac propter miſericordiam tuam.

Alleluia, alleluia. ℣. Uideo celos apertos, ⁊ Jeſum ſtantem a dextris virtutis dei, alleluia. ac. 7.

Sequen

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Mattheum.



ca. 23. IN illo tempore: Dicebat Jeſus turbis Judeorum ⁊ principibus ſacerdotum. Ecce, ego mitto ad vos ꝓphetas ⁊ ſapiētes ⁊ ſcribas: ⁊ ex illis occidetis ⁊ crucifigetis: ⁊ ex eis flagellabitis in ſynagogis veſtris: ⁊ perſequemini de ciuitate in ciuitatē: vt veniat ſup vos oīs ſanguis iuſtus, qui effuſus eſt ſup terrā: a ſanguine Abel iuſti vſqz ad ſanguinem Zacharię filij Barachię, quē occidiſtis inter tēplū ⁊ altare. Amē dico vobis: veniēt hec oīa ſuper generationē iſtam. Hieruſalem Hieruſalē, quę occidis ꝓphetas, ⁊ lapidas eos qui ad te miſſi ſunt: quoties volui congregare filios tuos, quēadmodū gallina cōgregat pullos ſuos ſub alas: ⁊ noluiſti? Ecce, relinquetur vobis domus veſtra deſerta. Dico enim vobis: non me videbitis amodo, donec dicatis. Benedictus q venit in noīe dñi. Credo. Offert. Elegerūt apoſtoli Stephanū leuitam plenum fide ⁊ ſpiritu ſancto: quē lapidauerūt Judęi orantē ⁊ dicentem: domine Jeſu, accipe ſpiritū meū, allia. Secreta. Suſcipe dñe munera, pro tuorum commemoratione ſanctorum: vt ſicut illos paſſio glorioſos effecit, ita nos deuotio reddat innocuos. Per dominum.

Pro Natiuitate Dñi. Secre.

Oblata dñe munera, noua vnigeniti tui natiuitate ſanctifica: noſque a peccatorum noſtrorum maculis emunda. Per eundem dominum noſtrum.

Communio. Video celos aper- ac.
tos, ⁊ Jeſum ſtantem a dextris 7.
virtutis dei: domine Jeſu, ſuſcipe ſpiritum meum, ⁊ ne ſtatuas illis hoc peccatum. Poſtcom.

Auxilientur nobis domine ſumpta myſteria: ⁊ intercedente beato Stephano martyre tuo ſempiterna protectione confirment. Per dominum.

Pro Natiuitate. Poſtcom.

Preſta, quęſumus omnipotens deus: vt natus hodie ſaluator mundi, ſicut diuinę nobis generationis eſt auctor, ita ⁊ immortalitatis ſit ipſe largitor. Qui tecum viuit ⁊ regnat.

¶ In feſto S. Joannis apoſtoli ⁊ euangeliſtę. Statio ad ſanctam Mariam maiorē.

Introitus.



IN medio Eccle- ec-
ſię aperuit os eius: cl.
⁊ impleuit eum domi- 15.
nus ſpiritu ſapientię ⁊ intellectus: ſtolam glo-
rię induit eum. Pſal- ps.
mus. Bonum eſt confiteri do- 91.
mino:

mino: ⁊ pſallere nomini tuo altiſ-
ſime. ℣. Gloria patri. Oratio.
ECcleſiam tuam dñe beni-
gnus illuſtra: vt beati Joā
nis apoſtoli tui ⁊ euangeliſtę illu
minata doctrinis, ad dona perue
niat ſempiterna. Per dominū.
Pro Natiuitate. Oratio.
COncede, quęſumus omni
potens deus: vt nos vni-
geniti tui noua per carnem nati-
uitas liberet, quos ſub peccati iu
go vetuſta ſeruitus tenet.
Pro ſancto Stephano. Orō.
ec- DA nobis quęſumus domi
cl. ne imitari quod colimus:
ca. vt diſcamus ⁊ inimicos diligere:
15. quia eius natalitia celebramus,
qui nouit etiam pro perſecutori-
bus exorare dñm noſtrum Jeſuȝ
Chriſtū filium tuū. Qui tecum.
Lectio libri Sapientię.
QUi timet deū, faciet bona:
⁊ qui cōtinens eſt iuſtitię,
apprehendet illam: ⁊ obuiabit il
li quaſi mater honorificata. Ci-
babit illū pane vitę ⁊ intellectus:
⁊ aqua ſapientię ſalutaris pota-
bit illum. Et firmabitur in illo, ⁊
non flectetur: ⁊ continebit illuȝ,
⁊ non confundetur: ⁊ exaltabit il
lum apud proximos ſuos. Jn me
dio Eccleſię aperiet os eius: ⁊
implebit eum dominus ſpiritu ſa-
pientię ⁊ intellectus: ⁊ ſtolā glo-
rię induet eum. Jucunditatem ⁊
exultationeȝ theſaurizabit ſuper
eū: ⁊ nomine ęterno hęreditabit
illum dñs deus noſter. Gradua.
EXijt ſermo inter fratres, quod Io.
diſcipulus ille nō moritur: ⁊ non 21.
dixit Jeſus, nō moritur. ℣. Sed,
ſic eum volo manere donec ve-
niam, tu me ſequere. Alleluia,
alleluia. ℣. Hic eſt diſcipulus il
le, qui teſtimonium perhibet de
his: ⁊ ſcimus quia verum eſt teſti
monium eius, alleluia.

Sequentia ſancti euangelij
ſecundum Joannem.



IN illo tēpo- ca.
re: Dixit Je 21.
ſus Petro: ſeque-
re me. Conuerſus
Petrus, vidit illū
diſcipulum, quem
diligebat Jeſus, ſe-
quentem: qui ⁊ recubuit in cęna
ſuper pectus eius, ⁊ dixit. Domi
ne, quis eſt qui tradet te? Hunc
ergo cum vidiſſet Petrus, dixit
Jeſu. Domine, hic autem quid?
Dicit ei Jeſus. Sic eum volo
manere, donec veniam. Quid ad
te? Tu me ſequere. Exijt ergo
ſermo iſte inter fratres, quod di-
ſcipulus ille non moritur. Et nō
dixit ei Jeſus, quia non moritur:
ſed, ſic eum volo manere donec
veniam, quid ad te? Hic eſt di-
ſcipulus ille, qui teſtimoniȝ per-
hibet de his: ⁊ ſcripſit hęc. Et ſci
mus, quia verum eſt teſtimoniū ps.
eius. Credo. Offerto. Iuſtus 91.
vt

vt palma florebit: ſicut cedrus, quę in libano eſt, multiplicabitur. **Secreta.**

Suſcipe dñe munera, quę in eius tibi ſollẽnitate deferimus: cuius nos confidimus patrocinio liberari. Per dñm.

Pro Natiuitate. Secreta.

Oblata dñe munera, noua vnigeniti tui natiuitate ſanctifica: noſqʒ per hęc a peccatorũ noſtrorũ maculis emunda.

Pro S. Stephano. Secreta.

Suſcipe dñe munera pro tuorũ cõmemoratione ſanctorum: vt ſicut illos paſſio glorioſos effecit, ita nos deuotio reddat innocuos. Per dominum.

Io. 21. **Communio.** Exijt ſermo inter fratres, quod diſcipulus ille non moritur: ⁊ non dixit Jeſus, non moritur, ſed ſic eum volo manere, donec veniam. **Poſtcom.**

Refecti cibo potuqʒ celeſti deus noſter, te ſupplices deprecamur: vt in cuius hęc commemoratione percepimus, eius muniamur ⁊ precibus.

Pro Natiuitate. Poſtcom.

Preſta, quęſumus, omnipotens deus: vt natus hodie ſaluator mũdi, ſicut diuinę nobis generationis eſt auctor, ita ⁊ immortalitatis ſit ipſe largitor.

Pro S. Stephano. Poſtcõ.

Auxilientur nobis domine ſumpta myſteria: ⁊ intercedente beato Stephano martyre tuo, ſempiterna protectione cõfirment. Per dominum.

¶ In feſto ſanctorum Innocentium. Oratio ad ſanctum Paulum. Introitus.



Ex ore infantium deus, ⁊ lactentium perfeciſti laudem propter inimicos tuos. Ps. 8.

Pſalmus. Domine dñs noſter, quam admirabile eſt nomen tuũ in vniuerſa terra. ℣. Gloria pat. **Nõ dicitur** Gloria in excelſis. **nec** Alleluia. **nec** Ite miſſa eſt. **niſi hoc feſtuʒ venerit in Dominica: ſed in octaua ſemper dicuntur.**

Oratio.

Deus cuius hodierna die pręconiũ innocentes martyres non loquendo, ſed moriendo confeſſi ſunt: omnia in nobis vitiorum mala mortifica: vt fidẽ tuam, quam lingua noſtra loquitur, etiaʒ moribus vita fateatur. Per dominum noſtrum.

Pro Natiuitate. Oratio.

Concede quęſumus omnipotens deus: vt nos vnigeniti tui noua per carnem natiuitas liberet: quos ſub peccati iugo vetuſta ſeruitus tenet.

Pro S. Stephano. Oratio.

Da nobis quęſumus domine imitari quod colimus:

vt

vt diſcamus ⁊ inimicos diligere: quia eius natalitia celebramus, qui nouit etiam pro perſecutoribus exorare dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuum.

Pro ſancto Ioanne. Oratio.

Eccleſiam tuã domine benignus illuſtra: vt beati Ioannis apoſtoli tui ⁊ euangeliſtę illuminata doctrinis, ad dona perueniat ſempiterna. Per dominum noſtrum.

Lectio libri Apocalypſis beati Ioannis apoſtoli.

ca. 14. In diebus illis. Uidi ſupra montem Sion agnuꝫ ſtantem, ⁊ cum eo centũ quadragintaquatuor millia habentes nomen eius ⁊ nomẽ patris eius ſcriptum in frontibus ſuis. Et audiui vocem de cęlo, tanquam vocẽ aquarum multarum: ⁊ tanquam vocem tonitrui magni. Et vocẽ quam audiui, ſicut citharędoruꝫ citharizantium in citharis ſuis. Et cantabant quaſi canticuꝫ nouum ante ſedem dei, ⁊ ante quatuor animalia: ⁊ ſeniores. Et nemo poterat dicere canticum, niſi illa centuꝫ quadraginta quatuor millia, qui empti ſunt de terra. Hi ſunt, qui cum mulieribus nõ ſunt coinquinati. Uirgines enim ſunt. Hi ſequuntur agnum, quocunque ierit. Hi empti ſunt ex hominibus primitię deo ⁊ agno: ⁊ in ore ipſorum non eſt inuentuꝫ mendacium. Sine macula enim ſunt ante thronũ dei.

Graduale.

Anima noſtra ſicut paſſer erepta eſt de laqueo venantiuꝫ. ps. 123. ℣. Laqueus contritus eſt, ⁊ nos liberati ſumus: adiutorium noſtrũ in nomine domini, qui fecit cęluꝫ ⁊ terram. Alleluia, alleluia. ℣. ps. 112. Laudate pueri dominuꝫ, laudate nomen domini, alleluia.

Tractus ſubſcriptus ſemper dicitur prętermiſſo. Alleluia, niſi hoc feſtum venerit in Dñica. In octaua vero nunquaꝫ dicitur Tractus.

Effuderunt ſanguinẽ ps. 78. ſanctorum, velut aquam in circuitu Hieruſalem. ℣. Et non erat qui ſepeliret. ℣. Uindica domine ſanguinem ſanctorum tuoruꝫ, qui effuſus eſt ſuper terram.

Sequentia ſancti euangelij ſecunduꝫ Mattheum.



In illo tempore. c. 2. Angelus domini apparuit in ſomnis Ioſeph, dicens. Surge, ⁊ accipe puerum ⁊ matrem eius, ⁊ fuge in Aegyptum: ⁊ eſto ibi vſque dum dicam tibi. Futurũ eſt enim, vt Herodes quęrat pueruꝫ ad perdendum eum. Qui conſurgens accepit puerum ⁊ matreꝫ eius nocte: ⁊ ſeceſſit in Aegyptum. Et erat ibi vſque ad obitum Herodis:

vt

vt adimpleretur quod dictũ eſt a domino per prophetam dicentem. Ex Aegypto vocaui filiũ meum. Tunc Herodes, videns quoniam illuſus eſſet a Magis: iratus eſt valde. Et mittens, occidit omnes pueros qui erant in Bethleem, ⁊ in omnibus finibus eius, a bimatu ⁊ infra, ſecundum tempus quod exquiſierat a Magis. Tunc adimpletum eſt quod dictum eſt per Hieremiam prophetam, dicentẽ. Uox in Rama audita eſt, ploratus ⁊ vlulatus multus, Rachel plorans filios ſuos: ⁊ noluit conſolari, quia nõ
Ps. ſunt. Credo. Offertoriu. Anima noſtra, ſicut paſſer, erepta eſt
123. de laqueo venantium: laqueus contritus eſt, ⁊ nos liberati ſumus. Secreta.

SAnctorum tuorum domine nobis pia non deſit oratio: quę ⁊ munera noſtra cõciliet, ⁊ tuam nobis indulgentiam ſemper obtineat. Per dominum.

Pro Natiuitate. Secreta.

OBlata dñe munera, noua vnigeniti tui natiuitate ſanctifica: noſque a peccatorum noſtrorum maculis emunda.

Pro S. Stephano. Secreta.

SUſcipe domine munera pro tuorum commemoratione ſanctorũ: vt ſicut illos paſſio glorioſos effecit, ita nos deuotio reddat innocuos.

Pro ſancto Joanne. Secreta.

SUſcipe domine munera, quę in eius tibi ſollemnitate deferimus, cuius nos confidimus patrocinio liberari. Per.

Cõmun. Uox in Rama audita eſt, ploratus ⁊ vlulatus, Rachel plorans filios ſuos: ⁊ noluit conſolari, quia non ſunt. Hie. 31. Poſtcom.

UOtiua dñe dona percepimus: quę ſanctorum nobis precibus, ⁊ pręſentis quęſumus vitę pariter ⁊ ęternę tribue conferre ſubſidium. Per dñm.

Pro Natiuitate. Poſtcom.

PRęſta, quęſumus omnipotens deus: vt natus hodie ſaluator mundi, ſicut diuinę nobis generationis eſt auctor: ita ⁊ immortalitatis ſit ipſe largitor.

Pro S. Stephano. Poſtcõ.

AUxilientur nobis domine ſumpta myſteria: ⁊ intercedente beato Stephano martyre tuo ſempiterna protectione confirment.

Pro ſancto Joãne. Poſtcom.

REfecti cibo potuq; celeſti deus noſter, te ſupplices deprecamur: vt in cuius hęc commemoratione percepimus, eius muniamur ⁊ precibus. Per dominum noſtrum Jeſum Chriſtũ filium tuum. Qui tecum.

Si feſtum ſancti Thomę venerit in Dominica, transfertur in ſequentem diem.

In

¶ In feſto S. Thome epiſcopi ⁊ martyris. Introitus.

Gaudeamus omnes in domino, diem feſtum celebrantes ſub honore beati Thome martyris: de cuius paſſione gaudent angeli, ⁊ collaudant
Pſ. filium dei. Pſalmus. Exultate
32. iuſti in domino: rectos decet col
laudatio. ℣. Gloria patri.

Oratio.

Deus, pro cuius eccleſia glorioſus pontifex Thomas gladiis impiorum occubuit: preſta queſumus, vt omnes, qui eius implorant auxilium, petitionis ſue ſalutarem conſequantur effectum. Per dominum.

Pro Natiuitate Dñi. Oratio.

Concede, queſumus omnipotens deus: vt nos vnigeniti tui noua per carnem natiuitas liberet, quos ſub peccati iugo vetuſta ſeruitus tenet.

Pro S. Stephano. Oratio.

Da nobis, queſumus domine, imitari quod colimus: vt diſcamus ⁊ inimicos diligere: quia eius natalitia celebramus, qui nouit etiam pro perſecutoribus exorare dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuum.

Pro ſancto Ioanne. Oratio.

Eccleſiam tuã domine benignus illuſtra: vt B. Ioannis apoſtoli tui ⁊ euangeliſte illuminata doctrinis, ad dona perueniat ſempiterna.

Pro Innocentibus. Oratio.

Deus, cuius hodierna die preconiũ innocentes martyres non loquendo, ſed moriendo confeſſi ſunt: omnia in nobis vitiorum mala mortifica: vt fidẽ tuam, quam lingua noſtra loquitur, etiam moribus vita fateatur. Per dominum noſtrum.

Lectio epiſtole beati Pauli apoſtoli ad Hebreos.

Fratres. Omnis pontifex ca.
ex hominibus aſſumptus, 5.
pro hominibus cõſtituitur in his que ſunt ad deum: vt offerat dona ⁊ ſacrificia pro peccatis. Qui condolere poſſit his, qui ignorãt ⁊ errant: quoniam ⁊ ipſe circundatus eſt infirmitate. Et propterea debet, quemadmodum pro populo, ita etiam pro ſemetipſo offerre pro peccatis. Nec quiſquam ſumit ſibi honorẽ: ſed qui vocatur a deo, tanquam Aaron. Sic ⁊ Chriſtus non ſemetipſuz clarificauit vt pontifex fieret: ſed qui locutus eſt ad eum. Filius meus es tu: ego hodie genui te. Quemadmodũ ⁊ in alio loco dicit. Tu es ſacerdos in eternum, ſecundũ ordinem Melchiſedec.

Graduale. Ecce ſacerdos ma- ec-
gnus, qui in diebus ſuis placuit cl.
deo. ℣. Non eſt inuentus ſimilis 44.
illi, qui conſeruaret legez excelſi.
Alle-

Io. Alleluia, alleluia. ℣. Ego ſum
10. paſtor bonus: ⁊ cognoſco oues
meas: ⁊ cognoſcūt me meę, all'ia.

Sequentia ſancti euangelij
ſecundum Joannem.



ca. In illo tempo-
10. re: Dixit Je-
ſus Phariſeis. Ego
ſum paſtor bonus.
Bonus paſtor ani-
mam ſuam dat pro
ouibus ſuis. Mer-
cenarius autem, ⁊ qui non eſt pa-
ſtor, cuius non ſunt oues proprię,
videt lupum venientem, ⁊ dimit-
tit oues, ⁊ fugit: ⁊ lupus rapit, ⁊
diſpergit oues. Mercenarius au-
tem fugit, quia mercenarius eſt:
⁊ nō pertinet ad eum de ouibus.
Ego ſum paſtor bonus: ⁊ cogno-
ſco oues meas: ⁊ cognoſcunt me
meę. Sicut nouit me pater, ⁊
ego agnoſco patrem: ⁊ animam
meā pono pro ouibus meis. Et
alias oues habeo quę nō ſunt ex
hoc ouili: ⁊ illas oportet me ad-
ducere, ⁊ vocem meam audient:
⁊ fiet vnum ouile ⁊ vnus paſtor.
Ps. 20. Credo. Offertorium. Poſui-
ſti domine in capite eius coronā
de lapide precioſo: vitam petijt
a te, ⁊ tribuiſti ei, all'ia. Secreta.
Munera tibi domine dicata
ſanctifica, ⁊ intercedente
beato Thoma martyre tuo at-
que pontifice: per eadē nos pla-
catus intende. Per dominum.

Pro Natiuitate. Secreta.
Oblata dn̄e munera, noua
vnigeniti tui natiuitate ſan-
ctifica: noſque a peccatorum no-
ſtrorum maculis emunda.

Pro S. Stephano. Secreta.
Suſcipe domine munera,
pro tuorum commemora-
tione ſanctorū: vt ſicut illos paſ-
ſio glorioſos effecit, ita nos de-
uotio reddat innocuos.

Pro ſancto Joanne. Secreta.
Suſcipe domine munera,
quę in eius tibi ſollemnita-
te deferimus, cuius nos confidi-
mus patrocinio liberari.

Pro Innocentibus. Secreta.
Sanctorum tuorum nobis
domine pia non deſit ora-
tio: quę ⁊ munera noſtra conci-
liet, ⁊ tuam nobis indulgentiam
ſemper obtineat. Per dominū.
Cōmunio. Ego ſum paſtor bo- Io.
nus, ⁊ cognoſco oues meas, ⁊ co- 10.
gnoſcunt me meę. Poſtcom.
Haec nos cōmunio domi-
ne purget a crimine: ⁊ in-
tercedente beato Thoma mar-
tyre tuo, atque pontifice, cęleſtis
remedij faciat eſſe conſortes.
Per dominum noſtrum.

Pro Natiuitate. Poſtcom.
Preſta, queſumus omnipo-
tens deus: vt natus hodie
ſaluator mundi, ſicut diuinę no-
bis generationis eſt auctor, ita ⁊
immortalitatis ſit ipſe largitor.

Pro S. Stephano. Poſtcō.

AUxilientur nobis domine ſumpta myſteria: ⁊ intercedente beato Stephano martyre tuo ſempiterna protectione confirment.

Pro S. Ioanne. Poſtcom.

REfecti cibo potuq; celeſti deus noſter, te ſupplices deprecamur: vt in cuius hęc cōmemoratione percepimus, eius muniamur ⁊ precibus.

Pro Innocentibus. Poſtcom.

VOtiua dñe dona percepimus: quę ſanctorū nobis precibus, ⁊ pręſentis quęſumus vitę pariter ⁊ ęternę tribue conferre ſubſidium. Per dominū.

¶ Si feſtum Natiuitatis domini, ſancti Stephani, ſancti Ioannis euangeliſtę, ⁊ ſanctorum Innocentiū, venerit in Dominica, ipſa die nihil fit de Dominica: ſed die proximo poſt feſtū ſancti Thomę martyris dicitur Miſſa de Dominica. Si autem feſtum ſancti Thome venerit in Dominica, dicitur Miſſa de Dñica cū cōmemoratione de alijs octauis: ⁊ feſtum ſancti Thomę transfertur in ſecundam feriā. Si vero poſt feſtum ſancti Thomę fuerit Sabbatū, ipſa die Sabbati dicitur Miſſa de octaua Natiuitatis cum cōmemoratione de alijs octauis. Et in die ſancti Silueſtri fit officium de feſto cum commemoratione de Dominica, ⁊ de alijs octauis.

¶ Miſſa de Dominica infra octauam Natiuitatis Domini. Introitus.

DUm medium ſilentium teneret omnia, ⁊ nox in ſuo curſu mediū iter haberet: omnipotens ſermo tuus domine, de cęlis a regalibus ſedibus venit. Pſalmus. Dominus regnauit decorē indutus eſt: indutus eſt dominus fortitudinē, ⁊ pręcinxit ſe. ℣. Gloria patri. Sa/pi. 18. Pſ. 92.

Oratio.

OMnipotens ſempiterne deus, dirige actus noſtros in beneplacito tuo: vt in nomine dilecti filij tui, mereamur bonis operibus abundare. Per eund.

Et fit commemoratio de octauis pro Natiuitate. Oratio.

COncede, quęſumus omnipotens deus: vt nos vnigeniti tui noua per carnem natiuitas liberet, quos ſub peccati iugo vetuſta ſeruitus tenet.

Pro ſancto Stephano. Oratio.

DA nobis, quęſumus domine, imitari quod colimus: vt diſcamus ⁊ inimicos diligere: quia eius natalitia celebramus, qui nouit etiam pro perſecutoribus exorare dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuum.

Pro

Pro ſancto Joanne. Oratio.

Eccleſiam tuam dñe beni/gnus illuſtra: vt beati Jo/annis apoſtoli tui ⁊ euangeliſtę illuminata doctrinis, ad dona perueniat ſempiterna.

Pro Innocentibus. Oratio.

DEus cuius hodierna die pręconiū innocentes mar/tyres non loquendo, ſed morien/do confeſſi ſunt: omnia in nobis vitiorum mala mortifica: vt fidē tuam, quam lingua noſtra loqui/tur, etiam moribus vita fateatur. Per dominum noſtrum.

Lectio epiſtolę beati Pauli apoſtoli ad Galatas.

ca. FRatres. Quanto tempo/
4. re heres paruulus eſt, nihil differt a ſeruo, cum ſit dominus omniū: ſed ſub tutoribus ⁊ acto/ribus eſt, vſq; ad pręfinitum tem/pus a patre. Ita ⁊ nos, cum eſſe/mus paruuli, ſub elementis mun/di huius eramus ſeruientes. At vbi venit plenitudo temporis, miſit deus filium ſuum, factū ex muliere, factum ſub lege: vt eos, qui ſub lege erant, redimeret: vt adoptionē filiorū reciperemus. Quoniam autē eſtis filij dei, mi/ſit deus ſpiritum filij ſui in corda veſtra clamantem, abba, pater. Itaq; iā nō eſt ſeruus: ſed filius. Quod ſi filius: ⁊ heres per deū.
ps. [illegible] peciosus forma pręſ
44. filijs hominum: diffuſa eſt gratia in labijs tuis. ℣. Eructauit cor meum verbum bonum, dico ego opera mea regi: lingua mea cala/mus ſcribę velociter ſcribentis.

Alleluia, alleluia. ℣. Dominus ps.
regnauit, decorem induit: induit 92.
dominus fortitudinem, ⁊ pręcin/xit ſe virtute, alleluia.

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Lucam.



IN illo tem/pore. Erant Joſeph ⁊ Maria mater Jeſu, miran/tes ſuper his, quę dicebātur de illo. Et benedixit illis Simeon, ⁊ dixit ad Mariā ma/trē eius. Ecce poſitus eſt hic in ruinam: ⁊ in reſurrectionē mul/torum in Iſrael: ⁊ in ſignum cui contradicetur: ⁊ tuam ipſius ani/mam pertranſibit gladius: vt re/uelentur ex multis cordibus co/gitationes. Et erat Anna pro/phetiſſa, filia Phanuel, de tribu Aſer: hęc proceſſerat in diebus multis, ⁊ vixerat cū viro ſuo an/nis ſeptem a virginitate ſua. Et hęc vidua vſque ad annos octo/gintaquatuor: quę non diſcede/bat de templo, ieiunijs ⁊ obſecra/tionibus ſeruiēs nocte ac die. Et hęc, ipſa hora ſuperueniens, con/fitebatur domino: ⁊ loquebatur de illo omnibus qui expectabant redemptionē Iſrael. Et vt per/

fecerunt omnia ſecundum legeꝫ
domini, reuerſi ſunt in Galilęaꝫ,
in ciuitateꝫ ſuã Nazareth. Puer
autẽ creſcebat, ⁊ confortabatur:
plenus ſapiẽtia: ⁊ gratia dei erat
p̄s. in illo. Credo. Offerto. Deus
131. firmauit orbeꝫ terrę, qui non cõ-
mouebit: parata ſedes tua deus,
ex tunc a ſeculo tu es. Secreta.

Concede, quęſumus omni-
potens deus: vt oculis tuę
maieſtatis munus oblatum, ⁊ gra
tiam nobis pię deuotionis obti-
neat, ⁊ effectuꝫ beatę perennita-
tis acquirat. Per dominum.

Pro Natiuitate. Secreta.

Oblata dñe munera, noua
vnigeniti tui natiuitate ſan
ctifica: noſq; a peccatorum no-
ſtrorum maculis emunda.

Pro S. Stephano. Secreta.

Suſcipe dñe munera pro
tuorum commemoratione
ſanctorum: vt ſicut illos paſſio
glorioſos effecit, ita nos deuotio
reddat innocuos.

Pro S. Ioanne. Secreta.

Suſcipe dñe munera, quę
in eius tibi ſollemnitate de-
ferimus: cuius nos confidimus
patrocinio liberari.

Pro Innocentibus. Secreta.

Sanctorum tuorum domi
ne nobis pia non deſit ora
tio, quę ⁊ munera noſtra cõciliet,
⁊ tuam nobis indulgentiam ſem
per obtineat. Per dominum.

Cõmunio. Tolle puerum ⁊ ma ma
trem eius, ⁊ vade in terrã Iſrael: 2.
defuncti ſunt enim qui quęrebãt
animam pueri. Poſtcom.

Per huius domine opera-
tionem myſterij, ⁊ vitia no
ſtra purgentur, ⁊ iuſta deſideria
compleantur. Per dominum
noſtrum Ieſum Chriſtum filiuꝫ
tuum. Qui tecum viuit ⁊ regnat.

Pro Natiuitate. Poſtcom.

Pręſta, quęſumus, omnipo-
tens deus: vt natus hodie
ſaluator mundi, ſicut diuinę no-
bis generationis eſt auctor, ita ⁊
immortalitatis ſit ipſe largitor.

Pro ſancto Stephano.
Poſtcom.

Auxilientur nobis dñe ſum
pta myſteria: ⁊ interce-
dente beato Stephano marty-
re tuo ſempiterna protectione
confirment.

Pro S. Ioanne. Poſtcom.

Refecti cibo potuque cęle
ſti deus noſter, te ſupplices
deprecamur: vt in cuius hęc cõ-
memoratione percepimus, eius
muniamur ⁊ precibus.

Pro Innocentibus. Poſtcom.

Votiua domine dona per-
cepimus: quę ſanctorum
nobis precibus, ⁊ pręſentis quę-
ſumus vitę pariter ⁊ ęternę tri-
bue conferre ſubſidiuꝫ. Per do-
minum noſtrum Ieſum Chriſtũ
filium tuum. Qui tecum.

Missa de octaua Natiuitatis Dñi. Introitus.

Isa. Puer natus eſt nobis,
9. ⁊ filius datus eſt no/
bis: cuius imperium
ſuper humerum eius,
⁊ vocabitur nomen
eius magni cõſilij angelus. Psal
p̃s. mus. Cantate domino canticũ
97. nouum, quia mirabilia fecit. ℣.
Gloria patri, ⁊ filio. Oratio.

Concede, queſumus, omni
potens deus: vt nos vni/
geniti tui noua per carnẽ natiui/
tas liberet: quos ſub peccati iugo
vetuſta ſeruitus tenet. Per eũd.

Pro S. Stephano. Oratio.

Da nobis, queſumus domi
ne imitari quod colimus:
vt diſcamus ⁊ inimicos diligere:
quia eius natalitia celebramus,
qui nouit etiam pro perſecutori/
bus exorare dominum noſtrum
Ieſum Chriſtum filium tuum.

Pro ſancto Ioanne. Oratio.

Eccleſiam tuã domine be/
nignus illuſtra: vt beati
Ioannis apoſtoli tui ⁊ euangeli/
ſtę illuminata doctrinis: ad dona
perueniat ſempiterna.

Pro Innocentibus. Oratio.

Deus, cuius hodierna die
pręconiũ Innocẽtes mar
tyres non loquendo, ſed morien/
do confeſſi ſunt: omnia in nobis
vitiorum mala mortifica: vt fidẽ
tuam, quam lingua noſtra loqui/
tur: etiã moribus vita fateatur.
Per dominum noſtrum.

Lectio epiſtolę beati Pauli
apoſtoli ad Titum.

Chariſſime. Apparuit be ca.
nignitas ⁊ humanitas ſal/ 3.
uatoris noſtri dei: non ex operi/
bus iuſtitię, quę fecimus nos: ſed
ſecundum ſuam miſericordiã ſal/
uos nos fecit. Per lauacrũ re/
generationis: ⁊ renouationis ſpi
ritus ſancti: quem effudit in nos
abunde per Ieſum Chriſtũ ſal
uatorem noſtrum: vt iuſtificati
gratia ipſius, hęredes ſimus ſecũ
dum ſpem vitę ęternę. In Chri/
ſto Ieſu domino noſtro. Grad.
Viderunt omnes fines terrę ſa p̃s.
lutare dei noſtri: iubilate deo om 97.
nis terra. ℣. Notum fecit dñs ſa
lutare ſuum: ante cõſpectum gen
tium reuelauit iuſtitiam ſuam.
Alleluia, alleluia. ℣. Dies ſan/
ctificatus illuxit nobis: venite gẽ/
tes, ⁊ adorate dominum: quia ho
die deſcendit lux magna ſuper
terram, alleluia.

Sequentia ſancti euangelij
ſecundum Lucam.



In illo tem/ c. 2.
pore. Pa/
ſtores loquebãtur
adinuicem. Tran
ſeamus vſq; Be/
thleem: ⁊ videa/
mus hoc verbum
quod factum eſt: quod fecit do/

minus, ⁊ oſtēdit nobis. Et venerunt feſtinātes, ⁊ inuenerūt Mariā, ⁊ Joſeph, ⁊ infantem poſitū in pręſepio. Uidētes autē cognouerant de verbo quod dictū erat illis de puero hoc. Et omnes qui audierunt, mirati ſunt: ⁊ de his quę dicta erant a paſtoribus ad ipſos. Maria autem conſeruabat omnia verba hęc: conferens in corde ſuo. Et reuerſi ſunt paſtores, glorificantes ⁊ laudantes deum in omnibus quę audierāt, ⁊ viderant: ſicut dictum eſt ad illos. Credo. Offertorium.

Ps. 88. Tui ſunt cęli, ⁊ tua eſt terra: orbem terrarum, ⁊ plenitudinē eius tu fundaſti: iuſticia ⁊ iudiciū pręparatio ſedis tuę. Secreta.

Oblata dñe munera, noua vnigeniti tui natiuitate ſanctifica: noſque a peccatorū noſtrorū maculis emūda. Per eūd.

Pro S. Stephano. Secreta.

Suſcipe dñe munera pro tuorum commemoratione ſanctorum: vt ſicut illos paſſio glorioſos effecit, ita nos deuotio reddat innocuos.

Pro ſancto Joanne. Secreta.

Suſcipe dñe munera, quę in eius tibi ſollēnitate deferimus, cuius nos confidimus patrocinio liberari.

Pro Innocentibus. Secreta.

Sanctorum tuorum domine nobis pia non deſit oratio: quę ⁊ munera noſtra conciliet, ⁊ tuam nobis indulgentiam ſemper obtineat. Per dominū noſtrum Jeſum Chriſtum.

Communio. Viderunt omnes fines terrę ſalutare dei noſtri. Ps. 92.

Poſtcom.

Preſta, quęſumus omnipotens deus: vt natus hodie ſaluator mundi, ſicut diuinę nobis generationis eſt auctor: ita ⁊ immortalitatis ſit ipſe largitor. Qui tecum viuit ⁊ regnat.

Pro ſancto Stephano.

Poſtcom.

Auxilientur nobis domine ſumpta myſteria: ⁊ intercedente beato Stephano martyre tuo, ſempiterna protectione confirment.

Pro S. Joanne. Poſtcom.

Refecti cibo potuque cęleſti deus noſter, te ſupplices deprecamur: vt in cuius hęc commemoratione percepimus, eius muniamur ⁊ precibus.

Pro Innocentibus. Poſtcom.

Uotiua domine dona percepimus: quę ſanctorum nobis precibus, ⁊ pręſentis quęſumus vitę pariter ⁊ ęternę tribue cōferre ſubſidium. Per dominum noſtrum.

Cum feſtū ſancti Silueſtri venerit in Dominica, dicitur Miſſa de eo, ⁊ cōmemoratio de Dominica, ⁊ de octauis.

In

¶ In feſto S. Silueſtri pape ꝛ confeſſoris. Introitus.



59. Sacerdotes
92. tui domine
induant iuſtitiaꝫ, ꝛ ſancti tui exultent: ꝓpter Dauid ſeruum tuuꝫ nõ auertas faciem Chriſti tui. Pſal. Memento dñe Dauid, ꝛ omnis manſuetudinis eius. ℣ Gloria patri. Oratio.

Da, queſumus, omnipotẽs deus: vt beati Silueſtri cõfeſſoris tui atqꝫ põtificis veneranda ſollemnitas: ꝛ deuotioneꝫ nobis augeat, ꝛ ſaluteꝫ. Per do.

Pro Natiuitate. Oratio.

Concede, queſumus, omnipotens deus: vt nos vnigeniti tui noua per carnem natiuitas liberet: quos ſub peccati iugo vetuſta ſeruitus tenet.

Pro S. Stephano. Oratio.

Da nobis, queſumus domine imitari quod colimus: vt diſcamus ꝛ inimicos diligere: quia eius natalitia celebramus, qui nouit etiam pro perſecutoribus exorare dñm noſtrum Ieſuꝫ Chriſtum filium tuum.

Pro ſancto Ioanne. Oratio.

Eccleſiam tuã domine benignus illuſtra: vt beati Ioannis apoſtoli tui ꝛ euangeliſte illuminata doctrinis: ad dona perueniat ſempiterna.

Pro Innocentibus. Oratio.

Deus, cuius hodierna die preconiũ Innocẽtes martyres non loquendo, ſed moriendo confeſſi ſunt: omnia in nobis vitiorum mala mortifica: vt fidẽ tuam, quam lingua noſtra loquitur: etiam moribus vita fateatur. Per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuum.

Lectio epiſtole beati Pauli apoſtoli ad Timotheuꝫ.

Chariſſime. Teſtificor co 2.t.
rã deo ꝛ Chriſto Ieſu, q 4.
iudicaturus eſt viuos ꝛ mortuos, per aduentum ipſius, ꝛ regnum eius. Predica verbum: inſta oportune, importune: argue, obſecra, increpa in omni patientia ꝛ doctrina. Erit enim tempus, cuꝫ ſanam doctrinã non ſuſtinebunt: ſed ad ſua deſideria coaceruabunt ſibi magiſtros prurientes auribus: ꝛ a veritate quidem auditum auertent, ad fabulas autem cõuertentur. Tu vero vigila: in omnibus labora: opus fac euangeliſte: miniſterium tuũ imple: ſobrius eſto. Ego enim iam delibor: ꝛ tempus mee reſolutionis inſtat. Bonũ certamen certaui: curſuꝫ cõſummaui: fidẽ ſeruaui. In reliquo, repoſita eſt mihi corona iuſtitie: quam reddet mihi dñs in illa die iuſtus iudex. Non ſolum autem mihi: ſed ꝛ his qui diligunt aduentum eius.

ec/ Graduale. Ecce ſacerdos ma/
cl. gnus, qui in diebus ſuis placuit
44. deo. ℣. Non eſt inuentus ſimilis
illi, qui conſeruaret legeꝫ excelſi.
Alleluia, allel. ℣. Inueni Da/
uid ſeruum meum, oleo ſancto
meo vnxi eum, alleluia.

Sequentia ſancti euangelij
ſecundum Lucam.



In illo tem/
ca. pore. Dixit
12. Jeſus diſcipulis
ſuis. Sint lumbi
veſtri prȩcincti: ⁊
lucernȩ ardentes
in manibꝰ veſtris.
Et vos ſimiles
hominibus expectantibus domi
num ſuum, quando reuertatur a
nuptijs: vt cum venerit ⁊ pulſa
uerit, confeſtim aperiāt ei. Beati
ſerui illi, quos cum venerit domi
nus, inuenerit vigilantes. Amē
dico vobis, quod prȩcinget ſe, ⁊
faciet illos diſcumbere, ⁊ tranſiēs
miniſtrabit illis. Et ſi venerit in
ſecunda vigilia: ⁊ ſi in tertia vigi
lia venerit: ⁊ ita inuenerit: beati
ſunt ſerui illi. Hoc autem ſcito/
re: quoniam ſi ſciret paterfami/
lias, qua hora fur veniret, vigila/
ret vtique, ⁊ non ſineret perfodi
domum ſuam. Et vos eſtote pa
rati: quia qua hora non putatis,
filius hominis veniet. Credo.
ps. Offerto. Inueni Dauid ſeruuꝫ
88. meū, oleo ſancto meo vnxi eum:
manus enim mea auxiliabitur ei,
⁊ brachium meum confortabit
eum. Secreta.

Sancti tui nos dn̄e, quȩſu/
mus, vbique lȩtificent: vt
dum eorū merita recolimus, pa/
trocinia ſentiamus. Per dn̄m.

Pro Natiuitate. Secreta.

Oblata dn̄e munera, noua
vnigeniti tui natiuitate ſan
ctifica: noſque a peccatorum no
ſtrorum maculis emunda.

Pro S. Stephano. Secreta

Suſcipe domine munera
pro tuorum commemora/
tione ſanctorū: vt ſicut illos paſ/
ſio glorioſos effecit, ita nos de/
uotio reddat innocuos.

Pro ſancto Joanne. Secreta.

Suſcipe dn̄e munera, quȩ
in eius tibi ſollemnitate de
ferimus, cuius nos confidimus
patrocinio liberari.

Pro Innocentibus. Secreta.

Sanctorum tuorum domi/
ne nobis pia non deſit ora
tio: quȩ ⁊ munera noſtra conci/
liet, ⁊ tuam nobis indulgentiam
ſemper obtineat. Per dominuꝫ.

Cōmunio. Beatus ſeruus, queꝫ ma
cum venerit dominus, inuenerit 24.
vigilantem: amen dico vobis, ſu/
per omnia bona ſua cōſtituet eū.

Poſtcom.

Preſta, quȩſumus omnipo
tens deus: vt de perceptis
muneribus gratias exhibentes,

interceded̃te beato Siluestro cõ/
feſſore tuo atque pontifice, bene/
ficia potiora ſumamus. Per do.

Pro Natiuitate. Poſtcom.

PReſta, quęſumus omnipo
tens deus: vt natus hodie
ſaluator mundi, ſicut diuinę nobis
generationis eſt auctor: ita ⁊ im/
mortalitatis ſit ipſe largitor.

Pro S. Stephano. Poſtcõ.

AUxilientur nobis domine
ſumpta myſteria: ⁊ inter/
cedente beato Stephano mar/
tyre tuo ſempiterna protectione
confirment.

Pro S. Joanne. Poſtcom.

REfecti cibo potuque cele/
ſti deus noſter, te ſupplices
deprecamur: vt in cuius hęc com
memoratione percepimus, eius
muniamur ⁊ precibus.

Pro Innocentibus. Poſtcom.

VOtiua domine dona per/
cepimus: quę ſanctorum
nobis precibus, ⁊ pręſentis quęſu
mus vitę pariter ⁊ ęternę tribue
conferre ſubſidium. Per dñm.

¶ In die Circunciſionis ⁊ in
octaua Natiuitatis dñi. Statio
ad ſanctã Mariam trans
Tyberim. Introitus.

Iſa. PUer natus eſt nobis,
29. ⁊ filius datus eſt no/
bis: cuius imperium
ſuper humerum eius,
⁊ vocabitur nomen
eius magni cõſilij angelus. Pſal̃s.

Cantate dño canticum nouum, Pſ.
quia mirabilia fecit. ℣. Gloria 97.
patri, ⁊ filio. Oratio.

DEus, q̃ ſalutis ęternę bea/
tę Marię virginitate fe/
cunda, humano generi pręmia
pręſtitiſti: tribue quęſumus: vt ip/
ſam pro nobis intercedere ſen/
tiamus, per quam meruimus au
ctorem vitę ſuſcipere, dominum
noſtrum Jeſum Chriſtum filiũ
tuum. Qui tecum.

Lectio epiſtolę beati Pauli
apoſtoli ad Titum.

CHariſſime. Apparuit c. 2.
gratia dei ſaluatoris no/
ſtri omnibus hominibus, erudiẽs
nos: vt abnegantes impietatem,
⁊ ſecularia deſideria: ſobrie, ⁊ iu/
ſte, ⁊ pie viuamus in hoc ſeculo:
expectantes beatam ſpem, ⁊ ad/
uentum glorię magni dei, ⁊ ſalua/
toris noſtri Jeſu Chriſti: qui de/
dit ſemetipſum pro nobis: vt nos
redimeret ab omni iniquitate: ⁊
mundaret ſibi populum accepta
bilem, ſectatorem bonorum ope
rum. Hęc loquere, ⁊ exhortare:
in Chriſto Jeſu domino noſtro.

Gradua. VIderunt omnes fi/ Pſ.
nes terrę ſalutare dei noſtri: iubi/ 97.
late deo omnis terra. ℣. Notũ
fecit dominus ſalutare ſuum: an/
te conſpectum gentium reuela/
uit iuſtitiam ſuam. Alleluia, alle/
luia. ℣. Multifarie olim deus
loquens patribus in prophetis,

noui/

nouiſſime diebus iſtis locutus eſt nobis in filio, alleluia.

[illegible]

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Lucam.

c. 2 In illo tempore. Poſtquam conſummati ſunt dies octo vt circumcideretur puer: vocatum eſt nomen eius Jeſus. Quod vocatum eſt ab angelo: priuſquam in vtero conciperetur. Credo. Offertorium.

ps. 88. Tui ſunt celi, et tua eſt terra: orbem terrarum et plenitudinem eius tu fundaſti: iuſtitia, et iudicium preparatio ſedis tue.

Secreta.

Muneribus noſtris, queſumus domine precibuſque ſuſceptis: et celeſtibus nos munda myſterijs, et clementer exaudi. Per dominum noſtrum.

ps. 97. Communio. Viderunt omnes fines terre, ſalutare dei noſtri.

Poſtcom.

Hec nos cõmunio domine purget a crimine: et intercedente beata dei genitrice Maria, celeſtis remedij faciat eſſe conſortes. Per eundem.

Si aliqua ex his octauis in Dominica venerit, fit officium de octaua, de Dominica vero nihil fit.

¶ In octaua S. Stephani totum officium miſſe dicitur ſicut in die, preter orationem, que ſequitur. Et dicitur Credo. Oratio.

Omnipotens ſempiterne deus, qui primitias martyrũ in beati leuite Stephani ſanguine dedicaſti: tribue queſumus: vt pro nobis interceſſor exiſtat, qui pro ſuis etiã perſecutoribus exorauit dominũ noſtrum Jeſuz Chriſtũ filium tuũ. Qui tecum.

Et fit commemoratio de ſancto Joanne et de Innocentibus.

¶ In octaua ſancti Joannis officium miſſe dicitur ſicut in feſto eius. Et di. Credo. Prima oratio de die, ſecunda de Innocentibus.

¶ In octaua ſanctorum Innoc. officium miſſe dicitur ſicut in die, excepto quod Gloria in excelſis, Alleluia, Ite miſſa eſt, dicunt, et non dicitur. Credo.

¶ In vigilia Epiphanie.

Introitus.

Dum medium ſilentiũ tenerẽt omnia, et nox in ſuo curſu medium iter haberet: omnipotẽs ſermo tuus domine, de celis a regalibus ſedibus venit. pſalm. Dñs regnauit decorem indutus eſt: indutus eſt dñs fortitudinem, et precinxit ſe. Sapi. 18.

ps. 92. Gloria patri. Oratio.

Omnipotens ſempiterne deus, dirige actus noſtros in beneplacito tuo: vt in nomine dilecti filij tui mereamur bonis operibus abundare. Per eund.

De

De ſancta Maria. Oratio.

D Eus, q ſalutis eterne, beate Marie virginitate fecũda, humano generi premia preſtitiſti: tribue queſumus: vt ipſam pro nobis intercedere ſentiamus, per quã meruimus auctorẽ vite ſuſcipere: dñm noſtrũ Jeſum.

Contra perſecutores Eccle. Oratio.

E Ccleſie tue queſumus domine, preces placatus admitte: vt deſtructis aduerſitatibus, & erroribus vniuerſis, ſecura tibi ſeruiat libertate. Per dñm.

Uel pro Papa. Oratio.

D Eus omniũ fidelium paſtor & rector, famulũ tuuz N. quẽ paſtorẽ Eccleſie tue preeſſe voluiſti, propitius reſpice: da ei, queſumus, verbo & exẽplo, q bus preeſt, proficere: vt ad vitaz vnã cũ grege ſibi credito perueniat ſempiternam. Per dñm.

Lectio epiſtole beati Pauli apoſtoli ad Galathas.

ca. F Ratres. Quãto tẽpore heres paruulus eſt, nihil dif-
4. fert a ſeruo, cũ ſit dñs omniũ, ſed ſub tutoribus & actoribus eſt, vſq3 ad prefinitũ tẽpus a patre. Jta & nos cuz eſſemus paruuli, ſub elementis mundi huius eramus ſeruientes. At vbi venit plenitudo tẽporis, miſit deus filiũ ſuũ factuz ex muliere, factuz ſub lege: vt eos qui ſub lege erant, redimeret: vt adoptionẽ filiorũ reciperemus. Quoniam autẽ eſtis filij dei, miſit deus ſpiritũ filij ſui in corda vr̃a clamantẽ, abba, pater. Jtaq3 iaz non eſt ſeruus: ſed filius. Quod ſi fili⁹: & heres p deũ. Grad. Spe-
ciſus forma pre filijs hominũ, diffu ps. 44.
ſa eſt gratia in labijs tuis. ℣. Eructauit cor meũ verbũ bonũ, dico ego opera mea regi: lingua mea calam⁹ ſcribe velociter ſcribẽtis.
A lleluia, allel. ℣. Dñs regnauit, ps.
decorẽ induit: induit dñs fortitu- 92.
dinẽ, & precinxit ſe virtute, alleluia.

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Mattheum.



I N illo tempore. ca.
Defuncto Herode, ecce angelus dñi 2.
apparuit in ſomnis Joſeph in Aegypto, dicens. Surge, & accipe puerũ, & matrẽ eius, & vade in terrã Jſrael. Defuncti ſunt enim, q querebant animã pueri. Qui cõſurgens, accepit puerũ & matrez eius: & venit in terrã Jſrael. Audiẽs autẽ, quod Archelaus regnaret in Judea pro Herode patre ſuo, timuit illõ ire. Et admonitus in ſomnis, receſſit in partes Galilee. Et veniẽs habitauit in ciuitatẽ que vocatur Nazareth: vt adimpleretur quod dictuz eſt per prophetas: quoniam Nazareus vocabitur. Offerto. D eus ps.
firmauit orbẽ terre, qui non com 92.
mouebit: parata ſedes tua deus

CE

ex tunc, a ſeculo tu es. Secreta.

C Oncede queſumus omnipotens deus: vt oculis tue maieſtatis munus oblatū, ⁊ gratiam nobis pie deuotionis obtineat, ⁊ effectum beate perennitatis acquirat. Per dominum.

De ſancta Maria. Secreta.

M Uneribus noſtris, queſumus domine, precibuſque ſuſceptis: ⁊ celeſtibus nos mūda myſterijs, ⁊ clementer exaudi.

Contra perſecutores Eccleſie. Secreta.

P Rotege nos domine tuis myſterijs ſeruientes: vt diuinis rebus inherentes, ⁊ corpore tibi famulemur, ⁊ mente.

Uel pro Papa. Secreta.

O Blatis queſumus dn̄e placare muneribus: ⁊ famulū tuum N. quem paſtorem Eccleſie tue preeſſe voluiſti, aſſidua ꝓtectione guberna. Per dominū.

ma 2. Cōmunio. Tolle pueruꝫ ⁊ matrem eius, ⁊ vade in terrā Iſrael: defuncti ſunt enim qui querebāt animam pueri. Poſtcom.

P Er huius domine operationem myſterij, ⁊ vitia noſtra purgentur, ⁊ iuſta deſideria compleantur. Per dominum.

De ſancta Maria. Poſtcom.

H Aec nos cōio dn̄e purget a crimine: ⁊ intercedente beata dei genitrice Maria, celeſtis remedij faciat eſſe conſortes

Contra perſecutorēs Eccleſie. Poſtcom.

Q Ueſumus domine deus noſter: vt quos diuina tribuis participatione gaudere, humanis non ſinas ſubiacere periculis.

Uel pro Papa. Poſtcom.

H Aec nos queſumus domine diuini ſacramēti perceptio protegat: ⁊ famulum tuum N. quem paſtorem Eccleſie tue eſſe voluiſti, vnà cum cōmiſſo ſibi grege ſaluet ſemper ⁊ muniat. Per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuum.

¶ In Epiphania dn̄i. Statio ad ſanctum Petrum.

Introitus.



E Cce aduenit dominator dn̄s: ⁊ regnum in manu eius, ⁊ poteſtas, ⁊ imperiuꝫ. ma lac 3. Pſalmus. Deus iudicium tuum regi da, ⁊ iuſtitiam tuaꝫ filio regis. ℣. Gloria patri. ps. 71.


Oratio.

D Eus, ꝗ hodierna die vnigenitum tuum gentibus ſtella duce reuelaſti: cōcede propitius: vt, qui iam te ex fide cognouimus, vſque ad contemplādam ſpecieꝫ tue celſitudinis perducamur. Per eundem dominum noſtrum.

Lectio

Lectio Iſaie prophete.

ca. 60. Surge, illuminare Hieru-
ſalem: quia venit lumen
tuum, ⁊ gloria dñi ſuper te orta
eſt. Quia ecce tenebre operient
terram, ⁊ caligo populos. Su-
per te autez orietur dñs, ⁊ gloria
eius in te videbitur. Et ambula-
bunt gentes in lumine tuo, ⁊ re-
ges in ſplendore ortus tui. Leua
in circuitu oculos tuos, ⁊ vide:
omnes iſti congregati ſunt, vene-
runt tibi. Filij tui de longe ve-
niẽt: ⁊ filie tue de latere ſurgent.
Tunc videbis ⁊ afflues: ⁊ mirabi-
tur ⁊ dilatabitur cor tuuz, quãdo
conuerſa fuerit ad te multitudo
maris, fortitudo gentiũ venerit ti-
bi. Inundatio camelorũ operiet
te, dromedarij Madiã, ⁊ Epha.
Omnes de Saba veniẽt, aurũ ⁊
thus deferentes: ⁊ laudez dño an-
Iſa. 60. nunciantes. Gradu. Omnes de
Saba venient, aurũ ⁊ thus defe-
rentes: ⁊ laudez dñi annunciãtes.
℣. Surge, ⁊ illuminare Hieru-
ſalẽ: qꝛ gloria dño ſuper te orta
eſt. Alleluia, allel. ℣. Vidimus
ſtellã eius in oriẽte: ⁊ venimus cũ
muneribus adorare dñm, alleluia.



Sequentia ſancti euangelij ſecundũ Mattheũ.

c.2. Cum natus
eſſet Jeſus
in Bethleem Ju-
de in diebus He-
rodis regis: ecce Magi ab oriẽ-
te venerunt Hieroſolymam, di-
centes. Ubi eſt, qui natus eſt rex
Judeorum? Vidimus enim ſtel-
lam eius in oriente, ⁊ venimus
adorare eum. Audiens autem
Herodes rex, turbatus eſt, ⁊ om-
nis Hieroſolyma cum illo. Et
congregans omnes principes ſa-
cerdotum ⁊ ſcribas populi ſciſci-
tabatur ab eis, vbi Chriſtus na-
ſceretur. At illi dixerunt ei. In
Bethleem Jude. Sic enim ſcri-
ptum eſt per prophetam. Et tu
Bethleem terra Juda, nequa-
quam minima es in principibus
Juda. Ex te enim exiet dux: qui
regat populum meum Iſrael.
Tunc Herodes clam vocatis
Magis, diligenter didicit ab eis
tempus ſtelle, que apparuit eis.
Et mittens illos in Bethleem,
dixit. Ite, ⁊ interrogate diligen-
ter de puero: ⁊ cum inueneritis,
renunciate mihi: vt ⁊ ego veniẽs,
adorem eum. Qui cum audiſſent
regem, abierunt. Et ecce ſtella,
quam viderant in oriente, ante-
cedebat eos, vſque dum veniẽs,
ſtaret ſupra vbi erat puer. Vidẽ-
tes autez ſtellam, gauiſi ſunt gau-
dio magno valde. Et intrantes
domum, inuenerunt puerum cuz
Maria matre eius: ⁊ Hic genu-
flectitur procidentes, adoraue-
runt eum. Et apertis theſauris
ſuis, obtulerunt ei munera: aurũ,
thus,

tbus, ⁊ myrrham. Et reſponſo accepto in ſomnis ne redirent ad Herodem: per aliam viam reuerſi ſunt in regionē ſuam. ℣ re/
pſ. do. Offerto. R eges Tharſis
71. ⁊ inſule munera offerent: reges Arabum, ⁊ Saba dona adducent: ⁊ adorabunt eum omnes reges terre, omnes gentes ſeruiēt ei.

Secreta.

E Ccleſie tue, queſumus domine, dona propitius intuere, quibus non iam aurū, thus, ⁊ myrrha profertur: ſed quod eiſdē muneribus declaratur, immolatur, ⁊ ſumitur. Per dominum noſtrum Jeſum Chriſtum.

Prefatio. Aeterne deus. Q uia cum vnigenitus. Infra actionē. C ommunicantes, ⁊ diem ſacratiſſimum celebrantes, quo vnigenitus tuus. vt in prefationibus. Et dicuntur per octauam.

ma Communio. V idimus ſtellam
e. eius in oriente: ⁊ venimus cum muneribus adorare dominum.

Poſtcom.

P Reſta, queſumus omnipotens deus, vt que ſollemni celebramus officio, purificate mentis intelligētia cōſequamur. Per dominum noſtrum Jeſum Chriſtum filium tuum.

Infra octauam Epiphanie fit idem officiuꝫ, quod in die: ⁊ poſt orationē diei dicuntur orationes. D eus qui ſalutis eterne. ⁊ E cclesie tue. vel pro Papa. vt in vigilia Epiphanie. f. 43.

¶ De feſtis duplicibus ⁊ ſemiduplicibus, que infra octauam veniunt nihil agitur, niſi in propria eccleſia, ſed peracta octaua celebrantur: de ſimplicibus autē fit tantum commemoratio.

¶ De Dominica infra octauā Epiphanie Miſſa dicitur vt infra. Quod ſi feſtum Epiphanie in Dominica venerit, ipſa Miſſa Dominice dicitur in Sabbato infra octauaꝫ, ⁊ in octaua Epiphanie nihil fit de Dominica.

Dominica infra octauam Epiphanie. Introitus.

I N excelſo throno vi/ ec/
di ſedere virum, quē cl.
adorat multitudo angelorum pſallentes in vnum: ecce cuius imperij nomen eſt in eternum.

Pſalmus. Jubilate deo omnis pſ.
terra: ſeruite domino in letitia. 99.
℣. Gloria patri.

Oratio.

V Ota, queſumus domine, ſupplicantis populi celeſti pietate proſequere: vt, ⁊ que agenda ſunt videant, ⁊ ad implēda que viderint, conualeſcant. Per dominum noſtrum Jeſum Chriſtum filium tuum.

Pro commemoratione Epiphanie. Oratio.

D Eus, qui hodierna die vnigenitum tuum gentibus

bus ſtella duce reuelaſti: conce-
de propitius: vt qui iam te ex fi-
de cognouimus, vſqȝ ad contem
plandaȝ ſpeciem tue celſitudinis
perducamur. Per eundem do-
minum noſtrum.

Lectio epiſtole beati Pauli
apoſtoli ad Romanos.

ca. Ratres. Obſecro vos per
12. miſericordiaȝ dei, vt exhi-
beatis corpora veſtra hoſtiaȝ vi-
uentem, ſanctam, deo placenteȝ,
rationabile obſequium veſtruȝ.
Et nolite conformari huic ſecu-
lo: ſed reformamini in nouitate
ſenſus veſtri, vt probetis, que ſit
voluntas dei bona, ⁊ beneplacēs,
⁊ perfecta. Dico eniȝ per gratiā
dei que data eſt mihi: omnibus
qui ſunt inter vos. Non plus ſa-
pere quaȝ oportet ſapere: ſed ſa-
pere ad ſobrietatē. Et vnicuiqȝ,
ſicut deus diuiſit menſuraȝ fidei.
Sicut enim in vno corpore mul
ta membra habemus, omnia au-
tem membra non eundem actuȝ
habent: ita multi vnum corpus
ſumus in Chriſto, ſinguli autem
alter alterius membra. In Chri
ſto Jeſu domino noſtro. Grad.
ps. Benedictus dñs deus Iſrael,
7. qui facit mirabilia magna ſolus
a ſeculo. ℣ Suſcipiant montes
pacem populo tuo: ⁊ colles iuſti
tiam. Alleluia, alleluia. ℣ Ju-
ps. bilate deo omnis terra: ſeruite
99. domino in letitia, alleluia.

Sequentia ſancti euangelij
ſecundum Lucam.



Um factus ca.
eſſet Jeſus 2.
annorū duodeciȝ,
aſcendentibus illis
Hieroſolymā ſe-
cundum conſuetu-
dineȝ diei feſti, cō-
ſummatiſqȝ diebus cum redirēt,
remanſit Jeſus in Hieruſalem,
⁊ non cognouerūt parentes eius.
Exiſtimantes autem illum eſſe
in comitatu, venerunt iter diei, ⁊
requirebant eum inter cognatos
⁊ notos. Et non inuenientes, re-
greſſi ſunt in Hieruſalem, requi
rentes eum. Et factum eſt: poſt
triduum inuenerunt illuȝ in tem-
plo, ſedentem in medio doctorū,
audientem illos, ⁊ interrogantē.
Stupebant auteȝ omnes qui eū
audiebant, ſuper prudentia ⁊ re-
ſponſis eius. Et videntes admi-
rati ſunt. Et dixit mater eius ad
illum. Fili, quid feciſti nobis ſic?
Ecce pater tuus ⁊ ego dolentes
querebamus te. Et ait ad illos.
Quid eſt, quod me querebatis?
Neſciebatis, quia in his que pa-
tris mei ſunt, oportet me eſſe?
Et ipſi non intellexerunt verbū,
quod locutus eſt ad illos. Et de-
ſcendit cū eis, ⁊ venit Nazareth:
⁊ erat ſubditus illis. Et mater
eius conſeruabat omnia verba
hec in corde ſuo. Et Jeſus profi-
ciebat

ciebat ſapientia ⁊ etate ⁊ gratia
apud deuꝫ ⁊ homines. Credo.
ps. Offerto. Jubilate deo omnis
99. terra: ſeruite domino in lętitia:
intrate in conſpectu eius in exul
tatione, quia dñs ipſe eſt deus.

Secreta.

Oblatum tibi domine ſacri
ficium viuificet nos ſem/
per, ⁊ muniat. Per dominum
noſtrum Jeſum Chriſtum.

Pro Epiphania. Secreta.

Eccleſię tuę, quęſumus do
mine, dona propitius in/
tuere, quibus non iam aurum,
thus, ⁊ myrrha profertur: ſed
quod eiſdem muneribus decla/
ratur, immolatur, ⁊ ſumitur. Per
dominum noſtrum Jeſum.

lu. Communio. Fili, quid feciſti
2. nobis ſic? ego ⁊ pater tuus do/
lentes quęrebamus te. Et quid
eſt, quod me quęrebatis? neſcie/
batis, quia in his quę patris mei
ſunt, oportet me eſſe.

Poſtcom.

Supplices te rogamus, om
nipotens deus: vt quos
tuis reficis ſacramentis, tibi etiā
placitis moribus dignanter deſer
uire concedas. Per dominum.

Pro Epiphania. Poſtcom.

Preſta, quęſumus omnipo/
tens deus, vt quę ſollem/
ni celebramus officio, purificatę
mentis intelligentia conſequa/
mur. Per dominum noſtrum.

In octaua Epiphanię.

Introitus.

Ecce aduenit domi/ ma
nator dominus: ⁊ re lac
gnum in manu eius, 3.
⁊ poteſtas, ⁊ impe/
rium. Pſal. Deus ps.
iudicium tuum regi da, ⁊ iuſtitiaꝫ 71.
tuam filio regis. ℣. Gloria pa/
tri ⁊ filio. Oratio.

Deus, cuius vnigenitus in
ſubſtantia noſtrę carnis
apparuit: pręſta quęſumus: vt
per eum, quem ſimilem nobis fo/
ris agnouimus, intus reformari
mereamur. Qui tecum viuit ⁊ re
gnat, in vnitate ſpiritus.

Lectio Jſaię prophetę.

Surge, illuminare Hieru/ ca.
ſalem: quia venit lumen 60.
tuuꝫ, ⁊ gloria domini ſuper te or/
ta eſt. Quia ecce tenebrę operiēt
terram, ⁊ caligo populos. Su/
per te autem orietur dominus, ⁊
gloria eius in te videbitur. Et
ambulabūt gentes in lumine tuo,
⁊ reges in ſplendore ortus tui.
Leua in circuitu oculos tuos, ⁊
vide: omnes iſti congregati ſunt,
venerunt tibi. Filij tui de longe
venient: ⁊ filię tuę de latere ſur/
gent. Tunc videbis, ⁊ afflues, ⁊
mirabitur, ⁊ dilatabitur cor tuū,
quando cōuerſa fuerit ad te mul
titudo maris, fortitudo gentium
venerit tibi. Jnundatio camelo/
ruꝫ operiet te, dromedarij Ma/
dian

dian ⁊ Epha. Omnes de Saba venient, aurū ⁊ thus deferentes: ⁊ laudem domino annunciantes.

Iſa. 60. Graduale. Omnes de Saba venient, aurum ⁊ thus deferentes, ⁊ laudem domino annunciantes. ℣. Surge, ⁊ illuminare Hieruſalem: quia gloria domini ſuper te orta eſt.

Ma 2. Alleluia, alleluia. ℣. Vidimus ſtellā eius in oriente: ⁊ venimus cum muneribus adorare dominum, alleluia.

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Joannem.

Jo. 1.



In illo tēpore. Vidit Joannes Jeſum veniētem ad ſe, ⁊ ait. Ecce agnus dei: ecce qui tollit peccata mundi. Hic eſt, de quo dixi. Poſt me venit vir, qui ante me factus eſt; quia prior me erat, ⁊ ego neſciebam eum. Sed vt manifeſtetur in Iſrael, propterea veni ego in aqua baptizans. Et teſtimonium perhibuit Joānes, dicens. Quia vidi ſpiritum deſcendentem quaſi columbā de celo, ⁊ manſit ſuper eum. Et ego neſciebam eum: ſed qui miſit me baptizare in aqua, ille mihi dixit. Super quem videris ſpiritū deſcendentem, ⁊ manentem ſuper eum, hic eſt, qui baptizat in ſpiritu ſancto. Et ego vidi: ⁊ teſtimonium perhibui: quia hic eſt filius dei. Credo.

Offerto. Reges Tharſis ⁊ inſulę munera offerēt: reges Arabū ⁊ Saba dona adducent: ⁊ adorabunt eum omnes reges terrę, omnes gētes ſeruiēt ei. Pſ. 71.

Secreta.

Hoſtias tibi dn̄e pro nati filij tui apparitione deferimus, ſuppliciter exorantes: vt ſicut ipſe noſtrorum auctor eſt munerum: ita ſit ipſe miſericors ⁊ ſuſceptor, Jeſus Chriſtus dominus noſter. Qui tecum viuit.

Communio. Vidimus ſtellam eius in oriente: ⁊ venimus cum muneribus adorare dominum. Ma 2.

Poſtcom.

Celeſti lumine, quęſumus domine, ſemper ⁊ vbique nos pręueni: vt myſterium, cuius nos participes eſſe voluiſti, ⁊ puro cernamus intuitu, ⁊ digno percipiamus affectu. Per dominū noſtrum Jeſum Chriſtum.

¶ Ab octaua Epiphanię vſq; ad Purificationē, niſi fuerit duplex, poſt orationem diei, dicuntur iſtę orationes. Deus qui ſalutis ęternę. ⁊ Eccleſię tuę. vel Deus omnium fidelium.

¶ Si tempus breue fuerit ab octaua Epiphanię vſq; ad Septuageſimam, ita quod Dominicalia officia non poſſint expleri ſuis diebus, officia reſiduarum Dominicarum, poſt ſecundam

Dominicam poſt Epiphaniam, eo anno omittuntur, & reſumuntur (quoad orationem, epiſtolam, & Euangelium duntaxat) poſt vigeſimam tertiam Dominicam poſt Pentecoſtem, vt ibi dicitur in rubrica.

¶ Si Dominica Septuageſime venerit ſecunda Dñica, poſt octauā Epiphanie in precedenti [illegible] tamen eſt [illegible] duplici [illegible] Dominica [illegible] da poſt Epiphaniam cum cōmemoratione qui ſupplet in ea occurrentis. Si vero Sabbatum fuerit impeditum feſto duplici vel ſemiduplici, tunc prima die poſt octauam Epiphanie dicitur Miſſa de ſecunda Dominica, & feſtum duplex vel ſemiduplex transfertur in primam diem ſimili feſto nō impeditam.

¶ Dñica ſecunda poſt Epiphaniam. Introitus.

Pſa. 65. Omnis terra adoret te deus, & pſallat tibi: pſalmū dicat nomini tuo altiſſime. Pſalmus. Iubilate deo omnis terra, pſalmum dicite nomini eius: date gloriam laudi eius. ℣. Gloria patri. Dicitur Gloria in excelſis, in Dominicis vſque ad Septuageſimam excluſiue: in ferialibus vero diebus, quando reſumitur Miſſa de Dominica preterita, non dicitur. Quod ſeruatur & poſt Pentecoſtem. Oratio.

Omnipotens ſempiterne deus, qui celeſtia ſimul & terrena moderaris: ſupplicationes populi tui clementer exaudi, & pacem tuam noſtris concede temporibus. Per dominum.

De ſancta Maria. Oratio.

Deus, qui ſalutis eterne beate Marie virginitate fecunda, humano generi premia preſtitiſti: tribue, queſumus: vt ipſam pro nobis intercedere ſentiamus, per quam meruimus auctorem vite ſuſcipere, dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuum. Qui tecum.

Contra perſecutores Eccleſie. Oratio.

Eccleſie tue, queſumus domine, preces placatus admitte: vt deſtructis aduerſitatibus & erroribus vniuerſis: ſecura tibi ſeruiat libertate. Per dominum noſtrum.

Vel pro Papa. Oratio.

Deus omnium fidelium paſtor & rector: famulum tuū N. quem paſtorem Eccleſie tue preeſſe voluiſti, propitius reſpice: da ei, queſumus, verbo & exēplo quibus preeſt, proficere, vt ad vitam vna cum grege ſibi credito, perueniat ſempiternam. Per dominum noſtrum.

Lectio

Lectio epiſtole beati Pauli apoſtoli ad Romanos.

ca. F Ratres. Habentes dona
12. tiones, ſecundum gratiam que data eſt nobis, differentes: ſiue prophetiã ſecundum rationem fidei, ſiue miniſterium in miniſtrãdo, ſiue qui docet in doctrina: qui exhortatur in exhortãdo, qui tribuit in ſimplicitate, q preeſt in ſolicitudine, qui miſeretur in hilaritate. Dilectio ſine ſimulatione. Odientes malum: adherentes bono. Charitatẽ fraternitatis inuicem diligentes: honore inuicem preuenientes. Solicitudine, non pigri: ſpiritu feruentes: domino ſeruientes: ſpe gaudentes: in tribulatione patiẽtes: orationi inſtantes: neceſſitatibus ſanctorum communicantes: hoſpitalitatem ſectantes. Benedicite perſequentibus vos: benedicite, ⁊ nolite maledicere. Gaudere cũ gaudẽtibus: flete cum flentibus. Idipſum inuicẽ ſentientes. Non alta ſapientes: ſed humilibus cõ
ps. ſentientes. Graduale. Miſit do
106 minus verbũ ſuum, ⁊ ſanauit eos: ⁊ eripuit eos de interitu eorum. ℣. Confiteantur domino miſericordie eius: ⁊ mirabilia eius filijs hominum. Alleluia, alleluia. ℣. Laudate dominũ omnes angeli eius, laudate eum omnes virtutes eius, alleluia.

¶ Omittitur, Alleluia, cum verſu poſt graduale, ab octaua Epiphanie vſque ad Septuageſimam, ⁊ ab octaua Penteco‑ſtes vſque ad Aduentum, etiam infra hebdomadam, quando reſumitur Miſſa de Dominica.

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Ioannem.



I N illo tempo‑ c. 2
re. Nuptie facte ſunt in Cana Galilee, ⁊ erat mater Ieſu ibi. Vocatus eſt autem ⁊ Ieſus ⁊ diſcipuli eius ad nuptias. Et deficiẽte vino, dicit mater Ieſu ad eum. Vinum non habent. Et dicit ei Ieſus. Quid mihi ⁊ tibi eſt mulier? Nondum venit hora mea. Dicit mater eius miniſtris. Quodcumque dixerit vobis, facite. Erant autem ibi lapidee hydrie ſex poſite ſecundum purificationem Iudeorum: capientes ſingule metretas binas vel ternas. Dicit eis Ieſus. Implete hydrias aqua. Et impleuerunt eas vſq; ad ſummũ. Et dicit eis Ieſus. Haurite nunc, ⁊ ferte architriclino. Et tulerunt. At autẽ guſtauit architriclinus aquã vinum factum, ⁊ non ſciebat vnde eſſet, miniſtri autem ſciebant qui hauſerant aquam: vocat ſpõſum architriclinus, ⁊ dicit ei. Omnis homo, primum, bonum vinũ ponit: ⁊ cum inebriati fuerint, tũc

id quod deterius eſt. Tu autem ſeruaſti bonum vinū vſque adhuc. Hoc fecit initium ſignorū Jeſus in Cana Galileę: ⁊ manifeſtauit gloriam ſuam. Et crediderunt in eum diſcipuli eius. Credo.

Offertorium.

ps. Jubilate deo vniuerſa terra:
65. pſalmū dicite nomini eius: venite ⁊ audite, ⁊ narrabo vobis omnes qui timetis deū, quanta fecit dominus animę meę, alleluia.

Secreta.

Oblata dn̄e munera ſanctifica, noſque a peccatorum noſtrorū maculis emunda. Per dominum noſtrum Jeſum Chriſtum filium tuum. Qui tecum.

Pro ſancta Maria. Secreta.

Muneribus noſtris, quęſumus domine, precibuſque ſusceptis: ⁊ cęleſtibus nos munda myſterijs, ⁊ clementer exaudi.

Contra perſecutores Eccleſię.

Secreta.

Protege nos domine tuis myſterijs ſeruientes: vt diuinis rebus inhęrentes, ⁊ corpore tibi famulemur, ⁊ mente. Per dominum noſtrum Jeſum Chriſtum filium tuum. Qui tecum.

Vel pro Papa. Secreta.

Oblatis quęſumus domine placare muneribus: ⁊ famulum tuum N. quē paſtorem Eccleſię tuę preeſſe voluiſti, aſſidua protectione guberna. Per dominum noſtrum Jeſum.

Cōmunio. Dicit dominus, implete hydrias aqua, ⁊ ferte architriclino: cū guſtaſſet architriclinus aquam vinum factam, dicit ſponſo, ſeruaſti bonū vinū vſq; adhuc: hoc ſignū fecit Jeſus primum coram diſcipulis ſuis. Io. 2.

Poſtcom.

Augeatur in nobis, quęſumus domine, tuę virtutis operatio: vt, diuinis vegetati ſacramentis, ad eorum promiſſa capiēda, tuo munere pręparemur. Per dominum noſtrum Jeſum Chriſtum filium tuum.

Pro ſancta Maria. Poſtcom.

Haec nos communio domine purget a crimine: ⁊ intercedente beata dei genitrice Maria, cęleſtis remedij faciat eſſe conſortes.

Contra perſecutores Eccleſię.

Poſtcom.

Quęſumus domine deus noſter: vt quos diuina tribuis participatione gaudere, humanis non ſinas ſubiacere periculis. Per dominum noſtrum, Jeſum Chriſtum filium tuum.

Vel pro Papa. Poſtcom.

Haec nos quęſumus dn̄e diuini ſacramēti perceptio protegat: ⁊ famulū tuū N. quē paſtorē Eccleſię tuę preeſſe voluiſti, vnà cum cōmiſſo ſibi grege ſaluet ſemper ⁊ muniat. Per do.

¶ Dominica Tertia poſt Epiphaniam. Introitus.

ps. 96. ADorate deuz omnes angeli eius: audiuit, ⁊ lętata eſt Sion: ⁊ exultauerunt filię Iude. Pſalmus. Dominus regnauit, exultet terra, lętentur inſulę multę. ℣. Gloria patri, ⁊ filio. Oratio.

OMnipotens ſempiterne deus, infirmitatem noſtrā propitius reſpice: atque ad protegendum nos, dexteram tuę maieſtatis intende. Per dominum.

De ſancta Maria. Oratio.

DEus, qui ſalutis ęterne beatę Marię virginitate fecunda, humano generi pręmia preſtitiſti: tribue queſumus: vt ipſam pro nobis intercedere ſentiamus, per quam meruimus auctorem vitę ſuſcipere, dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filiuz.

Pro Papa. Oratio.

DEus omnium fideliū paſtor ⁊ rector: famulū tuuz N. quem paſtorem Eccleſię tuę pręeſſe voluiſti, propitius reſpice: da ei, queſumus, verbo ⁊ exēplo quibus pręeſt, proficerē, vt ad vitam vna cum grege ſibi credito, perueniat ſempiternam. Per dominum noſtrum.

Vel contra perſecutores Eccleſie. Oratio. Eccleſię tuę. vt in Dominica pręcedenti.

Lectio epiſtolę beati Pauli apoſtoli ad Romanos.

FRatres. Nolite eſſe prudētes apud voſmetipſos. ca. 12. Nulli malū pro malo reddētes. Prouidentes bona non tantum coram deo, ſed etiam coram omnib⁹ hominibus. Si fieri poteſt, quod ex vobis eſt, cum omnibus hominibus pacem habētes. Nō voſmetipſos defendentes, chariſſimi: ſed date locum irę. Scriptum eſt enim. Mihi vindictaz: ⁊ ego retribuam, dicit dominus. Sed ſi eſurierit inimicus tuus, ciba illum. Si ſitit, potum da illi. Hoc enim faciēs, carbones ignis congeres ſuper caput eius. Noli vinci a malo: ſed vince in bono maluz. Gradu. Timebunt gentes nomen tuum dn̄e, ⁊ omnes ps. 101. reges terrę gloriā tuā. ℣. Quoniam ędificauit dominus Sion, ⁊ videbitur in maieſtate ſua.

Alleluia, alleluia. ℣. Dominus regnauit, exultet terra: lętentur ps. 96. inſulę multę, alleluia.

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Mattheū.



IN illo tempore. Cum ca. 8. deſcendiſſet Ieſus de monte, ſecutę ſunt eū turbę multę. Et ecce leproſus veniens, adorabat eum, dicens, Dn̄e, ſi vis,

potes me mundare. Et exten-
dens manum Jeſus, tetigit eum,
dicens. Volo. Mundare. Et cō
feſtim mūdata eſt lepra eius. Et
ait illi Jeſus. Vide, nemini dixe-
ris: ſed vade, oſtende te ſacerdo
ti: ⁊ offer munus quod pręcepit
Moyſes in teſtimonium illis.
Cum autem introiſſet Caphar-
naum, acceſſit ad eum Centurio,
rogans eum, ⁊ dicens. Dñe, puer
meus iacet in domo paralyticus,
⁊ male torquetur. Et ait illi Je-
ſus. Ego veniam, ⁊ curabo eū.
Et reſpōdēs Cēturio ait. Dñe,
non ſum dignus vt intres ſub te
ctum meum: ſed tantum dic ver
bo, ⁊ ſanabitur puer meus. Nā
⁊ ego homo ſum ſub poteſtate cō
ſtitutus, habens ſub me milites: ⁊
dico huic, vade, ⁊ vadit: ⁊ alio, ve
ni, ⁊ venit: ⁊ ſeruo meo, fac hoc, ⁊
facit. Audiens autē Jeſus mira-
tus eſt, ⁊ ſequētibus ſe dixit. Amē
dico vobis, non inueni tantam fi-
dē in Iſrael. Dico autē vobis,
quod multi ab oriente ⁊ occidēte
venient, ⁊ recumbent cū Abra-
ham, Iſaac, ⁊ Jacob in regno cę-
lorū: filij aūt regni eijciētur in te-
nebras exteriores. Ibi erit fletus,
⁊ ſtridor dentiū. Et dixit Jeſus
Centurioni. Vade: ⁊ ſicut credi-
diſti, fiat tibi. Et ſanatus eſt puer
in illa hora. Credo. Offerto.
Ps. Dextera dñi fecit virtutē, dexte
117. ra dñi exaltauit me: dextera dñi
fecit virtutē nō moriar, ſed viuā:
⁊ narrabo opera dñi. Secreta.

Haec hoſtia, quęſumus do-
mine, emundet noſtra de-
licta: ⁊ ad ſacrificiū celebrandū,
ſubditorum tibi corpora, mentes-
que ſanctificet. Per dominum.

Pro ſancta Maria. Secreta.

Muneribus noſtris, quęſu-
mus domine, precibuſque
ſuſceptis: ⁊ cęleſtibus nos mun-
da myſterijs, ⁊ clemēter exaudi.

Pro Papa Secreta.

Oblatis quęſumus dñe pla-
care muneribus: ⁊ famulū
tuum N. quem paſtorem Eccle-
ſię tuę pręeſſe voluiſti, aſſidua ꝓ-
tectione guberna. Per dominū.

Vel contra perſecutores Eccle-
ſie. Secreta. Protege. vt in
Dominica preterita. Cōmunio.
Mirabantur omnes de his, quę Lu.
procedebāt de ore dei. Poſtcō. 4.

Quos tātis domine largiris
vti myſterijs: quęſumus, vt
effectibus nos eorum veraciter
aptare digneris. Per dominū.

De ſancta Maria. Poſtcom.

Haec nos communio dñe
purget a crimine: ⁊ inter-
cedēte beata dei genitrice Ma-
ria, cęleſtis remedij faciat eſſe cō-
ſortes. Per dominum.

Vel pro Papa. Poſtcom.

Haec nos, quęſumus dñe, di-
uini ſacramenti perceptio
protegat: ⁊ famulum tuū N. quē
paſto-

paſtorē Eccleſię tue pręeſſe vo/
luiſti, vna cū cōmiſſo ſibi grege,
ſaluet ſemꝑ ⁊ muniat. Per do.
Uel contra perſecutores Eccle
Poſtconſ. Q uęſumus. vt
in Dominica preterita.

Dominica quarta poſt Epi
phaniam. Introitus.

A Dorate deū omnes
angeli eius: audiuit,
⁊ letata eſt Sion: ⁊
exultauerūt filię Ju/
ps. dę. pſalmus Domi
96. nus regnauit, exultet terra, lęten
tur inſulę multę. ℣. Gloria pa/
tri, ⁊ filio. Oratio.
D Eus, qui nos in tantis pe
riculis conſtitutos, pro hu
mana ſcis fragilitate non poſſe
ſubſiſtere: da nobis ſalutem men
tis ⁊ corporis: vt ea, quę pro pec
catis noſtris patimur, te adiuuā/
te, vincamus. Per dominū no
ſtrum Jeſum Chriſtum.
De ſancta Maria. Oratio.
D Eus, q ſalutis ęternę, bea/
tę Marię virginitate fe/
cunda, humano generi pręmia
pręſtitiſti: tribue, quęſumus, vt
ipſam pro nobis intercedere ſen
tiamus: per quam meruimus au
ctorē vitę ſuſcipere dñm noſtrū
Jeſum Chriſtum filium tuum.
Contra perſecutores Eccle/
ſię Oratio.
E Ccleſię tuę, quęſumus do
mine, preces placatus ad/
mitte: vt deſtructis aduerſitati/
bus, ⁊ erroribus vniuerſis, ſecu/
ra tibi ſeruiat libertate. Per do.
Uel pro Papa. D eus omniū
fidelium. vt in Dñica precedēti.

Lectio epiſtolę beati Pauli
apoſtoli ad Romanos.

F Ratres. Nemini quicquā ca.
debeatis: niſi, vt inuicem 13.
diligatis. Qui enim diligit proxi
mum, legem impleuit. Nam non
adulterabis: non occides: non
furaberis: non falſū teſtimoniū
dices: non concupiſces: ⁊ ſi quod
eſt aliud mandatum, in hoc ver/
bo inſtauratur: diliges proximū
tuum ſicut teipſū. Dilectio pro/
ximi, malum non operatur. Ple
nitudo ergo legis, eſt dilectio.
Graduale. T imebunt gentes ps.
nomen tuum domine, ⁊ omnes re 101.
ges terrę gloriā tuam. ℣. Quo/
niam ędificauit dominus Sion,
⁊ videbitur in maieſtate ſua.
A lleluia, alleluia. ℣. Dominus ps.
regnauit, exultet terra: lętentur 96.
inſulę multę, alleluia.

Sequentia ſancti euangelij
ſecundum Mattheum.



I N illo tem c.8
pore. Aſcen
dente Jeſu in na/
uiculā, ſecuti ſunt
eū diſcipuli eius.
Et ecce, motus ma
gnus factus eſt in
mari ita vt nauicula operiret flu/

cribus. Ipſe vero dormiebat.
Et acceſſerunt diſcipuli eius, ⁊
ſuſcitauerunt eum, dicentes. Do-
mine, ſalua nos, perimus. Et di-
cit eis. Quid timidi eſtis modicę
fidei? Tunc ſurgens imperauit
ventis ⁊ mari: ⁊ facta eſt tranquil
litas magna. Porro homines
mirati ſunt, dicentes. Qualis eſt
hic, quia venti ⁊ mare obediunt
Ps. ei. Credo. Offerto. Dextera
117. domini fecit virtutem, dextera
domini exaltauit me, dextera do
mini fecit virtutem: non moriar,
ſed viuam, ⁊ narrabo opera do-
mini. Secreta.

CONcede, quęſumus omni-
potens deus, vt huius ſa
crificij munus oblatū, fragilita-
tem noſtram ab omni malo pur-
get ſemper, ⁊ muniat. Per do-
minum noſtrum.

De ſancta Maria. Secreta.

MUneribus noſtris, quęſu-
mus domine, precibuſque
ſuſceptis: ⁊ cęleſtibus nos mun-
da myſterijs, ⁊ clemēter exaudi.

Contra perſecutores Eccleſię.
Secreta.

PRotege nos domine tuis
myſterijs ſeruientes: vt di-
uinis rebus inhęrentes, ⁊ corpo-
re tibi famulemur, ⁊ mente. Per
dominum noſtrum.

Uel pro Papa. Secreta.
Lu. Oblatis, vt in Dominica prece
4. denti. Communio. Mirabantur
omnes de his, quę procedebant
de ore dei. Poſtcom.

MUnera tua nos deus a de-
lectationibus terrenis ex-
pediant: ⁊ cęleſtibus ſemper in-
ſtaurent alimentis. Per dñm.

De ſancta Maria. Poſtcom.

HAec nos communio dñe
purget a crimine: ⁊ inter-
cedēte beata dei genitrice Ma-
ria, cęleſtis remedij faciat eſſe
conſortes.

Contra perſecutores Eccleſię.
Poſtcom.

QUęſumus domine deus
noſter: vt quos diuina tri
buis participatione gaudere, hu
manis non ſinas ſubiacere peri-
culis. Per dominum.

Uel pro Papa. Poſtcom.
Hęc nos, vt in Dñica pręterita.

¶ Dñica Quinta poſt Epi
phaniam. Introitus.

ADorate deum omnes Ps.
angeli eius: audiuit, ⁊ 96.
lętata eſt Sion: ⁊ exul
tauerunt filię Iudę.
pſalmus. Dominus
regnauit, exultet terra: lętentur
inſulę multę. ℣. Gloria patri.

Oratio.

FAmiliam tuam, quęſumus
domine, continua pietate
cuſtodi: vt quę in ſola ſpe gratię
cęleſtis innititur, tua ſemper pro-
tectione muniatur. Per domi-
num noſtrum Ieſum Chriſtum.

Poſt

Poſt feſtum Purificationis di-
citur ſecunda oratio.

Ad petenda ſuffragia ſancto-
rum. Oratio.

A Cunctis nos, quęſumus
domine, mentis ⁊ corporis
defende periculis: ⁊ interceden-
te beata ⁊ glorioſa, ſemperque
virgine dei genitrice Maria, cũ
beatis apoſtolis tuis Petro ⁊
Paulo, atque beato N. ⁊ omni-
bus ſanctis, ſalutem nobis tribue
benignus ⁊ pacem: vt deſtructis
aduerſitatibus, ⁊ erroribus vni-
uerſis, Eccleſia tua ſecura tibi
ſeruiat libertate.

Tertia oratio dicitur ad libitum
ſacerdotis.

Lectio epiſtole beati Pauli
apoſtoli ad Coloſſenſes.

c.3. FRatres. Induite vos, ſi-
cut electi dei ſancti, ⁊ dile-
cti viſcera miſericordię, benigni-
tatem, humilitatem, modeſtiam,
patientiam, ſupportantes inuicē:
⁊ donantes vobiſmetipſis, ſi quis
aduerſus aliquem habet quere-
lam. Sicut ⁊ dominus donauit
vobis: ita ⁊ vos. Super omnia
autem hęc, charitatem habentes,
quod eſt vinculum perfectionis.
Et pax Chriſti exultet in cordi-
bus veſtris, in qua ⁊ vocati eſtis
in vno corpore: ⁊ grati eſtote.
Verbum Chriſti habitet in vo-
bis abundanter, in omni ſapien-
tia: docentes ⁊ cõmonentes voſ-
metipſos, in pſalmis, hymnis,
⁊ canticis ſpiritualibus, in gra-
tia cantantes in cordibus veſtris
deo. Omne quodcunque faci-
tis in verbo aut in opere: omnia
in nomine domini noſtri Jeſu
Chriſti facite, gratias agentes
deo ⁊ patri, per Jeſum Chriſtū
dominum noſtrum.

Graduale. Timebunt gentes no- ps.
men tuum domine, ⁊ omnes re- 101.
ges terrę gloriã tuam. ℣. Quo-
niam ędificauit dominus Sion:
⁊ videbitur in maieſtate ſua.

Alleluia, alleluia. ℣. Dominus ps.
regnauit, exultet terra: lętentur 92.
inſulę multę, alleluia.

Sequentia ſancti euangelij
ſecundum Mattheũ.



IN illo tem- ca.
pore. Di- 13.
xit Jeſus diſcipulis
parabolam hanc.
Simile factũ eſt
regnũ celorũ ho-
mini q ſeminauit
bonũ ſemen in a-
gro ſuo. Cũ autē dormirent ho-
mines, venit inimicus eius, ⁊ ſuper
ſeminauit zizania in medio tritici,
⁊ abijt. Cum autē creuiſſet her-
ba, ⁊ fructum feciſſet: tunc appa-
ruerunt ⁊ zizania. Accedentes
autem ſerui patrisfamilias, dixe-
runt ei. Dñe, nonne bonum ſe-
mē ſeminaſti in agro tuo? Unde
ergo habet zizania? Et ait illis.

Inimi-

Inimicus homo hoc fecit. Serui autem dixerunt ei. Uis imus, ⁊ colligimus ea? Et ait, Non: ne forte colligentes zizania, eradicetis cum eis ſimul ⁊ triticuʒ. Sinite vtraque creſcere vſque ad meſſem: ⁊ in tempore meſſis dicā meſſoribus. Colligite primum zizania, ⁊ alligate ea in faſciculos ad comburendum: triticum autē congregate in horreum meum.
Ps. 117. Credo. Offertorium. Dextera dñi fecit virtutem, dextera
dñi exaltauit me: dextera dñi fecit virtutē nō moriar, ſed viuaʒ: ⁊ narrabo opera dñi. Secreta.

Hoſtias tibi domine placationis offerimus: vt, ⁊ delicta noſtra miſeratus abſoluas, ⁊ nutantia corda tu dirigas. Per dominum noſtrum Jeſum.

Ad poſcenda ſuffragia ſanctorum. Secreta.

Exaudi nos deus ſalutaris noſter, vt per huius ſacramēti virtutē, a cunctis nos mētis, ⁊ corporis hoſtibus tuearis, gratiam tribuens in pręſenti, ⁊ gloriam in futuro. Tertia ad libitū.
Lu. 4. Communio. Mirabantur omnes de his, quę procedebant de
ore dei. Poſtcom.

Quęſumus oīpotens deus vt illius ſalutaris capiam⁹ effectum: cuius per hęc myſteria pignus accepimus. Per dominum noſtrum Jeſum Chriſtum.

Ad poſcenda ſuffragia ſanctorum. Poſtcom.

Mundet, ⁊ muniat nos, quęſumus domine, diuini ſacramenti munus oblatum, ⁊ intercedente beata virgine dei genitrice Maria, cum beatis apoſtolis tuis Petro ⁊ Paulo, atqʒ beato N. ⁊ omnibus ſanctis: a cunctis nos reddat, ⁊ peruerſitatibus expiatos, ⁊ aduerſitatibus expeditos. Tertia ad libitum.

Uel pro Papa. Poſtcom.

Hec nos, quęſumus domine, diuini ſacramēti perceptio protegat: ⁊ famulum tuum N. quem paſtoreʒ Eccleſię tuę pręeſſe voluiſti, vna cuʒ commiſſo ſibi grege, ſaluet ſemper ⁊ muniat. Per dominum noſtruʒ Jeſum Chriſtum filium tuum.

¶ Dominica Sexta poſt Epiphaniam. Introitus.

Adorate deum omnes angeli eius: audiuit, ⁊ lętata eſt Siō: ⁊ exultauerunt filię Judę. Pſalmus.
Dominus regnauit, exultet terra: lętētur inſulę multę. ℣. Gloria patri. Ps. 96.
Oratio.

Preſta quęſumus omnipotens deus: vt ſemper rationabilia meditantes, quę tibi ſunt placita, ⁊ dictis exequamur, ⁊ factis. Per dominum noſtruʒ Jeſum Chriſtum filium tuum.

Ad

Ad poſcenda ſuffragia ſanctorum. Oratio.

A cunctis nos, quęſumus dñe, mentis ⁊ corporis defende periculis: ⁊ intercedente beata, ⁊ glorioſa ſemperqʒ virgine dei genitrice Maria cũ beatis apoſtolis tuis Petro ⁊ Paulo, atque beato N. ⁊ omnibus ſanctis, ſalutem nobis tribue benignus ⁊ pacem: vt deſtructis aduerſitatibus, ⁊ erroribus vniuerſis Eccleſia tua ſecura tibi ſeruiat libertate.

Tertia oratio ad libitum ſacerdotis.

Lectio epiſtolę B. Pauli apoſtoli ad Theſſalonicenſes.

ca. 1. Fratres. Gratias agimus deo ſemper pro omnibus vobis: memoriam veſtri facientes in orationibus noſtris, ſine intermiſſione, memores operis fidei veſtrę ⁊ laboris, ⁊ charitatis, ⁊ ſuſtinentię ſpei domini noſtri Ieſu Chriſti ante deuʒ, ⁊ patrem noſtrum. Scientes fratres dilecti, a deo electioneʒ veſtraʒ: quia euangeliuʒ noſtruʒ non fuit ad vos in ſermone tantum, ſed ⁊ in virtute, ⁊ in ſpiritu ſancto, ⁊ in plenitudine multa: ſicut ſcitis quales fuerimus in vobis propter vos. Et vos imitatores noſtri facti eſtis, ⁊ domini: excipientes verbum in tribulatione multa cũ gaudio ſpiritus ſancti: ita vt facti ſitis forma omnibus credẽtibus in Macedonia, ⁊ in Achaia. A vobis enim diffamatus eſt ſermo domini: non ſoluʒ in Macedonia ⁊ in Achaia, ſed ⁊ in omni loco fides veſtra, quę eſt ad deum, profecta eſt, ita vt non ſit nobis neceſſe quicquam loqui. Ipſi enim de nobis annunciant qualem introitum habuerimus ad vos: ⁊ quomodo cõuerſi eſtis ad deum a ſimulachris, ſeruire deo viuo ⁊ vero: ⁊ expectare filium eius de celis (quem ſuſcitauit ex mortuis) Ieſum, qui eripuit nos ab ira ventura. Grad.

Timebunt gentes nomen tuum domine, ⁊ omnes reges terrę gloriam tuam. ℣. Quoniam ędificauit dominus Sion, ⁊ videbitur in maieſtate ſua. pſ. 101.

Alleluia, allel. ℣. Dominus regnauit, exultet terra: lętentur inſulę multę, Alleluia. pſ. 96.

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Mattheum.



In illo tempore. Dixit Ieſus turbis parabolã hanc. Simile eſt regnuʒ celorũ grano ſinapis: quod accipiẽs homo ſeminauit in agro ſuo: quod minimum quidem eſt omnibus ſeminibus. Cum autem creuerit, maius eſt omnibus oleribus: ⁊ ca. 13.

ſit

fit arbor, ita vt volucres celi ve-
niant, & habitent in ramis eius.
Aliam parabolam locutus eſt eis.
Simile eſt regnum celorum fer-
mento: quod acceptum mulier
abſcondit in farinę ſatis tribus,
donec fermentatum eſt totum.
Hęc omnia locutus eſt Ieſus in
parabolis ad turbas: & ſine pa-
rabolis non loquebatur eis: vt
impleretur quod dictum eſt per
prophetam dicentem. Aperiam
in parabolis os meum: eructabo
abſcondita a conſtitutione mun-
di. Credo. Offertorium.
pſ. Dextera domini fecit virtutem:
171. dextera dñi exaltauit me, dexte-
ra domini fecit virtutem: nō mo-
riar, ſed viuam: & narrabo opera
domini. Secreta.

Hęc nos oblatio deus mū-
det, quęſumus, & renouet,
gubernet, & protegat. Per dñm.

Alia Secreta.

Exaudi nos deus ſalutaris
noſter, vt per huius ſacra
menti virtutē, a cunctis nos men
tis, & corporis hoſtib⁹ tuearis, gra
tiam tribuens in pręſenti, & glo-
riam in futuro. Tertia ad notū.
lu. 4. Communio. Mirabantur om-
nes de his, quę procedebant de
ore dei. Poſtcom.

Cęleſtibus domine paſti
delicijs, quęſumus: vt ſem
per eadem, per quę veraciter vi-
uimus, appetamus. Per domi-
num noſtrum Ieſum Chriſtum.

Ad poſcenda ſuffragia ſancto-
rum. Poſtcom.

Mundet, & muniat nos, quę-
ſumus domine, diuini ſa-
cramenti munus oblatum, & in-
tercedente beata virgine dei ge-
nitrice Maria, cum beatis apo-
ſtolis tuis Petro & Paulo, atque
beato N. & omnibus ſanctis: a
cunctis nos reddat, & peruerſita-
tibus expiatos, & aduerſitatibus
expeditos.
Tertia ad libitum.

¶ Dñica in Septuageſima:
Statio ad S. Laurentium ex-
tra muros. Introitus.

Circundederunt me pſ. 17.
gemitus mortis: do-
lores inferni circun-
dederunt me: & in tri-
bulatione mea inuo-
caui dominum, & exaudiuit de tē-
plo ſancto ſuo vocem meam.
Pſalmus. Diligam te domine for
titudo mea, dominus firmamen-
tum meum, & refugium meum, &
& liberator meus. ℣. Gloria pat.
Non dicitur. Gloria in excelſis.
a Dominica Septuageſime vſ-
que ad Pascha, exceptis feria
quinta in cęna Domini, & Sab-
bato ſancto, & quando dicitur
Miſſa de feſto. Oratio.

Preces populi tui, quęſu-
mus dñe, clementer exau-
di:

di: vt qui iuſte pro peccatis noſtris affligimur, pro tui nominis gloria miſericorditer liberemur. Per dominum noſtrum.

Ad poſcenda ſuffragia ſanctorum. Oratio.

A Cunctis nos, queſumus domine, mẽtis ⁊ corporis defende periculis: ⁊ intercedente beata ⁊ glorioſa, ſemperque virgine dei genitrice Maria, cũ beatis apoſtolis tuis Petro ⁊ Paulo, atque beato N. ⁊ omnibus ſanctis, ſalutem nobis tribue benignus ⁊ pacem: vt deſtructis aduerſitatibus, ⁊ erroribus vniuerſis, Eccleſia tua ſecura tibi ſeruiat libertate.

Tertia oratio dicitur ad libitum ſacerdotis. Sic dicitur ſecunda ⁊ tertia oratio a feſto Purificationis vſque ad feriam quartam Cinerum excluſiue, quando nõ eſt duplex: niſi Dominica Septuageſime venerit ante feſtum Purificationis, vel in ipſa die Purificationis, quia tunc dicuntur orationes ſicut in Dominica ſecunda poſt Epiphaniam, de ſancta Maria, ⁊ contra perſecutores Eccleſie, vel pro Papa. Simili modo fiat in Sexageſima, ⁊ Quinquageſima.

Lectio epiſtole beati Pauli apoſtoli ad Corinthios.

1.C. 9. FRatres. Neſcitis quod hi qui in ſtadio currunt, omnes quidẽ currunt: ſed vnus accipit brauium? Sic currite, vt comprehendatis. Omnis autem qui in agone contendit, ab omnibus ſe abſtinet. Et illi quidem, vt corruptibilem coronam accipiant: nos autẽ incorruptã. Ego igitur ſic curro, non quaſi in incertum: ſic pugno, nõ quaſi aerem verberans: ſed caſtigo corpus meum, ⁊ in ſeruitutem redigo: ne forte cũ aliis predicauerim, ipſe reprobus efficiar. Nolo enim vos ignorare fratres: quoniam patres noſtri omnes ſub nube fuerunt, ⁊ omnes mare tranſierunt, ⁊ omnes in Moyſe baptizati ſunt in nube ⁊ in mari. Et omnes eandem eſcam ſpiritualem manducauerunt, ⁊ omnes eundem potum ſpiritualem biberunt. Bibebant autem de ſpirituali, conſequente eos, petra: petra autem erat Chriſtus. Sed non in pluribus eorũ beneplacitum eſt deo. ca. 10.

Graduale. Adiutor in opportunitatibus, in tribulatione: ſperent in te, qui nouerunt te: quoniam non derelinquis querentes te domine. ℣. Quoniam non in finem obliuio erit pauperis: patientia pauperum non peribit in eternum: exurge domine, non preualeat homo. ps. 9.

Tractus.

De profundis clamaui ad te domine, dñe exaudi vocem meam. ps. 129

℣. Fiant aures tue intendentes

in orationem ſerui tui. ℣ Si ini quitates obſeruaueris domine, domine quis ſuſtinebit? ℣ Quia apud te propitiatio eſt, ⁊ propter legem tuam ſuſtinui te domine.

C A Septuageſima vſqꝫ ad feriam quartam Cinerum Tractus dicitur tantum in Dominicis ⁊ feſtis, in ferijs autem quando repetitur Miſſa de Dominica nō dicitur, ſed tantum Graduale.

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Mattheum.



ca. 20. IN illo tēpore. Dixit Jeſus diſcipulis ſuis parabolam hanc. Simile eſt regnū celorū homini patrifamilias, qui exijt primo mane cōducere operarios in vineam ſuā. Conuentione autem facta cum operarijs ex denario diurno, miſit eos in vineam ſuam. Et egreſſus circa horam tertiam, vidit alios ſtantes in foro otioſos, ⁊ dixit illis. Jte ⁊ vos in vineam meam: ⁊ quod iuſtum fuerit, dabo vobis. Jlli autem abierunt. Jterum autē exijt circa ſextam ⁊ nonam horam: ⁊ fecit ſimiliter. Circa vndecimaꝫ vero exijt, ⁊ inuenit alios ſtantes, ⁊ dicit illis. Quid hic ſtatis tota die otioſi? Dicunt ei. Quia nemo nos conduxit. Dicit illis. Jte ⁊ vos in vineam meaꝫ. Cum ſero autem factum eſſet, dicit dominus vineę procuratori ſuo. Voca operarios, ⁊ redde illis mercedem, incipiens a nouiſſimis vſqꝫ ad primos. Cum veniſſent ergo qui circa vndecimam horam venerant, acceperunt ſingulos denarios. Venientes autem ⁊ primi, arbitrati ſunt quod plus eſſent accepturi: acceperunt auteꝫ ⁊ ipſi ſingulos denarios. Et accipientes, murmurabant aduerſus patremfamilias, dicentes. Hi nouiſſimi vna hora fecerunt: ⁊ pares illos nobis feciſti, qui portauimus pondus diei ⁊ ęſtus? At ille reſpondens, vni eorum dixit. Amice, non facio tibi iniuriam. Nonne ex denario cōueniſti mecum? Tolle quod tuum eſt, ⁊ vade. Volo auteꝫ ⁊ huic nouiſſimo dare, ſicut ⁊ tibi. Aut non licet mihi, quod volo, facere? An oculus tuus nequam eſt, quia ego bonus ſum? Sic erunt nouiſſimi, primi: ⁊ primi, nouiſſimi. Multi enim ſunt vocati: pauci vero electi.

Credo. Offertorium. Bonuꝫ ps.
eſt confiteri domino, ⁊ pſallere 91.
nomini tuo altiſſime.

Secreta.

MVneribus noſtris, quęſumus domine, precibuſque ſuſceptis, ⁊ cęleſtibus nos munda myſterijs, ⁊ clementer exaudi. Per dominum noſtruꝫ Jeſum Chriſtum filium tuum.

Alia

Alia Secreta.

EXaudi nos deus ſalutaris noſter: vt per huius ſacramenti virtutem, a cunctis nos mētis ⁊ corporis hoſtibus tuearis, gratiā tribuens in pręſenti, ⁊ gloriā in futuro. Tertia ad libitum.

Ps. 118 ⁊ 30. Communio. Illumina faciem tuam ſuper ſeruum tuum: ⁊ ſaluū me fac in tua miſericordia: domine non confundar, quoniam inuocaui te. Poſtcom.

FIdeles tui deus per tua dona firmentur: vt eadē ⁊ percipiendo requirant, ⁊ quęrendo ſine fine percipiant. Per do.

Alia Poſtcom.

MUndet ⁊ muniat nos, quęſumus domine, diuini ſacramenti munus oblatum: ⁊ intercedente beata virgine dei genitrice Maria, cuꝫ beatis apoſtolis tuis Petro ⁊ Paulo, atqꝫ beato N. ⁊ oibus ſanctis: a cunctis nos reddat ⁊ peruerſitatibus expiatos, ⁊ aduerſitatibus expeditos. Tertia ad libitum. Benedicamus dño. R. Deo gratias.

¶ Dominica in Sexageſima, Statio ad ſanctum Paulum. Introitus.

Ps. 43. EXurge, quare obdormis dñe? exurge, ⁊ ne repellas in finē: quare faciē tuā auertis, obliuiſceris tribulationem noſtram? adhęſit in terra venter noſter: exurge domine, adiuua nos, ⁊ libera nos. Pſalmus. Deus, auribus noſtris audiuimus: patres noſtri annunciauerūt nobis. V. Gloria patri, ⁊ filio ⁊ ſpiritui ſancto. Oratio.

DEus, qui conſpicis quia ex nulla noſtra actione confidimus, concede propitius: vt cōtra aduerſa omnia, doctoris gentium protectione muniamur. Per dominum noſtrum Jeſum.

Ad poſcenda ſuffragia ſanctorum. Oratio.

A Cunctis nos, quęſumus domine, mētis ⁊ corporis defende periculis: ⁊ intercedente beata glorioſa ſemperqꝫ virgine dei genitrice Maria, cum beatis apoſtolis tuis Petro ⁊ Paulo, atque beato N. ⁊ omnibus ſanctis: ſalutem nobis tribue benignus ⁊ pacem: vt deſtructis aduerſitatibus ⁊ erroribus vniuerſis, Eccleſia tua ſecura tibi ſeruiat libertate. Tertia ad libitū.

Lectio epiſtolę beati Pauli apoſtoli ad Corinthios.

FRatres. Libenter ſuffertis inſipientes: cū ſitis ipſi ſapientes. Suſtinetis enim, ſi quis vos in ſeruitutem redigit, ſiquis deuorat, ſiquis accipit, ſiquis extollitur: ſiquis in faciem vos cędit. Secundum ignobilitatem dico, quaſi nos infirmi fuerimus in hac parte. In quo quis audet 2.C. 1.⁊ 12.

audet (in inſipiētia dico) audeo
⁊ ego. Hebrei ſunt: ⁊ ego. Iſrae
litę ſunt: ⁊ ego. Semen Abrahę
ſunt: ⁊ ego. Miniſtri Chriſti ſūt.
⁊ ego: vt minus ſapiens dico, plus
ego. In laboribus plurimis, in
carceribus abundantius, in pla
gis ſupra modum: in mortibus
frequēter. A Iudęis, quinquies:
quadragenas vna minus accepi.
Ter virgis cęſus ſum, ſemel lapi
datus ſum, ter naufragium feci,
nocte ⁊ die in profundo maris
fui. In itineribus ſępe, periculis
fluminum, periculis latronū, pe
riculis ex genere, periculis ex gē
tibus, periculis in ciuitate, peri
culis in ſolitudine, periculis in ma
ri, periculis in falſis fratribus. In
labore ⁊ ęrumna, in vigilijs mul
tis: in fame ⁊ ſiti: in ieiunijs multis:
in frigore ⁊ nuditate. Pręter il
la, quę extrinſecus ſunt: inſtantia
mea quotidiana, ſolicitudo om
niū eccleſiarū. Quis infirmatur,
⁊ ego non infirmor? Quis ſcan
dalizatur, ⁊ ego nō vror? Si glo
riari oportet: quę infirmitatis
meę ſunt, gloriabor. Deus ⁊ pa
ter dn̄i noſtri Ieſu Chriſti, qui eſt
benedictus in ſecula, ſcit quod nō
mētior. Damaſci, prępoſitus gē
tis Aretę regis, cuſtodiebat ciui
tatem Damaſcenorum, vt me cō
prehenderet: ⁊ per feneſtram in
ſporta demiſſus ſum per murū:
⁊ ſic effugi manus eius. Si glo
riari oportet, non expedit quidē.
Veniam autem ad viſiones ⁊ re
uelationes domini. Scio homi
nem in Chriſto ante annos qua
tuordecim, ſiue in corpore, ſiue
extra corpus, neſcio, deus ſcit: ra
ptum huiuſmodi vſque ad tertiū
cęlum. Et ſcio huiuſmodi homi
nem, ſiue in corpore, ſiue extra
corpus, neſcio, deus ſcit: quoniā
raptus eſt in paradiſum: ⁊ audi
uit arcana verba, quę nō licet ho
mini loqui. Pro huiuſmodi glo
riabor: pro me autē nihil gloria
bor, niſi in infirmitatibus meis.
Nam ⁊ ſi voluero gloriari, non
ero inſipiens. Veritatē enim di
cam. Parco autem: ne quis me
exiſtimet ſupra id quod videt in
me, aut audit aliquid ex me. Et
ne magnitudo reuelationum ex
tollat me, datus eſt mihi ſtimulus
carnis meę angelus ſatanę, qui
me colaphizet. Propter quod,
ter dominum rogaui, vt diſcede
ret a me: ⁊ dixit mihi. Sufficit ti
bi gratia mea. Nam virtus in in
firmitate perficitur. Libenter igi
tur gloriabor in infirmitatibus
meis: vt inhabitet in me virtus
Chriſti. Graduale. Sciant gen ps.
tes, quoniam nomen tibi deus: tu 82.
ſolus altiſſimus ſuper omnē ter
ram. ℣. Deus meus pone illos
vt rotam, ⁊ ſicut ſtipulam ante fa ps.
ciem venti. Tractus. Commo
uiſti domine terrā, ⁊ conturbaſti 59.
eam,

eam. ℣. Sana contritiones eius, quia mota eſt. ℣. Ut fugiant a facie arcus: vt liberentur dilecti tui.

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Lucam.



c. 8 In illo tempore. Cum turba plurima conuenirent, ⁊ de ciuitatibus properarent ad Jeſum, dixit per ſimilitudinem. Exijt qui ſeminat ſeminare ſemen ſuum. Et dum ſeminat, aliud cecidit ſecus viam, ⁊ conculcatum eſt: ⁊ volucres celi comederunt illud. Et aliud cecidit ſupra petram: ⁊ natum aruit, quia non habebat humorez. Et aliud cecidit inter ſpinas: ⁊ ſimul exorte ſpine ſuffocauerunt illud. Et aliud cecidit in terram bonã: ⁊ ortum, fecit fructum centuplũ. Hec dicens, clamabat. Qui habet aures audiendi, audiat. Interrogabant autem eum diſcipuli eius, que eſſet hec parabola. Quibus ipſe dixit. Uobis datum eſt noſſe myſteriũ regni dei: ceteris autem in parabolis, vt videntes non videant, ⁊ audientes non intelligant. Eſt autem hec parabola. Semen, eſt verbum dei. Quod autem ſecus viam: hi ſunt qui audiunt, deinde venit diabolus, ⁊ tollit verbum

de corde eorum, ne credentes ſalui fiant. Nam quod ſupra petram, hi ſunt, qui cum audierint, cum gaudio ſuſcipiunt verbum: ⁊ hi radices non habent: quia ad tempus credunt, ⁊ in tempore tentationis recedunt. Quod autem in ſpinis cecidit: hi ſunt, qui audierunt, ⁊ a ſolicitudinibus, ⁊ diuitijs, ⁊ voluptatibus vite, euntes, ſuffocantur, ⁊ non referunt fructum. Quod autez in terram bonam: hi ſunt, qui in corde bono ⁊ optimo, audientes, verbuz retinent, ⁊ fructum afferunt in patientia. Offertorium.

Perfice greſſus meos in ſemitis tuis, vt non moueantur veſtigia mea: inclina aurem tuam, ⁊ exaudi verba mea: mirifica miſericordias tuas, qui ſaluos facis ſperantes in te domine. ps. 16.

Secreta.

Oblatum tibi domine ſacrificium viuificet nos ſemper, ⁊ muniat. Per dominum.

Alie Secrete.

Exaudi nos deus ſalutaris noſter: vt, per huius ſacramenti virtutem, a cunctis nos mentis, ⁊ corporis hoſtibus tuearis: gratiam tribuens in preſenti, ⁊ gloriam in futuro. Tertia ad libitum. Communio. Introibo ad altare dei, ad deum, qui letificat iuuentutem meam. ps. 142

Poſtcom.

Supplices te rogamus omnipo-

nipotens deus: vt quos tuis re/ficis ſacramentis: tibi etiã placi/tis moribus dignanter deſeruire concedas. Per dominum.

Ad poſtcõm.

Mundet, ꝛ muniat nos, quę/ſumus domine, diuini ſa/cramenti munus oblatum: ꝛ in/tercedente beata virgine dei ge/nitrice Maria, cum beatis apo/ſtolis tuis Petro ꝛ Paulo, atqꝫ beato N. ꝛ omnibus ſanctis, a cunctis nos reddat ꝛ peruerſita/tibus expiatos, ꝛ aduerſitatibus expeditos. Tertia ad libitum.

Benedicamus dño. ℟. Deo gratias.

¶ Dominica Quinquageſimę, Statio ad S. Petrum.

Introitus.

ps. 30.



Eſto mihi in deũ pro/tectorem, ꝛ in locũ refugij, vt ſaluum me facias: quoniã firmamentũ meũ, ꝛ refugium meum es tu: ꝛ propter nomen tuuꝫ dux mihi eris, ꝛ enutries me. pſal/mus. In te domine ſperaui, non confundar in ęternum: in iuſtitia tua libera me. ℣. Gloria patri.

Oratio.

Preces noſtras, quęſumus domine, clemẽter exaudi: atque a peccatorum vinculis ab/ſolutos, ab omni nos aduerſita/te cuſtodi. Per dominum no/ſtrum Jeſum Chriſtum.

Ad poſcẽda ſuffragia ſanctorũ.

Oratio.

A Cunctis nos, quęſumus domine, mentis ꝛ corpo/ris defende periculis: ꝛ interce/dente beata ꝛ glorioſa ſemperqꝫ virgine dei genitrice Maria, cũ beatis apoſtolis tuis Petro ꝛ Paulo, atque beato N. ꝛ om/nibus ſanctis: ſalutem nobis tri/bue benignus ꝛ pacem: vt de/ſtructis aduerſitatibus ꝛ erro/ribus vniuerſis, eccleſia tua ſecu/ra tibi ſeruiat libertate. Tertia ad libitum.

Lectio epiſtolę beati Pauli apoſtoli ad Corinthios.

Fratres. Si linguis homi/num loquar, ꝛ angeloruꝫ: 1. c. 13.
charitatem autem non habeam: factus ſum velut ęs ſonans, aut cymbaluꝫ tinniens. Et ſi habue/ro prophetiam, ꝛ nouerim myſte/ria omnia, ꝛ omnem ſcientiam: ꝛ ſi habuero omnem fidem, ita vt montes transferam, charitatem autem non habuero: nihil ſum. Et ſi diſtribuero in cibos paupe/rum omnes facultates meas: ꝛ ſi tradidero corpus meum ita vt ardeam, charitatem autem non habuero: nihil mihi prodeſt. Charitas patiens eſt: benigna eſt. Charitas non ęmulatur, non agit perperam: non inflatur, non

eſt

eſt ambitioſa: non quęrit quę ſua
ſunt: non irritatur: nō cogitat ma
lum: non gaudet ſuper iniquita/
tem, congaudet autem veritati.
Omnia ſuffert, omnia credit, om/
nia ſperat, omnia ſuſtinet. Cha/
ritas nunquam excidit: ſiue pro/
phetię euacuabuntur, ſiue linguę
ceſſabunt: ſiue ſcientia, deſtrue/
tur. Ex parte eniʒ cognoſcimus,
⁊ ex parte prophetamus. Cum
autē venerit quod perfectuʒ eſt,
euacuabitur quod ex parte eſt.
Cum eſſem paruulus, loquebar
vt paruulus, ſapiebam vt paruu/
lus, cogitabā vt paruulus Quan
do autem factus ſum vir: euacua/
ui quę erant paruuli. Uidemus
nunc per ſpeculum in ęnigmate:
tunc autem facie ad faciē. Nunc
cognoſco ex parte: tunc autē co/
gnoſcam ſicut ⁊ cognitus ſum.
Nunc autem manent, fides, ſpes,
charitas, tria hęc: maior autem
horum eſt charitas. Graduale.
Ps. Tu es deus, qui facis mirabilia
76. ſolus: notam feciſti in gentibus
virtutem tuam. ℣ Liberaſti in
brachio tuo populuʒ tuum, filios
Iſrael, ⁊ Ioſeph. Tractus.
Ps. Iubilate deo omnis terra: ſerui
99. te domino in lętitia. Intrate
in conſpectu eius in exultatione:
ſcitote, quod dominus ipſe eſt
deus. ℣. Ipſe fecit nos, ⁊ nō ipſi
nos: nos autem populus eius, ⁊
oues paſcuę eius.

Sequentia ſancti euangelij
ſecundum Lucam.



In illo tēpo/ ca.
re. Aſſum/ 18.
pſit Ieſus duode/
ciʒ diſcipulos ſuos
ſecreto, ⁊ ait illis.
Ecce aſcendimus
Hieroſolymaʒ: ⁊
cōſummabuntur omnia quę ſcri/
pta ſunt per prophetas de filio
hominis. Tradetur enim Genti
bus, ⁊ illudetur, ⁊ flagellabitur, ⁊
conſpuetur. Et poſtquaʒ flagel/
lauerint, occident euʒ: ⁊ die tertia
reſurget. Et ipſi nihil horū intel/
lexerunt. Erat autē verbū iſtud
abſconditum ab eis: ⁊ non intelli
gebant quę dicebantur. Factum
eſt autem, cum appropinquaret
Iericho, cęcus quidam ſedebat
ſecus viaʒ, mendicans. Et cū au/
diret turbā prętereuntem, inter/
rogabat quid hoc eſſet. Dixerūt
autem ei, quod Ieſus Nazare/
nus trāſiret. Et clamauit dicēs.
Ieſu fili Dauid miſerere mei.
Et qui pręibāt, increpabant eū,
vt taceret. Ipſe vero multo ma/
gis clamabat. Fili Dauid miſere/
re mei. Stans autez Ieſus, iuſ/
ſit illum adduci ad ſe. Et cuʒ ap/
propinquaſſet, interrogauit illū,
dicēs. Quid tibi vis faciam? At
ille dixit. Domine, vt videaʒ. Et
dixit illi Ieſus. Reſpice. Fides
tua te ſaluum fecit. Et confeſtim

vidit: ⁊ ſequebatur illum, magni
ficans deum. Et omnis plebs vt
vidit, dedit laudē deo. Offerto.
Ps. Benedictus es domine, doce
118 me iuſtificationes tuas: in labijs
meis pronunciaui omnia iudicia
oris tui. Secreta.

Haec hoſtia, quęſumus do
mine, emundet noſtra de
licta: ⁊ ad ſacrificiū celebrandū,
ſubditorum tibi corpora, men
teſq; ſanctificet. Per dominū.

Alie Secrete.

Exaudi nos deus ſalutaris
noſter: vt, per huius ſacra
menti virtutē, a cunctis nos men
tis, ⁊ corporis hoſtibus tuearis:
gratiam tribuens in pręſenti, ⁊
gloriam in futuro. Tertia ad li
Ps. bitum. Cōmunio. Manducaue
77. runt, ⁊ ſaturati ſunt nimis, ⁊ deſi
derium eorum attulit eis domi
nus: non ſunt fraudati a deſide
rio ſuo. Poſtcom.

Quęſumus oīpotens deus:
vt q̄ celeſtia alimēta per
cepimus: per hęc contra omnia
aduerſa muniamur. Per dñm.

Alie Poſtcom.

Mundet, ⁊ muniat nos, quę
ſumus dñe, diuini ſacramē
ti munus oblatū: ⁊ intercedente
beata virgine dei genitrice Ma
ria, cū beatis apoſtolis tuis Pe
tro ⁊ Paulo, atque beato N. ⁊
omnibus ſanctis, a cunctis nos
reddat ⁊ peruerſitatibus expia
tos, ⁊ aduerſitatibus expeditos.
Tertia ad libitum. Benedica
mus dño. R. Deo gratias.

¶ Feria quarta Cinerum ante
Miſſam benedicuntur cineres fa
cti de ramis oliuę benedictis pre
teriti anni, hoc modo. Primo
cantatur Antiphona.

Exaudi nos domi Ps.
ne: quoniam beni 68.
gna eſt miſericor
dia tua: ⁊ ſecundū
multitudinem miſe
rationum tuarum reſpice nos do
mine. pſalmus. Saluum me fac
deus: quoniā intrauerunt aquę
vſq; ad animam meam. V. Glo
ria patri. repetitur. Exaudi nos.
Deinde dicitur. Dñs vobiſcū.
R. Et cū ſpiritu tuo. Oremus.

Omnipotens ſempiterne
deus, parce pęnitentibus,
propitiare ſupplicantibus: ⁊ mit
tere digneris ſanctū angelū tuū
de celis, qui bene ✠ dicat, ⁊ ſan
cti ✠ ficet hos cineres: vt ſint re
mediū ſalubre omnibus nomen
ſanctum tuum humiliter implo
rantibus: ac ſemetipſos pro con
ſcientia delictorum ſuorum accu
ſantibus: ante conſpectum diui
ne clementię tuę facinora ſua de
plorantibus: vel ſereniſſimā pie
tatem tuā ſuppliciter obnixeq;
flagitantibus: ⁊ pręſta per inuo
cationē ſanctiſſimi nominis tui:
vt, quicūq; eos ſuper ſe aſperſe
runt,

rint, pro redemptione peccato/
rum ſuorum, corporis ſanitatem,
⁊ animę tutelaʒ percipiant. Per
Chriſtum dominum noſtrum.
℟. Amen. Oremus.
Deus, qui non morteʒ, ſed
penitentiaʒ deſideras pec
catorum: fragilitatem conditio/
nis humanę benigniſſime reſpi/
ce, ⁊ hos cineres, quos cauſa
proferendę humilitatis, atqʒ pro/
merendę venię, capitibus noſtris
imponi decernimus, bene ✠ di/
cere pro tua pietate dignare: vt,
qui nos cinerem eſſe, ⁊ ob pra/
uitatis noſtrę meritum in pulue/
rem reuerſuros cognoſcimus:
peccatorum omnium veniam, ⁊
pręmia penitentibus repromiſ/
ſa, miſericorditer conſequi me/
reamur. Per Chriſtum domi/
num noſtrum. ℟. Amen.
Oremus.
Deus, qui humiliatione fle
cteris, ⁊ ſatiſfactione pla/
caris: aurem tuę pietatis incli
na precibus noſtris: ⁊ capitibus
ſeruorum tuorum, horum cine/
rum aſperſione attactis, effunde
propitius gratiaʒ tuę bene ✠ di/
ctionis: vt eos, ⁊ ſpiritu compun/
ctionis repleas, ⁊ quę iuſte po/
ſtulauerint, efficaciter tribuas: ⁊
conceſſa perpetua ſtabilitate in/
tactos manere decernas. Per
Chriſtum dominum noſtrum.
℟. Amen.

Oremus.
Omnipotens ſempiterne
deus, qui Niniuitis, in cine
re ⁊ cilicio penitentibus, indulgē
tię tuę remedia pręſtitiſti: conce/
de propitius: vt ſic eos imitemur
habitu, quatenus venię proſe/
quamur obtentu. Per dominuʒ
noſtrum Ieſum Chriſtum filiuʒ
tuum. Qui tecum viuit ⁊ regnat.
Completa cinerum benedictio/
ne, primo imponitur cinis ſacer/
doti celebraturo Miſſaʒ ab alio
ſacerdote, ſi adeſt: alioquin ipſe/
met ſacerdos genibus flexis co/
ram altari ſibi ipſi cineres impo/
nit: ⁊ cantatur ſtatim a choro
Antiphona.
Immutemur habitu, in ci Io.
nere ⁊ cilicio: ieiunemus, ⁊ 2.
ploremus ante dn̄m: quia mul/
tū miſericors eſt dimittere pecca
ta noſtra deus noſter. Alia an̄a.
Inter veſtibulum ⁊ altare plo Io.
rabunt ſacerdotes, ⁊ miniſtri do 2.
mini, ⁊ dicent: parce domine, par
ce populo tuo: ⁊ ne claudas ora
canentiuʒ te domine. Sequitur.
℟. Emendemus in melius, quę
ignoranter peccauimus: ne ſubi/
to pręoccupati die mortis; quę/
ramus ſpatium penitentię, ⁊ in/
uenire non poſſimus. Attende
domine, ⁊ miſerere: quia peccaui
mus tibi. ℣. Adiuua nos deus Ps.
ſalutaris noſter: ⁊ propter hono 78.
rem nominis tui domine libera

nos. Attẽde dominẽ. ℣. Glo/ria patri. Attende. Sacerdos vero dum cantantur antiphone, & reſponſorium: primo, miniſtris flexibus genibus flexis coram altari, imponit cinerem, dicens.

ge. 3. Memẽto homo quia puluis es, & in puluerem reuerteris.

Poſtea veniũt alii primo clerus per ordinem, deinde populus: & genibus flexis ante altare ſigillatim recipiũt cineres a ſacerdote, vt dictum eſt de miniſtris. Completa cinerum datione dicitur.

Dominus vobiſcũ. Oremus.

Oratio.

Concede nobis dñe pręſidia militię Chriſtianę ſanctis inchoare ieiuniis: vt contra ſpirituales nequitias pugnaturi, continentię muniamur auxiliis. Per Chriſtum dñm noſtrum. ℟. Amen.

[illegible] Miſſa. Statio [illegible] Sabinam.

[illegible]

ſa/pi. 11. Misereris omniũ domine, & nihil odiſti eorũ quę feciſti: diſſimulans peccata hominum propter pęnitentiam: & parcens illis: quia tu es dominus deus noſter. Pſalmus.

ps. 56. Miſerere mei deus, miſerere mei: quoniam in te confidit anima mea. ℣. Gloria patri & filio & ſpiritui ſancto.

Oremus.

Preſta domine fidelibus tuis: vt ieiuniorum veneranda ſollemnia, & congrua pietate ſuſcipiant, & ſecura deuotione percurrant. Per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum.

¶ Ab hac die vſque ad Dominicam de paſſione poſt orationẽ diei dicuntur duę ſequentes orationes.

Ad poſcẽda ſuffragia ſanctorũ.

Oratio.

A Cunctis nos, quęſumus domine, mẽtis & corporis defende periculis: & intercedente beata & glorioſa ſemperq; virgine dei genitrice Maria, cum beatis apoſtolis tuis Petro & Paulo, atque beato N. & omnibus ſanctis, ſalutem nobis tribue benignus & pacem: vt deſtructis aduerſitatibus & erroribus vniuerſis, eccleſia tua ſecura tibi ſeruiat libertate.

Pro viuis & defunctis. Oratio.

Omnipotens ſempiterne deus, qui viuorũ dominaris ſimul & mortuorũ, omniumq; miſereris, quos tuos fide & opere futuros eſſe pręnoſcis: te ſupplices exoramus: vt pro quibus effundere preces decreuimus: quoſque, vel pręſens ſeculũ adhuc in carne retinet, vel futurum iam exutos corpore ſuſcepit: intercedentibus omnibus ſanctis tuis:

tuis: pietatis tuę clementia, om-
nium delictorum ſuorum veniaʒ
conſequantur. Per dominum.

Lectio Joelis prophetę.

c. 2 HAec dicit dominus. Con
uertimini ad me in toto
corde veſtro: in ieiunio, ⁊ fletu ⁊
planctu: ⁊ ſcindite corda veſtra, ⁊
non veſtimenta veſtra. Et con-
uertimini ad dominum deum ve
ſtrũ: quia benignus ⁊ miſericors
eſt: patiens ⁊ multę miſericordię:
⁊ preſtabilis ſuper malitia. Quis
ſcit, ſi cõuertatur, ⁊ ignoſcat deus:
⁊ relinquat poſt ſe benedictionẽ,
ſacrificiũ ⁊ libamen domino deo
noſtro? Canite tuba in Sion:
ſanctificate ieiunium: vocate cę-
tum: congregate populum: ſan-
ctificate eccleſiam: coadunate ſe-
nes: congregate paruulos, ⁊ ſugẽ
tes vbera. Egrediatur ſponſus
de cubili ſuo: ⁊ ſponſa de thala-
mo ſuo. Inter veſtibuluʒ ⁊ alta-
re plorabunt ſacerdotes miniſtri
dñi, ⁊ dicent. Parce dñe, parce
populo tuo: ⁊ ne des hereditatẽ
tuam in opprobriuʒ, vt dominen
tur eis nationes. Quare dicunt
in populis: vbi eſt deus eorum?
Zelatus eſt dominus terram ſuã:
⁊ pepercit populo ſuo. Et reſpõ
dit dominus, ⁊ dixit populo ſuo.
Ecce ego mittam vobis frumen
tum, ⁊ vinum, ⁊ oleum: ⁊ reple
bimini in eis: ⁊ non dabo vos vl
tra opprobrium in gentibus: di-
cit dominus omnipotens. Gra-
duale. Miſerere mei deus, miſe- ps.
rere mei: quoniam in te confidit 56.
anima mea. ℣. Miſit de celo, ⁊
liberauit me: dedit in opprobriũ
conculcantes me. Tractus.
Domine non ſecundum pecca- ps.
ta noſtra, quę fecimus nos: neqʒ 102
ſecundum iniquitates noſtras re-
tribuas nobis. ℣. Domine, ne ps.
memineris iniquitatum noſtra- 78.
rum antiquarum: cito anticipent
nos miſericordię tuę, quia paupe
res facti ſumus nimis.

Cum dicitur ſequens verſus ge-
nuflectitur. ℣. Adiuua nos deus
ſalutaris noſter: ⁊ propter gloriã
nominis tui domine libera nos:
⁊ propitius eſto peccatis noſtris,
propter nomen tuum.

Supradictus Tractus ab hac
die dicitur ij. iiij. ⁊ vj. feria vſqʒ
ad feriaʒ quartã maioris hebdo
madę, niſi proprius aſſignetur.

Sequentia ſancti euangelij
ſecunduʒ Mattheum.



IN illo tẽpo ca.
re. Dixit Je 6.
ſus diſcipulis ſuis.
Cum ieiunatis, no
lite fieri, ſicut hy-
pocritę, triſtes.
Exterminãt enim
facies ſuas: vt appareant homi-
nibus ieiunantes. Amen dico
vobis: receperunt mercedẽ ſuã.
Tu autem cum ieiunas, vnge ca-

 put

par tuum, ⁊ faciem tuam laua: nè
videaris hominibus ieiunans: ſed
patri tuo, qui eſt in abſcondito.
Et pater tuus, qui videt in ab-
ſcondito, reddet tibi. Nolite the-
ſaurizare vobis theſauros in ter-
ra: vbi erugo ⁊ tinea demolitur:
⁊ vbi fures effodiunt ⁊ furantur.
Theſaurizate autem vobis the-
ſauros in celo: vbi neque erugo
neque tinea demolitur: ⁊ vbi fu-
res non effodiunt nec furantur.
Ubi eſt enim theſaurus tuus, ibi
eſt ⁊ cor tuum. Offertorium.
Ps. Exaltabo te domine, quoniam
62. ſuſcepiſti me, nec delectaſti inimi-
cos meos ſuper me: domine cla-
maui ad te, ⁊ ſanaſti me. Secre.

HAc nos, quęſumus domi-
ne, his muneribus offeren-
dis conuenienter aptari, quibus
ipſius venerabilis ſacramenti ce-
lebramus exordium. Per dñm.

Alię ſecretę vſque ad Do-
minicam paſſionis.

Exaudi nos deus ſalutaris
noſter: vt per huius ſacra-
menti virtutē, a cunctis nos men-
tis, ⁊ corporis hoſtibus tuearis:
gratiam tribuens in pręſenti, ⁊
gloriam in futuro.

DEus, cui ſoli cognitus eſt
numerus electorum in ſu-
perna felicitate locandus: tribue
quęſumus: vt, intercedentibus
omnibus ſanctis tuis, vniuerſo-
rum, quos in oratione cōmenda-
tos ſuſcepimus, ⁊ omniū fideliū
nomina beatę prędeſtinationis
liber aſcripta retineat. Per do.
Prefatio. Qui corporali ieiu-
nio. Et dicitur quotidie vſq; ad
Dominicam paſſionis: etiam in
Miſſa de feſto quando propriā
non habuerit. Communio.
Qui meditabitur in lege domi- Ps.
ni die ac nocte, dabit fructum 1.
ſuū in tempore ſuo. Poſtcom.

PErcepta nobis dñe prę-
beant ſacramēta ſubſidiū:
vt tibi grata ſint noſtra ieiunia,
⁊ nobis proficiant ad medelam.
Per dominum noſtrum Jeſū.

Alię poſtcom. vſque ad Domi-
nicam paſſionis.

MUndet, ⁊ muniat nos, quę-
ſumus domine, diuini ſa-
cramenti munus oblatum: ⁊ in-
tercedente beata virgine dei ge-
nitrice Maria, cum beatis apo-
ſtolis tuis Petro ⁊ Paulo, atq;
beato N. ⁊ omnibus ſanctis: a
cunctis nos reddat, ⁊ peruerſita-
tibus expiatos, ⁊ aduerſitatibus
expeditos.

PUrificent nos, quęſumus
omnipotens ⁊ miſericors
deus, ſacramēta quę ſumpſimus:
⁊ intercedentibus omnibus ſan-
ctis tuis, pręſta: vt hoc tuum ſa-
cramentum non ſit nobis reatus
ad penam, ſed interceſſio ſaluta-
ris ad veniam: ſit ablutio ſcele-
rum, ſit fortitudo fragilium, ſit
contra

contra omnia mundi pericula fir-
mamentū, ſit viuorum atq; mor-
tuorum fidelium, remiſſio om-
nium delictorum. Per dominū
noſtrum Jeſum Chriſtum filiū
tuum, qui tecum viuit ⁊ regnat.

Deinde ſacerdos abſolute dicit. Oremus. Poſtea diaconus (ſi in officio diaconatus ſeruiat) dicit. Humiliate capite veſtra deo. Alioquin ipſe ſacerdos.

Sequitur ſuper populum

Oratio.

Inclinantes ſe domine ma-
ieſtati tuę, propitiatus in-
tende: vt qui diuino munere ſunt
refecti, cęleſtibus ſemper nutriā-
tur auxilijs. Per dominum no-
ſtrum Jeſum Chriſtum filium
tuum, qui tecum viuit ⁊ regnat.

Et hic modus dicendi orationē ſuper populū ſeruatur tantum modo in Miſſa de feria vſq; ad quartam feriam maioris hebdomadę. Benedicamus domino. ℟. Deo gratias.

¶ Feria quinta, Statio ad ſanctum Georgium.

Introitus.

Ps. 54. Dum clamarem ad do-
minum, exaudiuit vo-
cem meam ab his qui
appropinquant mi-
hi: ⁊ humiliauit eos,
qui eſt ante ſecula, ⁊ manet in
ęternum: iacta cogitatum tuum
in domino, ⁊ ipſe te enutriet.

pſalmus. Exaudi deus oratio-
nem meam, ⁊ ne deſpexeris de-
precationem meam: intende mi-
hi, ⁊ exaudi me. ℣. Gloria patri
⁊ filio. Oratio.

Deus, qui culpa offende-
ris, penitentia placaris,
preces populi tui ſupplicantis
propitius reſpice: ⁊ flagella tuę
iracundię, quę pro peccatis no-
ſtris meremur, auerte. Per do-
minum noſtrum Jeſum Chri-
ſtum filium tuum.

Ad poſcēda ſuffragia ſanctorū.

Oratio.

A Cunctis nos, quęſumus do-
mine, mētis ⁊ corporis de-
fende periculis: ⁊ intercedente
beata ⁊ glorioſa ſemperque vir-
gine dei genitrice Maria, cum
beatis apoſtolis tuis Petro ⁊
Paulo, atque beato N. ⁊ omni-
bus ſanctis, ſalutē nobis tribue
benignus ⁊ pacem: vt deſtructis
aduerſitatibus ⁊ erroribus vni-
uerſis, eccleſia tua ſecura tibi ſer-
uiat libertate.

Pro viuis ⁊ defunctis. Oratio.

Omnipotens ſempiterne
deus, qui viuorum domina-
ris ſimul ⁊ mortuorum, omnium-
que mepereris, quos tuos fide ⁊
opere futuros eſſe prenoſcis: te
ſupplices exoramus: vt pro qui-
bus effundere preces decreui-
mus, quoſque vel preſens ſecu-
lum adhuc in carne retinet, vel
futu-

futurum iam exutos corpore ſu-
ſcepit: intercedentibus omnibus
ſanctis tuis: pietatis tuę clemen-
tia, omnium delictorum ſuorum
veniam conſequantur. Per do
minum noſtrum Jeſum Chriſtū
filium tuum, qui tecum.

Lectio Iſaie prophete.

ca. In diebus illis. Aegrotauit
38. Ezechias vſqꝫ ad mortē:
⁊ introiuit ad eum Iſaias filius
Amos propheta, ⁊ dixit ei. Hęc
dicit dominus. Diſpone domui
tuę: quia morieris tu, ⁊ nō viues.
Et conuertit Ezechias faciem
ſuam ad parietē, ⁊ orauit ad do-
minū, ⁊ dixit. Obſecro domine,
memento, quęſo, quomodo am
bulauerim coram te in veritate ⁊
in corde perfecto: ⁊ quod bonū
eſt in oculis tuis fecerim. Et fle-
uit Ezechias fletu magno. Et
factum eſt verbum dñi ad Iſaiā,
dicēs. Vade, ⁊ dic Ezechię. Hęc
dicit dominus deus Dauid pa-
tris tui. Audiui orationem tuā:
⁊ vidi lachrymas tuas. Ecce, ego
adijciam ſuper dies tuos quinde
cim annos: ⁊ de manu regis Aſſy
riorum eruam te, ⁊ ciuitatem iſtā:
⁊ protegam eam. Ait dominus
omnipotens. Graduale. Iacta
pſ. cogitatum tuum in domino, ⁊ ip-
54. ſe te enutriet. ℣. Dum clamarē
ad dominum, exaudiuit vocem
meam ab his, qui appropinquāt
mihi.

Sequentia ſancti euangelij
ſecundum Mattheum.



In illo tēpo- c. 8
re. Cum in-
troiſſet Jeſus Ca-
pharnaum, acceſſit
ad eum Centurio,
rogans eū, ⁊ dicēs.
Domine, puer me-
us iacet in domo paralyticus, ⁊
male torquetur. Et ait illi Jeſus.
Ego veniam: ⁊ curabo eum. Et
reſpondens Centurio, ait. Do-
mine non ſum dignus, vt intres
ſub tectum meū: ſed tantum dic
verbo, ⁊ ſanabitur puer meus.
Nam ⁊ ego homo ſum ſub pote-
ſtate cōſtitutus, habēs ſub me mi
lites: ⁊ dico huic. Vade, ⁊ vadit.
Et alio: veni, ⁊ venit. Et ſeruo
meo: fac hoc, ⁊ facit. Audiens
autem Jeſus, miratus eſt: ⁊ ſequē
tibus ſe dixit. Amen dico vobis:
non inueni tantam fidē in Iſrael.
Dico autem vobis, quod multi
ab oriente ⁊ occidente venient, ⁊
recumbent cum Abrahā, Iſaac,
⁊ Jacob in regno celorum: filij
autē regni eijcientur in tenebras
exteriores: ibi erit fletus ⁊ ſtridor
dentium. Et dixit Jeſus Centu
rioni. Vade: ⁊ ſicut crediſti, fiat
tibi. Et ſanatus eſt puer in illa
hora. Offertorium. Ad te do- pſ.
mine leuaui animam meam: deus 24.
meus in te confido, nō erubeſcā:
neque irrideant me inimici mei:
etenim

etenim vniuerſi, qui te expectāt, non confundentur. Secreta.

SAcrificijs pręſentibus domine, quęſumus, intende placatus: vt ⁊ deuotioni noſtrę proficiant, ⁊ ſaluti. Per dñm.

Alie Secrete.

EXaudi nos deus ſalutaris noſter: vt per huius ſacramenti virtutem, a cunctis nos mẽtis ⁊ corporis hoſtibus tuearis: gratiam tribuẽs in pręſenti, ⁊ gloriam in futuro.

DEus, cui ſoli cognitus eſt numerus electorum in ſuperna felicitate locandus: tribue quęſumus: vt, intercedentibus omnibus ſanctis tuis, vniuerſorum, quos in oratione cõmendatos ſuſcepimus: ⁊ omniũ fideliũ nomina beatę prędeſtinationis liber aſcripta retineat. Per dominum noſtrum. Communio.

Ps. 50. Acceptabis ſacrificium iuſtitię, oblationes, ⁊ holocauſta, ſuper altare tuum domine.

Poſtcom.

CEleſtis doni benedictione percepta, ſupplices te deus omnipotens deprecamur: vt hoc idem nobis ⁊ ſacramenti cauſa ſit, ⁊ ſalutis. Per dñm.

Alie Poſtcom.

MUndet, ⁊ muniat nos, quęſumus domine, diuini ſacramenti munus oblatum, ⁊ intercedente beata virgine dei genitrice Maria, cum beatis apoſtolis tuis Petro ⁊ Paulo, atque beato N. ⁊ omnibus ſanctis: a cunctis nos reddat, ⁊ peruerſitatibus expiatos, ⁊ aduerſitatibus expeditos.

PUrificent nos, quęſumus omnipotens, ⁊ miſericors deus, ſacramẽta quę ſumpſimus: ⁊ intercedentibus omnibus ſanctis tuis pręſta: vt hoc tuum ſacramentum non ſit nobis reatus ad pęnam, ſed interceſſio ſalutaris ad veniam: ſit ablutio ſcelerum, ſit fortitudo fragilium, ſit cõtra omnia mundi pericula firmamentum, ſit viuorum atque mortuorum fidelium, remiſſio omniũ delictorum. Per dominum noſtrum Jeſum Chriſtum.

Super populũ. Orõ. Oremus.

Humiliate capita veſtra deo.

PArce domine, parce populo tuo: vt dignis flagellationibus caſtigatus, in tua miſeratione reſpiret. Per dominũ.

¶ Feria ſexta. Statio ad ſanctos Joannem ⁊ Paulum. Introitus.

AUdiuit dominus, ⁊ miſertus eſt mihi: dominus factus eſt adiutor meus. Pſalm. Exaltabo te domine, quoniam ſuſcepiſti me: nec delectaſti inimicos meos ſup me. ℣. Gloria patri ⁊ filio. Ps. 29.

Oratio.

Oratio.

Inchoata ieiunia, queſu-
mus domine, benigno fa-
uore proſequere: vt obſeruan-
tiam, quam corporaliter exhibe-
mus, mentibus etiam ſynceris
exercere valeamus. Per dñm.
Alię orationes, vt in feria quar-
ta Cinerum.

Lectio Iſaię prophetę.

ca. Haec dicit dominus deus.
58. Clama, ne ceſſes: quaſi
tuba, exalta vocem tuam, & an-
nuncia populo meo ſcelera eo-
rum, & domui Jacob peccata eo-
rum. Me etenim de die in diē
quęrunt, & ſcire vias meas vo-
lunt: quaſi gens quę iuſtitiam fe-
cerit, & quę iudicium dei ſui non
dereliquerit. Rogant me iudi-
cia iuſtitię: & appropinquare deo
volunt. Quare ieiunauimus, &
non aſperiſti: humiliauimus ani-
mas noſtras, & neſciſti? Ecce,
in die ieiunij veſtri inuenitur vo-
luntas veſtra: & omnes debito-
res veſtros repetitis. Ecce, ad
lites & contentiones ieiunatis: &
pecutitis pugno impie. Nolite
ieiunare ſicut vſque ad hanc diē,
vt audiatur in excelſo clamor ve-
ſter. Nunquid tale eſt ieiunium
quod elegi, per diem affligere
hominem animam ſuam? Nun-
quid, contorquere quaſi circu-
lum caput ſuum, & ſaccum & cine-
rem ſternere? Nunquid iſtud
vocabis ieiunium, & diem acce-
ptabilem domino? Nonne hoc
eſt magis ieiunium, quod elegi?
Diſſolue colligationes impieta-
tis: ſolue faſciculos deprimen-
tes. Dimitte eos, qui confracti
ſunt, liberos: & omne onus diſ-
rumpe. Frange eſurienti panem
tuum: & egenos vagoſq; induc
in domum tuam. Cum videris
nudum, operi eum: & carnem tuā
ne deſpexeris. Tunc erumpet
quaſi mane lumen tuum: & ſani-
tas tua citius orietur: & anteibit
faciem tuam iuſtitia tua: & gloria
domini colliget te. Tunc inuo-
cabis, & dominus exaudiet: cla-
mabis, & dicet: ecce adſum. Quia
miſericors ſum dominus deus
tuus. Graduale. Unam petij ps.
a domino, hanc requiram: vt in- 26.
habitē in domo domini. ℣. Ut
videam voluptatem domini, &
protegar a templo ſancto eius.
Tractus. Domine non ſecun- ps.
dum peccata noſtra, quę fecimus 102
nos: neque ſecundum iniquitates
noſtras retribuas nobis. ℣. Do- ps.
mine, ne memineris iniquitatum 78.
noſtrarum antiquarum: cito an-
ticipēt nos miſericordię tuę, quia
pauperes facti ſumus nimis. ℣.
Adiuua nos deus ſalutaris no-
ſter: & propter gloriam nominis
tui domine libera nos: & propi-
tius eſto peccatis noſtris, propter
nomen tuum.

Sequen.

Sequentia ſancti euangelij
ſecundum Mattheum.



ca. 5. IN illo tẽpo
re. Dixit Je
ſus diſcipulis ſuis.
Audiſtis, quia di
ctum eſt antiquis.
Diliges proximũ
tuum: ⁊ odio habe
bis inimicum tuum. Ego autem
dico vobis. Diligite inimicos
veſtros, benefacite his qui ode
runt vos: ⁊ orate pro perſequen
tibus ⁊ calumniantibus vos: vt
ſitis filij patris veſtri qui in celis
eſt: qui ſolem ſuum oriri facit ſu
per bonos ⁊ malos: ⁊ pluit ſuper
iuſtos ⁊ iniuſtos. Si enim dili gi
tis eos qui vos diligunt, quam
mercedem habebitis? Nonne ⁊
publicani hoc faciunt? Et ſi ſalu
taueritis fratres veſtros tantum,
quid amplius facitis? Nonne ⁊
ethnici hoc faciunt? Eſtote ergo
vos perfecti, ſicut ⁊ pater veſter
celeſtis perfectus eſt. Attendite,
ne iuſtitiam veſtram faciatis co
ram hominibus, vt videamini
ab eis: alioquin mercedem non
habebitis apud patrem veſtrũ
qui in celis eſt. Cum ergo facis
eleemoſynam, noli tuba canere
ante te, ſicut hypocritę faciunt in
ſynagogis ⁊ in vicis, vt hono
rificentur ab hominibus. Amen
dico vobis, receperunt mercedẽ
ſuam. Te autem faciente eleemo
ſynam, neſciat ſiniſtra tua quid
faciat dextera tua: vt ſit eleemo
ſyna tua in abſcondito. Et pa
ter tuus, qui videt in abſcondito,
reddet tibi.

Offertorium.

Domine, viuifica me ſecundum ps.
eloquium tuum: vt ſciã teſtimo 118
nia tua.

Secreta.

SAcrificium dñe obſeruan
tię quadrageſimalis quod
offerimus, pręſta, quęſumus, vt
tibi ⁊ mentes noſtras reddat ac
ceptas, ⁊ continentię promptuo
ris nobis tribuat facultatem.
Per dominum noſtrum.

Alię Secretę, vt in feria quarta
Cinerum.

Communio.

Seruite dño in timore, ⁊ exulta ps.
te ei cum tremore: apprehendi 2.
te diſciplinã, ne pereatis de via
iuſta.

Poſtcom.

SPiritũ nobis domine tuę
charitatis infunde: vt, quos
vno pane celeſti ſatiaſti, tua fa
cias pietate concordes. Per do
minum noſtrũ Jeſum Chriſtũ.

Alię poſtcom. vt in feria quarta
Cinerum.

Super populum. Oremus.

Humiliate capita veſtra deo.

TUere dñe populum tuum:
⁊ ab omnibus peccatis cle
menter emunda: quia nulla ei no
cebit aduerſitas, ſi nulla ei domi
netur iniquitas. Per dominum
noſtrum Jeſum Chriſtum filiũ
tuum. Qui tecum viuit.

Sab-

¶ Sabbato. Statio ad ſanctũ Triphonem. Introitus.

ps. 29. Adiuuit dñs, ⁊ miſertus eſt mihi: dominus factus eſt adiutor meus. Pſalmus. Exaltabo te domine, quoniã ſuſcepiſti me: nec delectaſti inimicos meos ſuper me. ℣. Gloria patri ⁊ filio.

Oremus.

Adeſto domine ſupplicationibus noſtris, ⁊ cõcede, vt hoc ſollemne ieiunium, quod animis, corporibuſq; curandis ſalubriter inſtitutum eſt, deuoto ſeruitio celebremus. Per dñm.

Alię orationes, vt in feria quarta Cinerum.

Lectio Iſaię prophetę.

ca. 58. Haec dicit dominus deus. Si abſtuleris de medio tui catenam, ⁊ deſieris digitũ extendere, ⁊ loqui quod non prodeſt: cũ effuderis eſurienti animam tuam, ⁊ animam afflictã repleueris: tunc orietur in tenebris lux tua, ⁊ tenebrę tuę erunt ſicut meridies. Et requiem dabit tibi dñs deus tuus ſemper: ⁊ implebit ſplendoribus animam tuam: ⁊ oſſa tua liberabit. Et eris quaſi hortus irriguus: ⁊ ſicut fons aquarum, cuius non deficient aquę. Et ędificabuntur in te deſerta ſeculorum: fundamenta generationis ⁊ generationis ſuſcitabis. Et vocaberis ędificator ſepiũ, cõuertens ſemitas in quietẽ. Si auerteris a ſabbato pedem tuũ, facere voluntatem tuã in die ſancto meo: ⁊ vocaueris ſabbatum delicatum, ⁊ ſanctum domini glorioſum: ⁊ glorificaueris eũ dum non facis vias tuas, ⁊ non inueniatur voluntas tua, vt loquaris ſermonem: tunc delectaberis ſuper domino: ⁊ ſuſtollam te ſuper altitudinẽ terrę: ⁊ cibabo te hęreditate Iacob patris tui. Os enim domini locutum eſt. Graduale.

Unam petij a domino, hanc requiram, vt inhabitem in domo domini. ps. 26. ℣. Ut videam voluptatẽ domini: ⁊ protegar a templo ſancto eius.

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Marcum.



In illo tẽpore. ca. 6. Cum ſero eſſet factum, erat nauis in medio mari, ⁊ Ieſus ſolus in terra. Et vidit diſcipulos ſuos laborantes in remigando. Erat enim vẽtus contrarius eis. Et circa quartã vigiliã noctis venit ad eos ambulans ſupra mare: ⁊ volebat pręterire eos. At illi vt viderunt eũ ambulantẽ ſupra mare, putauerũt phantaſma eſſe: ⁊ exclamauerunt. Oẽs enim eũ viderũt: ⁊ cõturbati ſunt. Et

ſtatim

ſtatim locutus eſt cū eis: ⁊ dixit il/
lis. Confidite. Ego ſum: nolite
timere. Et aſcēdit ad illos in na/
uim: ⁊ ceſſauit ventus. Et plus
magis intra ſe ſtupebant. Non
enim intellexerunt de panibus.
Erat enim cor illoꝝ obcęcatū.
Et cum transfretaſſent, venerūt
in terram Geneſareth: ⁊ appli/
cuerunt. Cumque egreſſi eſſent
de naui, continuo cognouerunt
eū. Et percurrentes vniuerſā
regionem illam, cęperunt in gra/
batis eos qui ſe male habebant
circumferre, vbi audiebant eum
eſſe. Et quocunque introibat,
in vicos, vel in villas, aut in ciui/
tates: in plateis ponebant infir/
mos, ⁊ deprecabantur eum, vt
vel fimbriā veſtimenti eius tan/
gerent. Et quoquot tangebant
eum, ſalui fiebant. Offertorium.
Pſ. Domine viuifica me ſecundum
18. eloquium tuum, vt faciam teſti/
monia tua. Secreta.

Suſcipe dñe ſacrificium, cu/
ius te voluiſti dignanter
immolatione placari: pręſta quę/
ſumus: vt huius operatione my/
ſterij mundati, beneplacitum ti/
bi noſtrę mentis offeramus affe/
ctum. Per dominum noſtrum
Jeſum Chriſtum filium tuum.
Alię Secretę, vt in feria quarta
Cinerum. Communio.
Pſ. Seruite domino in timore, ⁊
2. exultate ei cum tremore: appre/
hendite diſciplinam, ne pereatis
de via iuſta. Poſtcom.

Celeſtis vitę munere ve/
getati, quęſumus domine:
vt quod eſt nobis in pręſenti vita
myſteriū, fiat ęternitatis auxiliū.
Per dñm. Alię poſtcom. vt in
feria quarta Cinerum.
Super populum. Oremus.
Humiliate capita veſtra deo.

Fideles tui deus per tua
dona firmentur: vt eadē ⁊
percipiendo requirant, ⁊ quęren
do ſine fine percipiāt. Per dñm.

¶ Dominica prima in quadra/
geſima. Statio ad ſanctum
Joannem in Laterano.

Introitus.



Inuocabit me, Pſ.
⁊ ego exaudiā 90.
eū: eripiam eū, ⁊ glo
rificabo eū: longitu/
dine dierū adimple/
bo eum. Pſal. Qui
habitat in adiutorio
altiſſimi: in ꝓtectione dei cęli cō/
morabit. ℣. Gloria. Oremus.

Deus, qui eccleſiam tuā an
nua quadrageſimali ob/
ſeruatione purificas: pręſta fami/
lię tuę: vt, quod a te obtinere ab/
ſtinendo nititur: hoc bonis operi
bus exequatur. Per dominum.
Ad poſcēda ſuffragia ſanctoꝝ.
Oratio.

Cunctis nos, quęſumus do
mine, mētis ⁊ corporis de/
fende

ſende periculis: ⁊ intercedente beata ⁊ glorioſa ſemperq; virgine dei genitrice Maria, cū beatis apoſtolis tuis Petro ⁊ Paulo, atque beato N. ⁊ omnibus ſanctis, ſalutem nobis tribue benignus ⁊ pacem: vt deſtructis aduerſitatibus ⁊ erroribus vniuerſis, eccleſia tua ſecura tibi ſeruiat libertate.

Pro viuis ⁊ defunctis. Oratio.

Omnipotens ſempiterne deus, qui viuorū dominaris ſimul ⁊ mortuorum, omniumque misereris, quos tuos fide ⁊ opere futuros eſſe prænoſcis: te ſupplices exoramus: vt pro quibus effundere preces decreuimus: quoſque, vel præſens ſeculū adhuc in carne retinet, vel futurū iam exutos corpore ſuſcepit: intercedentibus omnibus ſanctis tuis: pietatis tuæ clementia, omnium delictorum ſuorum veniā conſequantur. Per dominum.

Lectio epiſtolę beati Pauli apoſtoli ad Corinthios.

2. c. 6. Fratres. Hortamur vos, ne in vacuum gratiam dei recipiatis. Ait enim. Tempore accepto exaudiui te: ⁊ in die ſalutis adiuui te. Ecce, nunc tempus acceptabile: ecce, nunc dies ſalutis. Nemini dantes vllam offenſionem: vt non vituperetur miniſterium noſtrum. Sed in omnibus exhibeamus noſmetipſos, ſicut dei miniſtros; in multa patientia, in tribulationibus, in neceſſitatibus, in anguſtijs, in plagis, in carceribus, in ſeditionibus, in laboribus, in vigilijs, in ieiunijs, in caſtitate, in ſcientia, in longanimitate, in ſuauitate, in ſpiritu ſancto: in charitate non ficta, in verbo veritatis, in virtute dei: per arma iuſtitię a dextris ⁊ a ſiniſtris: per gloriam ⁊ ignobilitatem: per infamiam ⁊ bonam famam: vt ſeductores ⁊ veraces: ſicut qui ignoti ⁊ cogniti: quaſi morientes, ⁊ ecce viuimus: vt caſtigati, ⁊ nō mortificati: quaſi triſtes, ſemper autē gaudentes: ſicut egentes, multos autem locupletantes: tanquam nihil habentes, ⁊ omnia poſſidentes. Graduale.

Angelis ſuis deus mandauit de te, vt cuſtodiant te in omnibus vijs tuis. ℣. In manibus portabunt te, ne vnquam offendas ad lapidem pedem tuum. Tractus. Ps. 90.

Qui habitat in adiutorio altiſſimi, in protectione dei cęli cōmorabitur. Dicet domino ſuſceptor meus es tu, ⁊ refugiū meū: deus meus ſperabo in eum. Ps. 90.

Quoniā ipſe liberauit me de laqueo venātiū, ⁊ a verbo aſpero.

Scapulis ſuis obumbrabit tibi, ⁊ ſub pennis eius ſperabis.

Scuto circundabit te veritas eius: non timebis a timore nocturno. A ſagitta volante per diem,

dies, a negotio perambulante in tenebris, a ruina ⁊ demonio meridiano. Cadet a latere tuo mille, ⁊ decem millia a dextris tuis: tibi autem non appropinquabit. Quoniam angelis ſuis mandauit de te, vt cuſtodiant te in omnibus vijs tuis. In manibus portabunt te, ne vnquam offendas ad lapidem pedem tuum. Super aſpidem ⁊ baſiliſcum ambulabis, ⁊ conculcabis leonem ⁊ draconem. Quoniã in me ſperauit, liberabo eum: protegam eum, quoniam cognouit nomen meum. Inuocabit me, ⁊ ego exaudiam eum: cum ipſo ſum in tribulatione. Eripiam eum, ⁊ glorificabo euz: longitudine dierum adimplebo eum: ⁊ oſtendã illi ſalutare meum.

Sequentia ſancti euangelij ſecunduz Mattheum.



ca. 4. In illo tempore. Ductus eſt Jeſus in deſertum a ſpiritu, vt tẽtaretur a diabolo. Et cuz ieiunaſſet quadraginta diebus, ⁊ quadraginta noctibus, poſtea eſurijt. Et accedens tentator, dixit ei. Si filius dei es, dic vt lapides iſti panes fiãt. Qui reſpondens dixit. Scriptũ eſt. Nõ in ſolo pane viuit homo: ſed in omni verbo, quod procedit de ore dei. Tunc aſſumpſit eum diabolus in ſanctã ciuitatẽ: ⁊ ſtatuit eũ ſupra pinnaculuz templi, ⁊ dixit ei. Si filius dei es, mitte te deorſum. Scriptum eſt enim. Quia angelis ſuis mandauit de te, ⁊ in manibus tollent te, ne forte offendas ad lapidem pedem tuũ. Ait illi Jeſus rurſum. Scriptum eſt. Non tentabis dñm deũ tuum. Iterum aſſumpſit eũ diabolus in montem excelſum valde: ⁊ oſtẽdit ei omnia regna mundi, ⁊ gloriã eorũ: ⁊ dixit illi. Hec omnia tibi dabo, ſi cadens adoraueris me. Tunc dixit ei Jeſus. Uade ſatana, ſcriptum eſt enim. Dñm deum tuum adorabis: ⁊ illi ſoli ſeruies. Tunc reliquit euz diabolus: ⁊ ecce angeli acceſſerunt, ⁊ miniſtrabant ei. Credo.

Offertorium. Scapulis ſuis obumbrabit tibi dominus, ⁊ ſub pennis eius ſperabis: ſcuto circundabit te veritas eius. Ps. 90.

Secreta.

Sacrificiuz quadrageſimalis initij ſollemniter immolamus, te domine deprecantes: vt cum epularuz reſtrictione carnalium, a noxijs quoque voluptatibus temperemur. Per dominum noſtrum.

Alie Secrete.

Exaudi nos deus ſalutaris noſter: vt per huius ſacramenti virtutẽ, a cunctis nos mentis, ⁊ corporis hoſtibus tuearis: gratiam

gratiam tribuens in preſenti, ⁊ gloriam in futuro.

DEus, cui ſoli cognitus eſt numerus electorũ in ſuperna felicitate locãdus: tribue queſumus: vt, intercedentibus omnibus ſanctis tuis, vniuerſorum, quos in oratione commendatos ſuſcepimus, ⁊ omnium fidelium nomina beatę prędeſtinationis liber aſcripta retineat. Per dñm.

Communio. Scapulis ſuis obumbrabit tibi dominus, ⁊ ſub pennis eius ſperabis: ſcuto circundabit te veritas eius. Poſtcom.

QUi nos domine ſacramenti libatio ſancta reſtauret: ⁊ a vetuſtate purgatos, in myſterij ſalutaris facias tranſire conſortium. Per dominum noſtrum.

Alię poſtcom.

MUndet, ⁊ muniat nos, queſumus domine, diuini ſacramenti munus oblatum: ⁊ intercedente beata virgine dei genitrice Maria, cum beatis apoſtolis tuis Petro ⁊ Paulo, atque beato N. ⁊ omnibus ſanctis: a cunctis nos reddat ⁊ peruerſitatibus expiatos, ⁊ aduerſitatibus expeditos.

PUrificent nos, queſumus omnipotens, ⁊ miſericors deus, ſacramẽta quę ſumpſimus: ⁊ intercedentibus omnibus ſanctis tuis pręſta: vt hoc tuum ſacramentum non ſit nobis reatus ad pęnam, ſed interceſſio ſalutaris ad veniam: ſit ablutio ſcelerum, ſit fortitudo fragilium, ſit contra omnia mundi pericula firmamentum, ſit viuorum atque mortuorum fideliũ remiſſio omnium delictorũ. Per dominũ.

¶ Feria ſecũda. Statio ad ſanctum Petrum ad vincula.

Introitus.

SIcut oculi ſeruorum in manibus dominorum ſuorum: ita oculi noſtri ad dominum deum noſtrum, donec miſereatur noſtri: miſerere noſtri domine, miſerere noſtri. Ps. 122 Pſalmus. Ad te leuaui oculos meos, qui habitas in celis. ℣. Gloria patri ⁊ filio. Oratio.

COnuerte nos deus ſalutaris noſter: ⁊ vt nobis ieiunium quadrageſimale proficiat, mẽtes noſtras cęleſtibus inſtrue diſciplinis. Per dominum.

Alię orationes, vt in Dominica precedenti.

Lectio Ezechielis prophete. ca. 34.

HAec dicit dñs deus. Ecce, ego ipſe requirã oues meas: ⁊ viſitabo illas. Sicut viſitat paſtor gregem ſuum in die quando fuerit in medio ouium ſuarum diſſipatarum: ſic viſitabo oues meas, ⁊ liberabo eas de omnibus locis in quibus diſperſę fuerant in die nubis ⁊ caliginis.

Et

Et educam eas de populis: ⁊ congregabo eas de terris: ⁊ inducam eas in terram ſuam: ⁊ paſcam eas in montibus Iſrael, in riuis, ⁊ in cunctis ſedibus terre. In paſcuis vberrimis paſcā eas: ⁊ in montibus excelſis Iſrael erunt paſcua earum. Ibi requieſcent in herbis virētibus: ⁊ in paſcuis pinguibus paſcentur ſuper montes Iſrael. Ego paſcā oues meas: ⁊ ego eas accubare faciā, dicit dominus deus. Quod perierat, requiram: ⁊ quod abiectum erat, reducam: ⁊ quod confractū fuerat, alligabo: ⁊ quod infirmū fuerat, conſolidabo: ⁊ quod pingue ⁊ forte, cuſtodiam. Et paſcā illas in iudicio, dicit dominus omnipotens.

Graduale.
ps. Protector noſter aſpice deus,
83. ⁊ reſpice ſuper ſeruos tuos. ℣.
Domine deus virtutum exaudi
preces ſeruorum tuorum.
ps. Tractus. Domine, non ſecun/
102 dum peccata noſtra, quę fecimus
nos: neque ſecundum iniquitates noſtras retribuas nobis. ℣. Domine, ne memineris iniquitatum noſtrarum antiquarum: cito anticipent nos miſericordie tue, quia pauperes facti ſumus nimis. ℣. Adiuua nos deus ſalutaris noſter, ⁊ propter gloriam nominis tui domine libera nos: ⁊ propitius eſto peccatis noſtris prōpter nomen tuum.

Sequentia ſancti euangelij ſecundū Matheum.



In illo tēpo ca.
re. Dixit Ie 25.
ſus diſcipulis ſuis. Cū venerit filius hominis in maieſtate ſua, ⁊ omnes angeli eius cū eo: tunc ſedebit ſuper ſedem maieſtatis ſue. Et congregabuntur ante eum omnes gentes: ⁊ ſeparabit eos ab inuicē: ſicut paſtor ſegregat oues ab hedis. Et ſtatuet oues quidem a dextris ſuis: hedos autem a ſiniſtris. Tunc dicet rex his qui a dextris eius erūt. Venite benedicti patris mei: poſſidete paratum vobis regnum a cōſtitutione mūdi. Eſuriui enim: ⁊ dediſtis mihi manducare. Sitiui: ⁊ dediſtis mihi bibere. Hoſpes eram: ⁊ collegiſtis me. Nudus: ⁊ operuiſtis me. Infirmus: ⁊ viſitaſtis me. In carcere eram: ⁊ veniſtis ad me. Tunc reſpondebunt ei iuſti, dicentes. Domine, quando te vidimus eſurientem, ⁊ pauimus te: ſitientem, ⁊ dedimus tibi potum? Quando autem te vidimus hoſpitem, ⁊ collegimus te? aut nudum, ⁊ cooperuimus te? Aut quando te vidimus infirmum, aut in carcere: ⁊ venimus ad te? Et reſpondens rex, dicet illis. Amen dico vobis: quandiu feciſtis vni de his fratri

bus meis minimis, mihi feciſtis. Tunc dicet ⁊ his, qui a ſiniſtris eius erunt. Diſcedite a me maledicti, in ignem ęternum, qui paratus eſt diabolo ⁊ angelis eiuſ. Eſuriui enim: ⁊ non dediſtis mihi manducare. Sitiui: ⁊ non dediſtis mihi potũ. Hoſpes eram: ⁊ non collegiſtis me. Nudus: ⁊ non operuiſtis me. Infirmus, ⁊ in carcere: ⁊ non viſitaſtis me. Tunc reſpondebunt ei ⁊ ipſi, dicentes. Domine, quando te vidimus eſurientem, aut ſitientem, aut hoſpitem, aut nudum, aut infirmum, vel in carcere: ⁊ non miniſtrauimus tibi? Tunc reſpondebit illis, dicens. Amen dico vobis: quandiu non feciſtis vni de minoribus his, nec mihi feciſtis. Et ibunt hi in ſupplicium ęternum: iuſti autem in vitam ęter-
ps. nam. Offertorium. Leuabo
118 oculos meos ⁊ conſiderabo mirabilia tua domine, vt doceas me iuſtitias tuas: da mihi intellectũ, ⁊ diſcam mandata tua.

Secreta.

Munera tibi domine oblata ſanctifica: noſque a peccatorum noſtrorũ maculis emunda. Per dominum noſtrum.

Alię Secretę, vt in Dñica pręcedenti. Communio. Amen dico
ma 25. vobis: quod vni ex minimis meis feciſtis, mihi feciſtis: venite benedicti patris mei, poſſidete paratum vobis regnũ ab initio ſeculi.

Poſtcom.

Salutaris tui domine munere ſatiati, ſupplices exoramus: vt cuius lętamur guſtu, renouemur effectu. Per dominum noſtrum Jeſum Chriſtum.

Alię poſtcom. vt in Dominica pręcedenti.

Super populum. Oremus. Humiliate capita veſtra deo.

Abſolue, quęſumus dñe, noſtrorũ vincula peccatorũ: ⁊ quicquid pro eis meremur, propitiatus auerte. Per dominũ.

¶ Feria tertia. Statio ad ſanctam Anaſtaſiam. Introitus.

Domine refugium factus es nobis a generatione in generationem: a ſeculo ⁊ in ſeculum tu es. pſalmus. ps. 89.
Priuſquam montes fierent, aut formaretur terra ⁊ orbis, a ſeculo ⁊ vſque in ſeculum tu es deus. ℣. Gloria patri. Oratio.


Reſpice dñe familiam tuã, ⁊ pręſta: vt apud te mens noſtra tuo deſiderio fulgeat, quę ſe carnis maceratione caſtigat. Per dominum. Alię orationes, vt in Dominica pręcedenti.

Lectio Iſaię prophetę.

In diebus illis. Locutus ca.
eſt Iſaias propheta, dicẽs. 55.
Quęrite dominum, dum inueniri poteſt: inuocate eum, dum prope eſt.

eſt. Derelinquat impius viam
ſuam, ⁊ vir iniquus cogitationes
ſuas: ⁊ reuertatur ad dominum,
⁊ miſerebitur eius: ⁊ ad deum no
ſtrum, quoniam multus eſt ad
ignoſcendum. Non enim cogita
tiones meę, cogitationes veſtrę:
neque vię veſtrę, vię meę, dicit
dominus. Quia ſicut exaltantur
celi a terra: ſic exaltatę ſunt vię
meę a viis veſtris, ⁊ cogitationes
meę a cogitationibus veſtris. Et
quomodo deſcendit imber ⁊ nix
de celo, ⁊ illuc vltra non reuerti
tur: ſed inebriat terram, ⁊ infun
dit eam, ⁊ germinare eam facit, ⁊
dat ſemen ſerenti, ⁊ panem come
denti. Sic erit verbū meū quod
egredietur de ore meo: non re
uertetur ad me vacuum, ſed fa
ciet quęcunque volui, ⁊ proſpera
bitur in his ad quę miſi illud, ait
dominus omnipotens. Gradu.
Ps. 140 Dirigatur oratio mea, ſicut in
cenſum in conſpectu tuo domine.
℣. Eleuatio manuum mearum
ſacrificium veſpertinum.

Sequentia ſancti euangelij
ſecundum Mattheum.



ca. 21. In illo tēpo
re. Cum in
traſſet Jeſus Hie
roſolymam, com
mota eſt vniuerſa
ciuitas, dicens.
Quis eſt hic? Po
puli autem dicebant. Hic eſt Je
ſus propheta, a Nazareth Gali
leę. Et intrauit Jeſus in templum
Dei: ⁊ eiiciebat omnes vendē
tes ⁊ ementes in templo: ⁊ men
ſas numulariorum, ⁊ cathedras
vendentiū columbas euertit. Et
dixit eis. Scriptum eſt. Domus
mea, domus orationis vocabit:
vos autē feciſtis illam ſpeluncā la
tronū. Et acceſſerunt ad eū ceci,
⁊ claudi in tēplo: ⁊ ſanauit eos.
Videntes autem principes ſacer
dotum ⁊ ſcribę, mirabilia quę fe
cit, ⁊ pueros clamātes in templo,
⁊ dicentes, hoſanna filio Dauid:
indignati ſunt, ⁊ dixerunt ei. Au
dis quid iſti dicūt? Jeſus autē di
xit eis. Vtique. Nunquam legiſtis,
quia ex ore infantiū ⁊ lactentium
perfeciſti laudē? Et relictis illis,
abiit foras extra ciuitatem in Be
thaniam: ibique manſit. Offerto.
In te ſperaui domine: dixi, tu Ps.
es deus meus, in manibus tuis 30.
tempora mea. Secreta.

Oblatis, quęſumus domi
ne, placare muneribus: ⁊ a
cunctis nos defende periculis.
Per dominum. Alię orationes,
vt in Dominica precedenti.
Communio. Cum inuocarem
te, exaudiſti me, deus iuſtitię meę: Ps.
in tribulatione dilataſti me: miſe 4.
rere mihi domine, ⁊ exaudi ora
tionem meam. Poſtcom.

Preſta, quęſumus, omnipo
tens deus: vt illius ſaluta

ris capiamus effectum, cuius per hęc myſteria pignus accepimus. Per dominum noſtrum.

Alię poſtcom. vt in Dominica precedenti.

Super populum. Oremus.

Humiliate capita veſtra deo.

Aſcendant ad te domine preces noſtrę: & ab eccleſia tua cunctam repelle nequitiā. Per dominum noſtrum.

¶ Feria quarta Quatuor tēporum Quadrag. Statio ad ſanctam Mariam maiorem. Introitus.



Ps. 24. Reminiſcere miſerationum tuarum dn̄e, & miſericordię tuę, quę a ſeculo ſunt: ne vnquā dominentur nobis inimici noſtri: libera nos deus Iſrael, ex omnibus anguſtijs noſtris. pſalmus. Ad te domine leuaui animā meam: deus meus in te confido, non erubeſcam. ℣. Gloria patri. poſt Kyrie eleiſon, dicit, Oremus. Flectamus genua. ℟. Leuate.

Preces noſtras, quęſumus domine, clemēter exaudi: & contra cuncta nobis aduerſantia, dexteram tuę maieſtatis extende. Per dominum.

Lectio libri Exodi.

ca. 24. In diebus illis. Dixit dominus ad Moyſen. Aſcende ad me in montem, & eſto ibi: daboque tibi duas tabulas lapideas: & legem, ac mandata quę ſcripſi: vt doceas filios Iſrael. Surrexerunt Moyſes, & Ioſue miniſter eius: aſcendenſque Moyſes in montē dei, ſenioribus ait. Expectate hic, donec reuertamur ad vos. Habetis Aaron, & Hur vobiſcū. Si quid natum fuerit quęſtionis, referetis ad eos. Cumq̄ aſcēdiſſet Moyſes, operuit nubes montem: & habitauit gloria domini ſuper Sinai, tegens illū nube ſex diebus. Septimo autem die vocauit eū dn̄s de medio caliginis. Erat autem ſpecies glorię dn̄i, quaſi ignis ardens ſuper verticē montis, in conſpectu filiorum Iſrael. Ingreſſuſque Moyſes mediū nebulę, aſcendit in montem. Et fuit ibi quadraginta diebus, & quadraginta noctibus. Gradu.

Tribulationes cordis mei dilatatę ſunt: de neceſſitatibus meis erue me domine. Ps. 24. ℣. Vide humilitatē meam, & laborem meum: & dimitte omnia peccata mea.

Hic dicitur. Dominus vobiſcū.

Oremus.

Deuotionē populi tui, quęſumus domine, benignus intende: vt, qui per abſtinentiam macerantur in corpore, per fructum boni operis reficiantur in mente. Per dominum.

Alię

Alię orationes, vt in Dominica
pręcedenti.

Lectio libri Regum.

3.c. IN diebus illis. Venit Elias
19. in Berſabee Juda, ⁊ dimi-
ſit ibi puerum ſuum: ⁊ perrexit in
deſertū viam vnius diei. Cumqȝ
veniſſet, ⁊ ſederet ſubter vnam
Juniperum: petiuit animę ſuę vt
moreretur: ⁊ ait. Sufficit mihi
domine: tolle animaȝ meaȝ. Ne-
que enim melior ſum, quam pa-
tres mei. Proiecitqȝ ſe, ⁊ obdor-
miuit in vmbra Juniperi. Et ec-
ce, angelus domini tetigit eum,
dixitqȝ illi. Surge, comede. Et
reſpexit, ⁊ ecce ad caput ſuuȝ ſub-
cinericius panis, ⁊ vas aquę. Co-
medit ergo, ⁊ bibit: ⁊ rurſum ob-
dormiuit. Reuerſus eſt angelus
domini ſecundo, ⁊ tetigit eum: di-
xitqȝ illi. Surge, comede: grādis
enim tibi reſtat via. Qui cum ſur-
rexiſſet, comedit ⁊ bibit: ⁊ ambu-
lauit in fortitudine cibi illius qua-
draginta diebus ⁊ quadraginta
noctibus, vſque ad montem dei
Ps. Horeb. Tractus. De neceſſi-
24. tatibus meis eripe me domine:
vide humilitatem meam ⁊ labo-
rem meum, ⁊ dimitte omnia pec-
cata mea. ℣. Ad te domine leua-
ui animam meam, deus meus in
te confido, non erubeſcam: neqȝ
irrideant me inimici mei. ℣. Et
enim vniuerſi qui te expectant,
non confundentur: confundan-
tur omnes facientes vana.

Sequentia ſancti euangelij
ſecunduȝ Mattheum.



IN illo tēpo-
re. Acceſſe- ca.
runt ad Jeſum ſcri- 12.
bę ⁊ phariſei, dicē-
tes. Magiſter, vo-
lumus a te ſignum
videre. Qui reſpō-
dens ait illis. Generatio mala ⁊
adultera ſignū quęrit: ⁊ ſignū nō
dabit ei, niſi ſignū Jonę prophe-
tę. Sicut enim fuit Jonas in ven-
tre ceti tribus diebus ⁊ tribus no-
ctibus: ſic erit filius hominis in
corde terrę tribus diebus ⁊ tribus
noctibus. Viri Niniuitę ſurgent
in iudicio cum generatione iſta, ⁊
condemnabunt eam: quia pęni-
tentiam egerunt in prędicatione
Jonę. Et ecce plus quam Jo-
nas hic. Regina Auſtri ſurget in
iudicio cum generatione iſta, ⁊
condemnabit eam: quia venit a
finibus terrę audire ſapientiam
Salomonis. Et ecce plus, quā
Salomon hic. Cum autem im-
mundus ſpiritus exierit ab homi-
ne, ambulat per loca arida, quę-
rens requiē, ⁊ non inuenit. Tunc
dicit. Reuertar in domum meā,
vnde exiui. Et veniens, inuenit
eam vacantem, ſcopis mundatā,
⁊ ornataȝ. Tunc vadit, ⁊ aſſumit
ſeptem alios ſpiritus ſecum ne-
quiores ſe, ⁊ intrantes habitant

ibi: ⁊ fiunt nouiſſima hominis il-
lius peioꝛa pꝛioꝛibus. Sic erit ⁊
generationi huic peſſime. Ad-
huc eo loquente ad turbas: ecce,
mater eius ⁊ fratres ſtabant foris,
querentes loqui ei. Dixit autē ei
quidā. Ecce, mater tua ⁊ fratres
tui foris ſtant, querentes te. At
ipſe reſpondens dicenti ſibi, ait.
Que eſt mater mea, ⁊ qui ſunt fra
tres mei? Et extendens manū in
diſcipulos ſuos, dixit. Ecce mater
mea, ⁊ fratres mei. Quicunque
eniꝫ fecerit voluntatē patris mei
qui in celis eſt: ipſe meus frater ⁊
Ps. ſoroꝛ ⁊ mater eſt. Offerto. Me-
118. ditaboꝛ in mādatis tuis, que dilexi
valde: ⁊ leuabo manus meas ad
mandata tua, que dilexi. Secre.

Hoſtias tibi domine placa
tionis offerimus: vt ⁊ deli
cta noſtra miſeratus abſoluas, ⁊
nutantia coꝛda tu dirigas. Per
dominum. Alie Secrete, vt in
Dnica precedenti. Cōmunio.
Ps. Intellige clamoꝛem meū: inten-
5. de voci oꝛationis mee, rex meus
⁊ deus meus, quoniam ad te oꝛa-
bo domine. Poſtcom.

Tui domine perceptione ſa
cramenti: ⁊ a noſtris mun-
demur occultis: ⁊ ab hoſtiuꝫ libe
remur inſidijs. Per dominum.
Alie Poſtcom. vt in Domini
ca precedenti.

Super populum. Oremus.
Humiliate capita veſtra deo.

Mentes noſtras, queſumus
domine, lumine tue clarita
tis illuſtra: vt videre poſſimus
que agēda ſunt: ⁊ que recta ſunt,
agere valeamus. Per domi-
num noſtrum.

¶ Feria quinta. Statio ad ſan
ctum Laurentium in Pa
neperna. Introitus.

Confeſſio, ⁊ pulchri- Ps.
tudo in conſpectu e- 95.
ius: ſanctitas ⁊ magni
ficentia in ſanctifica-
tione eius. Pſalmus.
Cantate domino canticum no-
uum: cantate domino omnis ter
ra. ℣. Gloria patri ⁊ filio ⁊ ſpi-
ritui ſancto. Oremus.


Deuotionē populi tui, que-
ſumus domine, benignus
intende: vt, qui per abſtinentiam
macerantur in coꝛpoꝛe, per fru-
ctum boni operis reficiantur in
mente. Per dominum noſtruꝫ.
Alie oꝛationes, vt in Dominica
precedenti.

Lectio Ezechielis prophete.

In diebus illis. Factus eſt ca.
ſermo domini ad me, dicēs. 18.
Quid eſt, quod inter vos para-
bolā vertitis in pꝛouerbiuꝫ iſtud
in terra Iſrael, dicentes: patres
comederunt vuam acerbam, ⁊
dentes filioꝛum obſtupeſcunt?
Viuo ego, dicit dominus deus:
ſi erit vobis vltra parabola hec
in pꝛouerbium in Iſrael. Ecce,

omnes animę, meę ſunt: vt ani
ma patris, ita ⁊ anima filij, mea
eſt. Anima que peccauerit, ipſa
morietur. Et vir ſi fuerit iuſtus, ⁊
fecerit iudiciū ⁊ iuſtitiam: in mon
tibus non comederit, ⁊ oculos
ſuos non leuauerit ad idola do/
mus Iſrael: ⁊ vxorem proximi
ſui non violauerit: ⁊ ad mulierē
menſtruatā non acceſſerit: ⁊ ho/
minem nō contriſtauerit: pignus
debitori reddiderit: per vim ni/
hil rapuerit: panem ſuū eſurien
ti dederit: ⁊ nudum operuerit ve
ſtimento: ad vſurā non commo/
dauerit, ⁊ amplius non acceperit:
ab iniquitate auerterit manum
ſuam: ⁊ iudicium verum fecerit
inter virum ⁊ virum: ⁊ in pręce/
ptis meis ambulauerit, ⁊ iudicia
mea cuſtodierit, vt faciat verita/
tem: hic iuſtus eſt. Vita viuet ait
dominus deus. Graduale.
ps. Cuſtodi me domine vt pupillā
16. oculi: ſub vmbra alarum tuarum
protege me. ℣. De vultu tuo iu/
dicium meum prodeat: oculi tui
videant ęquitatem.

Sequentia ſancti euangelij
ſecundū Mattheum.



ca. In illo tem/
15. pore. Egreſ
ſus Jeſus ſeceſſit
in partes Tyri ⁊
Sydonis. Et ec
ce, mulier Chana/
nęa a finibus illis
egreſſa clamauit, dicens ei. Mi
ſerere mei dn̄e fili Dauid: filia
mea male a dęmonio vexatur.
Qui non reſpondit ei verbū. Et
accedentes diſcipuli eius, roga/
bant eum dicentes. Dimitte eā:
quia clamat poſt nos. Ipſe autē
reſpōdens, ait. Non ſum miſſus,
niſi ad oues, quę perierunt, do/
mus Iſrael. At illa venit: ⁊ ado/
rauit eum, dicens. Domine, adiu/
ua me. Qui reſpondens, ait. Nō
eſt bonum ſumere panē filiorū,
⁊ mittere canibus. At illa dixit.
Etiam domine. Nam ⁊ catelli
edunt de micis, quę cadunt de
menſa dominorum ſuorū. Tunc
reſpondens Jeſus, ait illi. O mu
lier, magna eſt fides tua. Fiat ti/
bi, ſicut vis. Et ſanata eſt filia
eius ex illa hora. Offerto.
Immittet angelus domini in cir ps.
cuitu timentium eum, ⁊ eripiet 33.
eos: guſtate, ⁊ videte, quoniam
ſuauis eſt dominus. Secreta.
Sacrificia domine, quęſu/
mus, propitius iſta nos ſal/
uent, quę medicinalibus ſunt in/
ſtituta ieiunijs. Per dominum
noſtrum Jeſum Chriſtum.
Alię Secretę, vt in Dn̄ica prę/
cedenti. Cōmunio. Panis Io.
quem ego dedero, caro mea eſt 6.
pro ſeculi vita. Poſtcom.
Tuorum nos domine largi/
tate donorum, ⁊ tempora/
libus attolle pręſidijs, ⁊ renoua
ſempi/

terius tibi aliquid cõtingat. Abijt ille homo: ⁊ nũciauit Judeis, quia Jeſus eſſet, qui fecit eum ſanum.

ps. Offerto: Benedic anima mea
102 dño, ⁊ noli obliuiſci omnes retri
butiones eius: ⁊ renouabitur ſicut aquila iuuentus tua. Secre.

Suſcipe, queſumus domine, munera noſtris oblata ſeruitijs: ⁊ tua propitius dona ſanctifica. Per dominu3 noſtrum.

Alie Secrete, vt in Dñica pre
ps. cedẽti. Communio. Erubeſcãt,
6. ⁊ conturbentur oẽs inimici mei:
auertantur retrorſu3, ⁊ erubeſcãt valde velociter. Poſtcom.

Per huius domine operationem myſterij, ⁊ vitia noſtra purgentur, ⁊ iuſta deſideria compleantur. Per dominum.

Alie Poſtcom. vt in Dominica precedenti.

Super populum. Oremus. Humiliate capita veſtra deo.

Exaudi nos miſericors de⁹ ⁊ mentibus noſtris gratie tue lumen oſtende. Per dominum noſtrum Jeſum Chriſtum.

¶ Sabbato Quatuor tempor; Quadrag. Statio ad ſanctu3 Petrum. Introitus.

ps. Intret oratio mea in
87. cõſpectu tuo: inclina
aurem tua3 ad prece3 meam domine. Pſalm. Domine deus ſalutis mee: in die clamaui, ⁊ nocte corã te. ℣. Gloria patri. Poſt kyrie eleiſon. dicitur. Oremus. Flectamus genua. ℟. Leuate.

Populum tuum, queſumus domine, propitius reſpice: atq3 ab eo flagella tue iracundie clementer auerte. Per dominu3

Lectio libri Deuteronomij.

In diebus illis: Locutus eſt ca.
Moyſes ad dominum, di 26.
cens. Reſpice dñe de ſanctuario tuo, ⁊ de excelſo celorum habitaculo: ⁊ benedic populo tuo Iſrael, ⁊ terre quam dediſti nobis, ſicut iuraſti patribus noſtris, terre lacte ⁊ melle manãti. Hodie dominus deus tuus precepit tibi, vt facias mandata eius atque iudicia: vt cuſtodias ⁊ impleas ex toto corde tuo, ⁊ ex tota anima tua. Dominum elegiſti hodie, vt ſit tibi deus: ⁊ ambules in viis eius: ⁊ cuſtodias ceremonias illius, ⁊ mandata atq3 iudicia: ⁊ obedias eius imperio. En, dominus elegit te hodie, vt ſis ei populus peculiaris, ſicut locutus eſt tibi: cuſtodias omnia precepta illius: ⁊ faciet te excelſiorem cunctis gentibus, quas creauit in laudem, ⁊ nomen, ⁊ gloriam ſua3: vt ſis populus ſanctus domini dei tui, ſicut locutus eſt tibi. Graduale.

Propitius eſto domine peccatis ps.
noſtris: ne quãdo dicant gentes, 78.
Ubi eſt deus eoru3? ℣. Adiuua nos deus ſalutaris noſter: ⁊ pro-

pter

pter honorem nominis tui domi
ne libera nos. O remus. Flecta
mus genua. ℟. Leuate.
P Rotector noſter aſpice de
us: vt, qui malorū noſtro
rum pondere premimur, perce
pta miſericordia tua, libera tibi
mente famulemur. Per dñm.

Lectio libri Deuteronomij.

ca. I N diebꝰ illis: Dixit Moy
11. ſes filijs Iſrael. Si cuſto
dieritis mandata quę ego pręci
pio vobis, ⁊ feceritis ea, vt dili
gatis dominum deum veſtrum, ⁊
ambuletis in omnibus vijs eius
adhęrentes ei: diſperdet domi
nus omnes gentes iſtas ante fa
ciem veſtram, ⁊ poſſidebitis eas
quę maiores ⁊ fortiores vobis
ſunt. Omnis locus, quem calca
uerit pes veſter, veſter erit. A de
ſerto, ⁊ Libano, ⁊ flumine magno
Euphrate, vſq; ad mare occidē
tale, erunt termini veſtri. Nullus
ſtabit contra vos. Terrorem ve
ſtrum ⁊ formidinem dabit domi
nus deus veſter ſuper omnem
terram quā calcaturi eſtis: ſicut
locutus eſt vobis dominus deus
ps. veſter. Graduale. Protector
83. noſter aſpice deus, ⁊ reſpice ſup
ſeruos tuos. ℣. Domine deus
virtutum exaudi preces ſeruorū
tuorum. O remus. Flectamus
genua. ℟. Leuate.
A Deſto quęſumus domine
ſupplicationibus noſtris:
vt eſſe, te largiente, mereamur ⁊
inter proſpera humiles, ⁊ inter
aduerſa ſecuri. Per dominum.

Lectio libri Machabęorum.

I N diebus illis: Orationem 2.c.
faciebant ſacerdotes, dum 1.
offerrent ſacrificiū pro populo
Iſrael, Ionatha inchoante, cęte
ris autem reſpondentibus ⁊ dicē
tibus. Benefaciat vobis deus:
⁊ meminerit teſtamenti ſui, quod
locutus eſt ad Abraham, Iſaac,
⁊ Iacob, ſeruorum ſuorū fideliū.
Et det vobis cor omnibus: vt co
latis eū, ⁊ faciatis eius volunta
tem corde magno ⁊ animo volē
ti. Adaperiat cor veſtrū in lege
ſua, ⁊ in pręceptis ſuis: ⁊ faciat
pacem. Exaudiat orationes ve
ſtras: ⁊ reconcilietur vobis: nec
vos deſerat in tempore malo, do
minus deus veſter. Graduale.
C onuertere domine aliquātu ps.
lū, ⁊ deprecare ſuper ſeruos tuos. 89.
℣. Domine, refugium factus es
nobis a generatione in genera
tionem. O remus. Flectamus
genua. ℟. Leuate.
P Reces populi tui, quęſu
mus dñe, clementer exau
di: vt qui iuſte pro peccatis no
ſtris affligimur, pro tui nominis
gloria miſericorditer liberemur.
Per dominum noſtrum Ieſuz.

Lectio libri Sapientię. ec

M Iſerere noſtri deus om cl.
nium ⁊ reſpice nos: ⁊ oſtē 36.
de

de nobis lucem miſerationũ tuarum: ⁊ immitte timorem tuũ ſuper gentes que non exquiſierunt te: vt cognoſcãt, quia nõ eſt deus niſi tu: vt enarrent magnalia tua. Alleua manũ tuam ſuper gentes alienas: vt videant potentiam tuam. Sicut enim in conſpectu eorum ſanctificatus es in nobis, ſic in cõſpectu noſtro magnificaberis in illis: vt cognoſcant te, ſicut ⁊ nos cognouimus, quoniã non eſt deus preter te domine. Innoua ſigna, ⁊ immuta mirabilia. Glorifica manum, ⁊ brachiũ dextrũ. Excita furorem, ⁊ effunde irã. Tolle aduerſarium, ⁊ afflige inimicum. Feſtina tempus, ⁊ memento finis: vt enarrent mirabilia tua, domine deus noſter.

Graduale. Dirigatur oratio mea, ſicut incenſum in conſpectu tuo domine. ℣. Eleuatio manuum mearum ſacrificiũ veſpertinum. Oremus. Flectamus genua. ℟. Leuate.

Actiones noſtras, queſumus dñe, aſpirando preueni, ⁊ adiuuando proſequere: vt cuncta noſtra oratio ⁊ operatio a te ſemper incipiat, ⁊ per te cepta finiatur. Per dominum.

Lectio Danielis prophete.

c. 3. In diebus illis: Angelus dñi deſcendit cum Azaria, ⁊ ſociis eius in fornacem: ⁊ excuſſit flammam ignis de fornace: ⁊ fecit medium fornacis, quaſi ventum roris flantem. Flamma autem diffuſa eſt ſuper fornacem cubitis quadragintanouẽ: ⁊ incendit quos reperit iuxta fornacem de Chaldeis miniſtros regis, qui eam incendebant. Illos autem omnino non tetigit ignis, neque contriſtauit, nec quicquam moleſtie intulit. Tunc hi tres, quaſi ex vno ore, laudabant, ⁊ glorificabant, ⁊ benedicebant deum in fornace, dicentes. Hymnus.

Benedictus es dñe deus patrum noſtrorũ. Et laudabilis, ⁊ glorioſus in ſecula. Et benedictũ nomen glorie tue, quod eſt ſanctũ. Et laudabile, ⁊ glorioſum in ſecula. Benedictus es in tẽplo ſancto glorie tue. Et laudabilis, ⁊ glorioſus in ſecula. Benedictus es ſuper thronũ ſanctũ regni tui. Et laudabilis, ⁊ glorioſus in ſecula. Benedictus es ſuper ſceptrum diuinitatis tue. Et laudabilis, ⁊ glorioſus in ſecula. Benedictus es qui ſedes ſuper cherubim, intuens abyſſos. Et laudabilis, ⁊ glorioſus in ſecula. Benedictus es qui ambulas ſuper pennas ventorũ, ⁊ ſuper vndas maris. Et laudabilis, ⁊ glorioſus in ſecula. Benedicant te omnes angeli ⁊ ſancti tui. Et laudẽt te, ⁊ glorificẽt in ſecula. Benedicant te celi, terra mare, ⁊ omnia que in eis ſunt. Et laudent te, ⁊ glo-

⁊ glorificet in ſecula. Gloria pa
tri, ⁊ filio, ⁊ ſpiritui ſancto. Et lau
dabilis, ⁊ glorioſus in ſecula. Si
cut erat in principio, ⁊ nūc, ⁊ ſem
per, ⁊ in ſecula ſeculorum, amen.
Et laudabilis ⁊ glorioſus in ſecu
la. Benedictus es dn̄e deus pa
truz noſtrorū. ℟. Et laudabilis,
⁊ glorioſus in ſecula. Hic dicitur,
℣. Dn̄s vobiſcum. Nō dicitur.
Flectamus genua. Oremus.

DEus, qui tribus pueris mi
tigaſti flammas igniuz: cō
cede propitius: vt nos famulos
tuos non exurat flamma vitiorū.
Per dominum noſtrum.

Alię orationes, vt in Dominica
pręcedenti.

Lectio epiſtolę beati Pauli apo
ſtoli ad Theſſalonicenſes.

1.c. FRatres: Rogamus vos,
5. corripite inquietos, conſo
lamini puſillanimes, ſuſcipite in
firmos, patientes eſtote ad om
nes. Videte nequis malum pro
malo alicui reddat: ſed ſemper
quod bonum eſt ſectamini in in
uicem, ⁊ in omnes. Semper gau
dete. Sine intermiſſione orate.
In omnibus gratias agite. Hęc
eſt enim voluntas dei in Chriſto
Jeſu in omnibus vobis. Spiri
tum nolite extinguere. Prophe
tias nolite ſpernere. Omnia au
tem probate: quod bonuz eſt te
nete. Ab omni ſpecie mala abſti
nete vos. Ipſe autez deus pacis
ſanctificet vos per omnia: vt in
teger ſpiritus veſter, ⁊ anima ⁊
corpus ſine querela, in aduentu
dn̄i noſtri Jeſu Chriſti ſeruetur.

Tractus. Laudate dominum Ps.
omnes gentes: ⁊ collaudate euz 116
omnes populi. ℣. Quoniā con
firmata eſt ſuper nos miſericor
dia eius: ⁊ veritas domini manet
in ęternum. Euangelium.

In illo tempore: Aſſumpſit Je
ſus Petrum ⁊ Jacobum. quęre
in ſequenti Dominica. Offerto.

Domine deus ſalutis meę, in Ps.
die clamaui ⁊ nocte coram te: in 87.
tret oratio mea in conſpectu tuo
domine. Secreta.

PRęſentibus ſacrificijs, quę
ſumus dn̄e, ieiunia noſtra
ſanctifica: vt, quod obſeruantia
noſtra profitetur exterius, inte
rius operetur. Per dominum.

Alię Secretę, vt in Dn̄ica pre
cedenti. Communio. Domine Ps.
deus in te ſperaui, libera me ab 7.
omnibus perſequentibus me, ⁊
eripe me. Poſtcom.

SAnctificationibus tuis om
nipotens deus, ⁊ vitia no
ſtra curentur, ⁊ remedia nobis
ęterna proueniant. Per dn̄m.

Alię Poſtcom. vt in Dominica
pręcedenti.

Super populum. Oremus.
Humiliate capita veſtra deo.

FIdeles tuos deus benedi
ctio deſiderata confirmet:
quę

gratiam tribuens in preſenti, & gloriam in futuro.

D Eus, cui ſoli cognitus eſt numerus electorū in ſuperna felicitate locādus: tribue queſumus: vt, intercedentibus omnibus ſanctis tuis, vniuerſorum, quos in oratione commendatos ſuſcepimus, & omnium fidelium nomina beate predeſtinationis liber aſcripta retineat. Per dn̄m.

Commu. Scapulis ſuis obumbrabit tibi dominus, & ſub pennis eius ſperabis: ſcuto circundabit te veritas eius. Poſtcom.

H Ui nos domine ſacramenti libatio ſancta reſtauret: & a vetuſtate purgatos, in myſterij ſalutaris facias tranſire conſortium. Per dominum noſtrum.

Alie poſtcom.

M Undet, & muniat nos, queſumus domine, diuini ſacramenti munus oblatum: & intercedente beata virgine dei genitrice Maria, cum beatis apoſtolis tuis Petro & Paulo, atque beato N. & omnibus ſanctis: a cunctis nos reddat & peruerſitatibus expiatos, & aduerſitatibus expeditos.

P Urificent nos, queſumus omnipotens, & miſericors deus, ſacramēta que ſumpſimus: & intercedentibus omnibus ſanctis tuis preſta: vt hoc tuum ſacramentum non ſit nobis reatus ad penam, ſed interceſſio ſalutaris ad veniam: ſit ablutio ſcelerum, ſit fortitudo fragilium, ſit contra omnia mundi pericula firmamentum, ſit viuorum atque mortuorum fidelium remiſſio omnium delictorum. Per dominum.

¶ Feria ſecūda. Statio ad ſanctum Petrum ad vincula.

Introitus.

S Icut oculi ſeruorum in manibus dominorum ſuorum: ita oculi noſtri ad dominum deum noſtrum, donec miſereatur noſtri: miſerere noſtri domine, miſerere noſtri. Pſalmus. Ad te leuaui oculos meos, qui habitas in celis. ℣. Gloria patri & filio. Ps. 122

Oratio.

C Onuerte nos deus ſalutaris noſter: & vt nobis ieiunium quadrageſimale proficiat, mētes noſtras celeſtibus inſtrue diſciplinis. Per dominum.

Alie orationes, vt in Dominica precedenti.

Lectio Ezechielis prophete. ca. 34.

H Aec dicit dn̄s deus. Ecce, ego ipſe requirā oues meas: & viſitabo illas. Sicut viſitat paſtor gregem ſuum in die quando fuerit in medio ouium ſuarum diſſipatarum: ſic viſitabo oues meas, & liberabo eas de omnibus locis in quibus diſperſe fuerant in die nubis & caliginis.

Et educam eas de populis: ⁊ congregabo eas de terris: ⁊ inducam eas in terram ſuam: ⁊ paſcam eas in montibus Iſrael, in riuis, ⁊ in cunctis ſedibus terre. In paſcuis vberrimis paſcā eas: ⁊ in montibus excelſis Iſrael erunt paſcua earum. Ibi requieſcent in herbis virētibus: ⁊ in paſcuis pinguibus paſcentur ſuper montes Iſrael. Ego paſcā oues meas: ⁊ ego eas accubare faciā, dicit dominus deus. Quod perierat, requiram: ⁊ quod abiectum erat, reducam: ⁊ quod confractū fuerat, alligabo: ⁊ quod infirmū fuerat, conſolidabo: ⁊ quod pingue ⁊ forte, cuſtodiam. Et paſcā illas in iudicio, dicit dominus omnipotens. Graduale.

Ps. Protector noſter aſpice deus,
83. ⁊ reſpice ſuper ſeruos tuos. ℣. Domine deus virtutum exaudi preces ſeruorum tuorum.

Ps. Tractus. Domine, non ſecun-
102 dum peccata noſtra, quę fecimus nos: neque ſecundum iniquitates noſtras retribuas nobis. ℣. Domine, ne memineris iniquitatum noſtrarum antiquaruꝫ: cito anticipent nos miſericordie tue, quia pauperes facti ſumus nimis. ℣. Adiuua nos deus ſalutaris noſter, ⁊ propter gloriam nominis tui domine libera nos: ⁊ propitius eſto peccatis noſtris propter nomen tuum.

Sequentia ſancti euangelij ſecunduꝫ Matheum.



In illo tēpore. ca.
Dixit Ieſus 25.
diſcipulis ſuis. Cuꝫ venerit filius hominis in maieſtate ſua, ⁊ omnes angeli eius cū eo: tunc ſedebit ſuper ſedem maieſtatis ſue. Et congregabuntur ante eum omnes gentes: ⁊ ſeparabit eos ab inuiceꝫ: ſicut paſtor ſegregat oues ab hedis. Et ſtatuet oues quidem a dextris ſuis: hedos autem a ſiniſtris. Tunc dicet rex his qui a dextris eius erūt. Venite benedicti patris mei: poſſidete paratum vobis regnum a cōſtitutione mūdi. Eſuriui eniꝫ: ⁊ dediſtis mihi manducare. Sitiui: ⁊ dediſtis mihi bibere. Hoſpes eram: ⁊ collegiſtis me. Nudus: ⁊ operuiſtis me. Infirmus: ⁊ viſitaſtis me. In carcere eram: ⁊ veniſtis ad me. Tunc reſpondebunt ei iuſti, dicentes. Domine, quando te vidimus eſurientem, ⁊ pauimus te: ſitientem, ⁊ dedimus tibi potum? Quando autem te vidimus hoſpitem, ⁊ collegimus te? aut nudum, ⁊ cooperuimus te? Aut quando te vidimus infirmum, aut in carcere: ⁊ venimus ad te? Et reſpondens rex, dicet illis. Amen dico vobis: quandiu feciſtis vni de his fratri-

bus meis minimis, mihi feciſtis. Tunc dicet ⁊ his, qui a ſiniſtris eius erunt. Diſcedite a me maledicti, in ignem ęternum, qui paratus eſt diabolo ⁊ angelis eius. Eſuriui enim: ⁊ non dediſtis mihi manducare. Sitiui: ⁊ non dediſtis mihi potũ. Hoſpes eram: ⁊ non collegiſtis me. Nudus: ⁊ non operuiſtis me. Infirmus, ⁊ in carcere: ⁊ non viſitaſtis me. Tunc reſpondebunt ei ⁊ ipſi, dicentes. Domine, quando te vidimus eſurientem, aut ſitientem, aut hoſpitem, aut nudum, aut infirmum, vel in carcere: ⁊ non miniſtrauimus tibi? Tunc reſpondebit illis, dicens. Amen dico vobis: quandiu non feciſtis vni de minoribus his, nec mihi feciſtis. Et ibunt hi in ſupplicium ęternum: iuſti autem in vitam ęter-
ps. nam. Offertorium. Leuabo
118 oculos meos ⁊ conſiderabo mirabilia tua domine, vt doceas me iuſtitias tuas: da mihi intellectũ, ⁊ diſcam mandata tua.

Secreta.

Munera tibi domine oblata ſanctifica: noſque a peccatorum noſtrorũ maculis emunda. Per dominum noſtrum.

Alię Secretę, vt in Dñica pre-
ma cedenti. Cõmunio. Amen dico
25. vobis: quod vni ex minimis meis feciſtis, mihi feciſtis: venite benedicti patris mei, poſſidete paratum vobis regnũ ab initio ſeculi.

Poſtcom.

Salutaris tui domine munere ſatiati, ſupplices exoramus: vt cuius lętamur guſtu, renouemur effectu. Per dominum noſtrum Jeſum Chriſtum.

Alię poſtcom. vt in Dominica precedenti.

Super populum. Oremus.

Humiliate capita veſtra deo.

Abſolue, quęſumus dñe, noſtrorũ vincula peccatorũ: ⁊ quicquid pro eis meremur, propitiatus auerte. Per dominũ.

¶ Feria tertia. Statio ad ſanctam Anaſtaſiam. Introitus.

Domine refugium factus es nobis a generatione in generationem: a ſeculo ⁊ in ſe- ps. 89.
culũ tu es. pſalmus.
Priuſquam montes fierent, aut formaretur terra ⁊ orbis, a ſeculo ⁊ vſque in ſeculum tu es deus. ℣. Gloria patri. Oratio.

Reſpice dñe familiam tuã, ⁊ pręſta: vt apud te mens noſtra tuo deſiderio fulgeat, quę ſe carnis maceratione caſtigat. Per dominum. Alię orationes, vt in Dominica precedenti.

Lectio Iſaię prophetę.

In diebus illis. Locutus ca.
eſt Iſaias propheta, dicẽs. 55.
Quęrite dominum, dum inueniri poteſt: inuocate eum, dum prope eſt.

eſt. Derelinquat impius viam
ſuam, ⁊ vir iniquus cogitationes
ſuas: ⁊ reuertatur ad dominum,
⁊ miſerebitur eius: ⁊ ad deum no
ſtrum, quoniam multus eſt ad
ignoſcendum. Non enim cogita
tiones meę, cogitationes veſtrę:
neque vię veſtrę, vię meę, dicit
dominus. Quia ſicut exaltantur
celi a terra: ſic exaltatę ſunt vię
meę a vijs veſtris, ⁊ cogitationes
meę a cogitationibus veſtris. Et
quomodo deſcendit imber ⁊ nix
de celo, ⁊ illuc vltra non reuerti
tur: ſed inebriat terram, ⁊ infun
dit eam, ⁊ germinare eam facit, ⁊
dat ſemen ſerenti, ⁊ panem come
denti. Sic erit verbū meū quod
egredietur de ore meo: non re
uertetur ad me vacuum, ſed fa
ciet quęcunque volui, ⁊ proſpe[ra]
bitur in his ad quę miſi illud, ait
dominus omnipotens. Gradu.
ps. Dirigatur oratio mea, ſicut in
140 cenſū in conſpectu tuo domine.
℣. Eleuatio manuum mearum
ſacrificium veſpertinum.

Sequentia ſancti euangelij
ſecundum Mattheum.



ca. 21. In illo tēpore. Cum in
traſſet Jeſus Hie
roſolymam, com
mota eſt vniuerſa
ciuitas, dicens.
Quis eſt hic? Po
puli autem dicebant. Hic eſt Je
ſus propheta, a Nazareth Gali
leę. Et intrauit Jeſus in templū
Dei: ⁊ eijciebat omnes vendē
tes ⁊ ementes in templo: ⁊ men
ſas numulariorum, ⁊ cathedras
vendentiū columbas euertit. Et
dixit eis. Scriptū eſt. Domus
mea, domus orationis vocabitur:
vos autē feciſtis illam ſpeluncā la
tronū. Et acceſſerunt ad eū ceci,
⁊ claudi in tēplo: ⁊ ſanauit eos.
Uidentes autem principes ſacer
dotum ⁊ ſcribę, mirabilia quę fe
cit, ⁊ pueros clamātes in templo,
⁊ dicentes, hoſanna filio Dauid:
indignati ſunt, ⁊ dixerunt ei. Au
dis quid iſti dicūt? Jeſus autē di
xit eis. Utiqȝ. Nunquam legiſtis,
quia ex ore infantiū ⁊ lactentium
perfeciſti laudē? Et relictis illis,
abijt foras extra ciuitatem in Be
thaniam: ibiqȝ manſit. Offerto.
In te ſperaui domine: dixi, tu ps.
es deus meus, in manibus tuis 30.
tempora mea. Secreta.

Oblatis, quęſumus domi
ne, placare muneribus: ⁊ a
cunctis nos defende periculis.
Per dominum. Alię orationes,
vt in Dominica precedenti.
Communio. Cum inuocarem ps.
te, exaudiſti me, deus iuſtitię meę: 4.
in tribulatione dilataſti me: miſe
rere mihi domine, ⁊ exaudi ora
tionem meam. Poſtcom.

Preſta, quęſumus, omnipo
tens deus: vt illius ſaluta

ris capiamus effectum, cuius per hęc myſteria pignus accepimus. Per dominum noſtrum.


Alię poſtcom. vt in Dominica pręcedenti.

Super populum. Oremus.

Humiliate capita veſtra deo.

Aſcendant ad te domine preces noſtrę: ⁊ ab eccleſia tua cunctam repelle nequitiã. Per dominum noſtrum.

¶ Feria quarta Quatuor tẽporum Quadrag. Statio ad ſanctam Mariam maiorem. Introitus.



ps. 24. Reminiſcere miſerationum tuarum dñe, ⁊ miſericordię tuę, quę a ſeculo ſunt: ne vnquaꝫ dominẽtur nobis inimici noſtri: libera nos deus Iſrael, ex omnibus anguſtijs noſtris. pſalmus. Ad te domine leuaui animaꝫ meam: deus meus in te confido, non erubeſcam. ℣. Gloria patri. poſt Kyrie eleiſon, dicit, Oremus. Flectamus genua. ℟. Leuate.

Preces noſtras, quęſumus domine, clemẽter exaudi: ⁊ contra cuncta nobis aduerſantia, dexteram tuę maieſtatis extende. Per dominum.

Lectio libri Exodi.

ca. 24. In diebus illis. Dixit dominus ad Moyſen. Aſcende ad me in montem, ⁊ eſto ibi: daboque tibi duas tabulas lapideas: ⁊ legem, ac mandata quę ſcripſi: vt doceas filios Iſrael. Surrexerunt Moyſes, ⁊ Ioſue miniſter eius: aſcendenſque Moyſes in monteꝫ dei, ſenioribus ait. Expectate hic, donec reuertamur ad vos. Habetis Aaron, ⁊ Hur vobiſcũ. Si quid natum fuerit quęſtionis, referetis ad eos. Cumqꝫ aſcẽdiſſet Moyſes, operuit nubes montem: ⁊ habitauit gloria domini ſuper Sinai, tegens illuꝫ nube ſex diebus. Septimo autem die vocauit eũ dñs de medio caliginis. Erat autem ſpecies glorię dñi, quaſi ignis ardens ſuper verticẽ montis, in conſpectu filiorum Iſrael. Ingreſſuſque Moyſes mediuꝫ nebulę, aſcendit in montem. Et fuit ibi quadraginta diebus, ⁊ quadraginta noctibus. Gradu.

Tribulationes cordis mei dilatatę ſunt: de neceſſitatibus meis ps. 24.
rue me domine. ℣. Vide humilitateꝫ meam, ⁊ laborem meum: ⁊ dimitte omnia peccata mea.

Hic dicitur. Dominus vobiſcũ.

Oremus.

Deuotionẽ populi tui, quęſumus domine, benignus intende: vt, qui per abſtinentiam macerantur in corpore, per fructum boni operis reficiantur in mente. Per dominum.

Alię

Alie orationes, vt in Dominica p̄cedenti.

Lectio libri Regum.

3.c. In diebus illis. Venit Elias
19. in Berſabee Juda, ⁊ dimi-
ſit ibi puerum ſuum: ⁊ perrexit in
deſertū viam vnius diei. Cumq́ȝ
veniſſet, ⁊ ſederet ſubter vnam
Juniperum: petiuit animę ſuę vt
moreretur: ⁊ ait. Sufficit mihi
domine: tolle animaȝ meaȝ. Ne-
que enim melior ſum, quam pa-
tres mei. Proiecitq́ȝ ſe, ⁊ obdor-
miuit in vmbra Juniperi. Et ec-
ce, angelus domini tetigit eum,
dixitq́ȝ illi. Surge, comede. Et
reſpexit, ⁊ ecce ad caput ſuuȝ ſub-
cinericius panis, ⁊ vas aquę. Co-
medit ergo, ⁊ bibit: ⁊ rurſum ob-
dormiuit. Reuerſus eſt angelus
domini ſecundo, ⁊ tetigit eum: di-
xitq́ȝ illi. Surge, comede: grādis
enim tibi reſtat via. Qui cum ſur-
rexiſſet, comedit ⁊ bibit: ⁊ ambu-
lauit in fortitudine cibi illius qua-
draginta diebus ⁊ quadraginta
noctibus, vſque ad montem dei
Ps. Horeb. Tractus. De neceſſi-
24. tatibus meis eripe me domine:
vide humilitatem meam ⁊ labo-
rem meum, ⁊ dimitte omnia pec-
cata mea. ℣. Ad te domine leua
ui animam meam, deus meus in
te confido, non erubeſcam: neq́ȝ
irrideant me inimici mei. ℣. Et
enim vniuerſi qui te expectant,
non confundentur: confundan-
tur omnes facientes vana.

Sequentia ſancti euangelij ſecunduȝ Mattheum.



In illo tēpo-
re. Acceſſe- ca.
runt ad Jeſum ſcri- 12.
bę ⁊ phariſęi, dicē-
tes. Magiſter, vo-
lumus a te ſignum
videre. Qui reſpō-
dens ait illis. Generatio mala ⁊
adultera ſignū quęrit: ⁊ ſignū nō
dabit ei, niſi ſignū Jonę prophe-
tę. Sicut enim fuit Jonas in ven-
tre cęti tribus diebus ⁊ tribus no-
ctibus: ſic erit filius hominis in
corde terrę tribus diebus ⁊ tribus
noctibus. Viri Niniuitę ſurgent
in iudicio cum generatione iſta, ⁊
condemnabunt eam: quia pęni-
tentiam egerunt in prędicatione
Jonę. Et ecce plus quam Jo-
nas hic. Regina Auſtri ſurget in
iudicio cum generatione iſta, ⁊
condemnabit eam: quia venit a
finibus terrę audire ſapientiam
Salomonis. Et ecce plus, quā
Salomon hic. Cum autem im-
mundus ſpiritus exierit ab homi-
ne, ambulat per loca arida, quę-
rens requiē, ⁊ non inuenit. Tunc
dicit. Reuertar in domum meā,
vnde exiui. Et veniens, inuenit
eam vacantem, ſcopis mundatā,
⁊ ornataȝ. Tunc vadit, ⁊ aſſumit
ſeptem alios ſpiritus ſecum ne-
quiores ſe, ⁊ intrantes habitant

ſibi: ⁊ fiunt nouiſſima hominis il/
lius peiora prioribus. Sic erit ⁊
generationi huic peſſime. Ad/
huc eo loquente ad turbas: ecce,
mater eius ⁊ fratres ſtabant foris,
querentes loqui ei. Dixit autē ei
quidā. Ecce, mater tua ⁊ fratres
tui foris ſtant, querentes te. At
ipſe reſpondens dicenti ſibi, ait.
Que eſt mater mea, ⁊ qui ſunt fra
tres mei? Et extendens manū in
diſcipulos ſuos, dixit. Ecce mater
mea, ⁊ fratres mei. Quicunque
enim fecerit voluntatē patris mei
qui in celis eſt: ipſe meus frater ⁊
Ps. ſoror ⁊ mater eſt. Offerto. Me
118. ditabor in mādatis tuis, que dilexi
valde: ⁊ leuabo manus meas ad
mandata tua que dilexi. Secre.

Hoſtias tibi domine placa
tionis offerimus: vt ⁊ deli
cta noſtra miſeratus abſoluas, ⁊
nutantia corda tu dirigas. Per
dominum. Alie Secrete, vt in
Dnica precedenti. Cōmunio.

Ps. Intellige clamorem meū: inten/
5. de voci orationis mee, rex meus
⁊ deus meus, quoniam ad te ora/
bo domine. Poſtcom.

Tui domine perceptione ſa
cramenti: ⁊ a noſtris mun
demur occultis: ⁊ ab hoſtiū libe
remur inſidijs. Per dominum.
Alie Poſtcom. vt in Domini
ca precedenti.

Super populum. Oremus.
Humiliate capita veſtra deo.

Mentes noſtras, queſumus
domine, lumine tue clarita
tis illuſtra: vt videre poſſimus
que agēda ſunt: ⁊ que recta ſunt,
agere valeamus. Per domi/
num noſtrum.

¶ Feria quinta. Statio ad ſan
ctum Laurentium in Pa
neperna. Introitus.

Confeſſio, ⁊ pulchri/ Ps.
tudo in conſpectu e/ 95.
ius: ſanctitas ⁊ magni
ficentia in ſanctifica/
tione eius. Pſalmus.
Cantate domino canticum no/
uum: cantate domino omnis ter
ra. ℣. Gloria patri ⁊ filio ⁊ ſpi/
ritui ſancto. Oremus.

Deuotionē populi tui, que/
ſumus domine, benignus
intende: vt, qui per abſtinentiam
macerantur in corpore, per fru/
ctum boni operis reficiantur in
mente. Per dominum noſtrum.
Alie orationes, vt in Dominica
precedenti.

Lectio Ezechielis prophete.

In diebus illis. Factus eſt ca.
ſermo domini ad me, dicēs. 18.
Quid eſt, quod inter vos para/
bolā vertitis in prouerbium iſtud
in terra Iſrael, dicentes: patres
comederunt vuam acerbam, ⁊
dentes filiorum obſtupeſcunt?
Viuo ego, dicit dominus deus:
ſi erit vobis vltra parabola hec
in prouerbium in Iſrael. Ecce,

omnes anime, mee ſunt: vt ani
ma patris, ita ⁊ anima filij, mea
eſt. Anima que peccauerit, ipſa
morietur. Et vir ſi fuerit iuſtus, ⁊
fecerit iudiciū ⁊ iuſtitiam: in mon
tibus non comederit, ⁊ oculos
ſuos non leuauerit ad idola do/
mus Iſrael: ⁊ vxorem proximi
ſui non violauerit: ⁊ ad mulierē
menſtruatā non acceſſerit: ⁊ ho/
minem nō contriſtauerit: pignus
debitori reddiderit: per vim ni/
hil rapuerit: panem ſuū eſurien
ti dederit: ⁊ nudum operuerit ve
ſtimento: ad vſurā non commo/
dauerit, ⁊ amplius non acceperit:
ab iniquitate auerterit manum
ſuam: ⁊ iudicium verum fecerit
inter virum ⁊ virum: ⁊ in prece/
ptis meis ambulauerit, ⁊ iudicia
mea cuſtodierit, vt faciat verita/
tem: hic iuſtus eſt. Uita viuet ait
dominus deus. Graduale.
ps. Cuſtodi me domine vt pupillā
16. oculi: ſub vmbra alarum tuarum
protege me. ℣. De vultu tuo iu/
dicium meum prodeat: oculi tui
videant equitatem.

Sequentia ſancti euangelij
ſecundū Mattheum.



ca. In illo tem/
15. pore. Egreſ
ſus Ieſus ſeceſſit
in partes Tyri ⁊
Sydonis. Et ec
ce, mulier Chana/
nea a finibus illis
egreſſa clamauit, dicens ei. Mi
ſerere mei dñe fili Dauid: filia
mea male a demonio vexatur.
Qui non reſpondit ei verbū. Et
accedentes diſcipuli eius, roga/
bant eum dicentes. Dimitte eā:
quia clamat poſt nos. Ipſe autē
reſpōdens, ait. Non ſum miſſus,
niſi ad oues, que perierunt, do/
mus Iſrael. At illa venit: ⁊ ado/
rauit eum, dicens. Domine, adiu/
ua me. Qui reſpondens, ait. Nō
eſt bonum ſumere panē filiorū,
⁊ mittere canibus. At illa dixit.
Etiam domine. Nam ⁊ catelli
edunt de micis, que cadunt de
menſa dominorum ſuorū. Tunc
reſpondens Ieſus, ait illi. O mu
lier, magna eſt fides tua. Fiat ti/
bi, ſicut vis. Et ſanata eſt filia
eius ex illa hora. Offerto.
Immittet angelus domini in cir ps.
cuitu timentium eum, ⁊ eripiet 33.
eos: guſtate, ⁊ videte, quoniam
ſuauis eſt dominus. Secreta.
Sacrificia domine, queſu/
mus, propitius iſta nos ſal/
uent, que medicinalibus ſunt in/
ſtituta ieiunijs. Per dominum
noſtrum Ieſum Chriſtum.
Alie Secrete, vt in Dñica pre/
cedenti. Communio. Panis io.
quem ego dedero, caro mea eſt 6.
pro ſeculi vita. Poſtcom.
Tuorum nos domine largi/
tate donorum, ⁊ tempora/
libus attolle preſidijs, ⁊ renoua
ſempi/

ſempiternis. Per dominum no/
ſtrum Jeſum Chriſtum.

Super populum. Oremus.
Humiliate capita veſtra deo.

DA, quęſumus dñe, popu/
lis chriſtianis: ⁊ quę pro/
fitentur agnoſcere: ⁊ cęleſte mu/
nus diligere, quod frequentant.
Per dominum noſtrum Jeſum
Chriſtum filium tuum.

¶ Feria vj. Quatuor temporũ
Quadrage. Statio ad ſan/
ctos duodecim apoſto/
los. Introitus.



Ps. 24. DE neceſſita
tatibus meis
eripe me domine:
vide humilitatem
meam, ⁊ laborem
meũ: ⁊ dimitte om/
nia peccata mea.
pſalmus. Ad te do
mine leuaui animam meam: deus
meus in te confido, nõ erubeſcã.
℣. Gloria patri ⁊ filio ⁊ ſpiritui
ſancto. Oremus.

ESto dñe propitius plebi
tuę: ⁊ quam tibi facis eſſe
deuotam, benigno refoue miſe/
ratus auxilio. Per dominũ no/
ſtrum Jeſum Chriſtum filiũ tuũ,
qui tecum viuit ⁊ regnat.

Alię orationes, vt in Dominica
pręcedenti.

Lectio Ezechielis prophetę.

ca. 18. HAec dicit dominus deus.
Anima quę peccauerit, ip/
ſa morietur. Filius non portabit
iniquitatem patris: ⁊ pater non
portabit iniquitatem filij. Juſti/
tia iuſti ſuper eum erit: ⁊ impie/
tas impij erit ſuper eum. Si au/
tem impius egerit pęnitentiã ab
omnibus peccatis ſuis quę ope/
ratus eſt, ⁊ cuſtodierit vniuerſa
pręcepta mea, ⁊ fecerit iudicium
⁊ iuſtitiam: vita viuet, ⁊ non mo/
rietur. Omnium iniquitatũ eius
quas operatus eſt, non recorda/
bor. In iuſtitia ſua quam opera/
tus eſt, viuet. Nunquid volun/
tatis meę eſt mors impij, dicit do
minus deus, ⁊ non vt cõuertatur
a vijs ſuis, ⁊ viuat? Si autem
auerterit ſe iuſtus a iuſtitia ſua, ⁊
fecerit iniquitatem ſecunduȝ om/
nes abominationes quas opera/
ri ſolet impius: nunquid viuet?
Omnes iuſtitię eius quas fece/
rat, non recordabuntur. In prę/
uaricatione ſua qua pręuaricatus
eſt, ⁊ in peccato ſuo quod pecca/
uit, in ipſis morietur. Et dixiſtis.
Nõ eſt ęqua via domini. Audi/
te ergo domus Iſrael. Nunquid
via mea non eſt ęqua, ⁊ non ma/
gis vię veſtrę praue ſunt? Cum
enim auerterit ſe iuſtus a iuſtitia
ſua, ⁊ fecerit iniquitatem: morie
tur in eis. In iniuſtitia quaȝ ope/
ratus eſt, morietur. Et cum auer
terit ſe impius ab impietate ſua
quam operatus eſt, ⁊ fecerit iu/
dicium ⁊ iuſtitiam: ipſe animam
ſuam

ſuam viuificabit. Conſiderans enim, ⁊ auertens ſe ab omnibus iniquitatibus ſuis quas operatus eſt: vita viuet ⁊ non moꝛietur, ait dominus omnipotens.

Ps. 85. Graduale. Saluum fac ſeruum tuum deus meus ſperantem in te. ℣. Auribus percipe domine oꝛationem meam. Tractus.

Ps. 102. Domine non ſecundum peccata noſtra, quę fecimus nos: neque ſecundū iniquitates noſtras

Ps. 78. retribuas nobis. ℣. Domine, ne memineris iniquitatum noſtrarum antiquarum: cito anticipent nos miſericoꝛdię tuę, quia pauperes facti ſumus nimis. ℣. Adiuua nos deus ſalutaris noſter: ⁊ pꝛopter gloꝛiam nominis tui domine libera nos: ⁊ pꝛopitius eſto peccatis noſtris, pꝛopter nomen tuum.

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Joannem.



c. 5 In illo tempoꝛe. Erat dies feſtus Judęorum: ⁊ aſcendit Jeſus Hieroſolymā. Eſt autē Hieroſolymis Pꝛobatica piſcina, quę cognominat Hebꝛaice Bethſaida, quinque poꝛticus habēs. In his iacebat multitudo magna languentiū, cęcorum, claudoꝛum, aridoꝛum, expectantium aquę motum. Angelus autem domini ſecundum tempus deſcendebat in piſcinā: ⁊ mouebatur aqua. Et qui pꝛioꝛ deſcendiſſet in piſcinam poſt motionē aquę, ſanus fiebat a quacunque detinebatur infirmitate. Erat autem quidam homo ibi, triginta ⁊ octo annos habens in infirmitate ſua. Hunc cum vidiſſet Jeſus iacentē: ⁊ cognouiſſet, quia iam multū tempus haberet, dixit ei. Uis ſanus fieri? Reſpondit ei languidus. Domine, hominem non habeo, vt cum turbata fuerit aqua, mittat me in piſcinam. Dum venio enim ego, alius ante me deſcendit. Dicit ei Jeſus. Surge: tolle grabatum tuum, ⁊ ambula. Et ſtatim ſanus factus eſt homo ille: ⁊ ſuſtulit grabatū ſuum, ⁊ ambulabat. Erat autem ſabbatum in illa die. Dicebant ergo Judęi, illi, qui ſanus factus fuerat. Sabbatum eſt, non licet tibi tollere grabatum tuum. Reſpondit eis. Qui me ſanum fecit, ille mihi dixit. Tolle grabatum tuum, ⁊ ambula. Interrogauerunt ergo eum. Quis eſt ille homo, qui dixit tibi: tolle grabatum tuum, ⁊ ambula? Is autem, qui ſanus fuerat effectus, neſciebat quis eſſet. Jeſus autem declinauit a turba conſtituta in loco. Poſtea inuenit eum Jeſus in templo, ⁊ dixit illi. Ecce ſanus factus es: iam noli peccare, ne deterius

terius tibi aliquid cõtingat. Abijt
ille homo: & nũciauit Iudęis, quia
Ieſus eſſet, qui fecit eum ſanum.
ps. Offertor. Benedic anima mea
102. dño, & noli obliuiſci omnes retri
butiones eius: & renouabitur ſi
cut aquila iuuentus tua. Secre.

Suſcipe, quęſumus domi
ne, munera noſtris oblata
ſeruitijs: & tua propitius dona ſan
ctifica. Per dominuz noſtrum.
Alię Secretę, vt in Dñica prę
ps. cedẽti. Comunio. Erubeſcãt,
6. & conturbentur oẽs inimici mei:
auertantur retrorſuz, & erubeſcãt
valde velociter. Poſtcom.

Per huius domine opera
tionem myſterij, & vitia no
ſtra purgentur, & iuſta deſideria
compleantur. Per dominum.
Alię Poſtcom. vt in Domini
ca precedenti.

Super populum. Oremus.
Humiliate capita veſtra deo.

Exaudi nos miſericors de⁹
& mentibus noſtris gratię
tuę lumen oſtende. Per domi
num noſtrum Ieſum Chriſtum.

¶ Sabbato Quatuor tempor.
Quadrag. Statio ad ſanctuz
Petrum. Introitus.

ps. Intret oratio mea in
87. cõſpectu tuo: inclina
aurem tuaz ad precez
meam domine. Pſal.
Domine deus ſalutis
meę: in die clamaui, & nocte corã

te. ℣ Gloria patri. Poſt kyrie
eleiſon. dicitur. Oremus. Fle
ctamus genua. ℟. Leuate.

Populum tuum, quęſumus
domine, propitius reſpice:
atq; ab eo flagella tuę iracundię
clementer auerte. Per dominuz

Lectio libri Deuteronomij.

In diebus illis: Locutus eſt ca.
Moyſes ad dominum, di 26.
cens. Reſpice dñe de ſanctuario
tuo, & de excelſo celorum habita
culo: & benedic populo tuo Iſra
el, & terrę quam dediſti nobis, ſi
cut iuraſti patribus noſtris, terrę
lacte & melle manãti. Hodie do
minus deus tuus pręcepit tibi, vt
facias mandata eius atque iudi
cia: vt cuſtodias & impleas ex to
to corde tuo, & ex tota anima tua.
Dominum elegiſti hodie, vt ſit
tibi deus: & ambules in viis eius:
& cuſtodias cęremonias illius, &
mandata atq; iudicia: & obedias
eius imperio. En, dominus ele
git te hodie, vt ſis ei populus pe
culiaris, ſicut locutus eſt tibi: cu
ſtodias omnia pręcepta illius: &
faciet te excelſiorem cunctis gen
tibus, quas creauit in laudem, &
nomen, & gloriam ſuaz: vt ſis po
pulus ſanctus domini dei tui, ſi
cut locutus eſt tibi. Graduale.
Propitius eſto domine peccatis ps.
noſtris: ne quãdo dicant gentes, 78.
vbi eſt deus eorũ? ℣. Adiuua
nos deus ſalutaris noſter: & pro
pter

pter honorem nominis tui domi
ne libera nos. Oremus. Flecta
mus genua. ℟. Leuate.
Protector noſter aſpice de
us: vt, qui malorū noſtro
rum pondere premimur, perce
pta miſericordia tua, libera tibi
mente famulemur. Per dñm.

Lectio libri Deuteronomij.

ca. In dieb9 illis: Dixit Moy
11. ſes filijs Iſrael. Si cuſto
dieritis mandata quę ego pręci
pio vobis, & feceritis ea, vt dili
gatis dominum deum veſtrum, &
ambuletis in omnibus vijs eius
adhęrentes ei: diſperdet domi
nus omnes gentes iſtas ante fa
ciem veſtram, & poſſidebitis eas
quę maiores & fortiores vobis
ſunt. Omnis locus, quem calca
uerit pes veſter, veſter erit. A de
ſerto, & Libano, & flumine magno
Euphrate, vſq3 ad mare occidē
tale, erunt termini veſtri. Nullus
ſtabit contra vos. Terrorem ve
ſtrum & formidinem dabit domi
nus deus veſter ſuper omnem
terram quā calcaturi eſtis: ſicut
locutus eſt vobis dominus deus
ps. veſter. Graduale. Protector
83. noſter aſpice deus, & reſpice ſup
ſeruos tuos. ℣. Domine deus
virtutum exaudi preces ſeruorū
tuorum. Oremus. Flectamus
genua. ℟. Leuate.
Adeſto quęſumus domine
ſupplicationibus noſtris:
vt eſſe, te largiente, mereamur &
inter proſpera humiles, & inter
aduerſa ſecuri. Per dominum.

Lectio libri Machabeorum.

In diebus illis: Orationem 2.c.
faciebant ſacerdotes, dum 1.
offerrent ſacrificiū pro populo
Iſrael, Ionatha inchoante, cęte
ris autem reſpondentibus & dicē
tibus. Benefaciat vobis deus:
& meminerit teſtamenti ſui, quod
locutus eſt ad Abraham, Iſaac,
& Iacob, ſeruorum ſuorū fideliū.
Et det vobis cor omnibus: vt co
latis eū, & faciatis eius volunta
tem corde magno & animo volē
ti. Adaperiat cor veſtrū in lege
ſua, & in pręceptis ſuis: & faciat
pacem. Exaudiat orationes ve
ſtras: & reconcilietur vobis: nec
vos deſerat in tempore malo, do
minus deus veſter. Graduale.
Conuertere domine aliquātu ps.
lū, & deprecare ſuper ſeruos tuos. 89.
℣. Domine, refugium factus es
nobis a generatione in genera
tionem. Oremus. Flectamus
genua. ℟. Leuate.
Preces populi tui, quęſu
mus dñe, clementer exau
di: vt qui iuſte pro peccatis no
ſtris affligimur, pro tui nominis
gloria miſericorditer liberemur.
Per dominum noſtrum Ieſū.

Lectio libri Sapientię. ec

Miſerere noſtri deus om cl.
nium & reſpice nos: & oſtē 36.
de

de nobis lucem miſerationū tuarum: ⁊ immitte timorem tuū ſuper gentes quę non exquiſierunt te: vt cognoſcāt, quia nō eſt deus niſi tu: vt enarrent magnalia tua. Alleua manū tuam ſuper gentes alienas: vt videant potentiam tuam. Sicut enim in conſpectu eorum ſanctificatus es in nobis, ſic in cōſpectu noſtro magnificaberis in illis: vt cognoſcant te, ſicut ⁊ nos cognouimus, quoniam non eſt deus pręter te domine. Innoua ſigna, ⁊ immuta mirabilia. Glorifica manum, ⁊ brachium dextrum. Excita furorem, ⁊ effunde iram. Tolle aduerſarium, ⁊ afflige inimicum. Feſtina tempus, ⁊ memento finis: vt enarrent mirabilia tua, domine deus noſter.

Graduale. Dirigatur oratio mea, ſicut incenſum in conſpectu tuo domine. ℣. Eleuatio manuum mearum ſacrificium veſpertinum. Oremus. Flectamus genua. ℟. Leuate.

Actiones noſtras, quęſumus dn̄e, aſpirando pręueni, ⁊ adiuuando proſequere: vt cuncta noſtra oratio ⁊ operatio a te ſemper incipiat, ⁊ per te cępta finiatur. Per dominum.

Lectio Danielis prophetę.

c.3. In diebus illis: Angelus dn̄i deſcendit cum Azaria, ⁊ ſociis eius in fornacem: ⁊ excuſſit flammam ignis de fornace: ⁊ fecit medium fornacis, quaſi ventum roris flantem. Flamma autem diffuſa eſt ſuper fornacem cubitis quadragintanouē: ⁊ incendit quos reperit iuxta fornacem de Chaldeis miniſtros regis, qui eam incendebant. Illos autem omnino non tetigit ignis, neque contriſtauit, nec quicquam moleſtię intulit. Tunc hi tres, quaſi ex vno ore, laudabant, ⁊ glorificabant, ⁊ benedicebant deum in fornace, dicentes. Hymnus.

Benedictus es dn̄e deus patrum noſtrorū. Et laudabilis, ⁊ glorioſus in ſecula. Et benedictū nomen glorię tuę, quod eſt ſanctū. Et laudabile, ⁊ glorioſum in ſecula. Benedictus es in tēplo ſancto glorię tuę. Et laudabilis, ⁊ glorioſus in ſecula. Benedictus es ſuper thronū ſanctū regni tui. Et laudabilis, ⁊ glorioſus in ſecula. Benedictus es ſuper ſceptrum diuinitatis tuę. Et laudabilis, ⁊ glorioſus in ſecula. Benedictus es qui ſedes ſuper cherubim, intuens abyſſos. Et laudabilis, ⁊ glorioſus in ſecula. Benedictus es qui ambulas ſuper pennas ventoꝝ, ⁊ ſuper vndas maris. Et laudabilis, ⁊ glorioſus in ſecula. Benedicant te omnes angeli ⁊ ſancti tui. Et laudēt te, ⁊ glorificēt in ſecula. Benedicant te celi, terra, mare, ⁊ omnia quę in eis ſunt. Et laudent te,

⁊ glo

⁊ glorificet in ſecula. Gloria patri, ⁊ filio, ⁊ ſpiritui ſancto. Et laudabilis, ⁊ glorioſus in ſecula. Sicut erat in principio, ⁊ nūc, ⁊ ſemper, ⁊ in ſecula ſeculorum, amen. Et laudabilis ⁊ glorioſus in ſecula. Benedictus es dñe deus patrum noſtrorū. ℟. Et laudabilis, ⁊ glorioſus in ſecula. Hic dicitur, ℣. Dñs vobiſcum. Nō dicitur. Flectamus genua. Oremus.

Deus, qui tribus pueris mitigaſti flammas igniū: cōcede propitius: vt nos famulos tuos non exurat flamma vitiorū. Per dominum noſtrum.

Alię orationes, vt in Dominica precedenti.

Lectio epiſtolę beati Pauli apoſtoli ad Theſſalonicenſes.

1. Theſ. 5. Fratres: Rogamus vos, corripite inquietos, conſolamini puſillanimes, ſuſcipite infirmos, patientes eſtote ad omnes. Videte nequis malum pro malo alicui reddat: ſed ſemper quod bonum eſt ſectamini in inuicem, ⁊ in omnes. Semper gaudete. Sine intermiſſione orate. In omnibus gratias agite. Hęc eſt enim voluntas dei in Chriſto Jeſu in omnibus vobis. Spiritum nolite extinguere. Prophetias nolite ſpernere. Omnia autem probate: quod bonū eſt tenete. Ab omni ſpecie mala abſtinete vos. Ipſe autē deus pacis ſanctificet vos per omnia: vt integer ſpiritus veſter, ⁊ anima ⁊ corpus ſine querela, in aduentu dñi noſtri Jeſu Chriſti ſeruetur.

Tractus. Laudate dominum omnes gentes: ⁊ collaudate eū omnes populi. ℣. Quoniā confirmata eſt ſuper nos miſericordia eius: ⁊ veritas domini manet in ęternum. Pſ. 116.

Euangelium. In illo tempore: Aſſumpſit Jeſus Petrum ⁊ Jacobum. quęre in ſequenti Dominica.

Offerto. Domine deus ſalutis meę, in die clamaui ⁊ nocte coram te: intret oratio mea in conſpectu tuo domine. Pſ. 87.

Secreta. Preſentibus ſacrificijs, quęſumus dñe, ieiunia noſtra ſanctifica: vt, quod obſeruantia noſtra profitetur exterius, interius operetur. Per dominum.

Alię Secretę, vt in Dñica precedenti.

Communio. Domine deus in te ſperaui, libera me ab omnibus perſequentibus me, ⁊ eripe me. Pſ. 7.

Poſtcom. Sanctificationibus tuis omnipotens deus, ⁊ vitia noſtra curentur, ⁊ remedia nobis ęterna proueniant. Per dñm.

Alię Poſtcom. vt in Dominica precedenti.

Super populum. Oremus. Humiliate capita veſtra deo.

Fideles tuos deus benedictio deſiderata confirmet:

quę

quę eos, ⁊ a tua voluntate nunquã faciat diſcrepare, ⁊ tuis ſemper indulgeat beneficijs gratulari. Per dominum noſtrum.

¶ Dñica ſecunda in Quadrageſima. Statio ad ſanctam Mariam in Domnica.

Introitus.

ps. REminiſcere miſerationum tuarum dñe:
4. ⁊ miſericordię tuę, quę a ſeculo ſunt, ne vnquaꝫ dominentur nobis inimici noſtri: libera nos deus Iſrael ex omnibus anguſtijs noſtris. Pſalmus. Ad te domine leuaui animaꝫ meaꝫ, deus meus in te confido, non erubeſcam. ℣. Gloria patri. Oremus.

DEus, qui conſpicis omni nos virtute deſtitui, interius, exteriuſqꝫ cuſtodi: vt ab omnibus aduerſitatibus muniamur in corpore, ⁊ a prauis cogitationibus mundemur in mẽte. Per dominum noſtrum Ieſum.

Ad poſcenda ſuffragia ſanctorum. Oratio.

A Cunctis nos, quęſumus domine, mentis ⁊ corporis defende periculis: ⁊ intercedente beata ⁊ glorioſa, ſemperqꝫ virgine dei genitrice Maria, cum beatis apoſtolis tuis Petro ⁊ Paulo, atque beato N ⁊ omnibus ſanctis, ſaluteꝫ nobis tribue benignus ⁊ pacem: vt deſtructis aduerſitatibus ⁊ erroribus vniuerſis, eccleſia tua ſecura tibi ſeruiat libertate.

Pro viuis ⁊ defunctis. Oratio.

OMnipotens ſempiterne deus, qui viuorum dominaris ſimul ⁊ mortuorum: omniumque miſereris, quos tuos fide ⁊ opere futuros eſſe pręnoſcis: te ſupplices exoramus: vt pro quibus effundere preces decreuimus, quoſque vel pręſens ſeculum adhuc in carne retinet, vel futurum iam exutos corpore ſuſcepit: intercedentibus omnibus ſanctis tuis: pietatis tuę clementia, omnium delictorum ſuorum veniam conſequantur. Per dominum noſtrum Ieſum.

Lectio epiſtolę beati Pauli apoſtoli ad Theſſalonicenſes.

FRatres. Rogamus vos, 1. C.
⁊ obſecramus in domino 4.
Ieſu: vt quemadmodum accepiſtis a nobis, quomodo vos oporteat ambulare, ⁊ placere deo: ſic ⁊ ambuletis, vt abundetis magis. Scitis enim quę pręcepta dederim vobis, per dominum Ieſuꝫ. Hęc eſt enim volũtas dei, ſanctificatio veſtra: vt abſtineatis vos a fornicatione: vt ſciat vnuſquiſque veſtrum, vas ſuum poſſidere in ſanctificatione ⁊ honore: nõ in paſſione deſiderij, ſicut ⁊ gentes quę ignorant deũ. Et ne quis ſupergrediatur, neque circumueniat

niat

tiat in negotio fratrem ſuū: quo/
niam vindex eſt dominus de his
omnibus, ſicut prędiximus vo/
bis, ⁊ teſtificati ſumus. Nō enim
vocauit nos deus in immundi/
tiam: ſed in ſanctificationem. In
Chriſto Ieſu, domino noſtro.
ps. Graduale. Tribulationes cor/
24. dis mei dilatatę ſunt: de neceſſita
tibus meis eripe me domine.
℣. Uide humilitatem meam, ⁊
laborem meum: ⁊ dimitte omnia
peccata mea. Tractus.
ps. Confitemini domino, quoniã
105 bonus: quoniam in ſeculum miſe
ricordia eius. ℣. Quis loquetur
potentias domini: auditas faciet
omnes laudes eius. ℣. Bea
ti qui cuſtodiunt iudicium, ⁊ fa
ciunt iuſtitiam in omni tempore.
℣. Memento noſtri domine in
beneplacito populi tui: viſita
nos in ſalutari tuo.

Sequentia ſancti euangelij ſe/
cundum Mattheum.

ca. 7.



In illo tem/
pore. Aſſum
pſit Ieſus Petrū
⁊ Iacobum ⁊ Io/
annẽ fratrẽ eius,
⁊ duxit illos in mõ
tem excelſum ſeor/
ſum: ⁊ transfigura/
tus eſt ante eos. Et reſplenduit
facies eius ſicut ſol: veſtimenta
autem eius facta ſunt alba ſicut
nix. Et ecce, apparuerunt illis
Moyſes ⁊ Elias cũ eo loquẽ/
tes. Reſpondens autẽ Petrus,
dixit ad Ieſum. Dñe, bonum eſt
nos hic eſſe. Si vis, faciamus
hic tria tabernacula: tibi vnum,
Moyſi vnum, ⁊ Elię vnũ. Ad/
huc eo loquente, ecce nubes luci/
da obumbrauit eos. Et ecce vox
de nube, dicens. Hic eſt filius
meus dilectus, in quo mihi bene
complacui: ipſum audite. Et au
dientes diſcipuli, ceciderunt in fa
ciẽ ſuã, ⁊ timuerunt valde. Et
acceſſit Ieſus, ⁊ tetigit eos, dixit/
que eis. Surgite, ⁊ nolite timere.
Leuantes autem oculos ſuos, ne
minem viderunt, niſi ſolum Ie/
ſum. Et deſcendentibus illis de
monte, pręcepit eis Ieſus, di/
cens. Nemini dixeritis viſionẽ:
donec filius hominis a mortuis
reſurgat. Credo. Offertoriũ. ps.
Meditabor in mãdatis tuis, quę 118
dilexi valde: ⁊ leuabo manus
meas ad mandata tua, quę dilexi.

Secreta.

Sacrificijs pręſentibus do/
mine, quęſumus, intende
placatus: vt ⁊ deuotioni noſtrę
proficiant, ⁊ ſaluti. Per dñm.

Alię Secretę.

Exaudi nos deus ſalutaris
noſter: vt per huius ſacra
menti virtutẽ, a cunctis nos men
tis ⁊ corporis hoſtibus tuearis:
gratiã tribuens in pręſenti, ⁊ glo/
riam in futuro.

DEus, cui ſoli cognitus eſt numerus electorũ in ſuperna fęlicitate locãdus: tribue quęſumus: vt, intercedentibus omnibus ſanctis tuis, vniuerſorum, quos in oratione commendatos ſuſcepimus, ⁊ omnium fidelium nomina beatę prędeſtinationis liber aſcripta retineat. Per dñs.

Ps. 5. Communio. Intellige clamorem meum: intende voci orationis meę, rex meus, ⁊ deus meus: quoniam ad te orabo domine.

Poſtcom.

SVpplices te rogamus omnipotẽs deus: vt quos tuis reficis ſacramentis, tibi etiã placitis moribus dignanter deſeruire concedas. Per dominum.

Alię poſtcom.

MVndet, ⁊ muniat nos, quęſumus domine, diuini ſacramenti munus oblatum: ⁊ intercedente beata virgine dei genitrice Maria, cum beatis apoſtolis tuis Petro ⁊ Paulo, atque beato N. ⁊ omnibus ſanctis: a cunctis nos reddat ⁊ peruerſitatibus expiatos, ⁊ aduerſitatibus expeditos.

PVrificent nos, quęſumus omnipotens ⁊ miſericors deus, ſacramẽta quę ſumpſimus: ⁊ intercedentibus omnibus ſanctis tuis, pręſta: vt hoc tuum ſacramentum non ſit nobis reatus ad pęnã, ſed interceſſio ſalutaris ad veniam: ſit ablutio ſcelerum, ſit fortitudo fragilium, ſit contra omnia mundi pericula firmamẽtum, ſit viuorum atque mortuorũ fidelium, remiſſio omnium delictorum. Per dominum noſtrum Jeſum Chriſtum.

¶ Feria iij. Statio ad ſanctum Clementem. Introitus.

REdime me domine, ⁊ miſerere mei, pes enim meus ſtetit in via recta: in eccleſijs benedicam dominũ. Ps. 25.

Pſalmus. Judica me dñe, quoniam ego in innocentia mea ingreſſus ſum: ⁊ in domino ſperãs, non infirmabor. V. Gloria patri ⁊ filio. Oremus.

PRęſta, quęſumus omnipotens deus: vt familiã tua, quę ſe, affligendo carnem, ab alimentis abſtinet: ſectando iuſtitiã a culpa ieiunet. Per dominum.

Alię orationes, vt in Dominica precedenti.

Lectio Danielis prophete.

IN diebus illis. Orauit Daniel dominum, dicens. Domine deus noſter, qui eduxiſti populũ tuum de terra Aegypti in manu forti, ⁊ feciſti tibi nomen ſecundum diem hanc: peccauimus, iniquitatem fecimus. Dñe in omnem iuſtitiã tuaȝ, auertatur obſecro ira tua, ⁊ furor tuus a ciuitate tua Hieruſalem, ⁊ a mõte ſancto tuo. Da. 9.

tuo. Propter peccata enim no/
ſtra, ⁊ iniquitates patruꝫ noſtro/
ruꝫ, Hieruſaleꝫ ⁊ populus tuus
in opprobriuꝫ ſunt omnibus per
circuitū noſtrū. Nunc ergo exau
di dñe deus noſter orationē ſerui
tui, ⁊ preces eius: ⁊ oſtēde facieꝫ
tuā ſuper ſanctuariū tuum quod
deſertum eſt. Propter temetip/
ſum inclina deus meus aurē tuaꝫ,
⁊ audi: aperi oculos tuos, ⁊ vide
deſolationem noſtram, ⁊ ciuitatē
ſuper quam inuocatū eſt nomen
tuū. Neqꝫ enim in iuſtificationi/
bus noſtris proſternimus preces
ante faciem tuam: ſed in miſera/
tionibus tuis multis. Exaudi do
mine, placare domine: attende ⁊
fac, ne moreris propter temetip/
ſum deus meus: quia nomen tuū
inuocatum eſt ſuper ciuitatem,
⁊ ſuper populum tuum, domine
deus noſter. Graduale.
Ps. Adiutor meus, ⁊ liberator meus
99. eſto: dñe ne tardaueris. ℣. Con
fundantur ⁊ reuereantur inimici
mei, qui querunt animaꝫ meam.
Ps. Tractus. Domine nō ſecundum
102 peccata noſtra, que fecimus nos:
neqꝫ ſecundū iniquitates noſtras
Ps. retribuas nobis. ℣. Dñe, ne me
78. mineris iniquitatum noſtrarum
antiquarum: cito anticipent nos
miſericordie tue, quia pauperes
facti ſumus nimis. ℣. Adiuua nos
deus ſalutaris noſter: ⁊ propter
gloriam nominis tui domine libe
ra nos: ⁊ propitius eſto peccatis
noſtris, propter nomen tuum.

Sequentia ſancti euangelij
ſecundum Joannem.



In illo tempo ca.
re. Dixit Je 8.
ſus turbis Judeo/
rum. Ego vado, ⁊
queretis me: ⁊ in
peccato veſtro mo/
riemini. Quo ego
vado, vos non poteſtis venire.
Dicebāt ergo Judei. Nunquid
interficiet ſemetipſuꝫ, quia dicit:
quo ego vado, vos non poteſtis
venire? Et dicebat eis. Vos de
deorſum eſtis: ego de ſupernis
ſum: Vos de mundo hoc eſtis ⁊
ego non ſum de hoc mundo. Di/
xi ergo vobis: quia moriemini in
peccatis veſtris. Si enim nō cre
dideritis, quia ego ſum: moriemi
ni in peccato veſtro. Dicebant
ergo ei. Tu quis es? Dixit eis
Jeſus. Principiū: qui ⁊ loquor
vobis. Multa habeo de vobis
loqui, ⁊ iudicare. Sed qui miſit
me, verax eſt: ⁊ ego, que audiui ab
eo, hec loquor in mundo. Et nō
cognouerunt, quia patrē eius di/
cebat deum. Dixit ergo eis Je/
ſus. Cum exaltaueritis filium ho
minis, tunc cognoſcetis quia ego
ſum, ⁊ a meipſo facio nihil: ſed
ſicut docuit me Pater, hec lo/
quor. Et qui me miſit, mecuꝫ eſt:
⁊ non reliquit me ſoluꝫ, quia ego

que placita ſunt ei, facio ſemper.
ps. 15. Offerto. Benedicam dominum, qui tribuit mihi intellectum: prouidebam dñm in conſpectu meo ſemper: quoniam a dextris eſt mihi, ne commouear. Secreta.

Haec hoſtia dñe placationis & laudis, tua nos protectione dignos efficiat. Per do.

Alie Secrete, vt in Dominica precedenti. Communio.

ps. 8. Domine dñs noſter, quam admirabile eſt nomen tuum in vniuerſa terra! Poſtcom.

Haec nos communio domine purget a crimine: & celeſtis remedij faciat eſſe conſortes. Per dominum noſtrum.

Alie Poſtcom. vt in Dominica precedenti.

Super populum. Oremus.

Humiliate capita veſtra deo.

Adeſto ſupplicationibus noſtris omnipotens deus: & quibus fiduciam ſperande pietatis indulges, cõſuete miſericordie tribue benignus effectum. Per dominum noſtrum.

Feria iiij. Statio ad ſanctam Balbinam. Introitus.

ps. 26. Tibi dixit cor meum, queſiui vultum tuum, vultum tuum domine requiram: ne auertas faciem tuam a me. Pſalmus. Dominus illuminatio mea, & ſalus mea: quem timebo?

℣. Gloria patri & filio.

Oremus.

Perfice, queſumus domine, benignus in nobis obſeruantie ſancte ſubſidium: vt, que te auctore facienda cognouimus, te operante impleamus. Per dominum noſtrum.

Alie orationes, vt in Dominica precedenti.

Lectio libri Regum.

In diebus illis: Factus eſt 3.
ſermo dñi ad Eliam Thebe re.
ſbitem, dicens. Surge, & vade in 17.
Sarephta Sidoniorum, & manebis ibi. Precepi enim ibi mulieri vidue, vt paſcat te. Surrexit, & abijt in Sarephta. Cumque veniſſet ad portam ciuitatis, apparuit ei mulier vidua colligens ligna, & vocauit eam, dixitque ei: Da mihi paululum aque in vaſe, vt bibam. Cumque illa pergeret vt afferret, clamauit poſt tergum eius, dicẽs. Affer mihi obſecro & buccellã panis in manu tua. Que reſpondit. Viuit dñs deus tuus, quia nõ habeo panẽ, niſi quantũ pugillus capere poteſt farine in hydria, & paululũ olei in lecytho. Et colligo duo ligna: vt ingrediar, & faciam illud mihi & filio meo: vt comedamus, & moriamur. Ad quã Elias ait. Noli timere: ſed vade, & fac ſicut dixiſti. Veruntamen mihi primũ fac de ipſa farinula ſubcinericium panẽ

par-

paruulum, ⁊ affer ad mẽ: tibi autẽ ⁊ filio tuo facies poſtea. Hec autẽ dicit dominus deus Iſrael. Hydria farinę non deficiet: nec lecythus olei minuetur, vſque in diem in qua daturus eſt dominus pluuiam ſuper faciem terrę. Quę abijt, ⁊ fecit iuxta verbum Elię. Et comedit ipſe, ⁊ illa, ⁊ domus eius. Et ex illa die, hydria farinę non defecit: ⁊ lecythus olei non eſt imminutus, iuxta ver
bum domini quod locutus fue-
Ps. rat in manu Elię. Grad. Iacta
54. cogitatum tuum in domino, ⁊ ip-
ſe te enutriet. ℣. Dum clamarem ad dominum, exaudiuit vocem meam ab his qui appropinquant mihi.

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Mattheum.



ca. In illo tem-
23. pore: Locutus eſt Ieſus ad turbas, ⁊ ad diſcipulos ſuos, dicens. Super cathedrã Moyſi ſederunt Scribę ⁊ Phariſei. Omnia ergo quęcunque dixerint vobis, ſeruate ⁊ facite: ſecundum vero opera eorum nolite facere. Dicunt enim, ⁊ non faciunt. Alligant enim onera grauia ⁊ importabilia, ⁊ imponunt in humeros hominum: digito autem ſuo nolunt ea mouere. Omnia vero opera ſua faciunt, vt videãtur ab hominibus. Dilatant enim phylacteria ſua, ⁊ magnificant fimbrias. Amant autem primos recubitus in cęnis, ⁊ primas cathedras in ſynagogis, ⁊ ſalutationes in foro, ⁊ vocari ab hominibus, rabbi. Vos autem nolite vocari rabbi. Vnus eſt enim magiſter veſter: omnes autem vos fratres eſtis. Et patrem nolite vocare vobis ſuper terram: vnus eſt enim pater veſter qui eſt in cęlis. Nec vocemini magiſtri: quia magiſter veſter, vnus eſt, Chriſtus. Qui maior eſt veſtrum, erit miniſter veſter. Qui autem ſe exaltauerit, humiliabitur: ⁊ qui ſe humiliauerit, exaltabitur. Offerto.
Miſerere mei domine ſecundũ Ps.
magnam miſericordiam tuã: de 50.
le domine iniquitatem meam.

Secreta.

Sanctificationem tuam nobis domine his myſterijs operare placatus: quę nos ⁊ a terrenis purget vitijs: ⁊ ad cęleſtia dona perducat. Per dñm.

Alię Secretę, vt in Dñica prę-
cedenti. Communio. Narrabo Ps.
omnia mirabilia tua: lętabor ⁊ 9.
exultabo in te: pſallã nomini tuo altiſſime.

Poſtcom.

Vt ſacris domine reddamur digni muneribus, fac nos tuis quęſumus, ſemper obedire mandatis. Per dominum.

Alię poſtcom. vt in Dominica
precedenti.
Super populum. Oremus.
Humiliate capita veſtra deo.
PRopitiare domine ſuppli
cationibus noſtris, ⁊ ani/
marum noſtrarum medere lan/
guoribus: vt, remiſſione perce/
pta, in tua ſemper benedictione
lętemur. Per dominum noſtruz
Jeſum Chriſtum.

Feria iiij. Statio ad ſanctam
Ceciliam. Introitus.

Ps. NE derelinquas me do
37. mine deus meus, ne
diſcedas a me: inten
de in adiutorium me/
um, domine virtus ſa/
lutis meę. Pſalmus. Domine ne
in furore tuo arguas me, neque in
ira tua corripias me. ℣. Gloria
patri ⁊ filio, ⁊ ſpiritui ſancto.

Oremus.

POpulum tuum dñe propi/
tius reſpice: ⁊ quos ab e/
ſcis carnalibus pręcipis abſtine/
re, a noxijs quoque vitijs ceſſare
concede. Per dominum.
Alię orationes, vt in Dominica
precedenti.

Lectio libri Heſter.


ca. IN dieb⁹ illis: Orauit Mar
13. docheus ad dominum, di/
cens. Domine deus rex omnipo/
tens, in ditione tua cuncta ſunt po
ſita: ⁊ non eſt qui poſſit tuę reſi/
ſtere voluntati. Si decreueris
ſaluare nos, continuo liberabi/
mur. Tu enim domine feciſti cę/
lum ⁊ terram, ⁊ quicquid cęli am
bitu continetur. Tu es dominus
omnium: ⁊ non eſt qui reſiſtat
maieſtati tuę. Et nunc domine
rex regum, deus Abraham, mi/
ſerere populo tuo: quia volunt
nos inimici noſtri perdere, ⁊ hę/
reditatem tuam delere. Ne de/
ſpicias partem tuam, quam re/
demiſti tibi: ſed exaudi depreca/
tionem noſtram, ⁊ propitius e/
ſto ſorti ⁊ funiculo hęreditatis
tuę. Et conuerte luctum noſtrũ
in gaudium: vt viuentes, laude/
mus nomen tuum: ⁊ ne claudas
ora canentium te, domine deus
noſter. Graduale.

Saluum fac populum tuum do Ps.
mine, ⁊ benedic hęreditati tuę. 27.
℣. Ad te domine clamaui, deus
meus ne ſileas a me, ⁊ ero ſimi/
lis deſcendentibus in lacum.

Tractus. Domine, non ſecun/ Ps.
dum peccata noſtra quę fecimus 102
nos, neque ſecundum iniquitates
noſtras retribuas nobis. ℣. Do Ps.
mine, ne memineris iniquitatum 78.
noſtrarum antiquarum: cito an/
ticipẽt nos miſericordię tuę, quia
pauperes facti ſumus nimis. ℣.
Adiuua nos deus ſalutaris no/
ſter, ⁊ propter gloriam nominis
tui domine libera nos, ⁊ propi/
tius eſto peccatis noſtris propter
nomen tuum.

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Mattheum.

ca. 20.



IN illo tempore. Aſcendens Jeſus Hieroſolymam, aſſumpſit duodecim diſcipulos ſuos ſecreto, ⁊ ait illis. Ecce aſcendimus Hieroſolymam, ⁊ filius hominis tradetur principibus ſacerdotū ⁊ ſcribis: ⁊ condemnabunt euꝫ morte. Et tradent euꝫ gentibus ad illudendum, ⁊ flagellandum, ⁊ crucifigēdum: ⁊ die tertia reſurget. Tunc acceſſit ad eum mater filiorū Zebedęi cum filijs ſuis, adorans ⁊ petens aliquid ab eo. Qui dixit ei. Quid vis? Ait illi. Dic, vt ſedeant hi duo filij mei, vnus ad dexteram tuam, ⁊ vnus ad ſiniſtram, in regno tuo. Reſpondēs auteꝫ Jeſus, dixit. Neſcitis quid petatis? Poteſtis bibere calicem, quem ego bibiturus ſum? Dicunt ei. Poſſumus. Ait illis. Calicem quidem meum bibetis: ſedere autem ad dexteram meaꝫ vel ad ſiniſtram, non eſt meuꝫ dare vobis: ſed quibus paratū eſt a patre meo. Et audientes decē, indignati ſunt de duobus fratribus. Jeſus autem vocauit eos ad ſe: ⁊ ait. Scitis, quia principes gentium dominantur eorū: ⁊ qui maiores ſunt, poteſtateꝫ exercēt in eos? Non ita erit inter vos. Sed quicunque voluerit inter vos maior fieri, ſit veſter miniſter: ⁊ qui voluerit inter vos primus eſſe, erit veſter ſeruus. Sicut filius hominis non venit miniſtrari: ſed miniſtrare, ⁊ dare animam ſuam redemptionem pro multis.

Offertorium.

Ad te domine leuaui animam Pſ. 24.
meam, deus meus in te confido, non erubeſcam: neque irrideant me inimici mei: etenim vniuerſi, qui te expectant, non confundentur.

Secreta.

Hoſtias, quęſumus domine, quas tibi offerimus, ꝓpitius reſpice: ⁊ per hęc ſancta commercia, vincula peccatorum noſtrorum abſolue. Per dñm.

Alię Secretę, vt in Dominica precedenti. Communio. Juſtus Pſ. 20.
dñs, ⁊ iuſtitiam dilexit: ęquitateꝫ vidit vultus eius.

Poſtcom.

Sumptis domine ſacramētis, ad redemptionis ęternę, quęſumus, proficiamus augmentum. Per dominum.

Alię Poſtcom. vt in Dominica precedenti.

Super populum. Oremus. Humiliate capita veſtra deo.

Deus innocentię reſtitutor ⁊ amator, dirige ad te tuorum corda ſeruorum: vt ſpiritus tui feruore concepto, ⁊ in fide inueniantur ſtabiles, ⁊ in opere ef-

ficaces. Per dominum noſtrum. In vnitate eiuſdem ſpiritus, ꝛc.

¶ Feria v. Statio ad ſanctam Mariam trans Tyberim.

Introitus.

ps. 69. DEus in adiutorium meũ intende, dñe ad adiuuandum me feſtina: cõfundantur, ꝛ reuereantur omnes inimici mei, qui querunt animam meam. Pſalmus. Auertantur retrorſum, ꝛ erubeſcant qui volunt mihi mala. ℣. Gloria patri, ꝛ filio.

Oremus.

PReſta nobis, queſumus domine, auxilium gratie tue: vt ieiunijs ꝛ orationibus cõuenienter intenti, liberemur ab hoſtibus mentis ꝛ corporis. Per dominum noſtrum.

Alie orationes, vt in Dominica precedenti.

Lectio Hieremie prophete.

ca. 17. HEc dicit dominus deus. Maledictus homo qui cõfidit in homine, ꝛ ponit carnem brachium ſuum: ꝛ a domino recedit cor eius. Erit enim quaſi myrice in deſerto, ꝛ non videbit cũ venerit bonum: ſed habitabit in ſiccitate in deſerto in terra ſalſuginis, ꝛ inhabitabili. Benedictus vir qui confidit in dño, ꝛ erit dominus fiducia eius. Et erit quaſi lignum quod tranſplantatur ſuper aquas, quod ad humorẽ mittit radices ſuas: ꝛ non timebit cũ venerit eſtus. Et erit folium eius viride: ꝛ in tempore ſiccitatis nõ erit ſolicitum: nec aliquando deſinet facere fructum. Prauum eſt cor hominis ꝛ inſcrutabile: quis cognoſcet illud? Ego dominus ſcrutans corda, ꝛ probans renes: qui do vnicuique iuxta viam ſuam, ꝛ iuxta fructum adinuentionum ſuarum. Dicit dominus omnipotẽs. Graduale. Propitius eſto peccatis noſtris domine, ne quando dicant gentes, vbi eſt deus eorum? ℣. Adiuua nos deus ſalutaris noſter, ꝛ propter honorem nominis tui domine libera nos. ps. 78.

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Lucam.



IN illo tẽpore: Dixit Ieſus diſcipulis ſuis. ca. 16. Homo quidã erat diues, ꝛ induebatur purpura, ꝛ byſſo: ꝛ epulabatur quotidie ſplendide. Et erat quidam mendicus nomine Lazarus, qui iacebat ad ianuam eius, vlceribus plenus: cupiẽs ſaturari de micis que cadebant de menſa diuitis, ꝛ nemo illi dabat. Sed ꝛ canes veniebant, ꝛ lingebant vlcera eius. Factum eſt autem, vt moreretur mendicus, ꝛ portaretur ab angelis in ſinum Abrahe. Mortuus eſt autem ꝛ diues: ꝛ ſepultus eſt

in inferno. Eleuans autem ocu-
los ſuos, cum eſſet in tormentis,
vidit Abraham a longe, ⁊ Laza-
rum in ſinu eius. Et ipſe clamãs,
dixit. Pater Abraham, miſere-
re mei: ⁊ mitte Lazarum vt intin
gat extremum digiti ſui in aquã,
vt refrigeret linguam meã: quia
crucior in hac flamma. Et dixit
illi Abraham. Fili, recordare quia
recepiſti bona in vita tua, ⁊ Laza
rus ſimiliter mala: nunc autem
hic conſolatur, tu vero cruciaris.
Et in his omnibus, inter nos ⁊
vos chaos magnũ firmatũ eſt:
vt hi, qui volunt hinc tranſire ad
vos, non poſſint: neque inde huc
tranſmeare. Et ait. Rogo ergo
te pater, vt mittas eum in domũ
patris mei. Habeo enim quinq;
fratres, vt teſtetur illis, ne, ⁊ ipſi
veniant in hunc locũ tormento-
rum. Et ait illi Abraham. Ha-
bent Moyſen, ⁊ prophetas: au-
diant illos. At ille dixit. Non, pa
ter Abraham: ſed ſi quis ex mor
tuis ierit ad eos, penitentiã agẽt.
Ait autẽ illi Si Moyſen ⁊ pro-
phetas non audiunt: neq; ſi quis
ex mortuis reſurrexerit, credent.
Ex. Offertoriũ. Precatus eſt Moy
32. ſes in conſpectu domini dei ſui, ⁊
dixit: quare domine iraſceris in
populo tuo? parce ire anime tue:
memento Abraham, Iſaac, ⁊ Ja-
cob: quibus iuraſti dare terram
fluentem lac, ⁊ mel: ⁊ placatus eſt
dominus de malignitate, quam
dixit facere populo ſuo.

Secreta.

PReſenti ſacrificio nomini tuo nos domine ieiunia dicata ſanctificent: vt quod obſeruãtia noſtra profitetur exterius, interius operetur effectu. Per dominum noſtrum.

Alie Secrete, vt in Dominica precedẽti. Cõmunio. Qui manducat meam carnem, ⁊ bibit meum ſanguinẽ: in me manet, ⁊ ego in eo, dicit dñs. Poſtcom.

GRatia tua nos, queſumus domine, non derelinquat: que ⁊ ſacre nos deditos faciat ſeruituti, ⁊ tuam nobis opẽ ſemper acquirat. Per dominum.

Alie poſtcom. vt in Dominica precedenti.

Super populum. Oremus.
Humiliate capita veſtra deo.

ADeſto dñe famulis tuis, ⁊ perpetuã benignitatẽ largire poſcentibus: vt his, qui te auctore, ⁊ gubernatore gloriantur, ⁊ congregata reſtaures: ⁊ reſtaurata conſerues. Per dñm.

¶ Feria vj. Statio ad ſanctum Vitalem. Introitus.

EGo autẽ cum iuſti Pſa.
tia apparebo in cõ 16.
ſpectu tuo: ſatiabor
dũ manifeſtabitur
gloria tua. Pſalm.
Exaudi dñe iuſtitiam meam: in-

tende

tende deprecationem meam. ℣. Gloria patri ⁊ filio. Oremus.

Da, quęſumus, omnipotẽs deus, vt ſacro nos purificante ieiunio, ſynceris mentibus ad ſancta ventura facias peruenire. Per dominum noſtrum.

Alię orationes, vt in Dominica pręcedenti.

Lectio libri Geneſis.

ca. 37. IN diebus illis: Dixit Joſeph fratribus ſuis. Audite ſomnium meum, quod vidi. Putabam nos ligare manipulos in agro: ⁊ quaſi conſurgere manipulum meum, ⁊ ſtare, veſtroſque manipulos circunſtantes adorare manipulum meum. Reſponderunt fratres eius. Nunquid rex noſter eris? aut ſubijciemur ditioni tuę? Hęc ergo cauſa ſomniorum atq; ſermonum, inuidię ⁊ odij fomitem miniſtrauit. Aliud quoq; ſomnium vidit, quod narrans fratribus, ait. Vidi per ſomnium quaſi ſolem, ⁊ lunam, ⁊ ſtellas vndecim adorare me. Quod cum patri ſuo, ⁊ fratribus retuliſſet, increpauit eum pater, ⁊ dixit. Quid ſibi vult hoc ſomniũ, quod vidiſti? Nunquid ego, ⁊ mater tua, ⁊ fratres tui adorabimus te ſuper terram? Inuidebant igitur ei fratres ſui: pater vero rem tacitus conſiderabat. Cumq; fratres illius in paſcendis gregibus patris morarentur in Sichem, dixit ad eum Iſrael. Fratres tui paſcunt oues in Sichimis: veni, mittam te ad eos. Quo reſpondente, pręſto ſum, ait. Vade, ⁊ vide, ſi cuncta proſpera ſint erga fratres tuos, ⁊ pecora: ⁊ renuncia mihi quid agatur. Miſſus de valle Hebron, venit in Sichem: Inuenitque eum vir errantem in agro: ⁊ interrogauit quid quęreret. At ille reſpondit. Fratres meos quęro: indica mihi vbi paſcant greges. Dixit ei vir. Receſſerunt de loco iſto. Audiui autẽ eos dicentes. Eamus in Dothain. Perrexit ergo Joſeph poſt fratres ſuos, ⁊ inuenit eos in Dothain. Qui cum vidiſſent eũ procul, antequam accederet ad eos, cogitauerunt illum occidere. Et mutuo loquebantur. Ecce ſomniator venit: venite, occidamus eum, ⁊ mittamus eũ in ciſternã veterem: dicemusq;, fera peſſima deuorauit eum. Et tunc apparebit, quid illi proſint ſomnia ſua. Audiens autem hęc Ruben, nitebatur liberare eum de manibus eorum, ⁊ dicebat. Non interficiamus animã eius, nec effundamus ſanguinem: ſed proijcite eum in ciſternam hanc, quę eſt in ſolitudine: manuſque veſtras ſeruate innoxias. Hoc autem dicebat, volens eripere eum de manibus eorum, ⁊ reddere patri ſuo. Graduale.

ps. Ad dominum cum tribularer
119 clamaui, ⁊ exaudiuit me. ℣. Do
mine libera animam meam a la-
bijs iniquis, ⁊ a lingua doloſa.
ps. Tractus. Domine, non ſecun-
102 dum peccata noſtra, quę fecimus
nos: neque ſecundum iniquita-
tes noſtras retribuas nobis. ℣.
ps. Domine, ne memineris iniquita
78. tum noſtrarum antiquarum, cito
anticipent nos miſericordię tuę: quia pauperes facti ſumus nimis. ℣. Adiuua nos deus ſalutaris noſter, ⁊ propter gloriam nominis tui domine libera nos: ⁊ propitius eſto peccatis noſtris propter nomen tuum.

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Mattheum.



ca. In illo tempo-
21. re: Dixit Je
ſus turbis Judęorum, parabolam hanc. Homo quidam erat paterfamilias, qui plantauit vineam, ⁊ ſepem circundedit ei, ⁊ fodit in ea torcular, ⁊ ędificauit turrim, ⁊ locauit eam agricolis: ⁊ peregre profectus eſt. Cũ autem tempus fructuum appropinquaſſet, miſit ſeruos ſuos ad agricolas, vt acciperent fructus eius. Et agricolę apprehenſis ſeruis eius, alium ceciderunt, aliũ occiderunt, alium vero lapidauerunt. Iterum miſit alios ſeruos plures prioribus: ⁊ fecerunt illis ſimiliter. Nouiſſime autem miſit ad eos filium ſuum, dicens: verebuntur forte filiũ meum. Agricolę autem videntes filium, dixerunt intra ſe. Hic eſt hęres: venite, occidamus eum, ⁊ habebimus hęreditatem eius. Et apprehenſum eum, eiecerunt extra vineam, ⁊ occiderunt. Cum ergo venerit dominus vineę, quid faciet agricolis illis? Aiunt illi. Malos male perdet: ⁊ vineam ſuam locabit alijs agricolis, qui reddant ei fructum temporibus ſuis. Dicit illis Jeſus. Nunquã legiſtis in ſcripturis, lapidẽ quẽ reprobauerũt ędificantes, hic factus eſt in caput anguli? A dño factum eſt iſtud: ⁊ eſt mirabile in oculis noſtris. Ideo dico vobis, quia auferetur a vobis regnum dei, ⁊ dabitur genti facienti fructus eius. Et qui ceciderit ſuper lapidem iſtum, cõfringetur. Super quem vero ceciderit, conteret eum. Et cum audiſſent principes ſacerdotum ⁊ phariſęi parabolas eius: cognouerũt quod de ipſis diceret. Et quęrentes eum tenere, timuerunt turbas:
quoniam ſicut prophetam eum ps.
habebãt. Offerto. Dñe, in au- 39.
xilium meum reſpice: confundantur, ⁊ reuereãtur qui quęrunt animam meã, vt auferant eam: dñe in auxilium meum reſpice.

Secreta.

HAec in nobis ſacrificia, deus ⁊ actione permaneāt ⁊ operatione firmētur. Per do. Alię Secretę, vt in Dñica prę-
ps. cedenti. Cōmunio. Tu dñe ſer-
11. uabis nos, ⁊ cuſtodies nos a generatione hac in ęternum.

Poſtcom.

HAc nos, quęſumus domine, accepto pignore ſalutis ęternę, ſic tendere congruenter, vt ad eam peruenire poſſimus. Per dñm. Alię Poſtcom. vt in Dñica pręcedenti.

Super populum. Oremus.

Humiliate capita veſtra deo.

DA, quęſumus dñe, populo tuo ſalutē mentis ⁊ corporis: vt bonis operibus inhęrēdo, tuę ſemper virtutis mereatur protectione defendi. Per dominum noſtrum.

¶ Sabbato. Statio ad ſanctos Marcellinum ⁊ Petrum. Introitus.

ps. LEx domini irreprehen-
18. ſibilis, conuertēs animas: teſtimonium domini fidele, ſapientiam pręſtans paruulis. pſalmus. Celi enarrant gloriam dei, ⁊ opera manuum eius annunciat firmamentū. ℣. Gloria patri. Oremus.

DA, quęſumus domine, noſtris effectuz ieiunijs ſalutarem: vt caſtigatio carnis aſſumpta, ad noſtrarum vegetationē tranſeat animarum. Per dñm. Alię Orationes, vt in Dominica pręcedenti.

Lectio libri Geneſis.

IN diebus illis: Dixit Re- ca.
becca filio ſuo Jacob. Au- 27.
diui patrem tuum loquentez cuz Eſau fratre tuo, ⁊ dicentem ei. Affer mihi de venatione tua, ⁊ fac cibos vt comedam, ⁊ benedicam tibi coram domino antequā moriar. Nūc ergo, fili mi, acquieſce conſilijs meis: ⁊ pergens ad gregem, affer mihi duos hędos optimos, vt faciam ex eis eſcas patri tuo, quibus libenter veſcitur: quas cum intuleris, ⁊ comederit, benedicat tibi priuſquam moriatur. Cui ille reſpōdit. Noſti, quod Eſau frater meus homo piloſus ſit, ⁊ ego lęuis: ſi attrectauerit me pater meus, ⁊ ſenſerit, timeo ne putet me voluiſſe ſibi illudere, ⁊ inducam ſuper me maledictionē pro benedictione. Ad quem mater: in me ſit, ait, iſta maledictio fili mi: tantum audi vocem meam, ⁊ pergens, affer quę dixi. Abijt, ⁊ attulit, deditqꝫ matri ſuę. Parauit illa cibos, ſicut nouerat velle patrem illius. Et veſtibus Eſau valde bonis, quas apud ſe habebat domi, induit eum: pelliculaſqꝫ hędorum circundedit manibus, ⁊ colli nuda

da protexit. Deditq; pulmentũ: ⁊ panes quos coxerat, tradidit. Quibus illatis, dixit. Pater mi? At ille reſpondit. Audio. Quis es, fili mi? Dixitq; Jacob. Ego ſuz Eſau primogenitus tuus: feci, ſicut precepiſti mihi. Surge, ſede, ⁊ comede de venatione mea, vt benedicat mihi anima tua.

Rurſumq; Jſaac ad filiuz ſuum. Quomodo, inquit, tam cito inuenire potuiſti, fili mi? Qui reſpondit. Voluntas dei fuit, vt cito mihi occurreret quod volebã. Dixitq; Jſaac. Accede huc, vt tangam te, fili mi: ⁊ probem vtrũ tu ſis filius meus Eſau, an non? Acceſſit ille ad patrẽ: ⁊ palpato eo, dixit Jſaac. Vox quidẽ, vox Jacob eſt: ſed manus, manus ſunt Eſau. Et non cognouit eũ, quia piloſe manus ſimilitudinez maioris expreſſerant. Benedicens ergo illi, ait. Tu es filius meus Eſau? Reſpondit. Ego ſum. At ille: Affer, inquit, mihi, cibos de venatione tua, fili mi, vt benedicat tibi anima mea. Quos cũ oblatos comediſſet, obtulit ei etiam vinuz. Quo hauſto, dixit ad eum. Accede ad me: ⁊ da mihi oſculũ, fili mi. Acceſſit, ⁊ oſculatus eſt eũ. Statimq; vt ſenſit veſtimentoꝝ illius fragrantiã, benedicens ait. Ecce odor filij mei, ſicut odor agri pleni, cui benedixit dñs. Det tibi deus de rore celi, ⁊ de pinguedine terre, abundantiã frumenti, vini, ⁊ olei. Et ſeruiant tibi populi, ⁊ adorent te tribus. Eſto dñs fratruz tuorũ: ⁊ incuruentur ante te filij matris tue. Qui maledixerit tibi, ſit ille maledictus: ⁊ qui benedixerit tibi, benedictionibus repleatur. Vix Jſaac ſermonem impleuerat: ⁊ egreſſo Jacob foras, venit Eſau, coctoſq; de venatione cibos intulit patri, dicẽs. Surge pater mi, ⁊ comede de venatione filij tui: vt benedicat mihi aĩa tua. Dixitq; illi Jſaac. Quis enim es tu? Qui reſpondit. Ego ſum filius tuus primogenitus Eſau. Expauit Jſaac ſtupore vehemẽti: ⁊, vltra quam credi poteſt, admirans, ait. Quis ergo ille eſt, q̃ duduz captã venationẽ attulit mihi, ⁊ comedi ex omnib⁹ priuſquã tu venires? benedixiq; ei, ⁊ erit benedictus. Auditis Eſau ſermonibus patris, irrugijt clamore magno: ⁊ conſternatus ait. Benedic etiaz ⁊ mihi, pater mi. Qui ait. Venit germanus tuus fraudulẽter, ⁊ accepit benedictionem tuã. At ille ſubiunxit. Juſte vocatum eſt nomen eius Jacob. Supplantauit eniz me en altera vice. Primogenita mea ante tulit, ⁊ nunc ſecũdo ſurripuit benedictionẽ meã. Rurſumq; ad patrem. Nunquid nõ reſeruaſti, ait, ⁊ mihi benedictionem? Reſpondit Jſaac. Dominum tuum illuz conſti-

cōſtitui, ⁊ omnes fratres eius ſer-
uituti illius ſubiugaui. Frumen-
to, vino, ⁊ oleo ſtabiliui eum: ⁊ ti-
bi poſt hęc fili mi, vltra quid fa
ciam? Cui Eſau. Nū vnam, in-
quit, tantum benedictionem ha-
bes pater? Mihi quoq; obſecro
vt benedicas. Cumque eiulatu
magno fleret, motus Iſaac, dixit
ad eum. In pinguedine terrę, ⁊
in rore cęli deſuper erit benedi-
ctio tua. Graduale.

Pſ. 9. Bonum eſt confiteri domino, ⁊
pſallere nomini tuo altiſſime. ℣.
Ad annunciandum mane miſeri
cordiam tuam, ⁊ veritatem tuam
per noctem.

Sequentia ſancti euangelij
ſecundum Lucam.



ca. 15. In illo tem-
pore: Dixit
Ieſus diſcipulis
ſuis parabolā hāc.
Homo quidā ha-
buit duos filios: ⁊
dixit adoleſcētior
ex illis patri. Pater, da mihi por
tionem ſubſtantię quę me contin
git. Et diuiſit illis ſubſtantiā. Et
non poſt multos dies, congrega-
tis omnibus adoleſcentior filius
peregre profectus eſt in regionē
longinquam: ⁊ ibi diſſipauit ſub-
ſtantiam ſuā viuendo luxurioſe.
Et poſtquā conſummaſſet om-
nia, facta eſt fames valida in re-
gione illa: ⁊ ipſe cępit egere. Et
abijt, ⁊ adheſit vni ciuium regio-
nis illius. Et miſit illum in villā
ſuam, vt paſceret porcos. Et cu-
piebat implere ventrem ſuū de
ſiliquis quas porci manducabāt:
⁊ nemo illi dabat. In ſe autē re-
uerſus dixit. Quanti mercenarij
in domo patris mei abundāt pa-
nibus: ego autē hic fame pereo?
Surgam, ⁊ ibo ad patrem meū;
⁊ dicam ei. Pater, peccaui in cę-
lum ⁊ coram te: iam non ſum di-
gnus vocari filius tuus: fac me ſi-
cut vnum de mercenarijs tuis.
Et ſurgens, venit ad patrē ſuū.
Cum autem adhuc longe eſſet,
vidit illum pater ipſius: ⁊ miſeri-
cordia motus eſt. Et accurrens
cecidit ſuper collum eius, ⁊ oſcu-
latus eſt eum. Dixitque ei filius,
Pater, peccaui in cęlum, ⁊ corā
te: iam non ſū dignus vocari fi-
lius tuus. Dixit autem pater ad
ſeruos ſuos. Cito proferte ſtolā
primam, ⁊ induite illum: ⁊ date
annulum in manu eius, ⁊ calcea-
menta in pedes eius: ⁊ adducite
vitulū ſaginatū, ⁊ occidite, ⁊ man
ducemus ⁊ epulemur: quia hic
filius meus mortuus erat, ⁊ reui-
xit: perierat, ⁊ inuentus eſt. Et
cęperunt epulari. Erat autem
filius eius ſenior in agro. Et cū
veniret, ⁊ appropinquaret do-
mui, audiuit ſymphoniam ⁊ cho-
rum. Et vocauit vnum de ſeruis:
⁊ interrogauit, quę hęc eſſent.

Iſque dixit illi. Frater tuus venit: ⁊ occidit pater tuus vitulum ſaginatum, quia ſaluum illum recepit. Indignatus eſt autem, ⁊ nolebat introire. Pater ergo illius egreſſus, cepit rogare eum. At ille reſpondens, dixit patri ſuo. Ecce tot annis ſeruio tibi: ⁊ mandatum tuum nunquam pręteriui: ⁊ nunquam dediſti mihi hędum, vt cum amicis meis epularer. Sed poſtquam filius tuus hic, qui deuorauit ſubſtantiā ſuaꝫ cum meretricibus, venit: occidiſti illi vitulum ſaginatum. At ipſe dixit illi. Fili, tu ſemper mecum es: ⁊ omnia mea, tua ſunt. Epulari autem ⁊ gaudere oportebat, quia frater tuus hic, mortuus erat, ⁊ reuixit: perierat, ⁊ inuentus eſt.

Offertorium.

Ps. 12. Illumina oculos meos, ne vnquam obdormiam in morte: nequando dicat inimicus meus, prępualui aduerſus eum.

Secreta.

Hiis ſacrificijs domine concede placatus: vt, qui proprijs oramus abſolui delictis, nō grauemur externis. Per dn̄m.

Alię Secretę, vt in Dominica precedenti.

Communio.

Oportet te fili gaudere: quia frater tuus mortuus fuerat, ⁊ reuixit: perierat, ⁊ inuentus eſt.

Poſtcom.

Sacramēti tui domine diuina libatio penetralia noſtri cordis infundat: ⁊ ſui nos participes potēter efficiat. Per do.

Alię Poſtcom. vt in Dominica precedenti.

Super populum. Oremus.

Humiliate capita veſtra deo.

Familiam tuam, quęſumus domine, continua pietate cuſtodi: vt, quę in ſola ſpe gratię celeſtis innititur, celeſti etiā protectione muniatur. Per dn̄m.

¶ Dominica iij. in Quadrageſ.

Statio ad ſanctum Laurentium extra muros.

Introitus.

Oculi mei ſemper ad dn̄m: quia ipſe euellet de laqueo pedes meos: reſpice in me, ⁊ miſerere mei, quoniam vnicus, ⁊ pauper ſum ego. Ps. 24.

Pſalmus. Ad te domine leuaui animam meam: deus meus in te confido, non erubeſcam. ℣. Gloria patri ⁊ filio.

Oremus.

Quęſumus, omnipotēs deus, vota humilium reſpice: atque ad defenſionem noſtrā dexteraꝫ tuę maieſtatis extende. Per dominum noſtrum.

Ad poſcēda ſuffragia ſanctorū.

Oratio.

A cunctis nos, quęſumus domine, mentis ⁊ corporis defende periculis: ⁊ intercedente beata ⁊ glorioſa, ſemperque virgine dei genitrice Maria, cū

beatis

beatis apoſtolis tuis Petro ⁊
Paulo, atque beato N ⁊ omni-
bus ſanctis, ſalutem nobis tribue
benignus ⁊ pacem: vt deſtructis
aduerſitatibus ⁊ erroribus vni-
uerſis, eccleſia tua ſecura tibi ſer-
uiat libertate.

Pro viuis ⁊ defunctis. Oratio.

Omnipotens ſempiterne
deus, qui viuorum domina-
ris ſimul ⁊ mortuorum, omnium-
que miſereris, quos tuos fide ⁊
opere futuros eſſe pręnoſcis: te
ſupplices exoramus: vt pro qui-
bus effundere preces decreui-
mus, quoſque vel pręſens ſeculū
adhuc in carne retinet, vel futu-
rum iam exutos corpore ſuſcepit:
intercedentibus omnibus ſanctis
tuis, pietatis tuę clementia, om-
nium delictorum ſuorum veniam
conſequantur. Per dominum.

Lectio epiſtolę beati Pauli
apoſtoli ad Epheſios.

ca. Fratres: Eſtote imitato-
5. res dei, ſicut filij chariſſi-
mi: ⁊ ambulate in dilectione, ſicut
⁊ Chriſtus dilexit nos: ⁊ tradidit
ſemetipſum pro nobis oblationē
⁊ hoſtiam deo in odorem ſuauita-
tis. Fornicatio autē ⁊ omnis im-
munditia, aut auaritia, nec nomi-
netur in vobis, ſicut decet ſan-
ctos: aut turpitudo, aut ſtultilo-
quium, aut ſcurrilitas, quę ad rem
non pertinet: ſed magis gratiarū
actio. Hoc autē ſcitote intelligē-
tes: quod omnis fornicator, aut
immundus, aut auarus, quod eſt
idolorū ſeruitus, non habet here-
ditatē in regno Chriſti ⁊ dei. Ne-
mo vos ſeducat inanibus verbis:
Propter hec enim venit ira dei
in filios diffidentię. Nolite ergo
effici participes eorū. Eratis e-
nim aliquando tenebrę: nunc au-
tem lux in dño. Ut filij lucis am-
bulate. Fructus enim lucis, eſt in
omni bonitate, ⁊ iuſtitia, ⁊ verita-
te. Graduale. Exurge domi- ps.
ne, non pręualeat homo: iudicen- 9.
tur gentes in conſpectu tuo. ℣.
In conuertendo inimicū meum
retrorſum, infirmabuntur, ⁊ peri-
bunt a facie tua. Tractus.
Ad te leuaui oculos meos, qui ps.
habitas in cęlis. ℣. Ecce ſicut 122
oculi ſeruorum in manibus domi-
norum ſuorum. ℣. Et ſicut ocu-
li ancillę in manibus dominę ſuę,
ita oculi noſtri ad dominum deū
noſtrum, donec miſereatur no-
ſtri. ℣. Miſerere nobis domi-
ne, miſerere nobis.

Sequentia ſancti euangelij
ſecundum Lucam.



In illo tēpo- ca.
re. Erat Je- 11.
ſus eijciens demo-
nium: ⁊ illud erat
mutum. Et cum
eieciſſet demonium,
locutus eſt mutus:
⁊ admiratę ſunt turbę. Quidam
autem

autem ex eis dixerunt. In beel-
zebub principe demonioꝝ eij-
cit demonia. Et alij tentantes, ſi-
gnum de celo querebant ab eo.
Ipſe autē vt vidit cogitationes
eorū, dixit. Omne regnū in ſeip-
ſum diuiſum, deſolabitur: & domus
ſupra domum cadet. Si autem &
ſatanas in ſeipſum diuiſus eſt: quo-
modo ſtabit regnum ipſius, quia
dicitis in beelzebub eijcere me
demonia? Si autem ego in beel
zebub eijcio demonia: filij veſtri
in quo eijciūt? Ideo ipſi iudices
veſtri erunt. Porro ſi in digito
dei eijcio demonia: profecto per-
uenit in vos regnum dei. Cum for-
tis armatus cuſtodit atrium ſuū:
in pace ſunt omnia que poſſidet.
Si autē fortior illo ſuperueniēs
vicerit eum: vniuerſa arma eius
auferet, in quibus confidebat: &
ſpolia eius diſtribuet. Qui non
eſt mecum, aduerſum me eſt: & qui
non colligit mecum, diſpergit.
Cum immundus ſpiritus exierit
ab homine, perambulat per lo-
ca inaquoſa, querens requiem.
Et non inueniens dicit. Reuer-
tar in domum meam, vnde exiui.
Et cum venerit, inuenit eam ſco-
pis mundatam & ornatam. Et
tunc vadit, & aſſumit ſecum ſeptē
alios ſpiritus nequiores ſe: & in-
greſſi habitant ibi. Et fiunt no-
uiſſima hominis illius peiora pri-
oribus. Factū eſt autē cū hec dice-
ret, extollens vocē quedā mulier
de turba dixit illi. Beatus venter
qui te portauit: & vbera que ſuxi-
ſti. At ille dixit. Quinimmo, bea-
ti qui audiunt verbū dei, & cuſto-
diunt illud. Et dicitur. Credo.
Offerto. Iuſtitie dñi recte, letifi- ps.
cantes corda: & iudicia eius dul- 18.
ciora ſuper mel & fauū: nam & ſer-
uus tuus cuſtodit ea. Secreta.

Hec hoſtia, queſumus domine, emundet noſtra delicta, & ad ſacrificium celebrandū, ſubditorum tibi corpora, menteſque ſanctificet. Per dñm.

Alie Secrete.

Exaudi nos deus ſalutaris noſter, vt per huius ſacramenti virtutē, a cunctis nos mentis & corporis hoſtibus tuearis: gratiam tribuens in preſenti, & gloriam in futuro.

Deus, cui ſoli cognitus eſt numerus electorū in ſuperna felicitate locādus: tribue queſumus: vt, intercedentibus omnibus ſanctis tuis, vniuerſorum, quos in oratione cōmendatos ſuſcepimus, & omniū fidelium nomina beate predeſtinationis liber aſcripta retineat. Per dñm.

Communio. Paſſer inuenit ſibi ps.
domū, & turtur nidum, vbi repo- 83.
nat pullos ſuos: altaria tua dñe
virtutum, rex meus & deus meus:
beati qui habitant in domo tuā,
in ſeculum ſeculi laudabunt te.

Poſtcom.

A Cunctis nos, quęſumus domine, reatibus ⁊ periculis propitiatus abſolue, quos tanti myſterij tribuis eſſe participes: Per dominum noſtrum.

Alię Poſtcom.

M Undet, ⁊ muniat nos, quęſumus domine, diuini ſacramenti munus oblatuȝ, ⁊ intercedēte beata virgine dei genitrice Maria, cum beatis apoſtolis tuis Petro ⁊ Paulo, atqȝ beato N. ⁊ oībus ſanctis: a cunctis nos reddat ⁊ peruerſitatibus expiatos, ⁊ aduerſitatibus expeditos.

P Urificent nos, quęſumus omnipotens, ⁊ miſericors deus, ſacramēta quę ſumpſimus: ⁊ intercedentibus omnibus ſanctis tuis pręſta: vt hoc tuum ſacramentum non ſit nobis reatus ad penaȝ, ſed interceſſio ſalutaris ad veniam: ſit ablutio ſcelerū, ſit fortitudo fragilium, ſit cōtra omnia mundi pericula firmamentū, ſit viuorum atqȝ mortuoruȝ fidelium, remiſſio omnium delictorū. Per dominum noſtrum.

¶ Feria ij. Statio ad ſanctum Marcum. Introitus.

Ps. 55. IN deo laudabo verbum: in dño laudabo ſermonem: in deo ſperabo: nō timebo, quid faciat mihi homo.

Pſalmus. Miſerere mei deus, quoniam conculcauit me homo, tota die bellans tribulauit me. ℣. Gloria patri. Oremus.

C Ordibus noſtris, quęſumus dñe, gratiā tuam benignus infunde: vt ſicut ab eſcis carnalibus abſtinemus, ita ſenſus quoque noſtros a noxijs retrahamus exceſſibus. Per dñm.

Alię Orationes, vt in Dominica pręcedenti.

Lectio libri Regum.

IN diebus illis. Naaman 4.
princeps militię regis Sy re.
rię, erat vir magnus apud domi 5.
num ſuum, ⁊ honoratus. Per illum enim dedit dñs ſaluteȝ Syrię. Erat autē vir fortis, ⁊ diues: ſed leproſus. Porro de Syria egreſſi fuerant latrunculi: ⁊ captiuaȝ duxerāt de terra Iſrael puellam paruulam, quę erat in obſequio vxoris Naaman: quę ait ad dominam ſuam. Utinam fuiſſet dñs meus ad Prophetam qui eſt in Samaria: profecto curaſſet eum a lepra quam habet. Ingreſſus eſt itaqȝ Naaman ad dominuȝ ſuum, ⁊ nunciauit ei, dicēs. Sic ⁊ ſic locuta eſt puella de terra Iſrael. Dixitqȝ ei rex Syrię. Uade, ⁊ mittaȝ literas ad regem Iſrael. Qui cū profectus eſſet, ⁊ tuliſſet ſecuȝ decē talenta argēti, ⁊ ſex millia aureos, ⁊ decē mutatoria veſtimentorum: detulit literas ad regem Iſrael, in hęc ver

ba.

ba. Cuꝫ acceperis epiſtolã hãc, ſcito quod miſeriꝫ ad te Naamã ſeruum meum: vt cureꝫ eum a lepra ſua. Cumqꝫ legiſſet rex Iſrael literas, ſcidit veſtimenta ſua, ⁊ ait. Nunquid deus ſum ego, vt occidere poſſiꝫ ⁊ viuificare, quia iſte miſit ad me, vt cureꝫ hominẽ a lepra ſua? Animaduertite, ⁊ videte: quod occaſiones querat aduerſum me. Quod cum audiſſet Eliſeus vir dei: ſcidiſſe videlicet regem Iſrael veſtimenta ſua: miſit ad eum, dicens. Cur ſcidiſti veſtimẽta tua? Ueniat ad me, ⁊ ſciat prophetam eſſe in Iſrael. Uenit ergo Naaman cum equis ⁊ curribus, ⁊ ſtetit ad oſtium domus Eliſei: miſitqꝫ ad eum Eliſeus nuncium, dicens. Uade, ⁊ lauare ſepties in Iordane: ⁊ recipiet ſanitateꝫ caro tua, atqꝫ mundaberis. Iratus Naaman, recedebat dicẽs. Putabã quod egrederetur ad me: ⁊ ſtans inuocaret nomen domini dei ſui, ⁊ tangeret manu ſua locum lepre, ⁊ curaret me. Nunquid non meliores ſunt Abana, ⁊ Pharphar, fluuii Damaſci, omnibus aquis Iſrael, vt lauer in eis, ⁊ munder? Cuꝫ ergo vertiſſet ſe, ⁊ abiret indignãs: acceſſerunt ad euꝫ ſerui ſui, ⁊ locuti ſunt ei. Pater, ⁊ ſi rem grandem dixiſſet tibi propheta, certe facere debueras: quanto magis, quia nunc dixit tibi, lauare, ⁊ mundaberis? Deſcendit: ⁊ lauit in Iordane ſepties, iuxta ſermonem viri dei: ⁊ reſtituta eſt caro eius, ſicut caro pueri paruuli: ⁊ mundatus eſt. Reuerſuſqꝫ ad virum dei cum vniuerſo comitatu ſuo, venit, ⁊ ſtetit coram eo, ⁊ ait. Uere ſcio, quod nõ ſit alius deus in vniuerſa terra, niſi tantum in Iſrael.

Grad. Deus vitam meã annunciaui tibi, poſuiſti lacrymas meas in conſpectu tuo. Ps. 55. ℣. Miſerere mei dñe, quoniã conculcauit me homo: tota die bellãs tribulauit me.

Tractus. Domine, non ſecundum peccata noſtra que fecimus nos: neqꝫ ſecundum iniquitates noſtras retribuas nobis. Ps. 102 ℣. Dñe, ne memineris iniquitatum noſtrarum antiquarum: cito anticipẽt nos miſericordie tue: quia pauperes facti ſumus nimis. Ps. 78. ℣. Adiuua nos deus ſalutaris noſter: ⁊ propter gloriam nominis tui domine libera nos: ⁊ propitius eſto peccatis noſtris propter nomen tuum.

Sequentia ſancti euangelii ſecundum Lucam.



In illo tempore: Dixerunt phariſei ad Ieſum. Ca. 4. Quãta audiuimus facta in Capharnaum: fac ⁊ hic in patria tua. Ait autem. Amen dico vobis,

quia nemo propheta acceptus
eſt in patria ſua. In veritate di-
co vobis: multę viduę erant in
diebus Elię in Iſrael, quando
clauſum eſt celuz annis tribus ⁊
menſibus ſex, cum facta eſſet fa-
mes magna in omni terra: ⁊ ad
nullam illarum miſſus eſt Elias,
niſi in Sarephta Sidonię, ad
mulierem viduam. Et multi le-
proſi erant in Iſrael ſub Eliſeo
propheta: ⁊ nemo eorum mun-
datus eſt, niſi Naaman Syrus.
Et repleti ſunt omnes in ſyna-
goga ira, hęc audientes. Et ſur-
rexerunt, ⁊ eiecerunt eum extra
ciuitatem: ⁊ duxerunt illum vſqz
ad ſupercilium montis, ſuper quē
ciuitas eorum erat ędificata, vt
pręcipitarent eum. Ipſe autem
tranſiens per medium illorum,
ibat. Offertorium. Exaudi
ps. 54. deus orationem meam, ⁊ ne de-
ſpexeris deprecationem meam:
intende in me, ⁊ exaudi me.

Secreta.

Munus, quod tibi domine
noſtrę ſeruitutis offerimus,
tu ſalutare nobis perfice ſacra-
mentum. Per dominum noſtrū
Jeſum Chriſtum filium tuum.
Alię Secretę, vt in Dominica
pręcedenti. Communio.
ps. 13. Quis dabit ex Sion ſalutare
Iſrael? cum auerterit dominus
captiuitatez plebis ſuę, exultabit
Jacob ⁊ lętabitur Iſrael.

Poſtcom.

Preſta, quęſumus, omnipo-
tens ⁊ miſericors deus: vt
quod ore contingimus, pura men-
te capiamus. Per dominum no-
ſtrum Jeſum Chriſtum.
Alię Poſtcom. vt in Dominica
pręcedenti.
Super populum. Oremus.
Humiliate capita veſtra deo.
Subueniat nobis domine
miſericordia tua: vt, ab im-
minentibus peccatorum noſtro-
rum periculis, te mereamur pro-
tegente eripi, te liberāte ſaluari.
Per dominum noſtrum Jeſum
Chriſtum filium tuum.

¶ Feria iiij. Statio ad ſanctam
Pudentianam. Introitus.

Ego clamaui, quo- ps.
niam exaudiſti me 16.
deus: inclina aurē
tuam, ⁊ exaudi ver-
ba mea: cuſtodi me
domine vt pupillam oculi: ſub
vmbra alarum tuarum protege
me. Pſalmus. Exaudi domine iu-
ſtitiam meam: intende depreca-
tionem meam. ℣. Gloria patri
⁊ filio. Oremus.
Exaudi nos omnipotens ⁊
miſericors deus: ⁊ conti-
nentię ſalutaris propitius nobis
dona concede. Per dominum
noſtrum Jeſum Chriſtum.
Alię Orationes, vt in Domini-
ca pręcedenti.

Lectio libri Regum.

ca. In diebus illis. Mulier
4. quędam clamabat ad Eli/
ſeum prophetam, dicens. Ser/
uus tuus vir meus mortuus eſt:
⁊ tu noſti quia ſeruus tuus fuit, ti/
mens deuꝫ. Et ecce creditor ve/
nit, vt tollat duos filios meos ad
ſeruiendum ſibi. Cui dixit Eli/
ſeus. Quid vis vt faciam tibi?
Dic mihi, quid habes in domo
tua? At illa reſpondit. Non ha/
beo ancilla tua quicquam in do/
mo mea, niſi parum olei quo vn/
gar. Cui ait. Uade, pete mutuo
ab omnibus vicinis tuis vaſa va/
cua non pauca. Et ingredere, ⁊
claude oſtium tuuꝫ, cum intrinſe/
cus fueris tu ⁊ filij tui: ⁊ mitte in/
de in omnia vaſa hęc: ⁊ cum ple/
na fuerint, tolles. Fuit itaqꝫ mu/
lier, ⁊ clauſit oſtiuꝫ ſuper ſe ⁊ ſu/
per filios ſuos: illi offerebant va/
ſa, ⁊ illa infundebat. Cumqꝫ ple/
na fuiſſent vaſa, dixit ad filiū ſuū.
Affer mihi adhuc vas. Et ille re/
ſpondit. Non habeo. Stetitqꝫ
oleum. Uenit autem illa, ⁊ indi/
cauit homini dei. Et ille. Uade,
inquit, vende oleum, ⁊ redde cre/
ditori tuo: tu autem ⁊ filij tui vi/
uite de reliquo. **Graduale.**

ps. Ab occultis meis mūda me do/
18. mine: ⁊ ab alienis parce ſeruo
tuo. ℣. Si mei nō fuerint domi/
nati, tunc immaculatus ero: ⁊ e/
mundabor a delicto maximo.

Sequentia ſancti euangelij ſecunduꝫ Mattheum.



In illo tēpo/ ca.
re: Dixit Je/ 13.
ſus diſcipulis ſuis.
Si peccauerit in
te frater tuus: va/
de, ⁊ corripe eum
inter te ⁊ ipſum ſo/
lū. Si te audierit:
lucratus eris fratrem tuum. Si
auteꝫ te non audierit: adhibe te/
cum adhuc vnum vel duos, vt in
ore duorum vel trium teſtiū ſtet
omne verbum. Quod ſi non au/
dierit eos: dic eccleſię. Si auteꝫ
eccleſiam non audierit: ſit tibi ſi/
cut ethnicus ⁊ publicanus. Amē
dico vobis: quęcunque alligaue/
ritis ſuper terram, erunt ligata ⁊
in cęlo: ⁊ quęcunque ſolueritis
ſuper terraꝫ, erunt ſoluta ⁊ in cę/
lo. Iterum dico vobis: quia ſi
duo ex vobis conſenſerint ſuper
terram: de omni re quancunque
petierint, fiet illis a patre meo
qui in celis eſt. Ubi enim ſunt
duo vel tres congregati in nomi/
ne meo: ibi ſum in medio eorum.
Tunc accedens ad eū Petrus,
dixit. Domine, quoties pecca/
bit in me frater meus, ⁊ dimittaꝫ
ei? Uſque ſepties? Dixit illi Je/
ſus. Non dico tibi vſque ſepties:
ſed vſque ſeptuagies ſepties.

Offertorium. Dextera domini ps.
fecit virtutem: dextera dñi exal/ 117

tauit me: non moriar ſed viuam, ⁊ narrabo opera domini.

Secreta.

PEr hec veniat, queſumus domine; ſacramenta noſtre redemptionis effectus: qui nos ⁊ ab humanis retrahat ſemper exceſſibus: ⁊ ad ſalutaria dona perducant. Per dominum.

Alie Secrete, vt in Dominica precedenti. Communio.

ps. Domine, quis habitabit in ta-
14. bernaculo tuo, aut quis requieſcet in monte ſancto tuo? qui ingreditur ſine macula, ⁊ operatur iuſtitiam. Poſtcom.

SAcris dñe myſterijs expiati, ⁊ veniam, queſumus, cōſequamur: ⁊ gratiam. Per dñꝫ.

Alie Poſtcom. vt in Dominica precedenti.

Super populum. Oremus.

Humiliate capita veſtra deo.

TUa nos dñe protectione defende, ⁊ ab omni ſemper iniquitate cuſtodi. Per dñm.

¶ Feria iiij. Statio ad ſanctū Xyſtum. Introitus.

ps. EGo auteꝫ in domi-
30. no ſperabo: exultabo, ⁊ letabor in tua miſericordia: quia reſpexiſti humilitatem meam. pſalmus. In te domine ſperaui, non confundar in eternuꝫ: in iuſtitia tua libera me, ⁊ eripe me. ℣. Gloria patri ⁊ filio ⁊ ſpiritui ſancto. Oremus.

PReſta nobis, queſumus domine, vt, ſalutaribus ieiunijs eruditi, a noxijs quoqꝫ vitijs abſtinentes, propitiationem tuaꝫ facilius impetremus. Per dñm.

Alie Orationes, vt in Dominica precedenti.

Lectio libri Exodi.

HEc dicit dominus deus. ca.
Honora patrē tuuꝫ ⁊ ma- 20.
trem tuam: vt ſis longeuus ſuper terram, quā dominus deus tuus dabit tibi. Nō occides. Non mechaberis. Non furtū facies. Non loqueris contra proximū tuuꝫ falſum teſtimonium. Non concupiſces domum proximi tui: nec deſiderabis vxorem eius: non ſeruum, non ancillam, nō bouem, non aſinum: nec omnia que illius ſunt. Cunctus autem populus videbat voces ⁊ lampades, ⁊ ſonitum buccine, montemqꝫ fumigantē: ⁊ perterriti ac pauore cōcuſſi, ſteterunt procul, dicentes Moyſi. Loquere tu nobis, ⁊ audiemus. Non loquatur nobis dominus: ne forte moriamur. Et ait Moyſes ad populuꝫ. Nolite timere. Ut enim probaret vos venit deus, ⁊ vt terror illius eſſet in vobis, ⁊ non peccaretis. Stetitque populus de longe. Moyſes autem acceſſit ad caliginem, in qua erat deus. Dixitqꝫ preterea dominus ad Moyſen. Hec

dices

dices filijs Iſrael. Uos vidiſtis, quod de cęlo locutus ſum vobis. Non facietis deos argenteos: nec deos aureos facietis vobis. Altare de terra facietis mihi: ⁊ offeretis ſuper illud holocauſta, ⁊ pacifica veſtra: oues veſtras ⁊ boues, in omni loco, in quo memoria fuerit nominis mei. Grad.
ps. 6. Miſerere mei domine, quoniam infirmus ſum: ſana me domine.
℣ Conturbata ſunt omnia oſſa mea: ⁊ anima mea turbata eſt valde. Tractus.
ps. 102 Domine, non ſecundum peccata noſtra, quę fecimus nos: neqꝫ ſecundum iniquitates noſtras retribuas nobis.
ps. 78. ℣ Dñe, ne memineris iniquitatum noſtrarum antiquarum: cito anticipent nos miſericordię tuę: quia pauperes facti ſumus nimis.
℣ Adiuua nos deus ſalutaris noſter: ⁊ propter gloriam nominis tui domine libera nos: ⁊ propitius eſto peccatis noſtris propter nomen tuum.

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Mattheum.



In illo tempore. Acceſſerunt ad Jeſum ab Hieroſolymis ſcribę ⁊ phariſęi, dicentes. Quare diſcipuli tui tranſgrediuntur traditiones ſeniorū? Non enim lauant manus ſuas, cū panem manducant. Ipſe autem reſpōdens ait illis. Quare ⁊ vos tranſgredimini mandatū dei propter traditionem veſtram? Nā deus dixit. Honora patrē ⁊ matrē: ⁊, qui maledixerit patri, vel matri, morte moriatur. Uos autem dicitis. Quicunqꝫ dixerit patri, vel matri: munus quodcunqꝫ eſt ex me, tibi proderit: ⁊ non honorificabit patrem ſuum, aut matrem ſuam: ⁊ irritum feciſtis mandatum dei propter traditionem veſtram. Hypocritę, bene prophetauit de vobis Iſaias, dicens. Populus hic, labijs me honorat: cor autem eorum longe eſt a me. Sine cauſa autem colunt me, docentes doctrinas, ⁊ mandata hominum. Et conuocatis ad ſe turbis, dixit eis. Audite, ⁊ intelligite. Non quod intrat in os coinquinat hominem: ſed quod procedit ex ore, hoc coinquinat hominem. Tunc accedentes diſcipuli eius, dixerunt ei. Scis, quia phariſęi, audito hoc verbo, ſcandalizati ſunt? At ille reſpondens, ait. Omnis plantatio, quam non plantauit pater meus cęleſtis, eradicabitur. Sinite illos. Cęci ſunt ⁊ duces cęcorum. Cęcus autem ſi cęco ducatum pręſtet, ambo in foueam cadunt. Reſpondens autem Petrus dixit ei. Ediſſere nobis parabolam iſtam. At ille dixit. Adhuc ⁊ vos ſine intellectu

eſtis? Non intelligitis, quia omne quod in os intrat, in ventrem vadit, ⁊ in ſeceſſum emittitur? Quę autē procedunt de ore, de corde exeunt: ⁊ ea coinquinant hominē. De corde enim exeunt cogitationes malę, homicidia, adulteria, fornicationes, furta, falſa teſtimonia, blaſphemię. Hęc ſunt, quę coinquinant hominem. Non lotis autem manibus manducare, nō coinquinat hominē.

Ps. Offertorium. Domine, fac me-
108 cum miſericordiā tuam, propter nomen tuum: quia ſuauis eſt miſericordia tua. Secreta.

Suſcipe, quęſumus domine, preces populi tui cū oblationibus hoſtiarum: ⁊ tua myſteria celebrantes, ab omnibus nos defende periculis. Per dñm.

Alię Secretę, vt in Dominica precedenti. Communio.

Ps. Notas mihi feciſti vias vitę: ad-
15. implebis me lętitia, cū vultu tuo domine. Poſtcom.

Sanctificet nos dñe, qua paſti ſumus, menſa cęleſtis: ⁊ a cunctis erroribus expiatos, ſupernis promiſſionibus reddat acceptos. Per dominum.

Alię Poſtcom. vt in Dominica precedenti.

Super populum. Oremus.

Humiliate capita veſtra deo.

Concede, quęſumus omnipotens deus: vt, qui protectionis tuę gratiam quęrimus, liberati a malis omnibus, ſecura tibi mente ſeruiamus. Per dñm.

Feria v. Statio ad ſanctos Coſmam, ⁊ Damianum.

Introitus.

Salus populi ego ſum, Ps.
dicit dñs: de quacun- 77.
que tribulatione clamauerint ad me, exaudiam eos: ⁊ ero illorum dominus in perpetuū. Pſalmus. Attendite popule meus legem meam: inclinate aurem veſtram in verba oris mei. ℣. Gloria patri. Oremus.

Magnificet te dñe ſanctorū tuorum Coſmę ⁊ Damiani beata ſollemnitas: qua ⁊ illis gloriam ſempiternā, ⁊ opem nobis ineffabili prouidentia contuliſti. Per dominum.

Alię Orationes, vt in Dominica precedenti.

Lectio Hieremię prophetę.

In diebus illis: Factum eſt Ca.
verbum domini ad me, di- 7.
cens. Sta in porta domus domini: ⁊ prędica ibi verbum iſtud, ⁊ dic. Audite verbum dñi omnis Iuda, qui ingredimini per portas has, vt adoretis dominum. Hęc dicit dominus exercituum deus Iſrael. Bonas facite vias veſtras, ⁊ ſtudia veſtra: ⁊ habitabo vobiſcum in loco iſto. Nolite confidere in verbis mendacij, dicentes.

centes. Templum dñi,templum
dñi,templū dñi eſt. Quoniā ſi be
ne direxeritis vias veſtras, ⁊ ſtu
dia veſtra:ſi feceritis iudiciuꝫ in
ter virum ⁊ proximū eius: adue
nę ⁊ pupillo ⁊ viduę nō feceritis
calumniā: nec ſanguinē innocen
teꝫ effuderitis in loco iſto: ⁊ poſt
deos alienos non ambulaueritis
in malū vobiſmetipſis: habitabo
vobiſcū in loco iſto,in terra quaꝫ
dedi patribus veſtris a ſeculo vſ
que in ſeculum. Ait dñs omnipo
Ps. tens. Gradua. Oculi omniū in
144 te ſperant domine: ⁊ tu das illis
eſcaꝫ in tempore opportuno. ℣.
Aperis tu manum tuam, ⁊ im
ples omne animal benedictione.

Sequentia ſancti euangelij
ſecundum Lucam.



ca. 4. In illo tēpore. Surgēs Jeſus de ſynagoga, introiuit in domū Simonis. Socrus autē Simonis tenebatur magnis febribus. Et rogauerunt il
lum pro ea. Et ſtans ſuper illaꝫ,
imperauit febri: ⁊ dimiſit illā. Et
cōtinuo ſurgens,miniſtrabat illis.
Cum ſol autē occidiſſet: omnes,
qui habebāt infirmos varijs lan
guoribus, ducebant illos ad Je
ſum. At ille ſingulis manus im
ponens,curabat eos. Exibāt au
tem demonia a multis, clamātia
⁊ dicentia: quia tu es filius Dei.
Et increpans non ſinebat ea lo
qui, quia ſciebant ipſuꝫ eſſe Chri
ſtum. Facta autem die, egreſſus
ibat in deſertum locum: ⁊ turbę
requirebāt euꝫ: ⁊ venerunt vſqꝫ
ad ipſum, ⁊ detinebant illū ne di
ſcederet ab eis. Quibus ille ait.
Quia ⁊ alijs ciuitatibus oportet
me euangelizare regnū dei: quia
ideo miſſus ſuꝫ. Et erat prędicās
in ſynagogis Galilęę. Offerto.
Si ambulauero in medio tribu Ps.
lationis viuificabis me domine: 137.
⁊ ſuper iram inimicorum meoruꝫ
extendes manum tuaꝫ: ⁊ ſaluum
me fecit dextera tua. Secreta.
In tuorū dñe pretioſa mor
te iuſtorū ſacrificiū illud of
ferimus,de quo martyrium ſum
pſit omne principium. Per do.
Alię Secretę, vt in Dominica
precedenti. Communio.
Tu mandaſti mādata tua cuſto Ps.
diri nimis: vtinam dirigantur vię 128
meę ad cuſtodiendas iuſtificatio
nes tuas. Poſtcom.
Sit nobis, dñe, ſacramenti
tui certa ſaluatio: quę, cuꝫ
beatorū martyrū tuoruꝫ Coſmę
⁊ Damiani meritis, imploratur.
Per dñm. Alię Poſtcom. vt in
Dominica precedenti.
Super populum. Oremus.
Humiliate capita veſtra deo.
Abiectum tibi populum,
quęſumus domine, propi
tiatio

tiatio celeſtis amplificet: ⁊ tuis ſemper faciat ſeruire mandatis. Per dominum noſtrum.

¶ Feria vj. Statio ad ſanctū Laurentium in Lucina.

Introitus.

Ps. 85. FAc mecū domine ſignum in bonū: vt videãt qui me oderunt, ⁊ confundantur: quoniam tu domine adiuuiſti me, ⁊ conſolatus es me.

Pſalmus. Inclina domine aurē tuam, ⁊ exaudi me: quoniã inops ⁊ pauper ſum ego. ℣. Gloria patri, ⁊ filio. Oremus.

IEiunia noſtra, quęſumus dñe, benigno fauore proſequere: vt ſicut ab alimentis abſtinemus in corpore: ita a vitijs ieiunemus in mẽte. Per dominũ.

Alię Orationes, vt in Dominica pręcedenti.

Lectio libri Numeri.

ca. 20. IN diebus illis. Conuenerunt filij Iſrael aduerſus Moyſen ⁊ Aaron: ⁊ verſi in ſeditionem, dixerunt. Date nobis aquam, vt bibamus. Ingreſſiq; Moyſes ⁊ Aaron dimiſſa multitudine, in tabernaculū fęderis corruerunt proni in terram: clamaueruntque ad dominum, atq; dixerunt. Domine deus exaudi clamorem populi huius: ⁊ aperi eis theſaurū tuū fontē aquę viuę, vt ſatiatis, ceſſet murmuratio eorum. Et apparuit gloria domini ſuper eos. Locutuſque eſt dominus ad Moyſen, dicens. Tolle virgam: ⁊ congrega populū tu, ⁊ Aaron frater tuus: ⁊ loquimini ad petram coram eis: ⁊ illa dabit aquas. Cumque eduxeris aquã de petra, bibet omnis multitudo ⁊ iumenta eius. Tulit igitur Moyſes virgam, quę erat in conſpectu domini, ſicut pręceperat ei; congregata multitudine ante petram: dixitque eis. Audite rebelles, ⁊ increduli. Num de petra hac vobis aquam poterimus eijcere? Cumque eleuaſſet Moyſes manū percutiens virga bis ſilicem, egreſſę ſunt aquę largiſſimę, ita vt populus biberet ⁊ iumenta. Dixitq; dominus ad Moyſen ⁊ Aaron. Quia nõ crediditis mihi, vt ſanctificaretis me coram filijs Iſrael: non introducetis hos populos in terram quam dabo eis. Hęc eſt aqua contradictionis, vbi iurgati ſunt filij Iſrael contra dominum, ⁊ ſanctificatus eſt in eis. Graduale.

IN deo ſperauit cor meū, ⁊ ad- Ps.
iutus ſum: ⁊ refloruit caro mea, ⁊ 27.
ex voluntate mea confitebor illi.
℣. Ad te domine clamaui: deus meus ne ſileas, ne diſcedas a me.

Tractus. Domine non ſecun- Ps.
dum peccata noſtra, quę fecimus 102
nos: neq; ſecundum iniquitates Ps.
noſtras retribuas nobis. Do- 78.
mine,

mirie, ne memineris iniquitatum
noſtrarum antiquarum, cito anti
cipent nos miſericordię tuę: quia
pauperes facti ſumus nimis. ℣.
Adiuua nos Deus ſalutaris no
ſter: ⁊ propter gloriam nominis
tui domine libera nos: ⁊ propi
tius eſto peccatis noſtris propter
nomen tuum.

Sequentia ſancti euangelij
ſecundum Joannem.



ca. 4. In illo tempo
re. Venit Je
ſus in ciuitatē Sa
marię, quę dicitur
Sichar: iuxta prę
dium, quod dedit
Jacob Joſeph filio
ſuo. Erat autē ibi fons Jacob.
Jeſus ergo fatigatus ex itinere,
ſedebat ſic, ſuper fontem. Hora
erat quaſi ſexta. Venit mulier de
Samaria haurire aquā. Dicit
ei Jeſus. Da mihi bibere. Diſci
puli autem eius abierant in ciuita
tem, vt cibos emerent. Dixit er
go ei mulier illa Samaritana.
Quomodo tu Judęus cum ſis,
bibere a me poſcis, quę ſum mu
lier Samaritana? Nō enim cou
tuntur Judei Samaritanis. Re
ſpondit Jeſus, ⁊ dixit ei. Si ſci
res donū dei, ⁊ quis eſt qui dicit
tibi, da mihi bibere: tu forſitā pe
tiſſes ab eo, ⁊ dediſſet tibi aquam
viuam. Dicit ei mulier. Domi
ne, neque in quo haurias habes,
⁊ puteus altus eſt: vnde ergo ha
bes aquam viuam? Nunquid tu
maior es patre noſtro Jacob, qui
dedit nobis puteum iſtum: ⁊ ipſe
ex eo bibit, ⁊ filij eius, ⁊ pecora
eius? Reſpondit Jeſus, ⁊ dixit ei.
Omnis qui biberit ex aqua hac,
ſitiet iterum. Qui autem biberit
ex aqua quam ego dabo ei, non
ſitiet in ęternum: ſed aqua quam
ego dabo ei, fiet in eo fons aquę
ſalientis in vitam ęternam. Dicit
ad eum mulier. Domine, da mi
hi hanc aquam: vt non ſitiā, ne
que veniam huc haurire. Dicit
ei Jeſus. Vade, voca virū tuū,
⁊ veni huc. Reſpondit mulier, ⁊
dixit. Non habeo virum. Dicit
ei Jeſus. Bene dixiſti, quia non
habeo virum. Quinque enim vi
ros habuiſti: ⁊ hunc quē habes,
non eſt tuus vir. Hoc vere dixi
ſti. Dicit ei mulier. Domine, vt
video, propheta es tu. Patres
noſtri in monte hoc adorauerūt:
⁊ vos dicitis, quia Hieroſolymis
eſt locus, vbi adorare oportet.
Dicit ei Jeſus. Mulier crede
mihi, quia venit hora, quādo ne
que in monte hoc, neque in Hie
roſolymis adorabitis patrem.
Vos adoratis, quod neſcitis: nos
adoramus, quod ſcimus, quia ſa
lus ex Judęis eſt. Sed venit ho
ra, ⁊ nunc eſt, quando veri adora
tores adorabunt patrē in ſpiritu
⁊ veritate. Nā ⁊ pater tales quę
rit,

rit, qui adorent eum. Spiritus
eſt deus: ⁊ eos qui adorant eum,
in ſpiritu ⁊ veritate oportet ado
rare. Dicit ei mulier. Scio, quia
Meſſias venit, qui dicitur Chri
ſtus. Cum ergo venerit, ille no/
bis annunciabit omnia. Dicit ei
Jeſus. Ego ſum, qui loquor te/
cum. Et continuo venerunt diſci
puli eius: ⁊ mirabantur, quia cuꝫ
muliere loquebatur. Nemo ta/
men dixit, quid quęris, aut quid
loqueris cum ea? Reliquit ergo
hydriam ſuam mulier: ⁊ abijt in
ciuitateꝫ, ⁊ dicit illis hominibus.
Venite, ⁊ videte hominem, qui
dixit mihi omnia quęcunqꝫ feci.
Nūquid ipſe eſt Chriſtus? Exie
runt ergo de ciuitate: ⁊ veniebāt
ad eum. Interea rogabant eum
diſcipuli, dicentes. Rabbi, man/
duca. Ille autem dixit eis. Ego
cibum habeo manducare, quem
vos neſcitis. Dicebant ergo di/
ſcipuli eius adinuicem. Nunquid
aliquis attulit ei manducare? Di
cit eis Jeſus. Meus cibus eſt, vt
faciam voluntatem eius qui mi/
ſit me: vt perficiam opus eius.
Nonne vos dicitis, quod adhuc
quatuor menſes ſunt, ⁊ meſſis ve
nit? Ecce dico vobis: leuate ocu
los veſtros, ⁊ videte regiones,
quia albę ſunt iaꝫ ad meſſem. Et
qui metit, mercedē accipit, ⁊ con
gregat fructum in vitam ęternā:
vt ⁊ qui ſeminat ſimul gaudeat ⁊
qui metit. In hoc eniꝫ eſt verbū
verū: quia alius eſt qui ſeminat, ⁊
alius eſt qui metit. Ego miſi vos
metere quod vos non labora/
ſtis: alij laborauerunt, ⁊ vos in
labores eorum introiſtis. Ex ci/
uitate autem illa multi credide/
runt in eū Samaritanoruꝫ, pro/
pter verbū mulieris teſtimoniuꝫ
perhibentis, quia dixit mihi om/
nia quęcunque feci. Cum veniſ/
ſent ergo ad illū Samaritani, ro
gauerunt euꝫ vt ibi maneret. Et
manſit ibi duos dies. Et multo
plures crediderunt in eum pro/
pter ſermonem eius. Et mulie/
ri dicebant. Quia non iam pro/
pter tuam loquelam credimus.
Ipſi enim audiuimus, ⁊ ſcimus
quia hic eſt vere ſaluator mundi.

Offerto. Intende voci oratio/ Ps.
nis meę, rex meus ⁊ deus meus: 5.
quoniam ad te orabo domine.

Secreta.

Reſpice, quęſumus domi/
ne, propitius ad munera
quę ſacramus: vt tibi grata ſint,
⁊ nobis ſalutaria ſemper exiſtāt.
Per dominum noſtrum.

Alię Decretę, vt in Dominica
pręcedenti. Communio.

Qui biberit aquam quam ego Io.
dabo ei, dicit dominus, fiet in eo 4.
fons aquę ſalientis in vitam ęter/
nam. Poſtcom.

Huius nos, domine, perce
ptio ſacramenti mundet a
crimine:

crimine: ⁊ ad celeſtia regna per-
ducat. Per dominum noſtrum.

Alie Poſtcom. vt in Dominica
precedenti.

Super populum. Oremus.
Humiliate capita veſtra deo.

PReſta, queſumus omnipo-
tens deus: vt qui in tua pro
tectione confidimus, cuncta no-
bis aduerſantia, te adiuuãte, vin
camus. Per dominum.

¶ Sabbato. Oratio ad ſanctã
Suſannam. Introitus.

Ps. VErba mea auribus
5. percipe domine: in-
tellige clamorẽ meũ,
intende voci oratio-
nis mee rex meus ⁊
deus meus. Pſalmus. Quoniaz
ad te orabo domine, mane exau-
dies vocem meam. ℣. Gloria
patri ⁊ filio. Oratio.

PReſta, queſumus omnipo
tens deus: vt qui ſe, affligẽ
do carnem, ab alimentis abſti-
nent, ſectando iuſtitiam, a culpa
ieiunent. Per dominum.

Alie Orationes, vt in Domini-
ca precedenti.

Lectio Danielis prophete.

ca. IN diebus illis. Erat vir in
13. Babylone, ⁊ nomen eius
Joachim. Et accepit vxorez no
mine Suſannam filiã Helchie,
pulchraz nimis, ⁊ timentem deũ.
Parentes enim illius cuz eſſent
iuſti, erudierunt filiam ſuaz ſecun
dum legez Moyſi. Erat autem
Joachim diues valde: ⁊ erat ei
pomerium vicinum domui ſue:
Et ad ipſuz confluebant Judei,
eo quod eſſet honorabilior om-
nium. Et conſtituti ſunt duo ſe-
nes iudices in anno illo, de qui-
bus locutus eſt dominus. Quia
egreſſa eſt iniquitas de Babylo
ne a ſenioribus iudicibus, qui vi-
debantur regere populum. Iſti
frequentabant domũ Joachim:
⁊ veniebant ad eos omnes qui
habebant iudicia. Cum autẽ po-
pulus reuertiſſet per meridiẽ, in-
grediebatur Suſanna, ⁊ deam-
bulabat in pomerio viri ſui. Et
videbant eam ſenes quotidie in-
gredientem ⁊ deambulantem: ⁊
exarſerunt in cõcupiſcentiã eius.
Et euerterunt ſenſum ſuuz, ⁊ de-
clinauerunt oculos ſuos vt non
viderent celuz, neqz recordaren-
tur iudiciorum iuſtorum. Factuz
eſt autem, cum obſeruarent diez
aptum quando eam poſſent in-
uenire ſolam, ingreſſa eſt aliquan
do ſicut heri, ⁊ nudiuſtertius, cuz
duabus ſolis puellis: voluitque
lauari in pomerio. Aeſtus quip-
pe erat. Et non erat ibi quiſquã,
preter duos ſenes abſconditos,
⁊ contemplantes eam. Dixit er-
go puellis. Afferte mihi oleum
⁊ ſmigmata: ⁊ oſtia pomerij clau
dite, vt lauer. Cum autem egreſ-
ſe eſſent puelle: ſurrexerunt duo
ſenes,

ſenes, ⁊ accurrerunt ad eam, ⁊ dixerunt. Ecce oſtia pomerij clauſa ſunt, ⁊ nemo nos videt, ⁊ in cōcupiſcentia tui ſumus: quamobrē aſſentire nobis, ⁊ cōmiſcere nobiſcū. Quod ſi nolueris, dicemus teſtimonium contra te, quod fuerit tecum iuuenis: ⁊ ob hanc cauſam emiſeris puellas a te. Ingemuit Suſanna, ⁊ ait. Anguſtię mihi ſunt vndiq₃: Si enim hoc egero, mors mihi eſt: ſi autem nō egero, non effugiam manus veſtras. Sed melius eſt mihi abſq₃ opere incidere in manus veſtras, quam peccare in conſpectu dñi. Et exclamauit voce magna Suſanna: exclamauerunt autem ⁊ ſenes aduerſus eam. Et cucurrit vnus, ⁊ aperuit oſtia pomerij. Cū autem audiſſent clamorē in pomerio famuli domus, irruerūt per poſticum, vt viderent quidnam eſſet. Poſtquam autē ſenes locuti ſunt, erubuerūt ſerui vehementer: quia nunquā dictus fuerat ſermo huiuſcemodi de Suſanna. Et facta eſt dies craſtina. Cumq₃ veniſſet populus ad virum eius Joachim, venerunt ⁊ duo ſeniores pleni iniqua cogitatione aduerſus Suſannā, vt interficerent eam. Et dixerunt corā populo. Mittite ad Suſannam filiā Helchię vxorē Joachim. Et ſtatim miſerunt. Et venit cum parentibus, ⁊ filijs, ⁊ vniuerſis cognatis ſuis. Flebant igitur ſui, ⁊ omnes qui nouerant eā. Conſurgentes autē duo ſeniores in medio populi, poſuerunt manus ſuas ſuper caput eius. Quę flens ſuſpexit ad celum. Erat enim cor eius fiduciam habens in domino. Et dixerunt ſeniores. Cum deambularemus in pomerio ſoli, ingreſſa eſt hęc cū duabus ſolis puellis: ⁊ clauſit oſtia pomerij: ⁊ dimiſit a ſe puellas. Venitq₃ adoleſcens ad eam, qui erat abſcōditus: ⁊ concubuit cum ea. Porro nos cū eſſemus in angulo pomerij, videntes iniquitatem: cucurrimus ad eos, ⁊ vidimus eos pariter commiſceri. Et illum quidem nequiuimus comprehendere, quia fortior nobis erat: ⁊ aperto oſtio exiliuit. Hanc autem cū apprehendiſſemus, interrogauimus quiſnam eſſet adoleſcens: ⁊ noluit indicare nobis. Huius rei teſtes ſumus. Credidit eis multitudo quaſi ſenioribus ⁊ iudicibus populi: ⁊ cōdemnauerunt eam ad mortē. Exclamauit autem voce magna Suſanna, ⁊ dixit. Deus ęterne, qui abſconditorum es cognitor, qui noſti omnia antequam fiant: tu ſcis quoniam falſum teſtimonium tulerunt contra me: ⁊ ecce morior cum nihil horum fecerim que iſti malitioſe compoſuerunt aduerſum me. Exaudiuit autem domi-

dominus vocem eius. Cumque
duceretur ad mortem, ſuſcitauit
dominus ſpiritum ſanctum pue-
ri iunioris, cui nomen Daniel: ⁊
exclamauit voce magna, ⁊ dixit.
Mundus ego ſuȝ a ſanguine hu
ius. Et conuerſus omnis popu-
lus ad eum, dixit. Quis eſt ſermo
iſte, quem tu locutus es? Qui cū
ſtaret in medio eorum, ait. Sic,
fatui filij Iſrael, non iudicantes,
neqȝ quod verum eſt cognoſcen
tes, condemnaſtis filiam Iſrael?
Reuertimini ad iudicium: quia
falſum teſtimoniū locuti ſunt ad-
uerſus eam. Reuerſus eſt ergo
populus cuȝ feſtinatione. Et di
xit ad eos Daniel. Separate
eos ab inuiceȝ procul: ⁊ dijudica
bo eos. Cum ergo diuiſi eſſent
alter ab altero, vocauit vnum ex
eis, ⁊ dixit ad eū. Inueterate die-
rū malorum, nunc venerunt pec
cata tua que prius operabaris, in-
dicās iudicia iniuſta, innocentes
opprimens, ⁊ dimittens noxios,
dicente dño: Innocenteȝ ⁊ iuſtū
non interficies. Nunc ergo ſi vi-
diſti eam, dic ſub qua arbore vi
deris eos colloquentes ſibi. Qui
ait. Sub ſchino. Dixit auteȝ Da
niel. Recte mentitus es in caput
tuū. Ecce enim angelus dñi, ac
cepta ſententia ab eo, ſcindet te
medium. Et amoto eo, iuſſit ve-
nire aliū, ⁊ dixit ei. Semen Cha
naam, ⁊ non Iuda: ſpecies dece-
pit te, ⁊ concupiſcentia ſubuertit
cor tuum. Sic faciebatis filiabus
Iſrael, ⁊ ille timentes loqueban-
tur vobis. Sed non filia Iuda
ſuſtinuit iniquitatē veſtraȝ. Nūc
ergo dic mihi, ſub qua arbore cō
prehenderis eos loquentes ſibi?
Qui ait. Sub prino. Dixit autē
ei Daniel. Recte mētitus es ⁊ tu
in caput tuum. Manet enim an-
gelus dñi gladiū habens, vt ſecet
te mediuȝ: ⁊ interficiat vos. Ex-
clamauit itaqȝ omnis cetus voce
magna: ⁊ benedixerunt deū, qui
ſaluat ſperantes in ſe. Et cōſurre
xerunt aduerſus duos ſeniores.
(Cōuicerat enim eos Daniel ex
ore ſuo falſuȝ dixiſſe teſtimoniū.)
Feceruntqȝ eis ſicut male egerāt
aduerſus proximum: ⁊ interfece-
runt eos. Et ſaluatus eſt ſanguis
innoxius in die illa. Grad. Si Ps.
ambulē in medio vmbre mortis, 22.
nō timebo mala: quoniā tu mecū
es dñe. ℣. Virga tua, ⁊ baculus
tuus, ipſa me conſolata ſunt.

Sequentia ſancti euangelij
ſecundum Ioannem.



IN illo tempo ca.
re. Perrexit 8.
Ieſus in mōtem oli
ueti: ⁊ diluculo ite-
rū venit in templū.
Et oīs populus ve-
nit ad eū: ⁊ ſedēs do
cebat eos. Adducunt autē ſcribe
⁊ phariſei mulierē deprehenſam

in adulterio: ⁊ ſtatuerunt eam in medio, ⁊ dixerunt ei. Magiſter, hec mulier modo deprehenſa eſt in adulterio. In lege autē Moyſes mandauit nobis huiuſmodi lapidare. Tu ergo quid dicis? Hoc autem dicebant tentantes eum: vt poſſent accuſare eum. Ieſus autem inclinans ſe, deorſum, digito ſcribebat in terra. Cū autem perſeuerarent interrogātes eum: erexit ſe, ⁊ dixit eis. Qui ſine peccato eſt veſtrum, primus in illam lapidem mittat. Et iterum inclinans ſe, ſcribebat in terra. Audientes autem hec, vnus poſt vnum exibant, incipientes a ſenioribus. Et remanſit Ieſus ſolus, ⁊ mulier in medio ſtans. Erigens autē ſe Ieſus, dixit ei. Mulier, vbi ſunt qui te accuſabant? Nemo te condemnauit? Que dixit. Nemo domine. Dixit autem Ieſus. Nec ego te cōdemnabo. Vade, ⁊ iam amplius noli peccare.

Offertorium.

Ps. Greſſus meos dirige ſecundum
118 eloquium tuum: vt non dominetur mei omnis iniuſtitia, domine.

Secreta.

Concede, queſumus omnipotens deus: vt huius ſacrificij munus oblatum, fragilitatem noſtrā ab omni malo purget ſemper, ⁊ muniat. Per dn̄m.

Alie Secrete, vt in Dominica precedenti.

Communio.

Nemo te condemnauit mulier? Io.
Nemo domine: nec ego te con 8.
demnabo: iam amplius noli peccare.

Poſtcom.

Queſumus omnipotens deus: vt inter eius membra numeremur, cuius corpori communicamus, ⁊ ſanguini. Qui tecum viuit ⁊ regnat, in vnitate.

Alie Poſtcom. vt in Dominica precedenti.

Super populum. Oremus.

Humiliate capita veſtra deo.

Pretēde domine fidelibus tuis dexteram celeſtis auxilij: vt te toto corde perquirāt: ⁊ que digne poſtulant conſequi mereantur. Per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum.

¶ Dominica iiij. in Quadrag. Statio ad ſanctam Crucem in Hieruſalem.

Introitus.

Letare Hieruſalē: Eſa
⁊ conuentum facite 66.
omnes qui diligitis eam: gaudete cum letitia qui in triſtitia fuiſtis: vt exulteris, ⁊ ſatiemini ab vberibus conſolationis veſtre.

Pſalmus. Letatus ſum in his, que Ps.
dicta ſunt mihi: in domum domi 121
ni ibimus. ℣. Gloria patri.

Oremus.

Concede, queſumus omnipotens deus: vt, qui ex merito noſtre actionis affligimur,

tue

tuę gratię conſolatione reſpiremus. Per dominum noſtrum

Ad poſcenda ſuffragia ſanctorum. Oratio.

A Cunctis nos, quęſumus dñe, mentis ⁊ corporis defende periculis: ⁊ intercedente beata ⁊ glorioſa, ſemperq; virgine dei genitrice Maria, cũ beatis apoſtolis tuis Petro ⁊ Paulo, atq; beato N. ⁊ omnibus ſanctis, ſalutem nobis tribue benignus ⁊ pacem: vt deſtructis aduerſitatibus ⁊ erroribus vniuerſis, eccleſia tua ſecura tibi ſeruiat libertate.

Pro viuis ⁊ defunctis. Oratio.

OMnipotens ſempiterne deus, qui viuorũ dominaris ſimul ⁊ mortuorũ, omniumq; miſereris, quos tuos fide ⁊ opere futuros eſſe pręnoſcis: te ſupplices exoramus: vt pro quibus effundere preces decreuimus, quoſque vel pręſens ſeculũ adhuc in carne retinet, vel futurum iam exutos corpore ſuſcepit: intercedentibus omnibus ſanctis tuis, pietatis tuę clementia, omnium delictorum ſuorũ veniam conſequantur. Per dominum.

Lectio epiſtole beati Pauli apoſtoli ad Galathas.

Ga. 4. FRatres: Scriptũ eſt, quoniã Abraham duos filios habuit: vnum de ancilla, ⁊ vnum de libera. Sed qui de ancilla, ſecundum carnem natus eſt: qui autem de libera, per repromiſſionem: quę ſunt per allegoriam dicta. Hęc enim ſunt duo teſtamẽta. Unum quidem in monte Sina, in ſeruitutem generans: quę eſt Agar. (Sina enĩ mõs eſt in Arabia, qui coniunctus eſt ei, quę nunc eſt Hieruſalem) ⁊ ſeruit cũ filiis ſuis. Illa autem quę ſurſum eſt Hieruſalem, libera eſt: quę eſt mater noſtra. Scriptũ eſt enĩ. Lętare ſterilis, quę non paris: erumpe ⁊ clama, quę non parturis: quia multi filij deſertę, magis quam eius quę habet virũ. Nos autẽ fratres ſecundũ Iſaac promiſſionis filij ſumus. Sed quomodo tunc is qui ſecundũ carnẽ natus fuerat, perſequebatur eũ qui ſecundum ſpiritum: ita ⁊ nũc. Sed quid dicit ſcriptura? Eijce ancillam, ⁊ filiũ eius. Non enim erit heres filius ancillę cum filio liberę. Itaque fratres, nõ ſumus ancillę filij, ſed liberę: qua libertate Chriſtus nos liberauit.

Gradu. Lętatus ſum in his, quę Ps.
dicta ſunt mihi: in domũ dñi ibi- 121.
mus. ℣. Fiat pax in virtute tua: ⁊ abundantia in turribus tuis.

Tractus. Qui cõfidunt in dño, Ps.
ſicut mons ſion: non cõmouebi- 124
tur in ęternũ, qui habitat in Hieruſalem. ℣. Montes in circuitu eius: ⁊ dñs in circuitu populi ſui ex hoc nunc ⁊ vſque in ſeculum.

[illegible]

ca. 6.  In illo tempore. Abijt Jeſus trans mare Galilee, quod eſt Tyberiadis: ⁊ ſequebatur euȝ multitudo magna: q꞉ videbant ſigna, que faciebat ſuper his, qui infirmabantur. Subijt ergo in montem Jeſus: ⁊ ibi ſedebat cuȝ diſcipulis ſuis. Erat autem proximum paſcha dies feſtus Judeoruȝ. Cum ſubleuaſſet ergo oculos Jeſus, ⁊ vidiſſet quia multitudo maxima venit ad euȝ, dicit ad Philippum. Unde ememus panes, vt manducent hi? Hoc autem dicebat tentans euȝ. Jpſe enim ſciebat quid eſſet facturus. Reſpōdit ei Philippus. Ducentoruȝ denarioruȝ panes nō ſufficiunt eis: vt vnuſquiſque modicum quid accipiat. Dicit ei vnus ex diſcipulis eius, Andreas frater Simonis Petri. Eſt puer vnus hic, qui habet quinque panes hordeaceos, ⁊ duos piſces: ſed hec quid ſunt inter tantos? Dicit ergo Jeſus. Facite homines diſcumbere. Erat autem fenum multum in loco. Diſcubuerūt ergo viri numero quaſi quinque millia. Accepit ergo Jeſus panes: ⁊ cum gratias egiſſet, diſtribuit diſcumbentibus. Similiter ⁊ ex piſcibus quantum volebant. Ut autem impleti ſunt, dixit diſcipulis ſuis. Colligite que ſuperauerunt fragmenta, ne pereāt. Collegerunt ergo, ⁊ impleuerūt duodecim cophinos fragmentoꝝ, ex quinq; panibus hordeaceis, que ſuper fuerūt his qui manducauerant. Jlli ergo homines cū vidiſſent quod fecerat Jeſus ſignū, dicebant. Quia hic eſt vere propheta, qui venturus eſt in mundū. Jeſus ergo cuȝ cognouiſſet quia venturi eſſent vt raperent euȝ, ⁊ facerent eum regē: fugit iterum in montē ipſe ſolus.

Et dicitur. Credo. Offertorium.

Laudate dn̄m, q꞉ benignus eſt: Ps.
pſallite nomini eius, quoniaȝ ſuaue 138.
eſt: omnia quecunque voluit fecit, in celo ⁊ in terra.

Secreta.

Sacrificijs preſentibus domine, queſumus, intende placatus: vt ⁊ deuotioni noſtre proficiant, ⁊ ſaluti. Per dn̄m.

Alie ſecrete.

Exaudi nos deus ſalutaris noſter, vt per huius ſacramenti virtuteȝ, a cunctis nos mentis, ⁊ corporis hoſtibus tuearis: gratiam tribuens in preſenti, ⁊ gloriam in futuro.

Deus, cui ſoli cognitus eſt numerus electoꝝ in ſuperna felicitate locādus, tribue queſumus: vt intercedentibus omnibus

tibus ſanctis tuis, vniuerſorum quos in oratione commendatos ſuſcepimus, ⁊ omnium fidelium nomina beatę prędeſtinationis liber aſcripta retineat. Per dñm.

Communio. Hieruſalem, quę ędificatur vt ciuitas, cuius participatio eius in idipſuȝ: illuc enim aſcenderunt tribus, tribus domini, ad confitendum nomini tuo domine. Poſtcom.

DA nobis, quęſumus miſericors deus: vt ſancta tua, quibus inceſſanter explemur, ſynceris tractemus obſequiis, ⁊ fideli ſemper mente ſumamus. Per dominum noſtrum.

Alia Poſtcom.

MUndet, ⁊ muniat nos, quęſumus domine, diuini ſacramenti munus oblatum: ⁊ intercedēte beata virgine dei genitrice Maria, cuȝ beatis apoſtolis tuis Petro ⁊ Paulo, atqȝ beato N. ⁊ omnibus ſanctis: a cunctis nos reddat ⁊ peruerſitatibus expiatos, ⁊ aduerſitatibus expeditos.

PUrificent nos, quęſumus omnipotens, ⁊ miſericors deus, ſacramēta quę ſumpſimus: ⁊ intercedentibus omnibus ſanctis tuis, pręſta: vt hoc tuum ſacramentum non ſit nobis reatus ad penam, ſed interceſſio ſalutaris ad veniam: ſit ablutio ſcelerū, ſit fortitudo fragilium, ſit contra omnia mundi pericula firmamētum, ſit viuorum atque mortuorum fidelium, remiſſio omnium delictorum. Per dominum.

¶ Feria v. Statio ad ſanctos quatuor Coronatos.

Introitus.

DEus in nomine tuo ſaluū me fac, ⁊ in virtute tua libera me: deus exaudi orationem meaȝ. ps. 53.

Auribus percipe verba oris mei. ℣ Gloria patri. Oratio.

PReſta, quęſumus omnipotens deus, vt obſeruationes ſacras annua deuotione recolentes, ⁊ corpore tibi placeamus, ⁊ mente. Per dominum.

Alie Orationes, vt in Dominica precedenti.

Lectio libri Regum.

IN diebus illis. Venerunt 3.
due mulieres meretrices ad re.
regem Salomoneȝ: ſteteruntqȝ 3.
coram eo. Quarum vna ait. Obſecro mi dñe, ego ⁊ mulier hęc habitabamus in domo vna: ⁊ peperi apud eā in cubiculo. Tertia vero die poſtquam ego peperi, peperit ⁊ hęc. Et eramus ſimul, nulluſqȝ alius in domo nobiſcuȝ, exceptis nobis duabus. Mortuus eſt auteȝ filius mulieris huius nocte. Dormiens quippe oppreſſit eum. Et conſurgens intempeſtę noctis ſilentio, tulit filium meuȝ de latere meo ancillę

tuę dormientis, ⁊ collocauit in ſinu ſuo: ſuum autem filium, qui erat mortuus, poſuit in ſinu meo. Cumq; ſurrexiſſem mane, vt darem lac filio meo: apparuit mortuus. Quem diligentius intuens clara luce, deprehendi non eſſe meuʒ quem genueram. Reſponditq; altera mulier. Non eſt ita: ſed filius tuus mortuus eſt, meus autem viuit. Econtrario illa dicebat. Mentiris: filius quippe meus viuit, ⁊ filius tuus mortuus eſt. Atque in hunc modum contendebant coraʒ rege. Tunc rex ait. Hęc dicit: filius meus viuit, ⁊ filius tuus mortuus eſt: ⁊ iſta reſpondet, non, ſed filius tuus mortuus eſt, ⁊ filius meus viuit. Dixit ergo rex. Afferte mihi gladium. Cumque attuliſſent gladium coram rege: diuidite inquit infantem viuum in duas partes: ⁊ date dimidiam partem vni, ⁊ dimidiaʒ partem alteri. Dixit autem mulier cuius filius erat viuus, ad regeʒ. (Commota ſunt quippe viſcera eius ſuper filio ſuo.) Obſecro domine, date illi infantem viuum, ⁊ nolite interficere eũ. Econtrario illa dicebat. Nec mihi, nec tibi: ſed diuidatur. Reſpondit rex, ⁊ ait. Date huic infantem viuum, ⁊ non occidatur: hęc eſt enim mater eius. Audiuit itaque omnis Iſrael iudiciuʒ quod iudicaſſet rex: ⁊ timuerunt regem, videntes ſapientiam dei eſſe in eo ad faciendū iudicium.

Introitus. Eſto mihi in deum protectorem, ⁊ in locum refugij: vt ſaluum me facias. ℣. Deus in te ſperaui: dñe non confundar in eternuʒ. Tractus. Domine, nõ ſecundum peccata noſtra, quę fecimus nos: neq; ſecunduʒ iniquitates noſtras retribuas nobis. Pſ. 30. Pſ. 102

℣. Domine, ne memineris iniquitatum noſtrarũ antiquarum: cito anticipent nos miſericordię tuę, quia pauperes facti ſumus nimis. Pſ. 78.

℣. Adiuua nos deus ſalutaris noſter: ⁊ propter gloriam nominis tui domine libera nos, ⁊ propitius eſto peccatis noſtris propter nomen tuum.

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Ioannem.



In illo tẽpore. Prope erat paſcha Iudęorum, ⁊ aſcendit Ieſus Hieroſolymã. Et inuenit in templo vendẽtes oues ⁊ boues ⁊ columbas, ⁊ numularios ſedentes. Et cum feciſſet quaſi flagellum de funiculis, omnes eiecit de templo, oues quoque ⁊ boues: ⁊ numulariorum effudit ęs, ⁊ menſas ſubuertit. Et his qui columbas vendebant, dixit. Auferte iſta hinc: ⁊ nolite facere domum patris mei domum ca. 2.

domum negotiationis. Recordati vero ſunt diſcipuli eius, quia ſcriptum eſt: zelus domus tuę comedit me. Reſponderunt ergo Iudęi, ⁊ dixerũt ei. Quod ſignuȝ oſtendis nobis, quia hęc facis? Reſpondit Ieſus, ⁊ dixit eis. Soluite templũ hoc: ⁊ in tribus diebus excitabo illud. Dixerũt ergo Iudęi. Quadraginta ⁊ ſex annis ędificatum eſt templũ hoc: ⁊ tu in tribus diebus excitabis illud? Ille autem dicebat de templo corporis ſui. Cuȝ ergo reſurrexiſſet a mortuis, recordati ſunt diſcipuli eius, quia hoc dicebat de corpore ſuo. Et crediderunt ſcripturę, ⁊ ſermoni quem dixit Ieſus. Cum autem eſſet Hieroſolymis in paſca in die feſto, multi crediderunt in nomine eius, videntes eius ſigna quę faciebat. Ipſe autem Ieſus non credebat ſemetipſuȝ eis: eo quod ipſe noſſet omnes: ⁊ quia opus ei nõ erat, vt quis teſtimonium perhiberet de homine. Ipſe enim ſciebat, quid eſſet in homine. Offerto.

p̄s. 99. Iubilate deo omnis terra: ſeruite domino in lętitia: intrate in cõſpectu eius in exultatione: quia dominus ipſe eſt deus. Secreta.

Oblatuȝ tibi domine ſacrificiũ viuificet nos ſemper, ⁊ muniat. Per dominum.

Alię Secretę, vt in Dominica precedenti. Communio.

M. N. R.

p̄s. 18. Ab occultis meis munda me domine: ⁊ ab alienis parce ſeruo tuo. Poſtcom.

Sumptis dñe ſalutaribus ſacramẽtis, ad redemptionis ęternę, quęſumus, proficiamus augmentum. Per dñm.

Alię Poſtcom. vt in Dominica precedenti.

Super populum. Oremus.

Humiliate capita veſtra deo.

Deprecationẽ noſtrã, quęſumus domine, benignus exaudi: ⁊ quibus ſupplicãdi pręſtas affectum, tribue defenſionis auxilium. Per dominum.

¶ Feria iiij. Statio ad ſanctum Laurentium in Damaſo.

Introitus.

p̄s. 54. Exaudi deus orationem meaȝ, ⁊ ne deſpexeris deprecationem meam: intende in me, ⁊ exaudi me. Pſalmus. Contriſtatus ſum in exercitatione mea: ⁊ conturbatus ſum a voce inimici, ⁊ a tribulatione peccatoris. ℣. Gloria patri ⁊ filio. Oremus.

Sacrę nobis, quęſumus domine, obſeruationis ieiunia: ⁊ pię cõuerſationis augmentum, ⁊ tuę propitiationis continuum pręſtẽt auxilium. Per dominum noſtrum.

Alię Orationes, vt in Dominica precedenti.

Lectio libri Exodi.

ca. 32. In diebus illis. Locutus eſt dominus ad Moyſen, dicens. Deſcende de monte: q2 peccauit populus tuus quez eduxiſti de terra Aegypti. Receſſerunt cito de via, quam oſtendiſti eis: feceruntqꝫ ſibi vitulum conflatilem, ⁊ adorauerunt, atqꝫ immolantes ei hoſtias dixerũt. Iſti ſunt dij tui Iſrael, qui te eduxerunt de terra Aegypti. Rurſumque ait dominus ad Moyſen. Cerno quod populus iſte, durę ceruicis ſit: dimitte me, vt iraſcatur furor meus contra eos, ⁊ deleam eos: faciamqꝫ te in gentem magnaz. Moyſes autem orabat dñm deum ſuum, dicens. Cur domine iraſcitur furor tuus contra populum tuum: quez eduxiſti de terra Aegypti, in fortitudine magna, ⁊ in manu robuſta? Ne, quęſo, dicãt Aegyptij: callide eduxit eos, vt interficeret in montibus, ⁊ deleret de terra. Quieſcat ira tua: ⁊ eſto placabilis ſuper nequitia populi tui. Recordare Abraham, Iſaac, ⁊ Iſrael ſeruorũ tuorum, quibus iuraſti per temetipſum, dicẽs. Multiplicabo ſemen veſtruz ſicut ſtellas cęli: ⁊ vniuerſam terram hanc, de qua locutus ſum, dabo ſemini veſtro: ⁊ poſſidebitis eam ſemper. Placatuſqꝫ eſt dñs, ne faceret malum, quod locutus fuerat aduerſus populum ſuum. Et miſertus eſt populo ſuo dominus deus noſter.

Graduale. Exurge domine, fer ps. 43.
opẽ nobis: ⁊ libera nos propter nomen tuum. ℣. Deus auribus noſtris audiuimus: patres noſtri annunciauerũt nobis opus, quod operatus es in diebus eorum, ⁊ in diebus antiquis.

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Ioannem.



In illo tem- ca. 7.
pore. Iam die feſto mediante aſcendit Ieſus in templum, ⁊ docebat. Et mirabantur Iudęi, dicẽtes. Quomodo hic literas ſcit, cum non didicerit? Reſpondit eis Ieſus, ⁊ dixit. Mea doctrina nõ eſt mea: ſed eius qui miſit me. Siquis voluerit voluntatẽ eius facere: cognoſcet de doctrina, vtrum ex deo ſit, an ego a meipſo loquar. Qui a ſemetipſo loquitur, gloriam propriã quęrit. Qui autem quęrit gloriam eius, qui miſit illum: hic verax eſt, ⁊ iniuſtitia in illo non eſt. Nonne Moyſes dedit vobis legem: ⁊ nemo ex vobis facit legem? Quid me quęritis interficere? Reſpondit turba, ⁊ dixit. Dęmoniuz habes: quis te quęrit interficere? Reſpondit Ieſus, ⁊ dixit eis. Vnum opus feci: ⁊ omnes miramini.

Propterea Moyſes dedit vo/
bis circumciſionem: non quia ex
Moyſe eſt, ſed ex patribus. Et
in ſabbato circunciditis hominē.
Si circumciſionē accipit homo
in ſabbato, vt non ſoluatur lex
Moyſi: mihi indignamini, quia
totum hominem ſanū feci in ſab/
bato? Nolite iudicare ſecundū
faciem: ſed iuſtum iudicium iudi/
cate. Dicebant ergo quidam ex
Hieroſolymis. Nonne hic eſt,
quem quęrunt interficere? Ec/
ce, palam loquitur: ⁊ nihil ei di/
cunt. Nunquid vere cognouerūt
principes, quia hic eſt Chriſtus?
Sed hunc ſcimus vnde ſit: Chri
ſtus autē cum venerit, nemo ſcit
vnde ſit. Clamabat ergo docēs
in templo Jeſus, ⁊ dicens. Et
me ſcitis, ⁊ vnde ſim ſcitis: ⁊ a me/
ipſo non veni: ſed eſt verus qui
miſit me, quē vos neſcitis. Ego
ſcio eum: ⁊ ſi dixero quia neſcio
eum, ero ſimilis vobis mendax.
Sed ſcio eum: quia ab ipſo ſum,
⁊ ipſe me miſit. Querebant er/
go eum apprehendere: ⁊ nemo
miſit in illum manus: quia non/
dum venerat hora eius. De tur/
ba autem, multi crediderunt in
eum. Offertorium.
[p]s. 39. Expectans expectaui dominū,
⁊ reſpexit me: ⁊ exaudiuit depre/
cationem meam: ⁊ immiſit in os
meum canticū nouum, hymnum
deo noſtro.

Secreta.

Hec hoſtia, queſumus do/
mine, emundet noſtra deli
cta: ⁊ ad ſacrificium celebrandū,
ſubditorum tibi corpora, menteſ/
que ſanctificet. Per dominum.
Alie Secretę, vt in Dominica
precedenti. Communio.
Letabimur in ſalutari tuo: ⁊ in ps.
nomine dei noſtri magnificabi/ 19.
mur. Poſtcom.
Huius nos dn̄e perceptio
ſacramēti mundet a crimi/
ne: ⁊ ad celeſtia regna perducat.
Per dominum.
Alię Poſtcom. vt in Dominica
precedenti.
Super populum. Oremus.
Humiliate capita veſtra deo.
Miſerere dn̄e populo tuo:
⁊ cōtinuis tribulationibus
laborantem, propitius reſpirare
concede. Per dominum.

¶ Feria iiii. Statio ad ſanctum
Paulum. Introitus.

Cum ſanctificatus fuē eze
ro in vobis, cōgrega/ ch.
bo vos de vniuerſis 36.
terris: ⁊ effundam ſu
per vos aquam mun
dam, ⁊ mundabimini ab omni/
bus inquinamentis veſtris: ⁊ da/
bo vobis ſpiritum nouum. Pſal/
mus. Benedicam dominum in
omni tempore: ſemper laus eius ps.
in ore meo. ℣. Gloria patri. 33.
Poſt Kyrie eleiſon [illegible] [illegible]

 Ore/

Oremus. Flectamus genua. ℟. Leuate. Oratio.

DEus, qui ⁊ iuſtis pręmia meritoꝝ, ⁊ peccatoribus per ieiunium veniam prębes: miſerere ſupplicibus tuis: vt reatus noſtri confeſſio, indulgentiam valeat percipere delictorum. Per dominum noſtrum.

Lectio Ezechielis prophete.

ca. HAec dicit dominus deus.
36. Sanctificabo nomē meū magnum: vt ſciant gentes, quia ego dominus. Cuʒ ſanctificatus fuero in vobis coram eis, tollam quippe vos de gentibus: ⁊ congregabo vos de vniuerſis terris: ⁊ adducam vos in terraʒ veſtram. Et effundam ſuper vos aquaʒ mundam: ⁊ mundabimini ab omnibus inquinamentis veſtris: ⁊ ab vniuerſis idolis veſtris mundabo vos. Et dabo vobis cor nouum: ⁊ ſpiritū nouum ponam in medio veſtri. Et auferaʒ cor lapideum de carne veſtra: ⁊ dabo vobis cor carneum. Et ſpiritum meum ponam in medio veſtri: ⁊ faciam vt in pręceptis meis ambuletis, ⁊ iudicia mea cuſtodiatis ⁊ operemini. Et habitabitis in terra quam dedi patribus veſtris: ⁊ eritis mihi in populum, ⁊ ego ero vobis in deū, dicit dominus omnipotens. Graduale.

ps. Venite filij, audite me: timoreʒ
33. domini docebo vos. ℣. Accedite ad eū, ⁊ illuminamini: ⁊ facies veſtrę non confundentur. Hic dicitur Dominus vobiſcū, ſine Flectamus genua. Oremus.

PRęſta, quęſumus omnipotens deus: vt, quos ieiunia votiua caſtigant, ipſa quoqʒ deuotio ſancta lętificet: vt terrenis affectibus mitigatis, facilius cęleſtia capiamus. Per dominuʒ.

Lectio Iſaie prophete.

HAec dicit dominus. Lauamini, mundi eſtote, auferte ca.
malum cogitationum veſtrarum 1.
ab oculis meis. Quieſcite agere peruerſe, diſcite bene facere. Quęrite iudicium, ſubuenite oppreſſo, iudicate pupillo, defendite viduam. Et venite, ⁊ arguite me, dicit dñs. Si fuerint peccata veſtra vt coccinum: quaſi nix dealbabuntur. Et ſi fuerint rubra quaſi vermiculus: velut lana alba erūt. Si volueritis, ⁊ audieritis me: bona terrę comedetis: Dicit dñs omnipotens. Grad.

Beata gens, cuius dominus eſt ps
deus eorū: populus, quem elegit 32
dñs in hęreditatem ſibi. ℣. Verbo domini cęli firmati ſunt: ⁊ ſpiritu oris eius omnis virtus eorū.

Tractus. Domine, non ſecundum ps
peccata noſtra, quę fecimus 10
nos: neqʒ ſecundum iniquitates noſtras retribuas nobis. ℣. Domine, ne memineris iniquitatum noſtraruʒ antiquarum: cito anticipent

cipient nos miſericordię tuę: quia pauperes facti ſumus nimis. ℣.
Ps. Adiuua nos deus ſalutaris no-
78. ſter: ꝛ propter gloriam nominis tui domine libera nos: ꝛ propitius eſto peccatis noſtris propter nomen tuum.

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Joannem.



ca. In illo tem-
9. pore. Preteriens Jeſus, vidit hominem cęcum a natiuitate. Et interrogauerunt eū diſcipuli eius. Rabbi: quis peccauit, hic, aut parentes eius, vt cęcus naſceretur? Reſpōdit Jeſus. Neque hic peccauit, neqȝ parentes eius: ſed vt maniſeſtentur opera dei in illo. Me oportet operari opera eius qui miſit me, donec dies eſt. Uenit nox, quādo nemo poteſt operari. Quandiu in mundo ſum, lux ſum mundi. Hęc cum dixiſſet, expuit in terram, ꝛ fecit lutum ex ſputo: ꝛ liniuit lutuȝ ſuper oculos eius, ꝛ dixit ei. Uade, laua in natatoria Siloe, quod interpretatur miſſus. Abijt ergo, ꝛ lauit: ꝛ venit videns. Itaqȝ vicini, ꝛ qui viderant eum prius quia mendicus erat, dicebant. Nonne hic eſt qui ſedebat, ꝛ mendicabat? Alij dicebant, quia hic eſt. Alij autem, nequaquam, ſed ſimilis eius eſt.

Ille vero dicebat, quia ego ſum. Dicebant ergo ei. Quomodo aperti ſunt tibi oculi? Reſpondit. Ille homo qui dicitur Jeſus, lutum fecit: ꝛ vnxit oculos meos, ꝛ dixit mihi. Uade ad natatoriaȝ Siloe, ꝛ laua. Et abij, ꝛ laui, ꝛ vidi. Dixerūt ergo ei. Ubi eſt ille? Ait. Neſcio. Adducunt eum ad phariſęos qui cęcus fuerat. Erat autem ſabbatum quando lutum fecit Jeſus, ꝛ aperuit oculos eius. Iterum ergo interrogabant euȝ phariſęi, quomodo vidiſſet. Ille autem dixit eis. Lutuȝ poſuit mihi ſuper oculos, ꝛ laui: ꝛ video. Dicebant ergo ex phariſęis quidam. Non eſt hic homo a deo, qui ſabbatum non cuſtodit. Alij autem dicebant. Quomodo poteſt homo peccator hęc ſigna facere? Et ſchiſma erat inter eos. Dicunt ergo cęco iterum. Tu, quid dicis de eo qui aperuit oculos tuos? Ille autem dixit: quia propheta eſt. Non crediderunt ergo Judęi de illo, qꝛ cęcus fuiſſet ꝛ vidiſſet: donec vocauerunt parētes eius qui viderat, ꝛ interrogauerunt eos, dicentes. Hic eſt filius veſter, quem vos dicitis quia cęcus natus eſt? Quomodo ergo nunc videt? Reſponderunt eis parentes eius, ꝛ dixerunt. Scimus quia hic eſt filius noſter, ꝛ qꝛ cęcus natus eſt: quomodo autem nunc videat neſcimus,

mus, aut quis eius aperuit oculos, nos neſcimus. Ipſum interrogate: ętatem habet, ipſe de ſe loquatur. Hęc dixerunt parentes eius, quia timebant Iudęos. Iam enim conſpirauerant Iudęi, vt ſiquis eum cōfiteretur eſſe Chriſtum, extra ſynagogam fieret. Propterea parētes eius dixerunt: quia ętatem habet, ipſum interrogate. Vocauerunt ergo rurſum hominem qui fuerat cęcus, ⁊ dixerunt ei. Da gloriam Deo. Nos ſcimus quia hic homo peccator eſt. Dixit ergo ille. Si peccator eſt, neſcio: vnum ſcio, quia cum cęcus eſſem, modo video. Dixerunt ergo illi. Quid fecit tibi? Quomodo aperuit tibi oculos? Reſpondit eis. Dixi vobis iam, ⁊ audiſtis: quid iterum vultis audire? Nunquid ⁊ vos vultis diſcipuli eius fieri? Maledixerunt ergo ei, ⁊ dixerunt. Tu diſcipulus eius ſis: nos autem Moyſi diſcipuli ſumus. Nos ſcimus, quia Moyſi locutus eſt deus: hunc autem neſcimus vnde ſit. Reſpondit ille homo, ⁊ dixit eis. In hoc enim mirabile eſt, quia vos neſcitis vnde ſit: ⁊ aperuit oculos meos. Scimus autē, quia peccatores deus non audit: ſed ſiquis cultor dei eſt, ⁊ voluntatem eius facit, hunc exaudit. A ſeculo nō eſt auditum, quia aperuit quis oculos cęci nati. Niſi eſſet hic a deo, nō poterat facere quicquā. Reſponderunt, ⁊ dixerunt ei. In peccatis natus es totus: ⁊ tu doces nos? Et eiecerunt eū foras. Audiuit autem Ieſus, quia eiecerunt eum foras: ⁊ cum inueniſſet eum, dixit ei. Tu credis in filium dei? Reſpondit ille, ⁊ dixit. Quis eſt domine, vt credam in eum? Dixit ei Ieſus. Et vidiſti eum, ⁊ qui loquitur tecum: ipſe eſt. At ille ait. Credo domine. Hic genuflectitur. Et procidēs adorauit eum.

Offertorium.

Benedicite gentes dn̄m deum Ps.
noſtrum, ⁊ obaudite vocem lau- 65.
dis eius: qui poſuit animā meam ad vitam, ⁊ non dedit commoueri pedes meos: benedictus dominus, qui non amouit deprecationem meam, ⁊ miſericordiam ſuam a me.

Secreta.

Supplices te rogamus omnipotens deus: vt, his ſacrificiis peccata noſtra mundentur: quia tunc veram nobis tribuis ⁊ mentis ⁊ corporis ſanitatem. Per dominum noſtrum.

Alię Secretę, vt in Dominica precedenti.

Communio.

Lutum fecit ex ſputo dominus, Io.
⁊ liniuit oculos meos: ⁊ abii, ⁊ 9.
laui, ⁊ vidi, ⁊ credidi deo.

Poſtcom.

Sacramenta, quę ſumpſimus, domine deus noſter, ⁊ ſpiritualibus nos repleant alimen-

mentis, ⁊ corporalibus tueantur auxilijs. Per dominum.

Ant. Poſtcom. vt in Dominica precedenti.

Super populum. Oremus.

Humiliate capita veſtra deo.

Pateant aures miſericordię tuę, dñe, precibus ſupplicã tium: ⁊ vt petentibus deſiderata concedas: fac eos, quę tibi ſunt placita, poſtulare. Per dñm.

¶ Feria v. Statio ad ſanctum Syluestrum, ⁊ Martinum.

Introitus.

Ps. 104 Letetur cor quęrentium dominum: quęrite dominum ⁊ confirmamini: quęrite faciem eius ſemper.

Pſalmus. Confitemini domino, ⁊ inuocate nomen eius: annunciate inter gentes opera eius. ℣. Gloria patri. Oremus.

Preſta quęſumus omnipotens deus: vt, quos ieiunia votiua caſtigant, ipſa quoqꝫ deuotio ſancta lętificet: vt terrenis affectibus mitigatis, facilius cęleſtia capiamus. Per dominum.

Ant. ⁊ orationes, vt in Dominica precedenti.

Lectio libri Regum.


4. re. 4. In diebus illis: Uenit mulier Sunamitis ad Eliſeũ in montem Carmeli. Cumqꝫ vidiſſet eam vir dei de contra, ait ad Giezi puerum ſuum, Ecce Sunamitis illa. Uade ergo in occurſum eius, ⁊ dic ei. Recte ne agitur circa te, ⁊ circa virũ tuum, ⁊ circa filium tuũ? Quę reſpõdit, Recte. Cumqꝫ veniſſet ad virũ dei in montem, apprehendit pedes eius: ⁊ acceſſit Giezi vt amoueret eam. Et ait homo dei. Dimitte illam: anima enim eius in amaritudine eſt: ⁊ dominus cęlauit a me, ⁊ nõ indicauit mihi. Quę dixit illi. Nunquid petiui filiuꝫ a domino meo? Nunquid non dixi tibi, ne illudas me? Et ille ait ad Giezi. Accinge lumbos tuos: ⁊ tolle baculum meum in manu tua: ⁊ vade. Si occurrerit tibi homo, non ſalutes eum: ⁊ ſi ſalutauerit te quiſpiã, nõ reſpondeas illi: ⁊ pones baculuꝫ meuꝫ ſuper faciem pueri. Porro mater pueri ait. Uiuit dominus, ⁊ viuit anima tua: non dimittam te. Surrexit ergo, ⁊ ſecutus eſt eam, Giezi autem preceſſerat ante eos, ⁊ poſuerat baculum ſuper facieꝫ pueri: ⁊ non erat vox, neque ſenſus. Reuerſuſque eſt Giezi in occurſum eius: ⁊ nunciauit ei, dicens. Non ſurrexit puer. Ingreſſus eſt ergo Eliſeus domũ. Et ecce puer mortuus iacebat in lectulo eius. Ingreſſuſqꝫ clauſit oſtium ſuper ſe, ⁊ ſuper puerum: ⁊ orauit ad dominuꝫ. Et aſcendit: ⁊ incubuit ſuper puerum: poſuitque os ſuũ ſuper os eius, ⁊ oculos ſuos

ſuper

ſuper oculos eius, ⁊ manus ſuas
ſuper manus eius: ⁊ incuruauit ſe
ſuper eum: ⁊ calefacta eſt caro
pueri. At ille reuerſus, deambu-
lauit in domo, ſemel huc atque il-
luc: ⁊ aſcendit, ⁊ incubuit ſuper
eũ: ⁊ oſcitauit puer ſepties, ape-
ruitque oculos. At ille vocauit
Giezi, ⁊ dixit ei. Uoca Sunami
tidem hanc. Quę vocata, ingreſ-
ſa eſt ad eum. Cui ait. Tolle fi-
lium tuum. Uenit autem illa, ⁊
corruit ad pedes eius: ⁊ adorauit
ſuper terram. Tulitque filium ſuũ,
⁊ egreſſa eſt. Eliſeus vero reuer-
ſus eſt in Galgala. Graduale.

Ps. 73. R eſpice domine in teſtamentũ
tuum: ⁊ animas pauperum tuo-
rum ne obliuiſcaris in finem. ℣.
Exurge domine, ⁊ iudica cauſam
meam: memor eſto opprobrij ſer-
uorum tuorum.

Sequentia ſancti euangelij
ſecundum Lucam.



ca. 7. In illo tem-
pore: Ibat
Ieſus in ciuitatẽ,
quę vocatur Na-
im: ⁊ ibant cum il-
lo diſcipuli eius, ⁊
turba copioſa.
Cum autem appropinquaret por-
tę ciuitatis: ecce defunctus efferre-
batur, filius vnicus matri ſuę: ⁊
hęc vidua erat: ⁊ turba ciuitatis
multa cum illa. Quam cum vidiſ-
ſet dominus, miſericordia motus
ſuper eam, dixit illi. Noli flere.
Et acceſſit, ⁊ tetigit loculum. Hi
autem qui portabant, ſteterunt.
Et ait. Adoleſcẽs, tibi dico: ſur-
ge. Et reſedit qui erat mortuus:
⁊ cepit loqui. Et dedit illum ma-
tri ſuę. Accepit autem omnes ti-
mor: ⁊ magnificabant deum, di-
centes. Quia propheta magnus
ſurrexit in nobis: ⁊ quia deus vi-
ſitauit plebem ſuam. Offerto.

D omine ad adiuuandum me fe- Ps. 69.
ſtina: confundantur omnes aduer-
ſum me, qui cogitant ſeruis tuis
mala. Secreta.

P urifica nos miſericors de-
us: vt eccleſię tuę preces
quę tibi gratę ſunt, pia munera
deferentes, fiant expiatis menti-
bus gratiores. Per dominum.
Alię Secretę, vt in Dominica
precedenti. Communio.

Dñe memorabor iuſtitię tuę ſo- Ps. 70.
lius: deus docuiſti me a iuuentu-
te mea: ⁊ vſque in ſenectam, ⁊ ſe-
nium: deus ne derelinquas me.

Poſtcom.

C eleſtia dona capienti-
bus, quęſumus domine,
non ad iudicium prouenire patia-
ris, quę fidelibus tuis ad reme-
dium prouidiſti. Per dominum
noſtrum Ieſum Chriſtum filium
tuum. Qui tecum.
Alię Poſtcom. vt in Dominica
precedenti.
Super populum. Oremus.
Humi-

Humiliate capita veſtra deo.

P Opuli tui deus inſtitutoꝛ, ⁊ rectoꝛ: peccata, quibus impugnatur, expelle: vt ſemper tibi placitus, ⁊ tuo munimine ſit ſecurus. Per dominum.

¶ Feria vi. Statio ad ſanctus Euſebium. Introitus.

ps. M Editatio coꝛdis mei
18. in conſpectu tuo ſemper: domine adiutoꝛ meus, ⁊ redemptoꝛ meus. Pſalmus. Celi enarrant gloꝛiam dei: ⁊ opera manuum eius annunciat firmamentum. ℣. Gloꝛia patri.

Oꝛemus.

D Eus, qui ineffabilibus mũdum renouas ſacramẽtis: pꝛęſta quęſumus: vt eccleſia tua ⁊ ęternis pꝛoficiat inſtitutis, ⁊ tẽpoꝛalibus non deſtituatur auxilijs. Per dominum.

Alię Orationes, vt in Dominica pręcedenti.

Lectio libri Regum.

3.c. I N diebus illis: Aegrotauit
17. uit filius mulieris matrisfamilias: ⁊ erat languoꝛ foꝛtiſſimus, ita vt nõ remaneret in eo halitus. Dixit ergo ad Eliam. Quid mihi, ⁊ tibi vir dei? Ingreſſus es ad me, vt rememoꝛarentur iniquitates meę: ⁊ interficeres filiũ meũ? Et ait ad eaz Elias. Da mihi filium tuum. Tulitqz eum de ſinu illius: ⁊ poꝛtauit in cęnaculũ, vbi ipſe manebat: ⁊ poſuit ſuper lectulum ſuum: ⁊ clamauit ad dominum, ⁊ dixit. Domine deus meus, etiamne viduam apud quã ego vtcunqz ſuſtentoꝛ, afflixiſti: vt interficeres filium eius? Et expandit ſe, atque menſus eſt ſuper puerum tribus vicibus: clamauitque ad dominum, ⁊ dixit. Domine deus meus: reuertatur (obſecro) anima pueri huius in viſcera eius. Exaudiuit autem dominus vocem Elię: ⁊ reuerſa eſt anima pueri intra eum, ⁊ reuixit. Tulitqz Elias puerum: ⁊ depoſuit euz de cęnaculo in inferioꝛem domuz: ⁊ tradidit matri ſuę. Et ait illi. En viuit filius tuus. Dixitqz mulier ad Eliaz. Nunc in iſto cognoui, quoniam vir dei es tu: ⁊ verbuz domini, in oꝛe tuo verum eſt. Graduale.

B Onum eſt confidere in domi ps.
no, quam confidere in homine. 117
℣. Bonum eſt ſperare in domino, quam ſperare in pꝛincipibus.
Tractus. Domine, non ſecun ps.
dum peccata noſtra, quę fecimus 102
nos: neqz ſecundum iniquitates
noſtras retribuas nobis. ℣. Do ps.
mine, ne memineris iniquitatum 78.
noſtrarum antiquarũ: cito anticipent nos miſericoꝛdię tuę: quia pauperes facti ſumus nimis. ℣. Adiuua nos deus ſalutaris noſter: ⁊ propter gloꝛiam nominis tui domine libera nos: ⁊ propi-

tius

tius eſto peccatis noſtris propter nomen tuum.

Sequentia ſancti euangelii ſecundum Joannem.

ca. 11.



In illo tēpore. Erat quidaʒ languens Lazarus a Bethania, de Caſtello Marię ꝛ Marthę ſororum eius. (Maria autem erat, quę vnxit dominuʒ vnguento, ꝛ exterſit pedes eius capillis ſuis: cuius frater Lazarus infirmabatur.) Miſerūt ergo ſorores eius ad eum, dicentes. Domine, ecce quem amas, infirmatur. Audiens autem Jeſus, dixit eis. Infirmitas hęc non eſt ad morteʒ, ſed pro gloria dei: vt glorificetur filius dei per eam. Diligebat autem Jeſus Marthaʒ ꝛ ſororem eius Mariam, ꝛ Lazarum. Ut ergo audiuit quia infirmabatur, tunc quidem manſit in eodeʒ loco duobus diebus. Deinde poſt hęc dixit diſcipulis ſuis. Eamus in Judęam iterum. Dicunt ei diſcipuli. Rabbi, nūc quęrebant te Judęi lapidare: ꝛ iterum vadis illuc? Reſpondit Jeſus. Nonne duodecim horę ſunt diei? Si quis ambulauerit in die, non offendit: quia lucem huius mundi videt. Si autem ambulauerit in nocte, offendit: quia lux nō eſt in eo. Hęc ait. Et poſt hęc dicit eis. Lazarus amicus noſter dormit: ſed vado, vt a ſomno excitem eum. Dixerunt ergo diſcipuli eius. Dn̄e, ſi dormit, ſaluus erit. Dixerat autē Jeſus de morte eius: illi autez putauerūt q̄ꝛ de dormitione ſomni diceret. Tunc ergo dixit eis Jeſus maniſeſte. Lazarus mortuus eſt: ꝛ gaudeo propter vos, vt credatis, quoniā nō eram ibi. Sed eamus ad euz. Dixit ergo Thomas qui dicitur Didymus, ad cōdiſcipulos. Eamus ꝛ nos, ꝛ moriamur cum eo. Uenit itaqꝫ Jeſus: ꝛ inuenit eum quatuor dies iam in monumento habentem. (Erat autem Bethania iuxta Hieroſolymā quaſi ſtadiis quindecim.) Multi autē ex Judęis venerant ad Marthā ꝛ Mariaʒ, vt conſolarentur eas de fratre ſuo. Martha ergo vt audiuit quia Jeſus venit, occurrit illi: Maria autem domi ſedebat. Dixit ergo Martha ad Jeſum. Domine ſi fuiſſes hic, frater meus non fuiſſet mortuus. Sed ꝛ nunc ſcio, quia quęcunqꝫ popoſceris a deo, dabit tibi deus. Dicit illi Jeſus. Reſurget frater tuus. Dicit ei Martha. Scio, quia reſurget in reſurrectione, in nouiſſimo die. Dicit ei Jeſus. Ego ſuʒ reſurrectio ꝛ vita. Qui credit in me: etiaʒ ſi mortuus fuerit, viuet. Et omnis qui viuit, ꝛ credit in me: nō morietur in ęternum.

nuʒ. Credis hoc? Ait illi. Utiqʒ domine: ego credidi quia tu es Chriſtus filius dei viui, qui in hũc mundũ veniſti. Et cũ hec dixiſſet, abijt, ⁊ vocauit Mariaʒ ſororeʒ ſuam ſilentio, dicens. Magiſter adeſt, ⁊ vocat te. Illa autẽ vt audiuit, ſurrexit cito, ⁊ venit ad eum. Nondum enim venerat Jeſus in caſtellum: ſed erat adhuc in loco illo vbi occurrerat ei Martha. Judei ergo qui erant cuʒ ea in domo, ⁊ conſolabantur eaʒ: cuʒ vidiſſent Mariam quia cito ſurrexit ⁊ exijt, ſecuti ſunt eã dicentes. Quia vadit ad monumentum, vt ploret ibi. Maria ergo cum veniſſet vbi erat Jeſus: vidẽs eum, cecidit ad pedes eius, ⁊ dixit ei. Domine ſi fuiſſes hic, non eſſet mortuus frater meus. Jeſus ergo vt vidit eam plorantem, ⁊ Judeos qui venerant cuʒ ea, plorantes: infremuit ſpiritu, ⁊ turbauit ſemetipſuʒ, ⁊ dixit. Ubi poſuiſtis eum? Dicunt ei. Domine, veni ⁊ vide. Et lachrymatus eſt Jeſus. Dixerũt ergo Judei. Ecce quomodo amabat eum. Quidaʒ aũt ex ipſis dixerũt. Nõ poterat hic, qui aperuit oculos ceci nati, facere, vt ⁊ hic non moreretur? Jeſus ergo rurſum fremens in ſemetipſo, venit ad monumentum. Erat autem ſpelunca: ⁊ lapis ſuperpoſitus erat ei. Ait Jeſus. Tollite lapideʒ. Dicit ei Martha ſoror eius qui mortuus fuerat. Domine, iam fetet: quatriduanus enim eſt. Dicit ei Jeſus. Nonne dixi tibi, quoniaʒ ſi credideris, videbis gloriã dei? Tulerunt ergo lapidem. Jeſus autem eleuatis oculis ſurſum, dixit. Pater, gratias ago tibi, quoniam audiſti me. Ego autem ſciebam quia ſemper me audis, ſed propter populum qui circunſtat dixi: vt credant quia tu me miſiſti. Hec cuʒ dixiſſet, voce magna clamauit, Lazare, veni foras. Et ſtatiʒ prodijt qui fuerat mortuus, ligatus manus ⁊ pedes inſtitis: ⁊ facies illius ſudario erat ligata. Dixit eis Jeſus. Soluite euʒ, ⁊ ſinite abire. Multi ergo ex Judeis qui venerant ad Mariaʒ ⁊ Marthaʒ, ⁊ viderãt que fecit Jeſus: crediderunt in eũ. Offerto.

Populum humilem ſaluum fa- Ps.
cies domine: ⁊ oculos ſuperbo- 17.
rum humiliabis: quoniam quis deus preter te domine?

Secreta.

Munera nos domine, que ſumus, oblata purificent: ⁊ te nobis iugiter faciant eſſe placatum. Per dominum noſtrum. Alie Secrete, vt in Dominica precedenti. Communio.

Videns dominus flentes ſoro- Jo.
res Lazari ad monumentum, la- 11.
chrymatus eſt coram Judeis, ⁊ exclamauit, Lazare veni foras: ⁊

prodijt

prodijt ligatis manibus & pedibus, qui fuerat quatriduanus mortuus. Poſtcom.

Hec nos, queſumus domine, participatio ſacramenti: & a proprijs reatibus indeſinenter expediat: & ab omnibus tueatur aduerſis. Per dominum.

Alie Poſtcom. vt in Dominica precedenti.

Super populum. Oremus.

Humiliate capita veſtra deo.

Da nobis, queſumus, omnipotens deus: vt, qui infirmitatis noſtre conſcij de tua virtute confidimus, ſub tua ſemper pietate gaudeamus. Per dnm.

¶ Sabbato. Statio ad ſanctum Nicolaum in carcere. Introitus.

Iſa 55. Sitientes venite ad aquas, dicit dominus: & qui nō habetis pretium, venite, & bibite cum letitia. Pſalmus.

Pſ. 77. Attendite popule meus legem meam: inclinate aurem veſtram in verba oris mei. ℣ Gloria patri & filio. Oratio.

Fiat, queſumus domine, per gratiam tuam fructuoſus noſtre deuotionis affectus: quia tunc nobis proderunt ſuſcepta ieiunia, ſi tue ſint placita pietati. Per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuum, qui tecum viuit & regnat.

Alie Orationes, vt in Dominica precedenti.

Lectio Iſaie prophete.

Hec dicit dominus. In ca. 49.
tempore placito exaudiui te: & in die ſalutis auxiliatus ſum tui. Et ſeruaui: & dedi te in fedus populi: vt ſuſcitares terrā: & poſſideres hereditates diſſipatas: vt diceres his qui vincti ſunt, exite: & his qui in tenebris ſunt, reuelamini. Super vias paſcentur: & in omnibus planis paſcua eorum. Non eſurient neque ſitient: & nō percutiet eos eſtus & ſol: quia miſerator eorum reget eos: & ad fontes aquarum portabit eos. Et ponam omnes montes meos in viam: & ſemite mee exaltabūtur. Ecce iſti de longe venient: & ecce illi ab aquilone & mari: & iſti de terra auſtrali. Laudate celi, & exulta terra, iubilate montes laudem: quia conſolatus eſt dominus populum ſuum, & pauperum ſuorum miſerebitur. Et dixit Sion. Dereliquit me dominus: & dominus oblitus eſt mei. Nunquid obliuiſci poteſt mulier infantem ſuū, vt non miſereatur filio vteri ſui? Et ſi illa oblita fuerit: ego tamen non obliuiſcar tui, dicit dominus omnipotens.

Graduale. Tibi domine dere- Pſ.
lictus eſt pauper: pupillo tu eris 49.
adiutor. ℣ Ut quid domine receſſiſti longe, deſpicis in opportunitatibus

tunitatibus in tribulatione? dũ ſu
perbit impius, incẽditur pauper.

Sequentia ſancti euangelij
ſecundum Joannem.

ca. 8.



IN illo tem
pore: Dice
bat Jeſus turbis
Judeorum. Ego
ſum lux mũdi. Qui
ſequitur me, non
ambulat i tenebris:
ſed habebit lumẽ vite. Dixerũt
ergo ei Phariſei. Tu de te ipſo
teſtimoniũ perhibes: teſtimoniuz
tuuz non eſt verum. Reſpondit
Jeſus, ⁊ dixit eis. Et ſi ego teſti
moniuz perhibeo de meipſo, ve
rum eſt teſtimonium meum: quia
ſcio vnde veni, ⁊ quò vado. Uos
autem neſcitis vnde venio, aut
quò vado. Uos ſecundum carnẽ
iudicatis: ego non iudico quen
quam. Et ſi ego iudico, iudiciuz
meum verum eſt: quia ſolus non
ſuz, ſed ego ⁊ qui miſit me, pater.
Et in lege veſtra ſcriptum eſt:
quia duorũ hominũ teſtimoniuz
verũ eſt. Ego ſuz, qui teſtimoniũ
perhibeo de meipſo: ⁊ teſtimoni
um perhibet de me, qui miſit me
pater. Dicebant ergo ei. Ubi
eſt pater tuus? Reſpondit Je
ſus. Neque me ſcitis: neq3 pa
trem meum. Si me ſciretis: for
ſitan ⁊ patrem meum ſciretis.
Hec verba locutus eſt Jeſus in
Gazophylacio, docens in tem
plo. Et nemo apprehendit eũ:
quia nonduz venerat hora eius.

Offertorium. Factus eſt domi
nus firmamentum meum, ⁊ re ps. 17.
fugium meum, ⁊ liberator meus:
ſperabo in eum. Secreta.

OBlationibus noſtris, que
ſumus domine, placare ſu
ſceptis: ⁊ ad te noſtras etiam re
belles compelle propitius volũ
tates. Per dominum.

Alie Secrete, vt in Dominica
precedenti. Communio. Do
minus regit me, ⁊ nihil mihi dee ps. 22.
rit: in loco paſcue ibi me colloca
uit: ſuper aquam refectionis edu
cauit me. Poſtcom.

TUa nos, queſumus domi
ne, ſancta purificent: ⁊ ope
rationis ſue remedio, tibi faciant
eſſe placatos. Per dominum.

Super populum. Oremus.
Humiliate capita veſtra deo.

DEus, qui ſperãtibus in te
miſereri potius eligis, quã
iraſci: da nobis digne flere mala
que fecimus: vt tue conſolationis
gratiam inuenire mereamur.
Per dominum noſtrum Jeſuz.

¶ Dominica de Paſſione.
Statio ad S. Petrum.
Introitus.

IUdica me deus, ⁊ di ps.
ſcerne cauſam meam 42.
de gente non ſancta:
ab homine iniquo: ⁊
doloſo, eripe me:

quia tu es deus meus, ⁊ fortitudo mea. Pſalmus. Emitte lucē tuam ⁊ veritatem tuam: ipſa me deduxerunt, ⁊ adduxerunt in mōtem ſanctum tuum, ⁊ in tabernacula tua. Iudica. Non dicitur, Gloria pat. ad introitum vſqꝫ ad paſcha, niſi in miſſa de feſto ſi occurrerit: ſed finito pſalmo, abſolute repetitur introitus uſque ad pſalmum. Oratio.

Quęſumus omnipotens deus, familiam tuam propitius reſpice: vt te largiente regatur in corpore: ⁊ te ſeruante cuſtodiatur in mente. Per dn̄m.

Ab hac die vſque ad feriam v. cęnę domini, poſt orationem diei dicitur. vel Contra perſecutores eccleſię. Oratio.

Eccleſię tuę, quęſumus domine, preces placatus admitte: vt deſtructis aduerſitatibus ⁊ erroribus vniuerſis, ſecura tibi ſeruiat libertate. Per dominum noſtrum Jeſum Chriſtum.

Vel pro Papa. Oratio.

Deus omniū fideliū paſtor ⁊ rector: famulū tuū N. quem paſtorē eccleſię tuę pręeſſe voluiſti, propitius reſpice: da ei, quęſumus, verbo ⁊ exemplo quibus pręeſt, proficere, vt ad vitā vnā cum grege ſibi credito perueniat ſempiternā. Per dominum noſtrum Jeſum Chriſtū.

Tertia oratio non dicitur.

Lectio epiſtolę beati Pauli apoſtoli ad Hebręos.

Fratres: Chriſtus aſſiſtēs pontifex futurorū bonorum, per amplius ⁊ perfectius tabernaculum nō manufactum, id eſt non huius creationis: neque per ſanguinem hircorum aut vitulorum: ſed per proprium ſanguinē introiuit ſemel in Sācta, ęterna redemptione inuēta. Si enim ſanguis hircorum ⁊ taurorum, ⁊ cinis vitulę aſperſus, inquinatos ſanctificat ad emundationem carnis: quanto magis ſanguis Chriſti, qui per ſpiritū ſanctum ſemetipſum obtulit immaculatum deo, emundabit cōſcientiam noſtram ab operibus mortuis ad ſeruiendum deo viuenti? Et ideo noui teſtamenti mediator eſt: vt morte intercedente, in redemptionem earū pręuaricationum quę erant ſub priori teſtamento, repromiſſionē accipiant qui vocati ſunt, ęternę hęreditatis. In Chriſto Jeſu domino noſtro. Graduale.

ca. 9.

Eripe me domine de inimicis meis: doce me facere voluntatem tuam. ℣. Liberator meus domine de gentibus iracundis: ⁊ ab inſurgentibus in me exaltabis me: a viro iniquo eripies me. Tractus. Sępe expugnauerūt me a iuuentute mea. ℣. Dicat nunc Jſrael, ſępe expugnauerūt me a

pſ. 142 pſ. 17. pſ. 128

me a iuuentute mea. ℣. Etenim non potuerunt mihi: ſupra dorſum meum fabricauerunt peccatores. ℣. Prolongauerunt iniquitates ſuas: dominus iuſtus concidet ceruices peccatorum.

Sequentia ſancti euangelij
ſecundum Joannem.



ca. 8. In illo tempore: Dicebat Jeſus turbis Judęorum, ⁊ principibus ſacerdotũ. Quis ex vobis arguet me de peccato? Si veritatem dico: quare non creditis mihi? Qui ex deo eſt, verba dei audit. Propterea vos non auditis: quia ex deo nõ eſtis. Reſponderunt igitur Judei, ⁊ dixerunt ei. Nonne bene dicimus nos quia Samaritanus es tu, ⁊ demonium habes? Reſpondit Jeſus. Ego demoniuꝫ non habeo: ſed honorifico patrem meum, ⁊ vos inhonoraſtis me. Ego autem non quęro gloriam meam: eſt qui quęrat ⁊ iudicet. Amen amen dico vobis: ſiquis ſermonem meum ſeruauerit, mortem non videbit in eternuꝫ. Dixerunt ergo Judęi. Nũc cognouimus quia demoniuꝫ habes. Abrahaꝫ mortuus eſt, ⁊ prophetę: ⁊ tu dicis: ſiquis ſermonẽ meum ſeruauerit, morteꝫ non guſtabit in ęternum. Nunquid tu maior es patre noſtro Abrahaꝫ, qui mortuus eſt? Et prophetę mortui ſunt. Quem teipſum facis? Reſpondit Jeſus. Si ego glorifico meipſum, gloria mea nihil eſt. Eſt pater meus qui glorificat me, quem vos dicitis quia deus veſter eſt: ⁊ non cognouiſtis eum ego autem noui eum. Et ſi dixero quia non ſcio eum: ero ſimilis vobis, mendax. Sed ſcio eum, ⁊ ſermonẽ eius ſeruo. Abraham pater veſter exultauit vt videret diem meum: ⁊ vidit, ⁊ gauiſus eſt. Dixerunt ergo Judei ad eum. Quinquaginta annos nondum habes, ⁊ Abraham vidiſti? Dixit eis Jeſus. Amen amen dico vobis: antequam Abraham fieret, ego ſum. Tulerunt ergo lapides, vt iacerent in eum. Jeſus autem abſcondit ſe: ⁊ exiuit de templo. dicitur. Credo. ⁊ pręfatio de Cruce, quę dicitur quotidie vſque ad feriaꝫ v in cęna Domini incluſiue. Offerto.

Confitebor tibi domine in to ps.
to corde meo: retribue ſeruo tuo, 118
vt viuam, ⁊ cuſtodiam ſermones tuos: viuifica me ſecundum verbum tuum domine. Secreta.

Haec munera, quęſumus domine. ⁊ vincula noſtre prauitatis abſoluant: ⁊ tue nobis miſericordię dona concilient. Per dominum noſtrum Jeſum Chriſtum.

Altera Secreta, vel Contra perſecutores eccleſię.

PRotege nos dñe tuis myſterijs ſeruientes, vt diuinis rebus inhęrentes: ⁊ corpore tibi famulemur, ⁊ mente. Per dominum noſtrum Jeſum Chriſtum.

Vel pro Papa.

OBlatis, quęſumus dñe, placare muneribus: ⁊ famulũ tuum N. quem paſtorem eccleſię tuę pręeſſe voluiſti, aſſidua protectione guberna. Per dñm.

1. Communio. Hoc corpus quod
co. pro vobis tradetur, hic calix no-
11. ui teſtamẽti eſt in meo ſanguine,
dicit dominus, hoc facite, quotieſcunq; ſumitis, in meam commemorationem. Poſt com.

ADeſto nobis domine deus noſter: ⁊ quos tuis myſterijs recreaſti, perpetuis defende ſubſidijs. Per dominum.

Altera Oratio, vel Contra perſecutores eccleſię.

QVęſumus domine deus noſter: vt, quos diuina tribuis participatione gaudere, humanis nõ ſinas ſubiacere periculis. Per dñm. Vel pro Papa.

HAec nos, quęſumus domine, diuini ſacramẽti perceptio protegat: ⁊ famulum tuum N. quem paſtorem Eccleſię tuę eſſe voluiſti: vnà cum commiſſo ſibi grege ſaluet ſemper, ⁊ muniat. Per dominum noſtrum.

Feria iij. Statio ad ſanctum Chryſogonum. Introitus.

MIſerere mihi domine, ps. 55.
quoniam conculcauit me homo: tota die bellans tribulauit me. Pſalmus.

Conculcauerunt me inimici mei tota die: quoniam multi bellantes aduerſum me. Miſerere mihi domine. Oremus.

SAnctifica, quęſumus domine, noſtra ieiunia: ⁊ cunctarum nobis indulgentiam propitius largire culparũ. Per dominum noſtrum. Poſtea. Eccleſię. vel Deus omnium: vt ſupra in Dominica Paſſionis.

Lectio Ione prophete.

IN diebus illis. Factum eſt verbum domini ad Jonam prophetam ſecundo, dicens. Surge, ⁊ vade in Niniue ciuitatem magnam: ⁊ prędica in ea prędicationem quã ego loquor ad te. Et ſurrexit Jonas, ⁊ abijt in Niniue iuxta verbum domini: ⁊ Niniue erat ciuitas magna itinere dierum trium. Et cępit Jonas introire ciuitatem itinere diei vnius: ⁊ clamauit, ⁊ dixit. Adhuc quadraginta dies, ⁊ Niniue ſubuertetur. Et crediderunt viri Niniuitę in dominum: ⁊ prędicauerunt ieiunium: ⁊ veſtiti ſunt ſaccis a maiore vſq; ad minorem. Et peruenit verbum

verbum ad regem Niniue. Et
ſurrexit de ſolio ſuo: ⁊ abiecit ve
ſtimentum ſuum a ſe: ⁊ indutus
eſt ſacco: ⁊ ſedit in cinere. Et cla
mauit, ⁊ dixit in Niniue ex ore re
gis ⁊ principuz eius, dicens. Ho
mines, ⁊ iumenta, ⁊ boues ⁊ pe
cora non guſtent quicquam: nec
paſcantur, ⁊ aquam non bibant.
Et operiantur ſaccis homines ⁊
iumenta: ⁊ clament ad dominum
in fortitudine. Et conuertatur
vir a via ſua mala, ⁊ ab iniquita
te quę eſt in manibus eoruz. Quis
ſcit, ſi cõuertatur, ⁊ ignoſcat deus:
⁊ reuertatur a furore irę ſuę, ⁊ nõ
peribimus? Et vidit deus opera
eorum, quia conuerſi ſunt de via
ſua mala: ⁊ miſertus eſt populo
ſuo dñs deus noſter. Graduale.
Ps. D eus exaudi orationem meaz:
53. auribus percipe verba oris mei.
℣. Deus in nomine tuo ſaluum
me fac: ⁊ in virtute tua libera me.
Ps. Tractus. D omine, non ſecun
102 dum peccata noſtra, quę fecimus
nos: neque ſecundum iniquita
tes noſtras retribuas nobis.
Ps. ℣. Domine, ne memineris ini
78. quitatum noſtraruz antiquaruz:
cito anticipent nos miſericordię
tuę: quia pauperes facti ſumus
nimis. ℣. Adiuua nos deus ſa
lutaris noſter: ⁊ propter gloriaz
nominis tui domine libera nos:
⁊ propitius eſto peccatis noſtris
propter nomen tuum.

Sequentia ſancti euangelij
ſecundum Joannem.



I N illo tem pore. Mi ca. 7.
ſerunt principes ⁊
phariſei miniſtros,
vt apprehenderēt
Jeſuz. Dixit ergo
eis Jeſus. Adhuc
modicum tempus vobiſcum ſuz:
⁊ vado ad eum qui miſit me.
Quęretis me, ⁊ non inuenietis:
⁊ vbi ſum ego, vos non poteſtis
venire. Dixerunt ergo Judęi
ad ſemetipſos. Quo hic iturus
eſt, quia non inueniemus eum?
Nunquid in diſperſionem gen
tium iturus eſt, ⁊ docturus gen
tes? Quis eſt hic ſermo quem
dixit: quęretis me, ⁊ non inuenie
tis: ⁊ vbi ego ſuz, vos non pote
ſtis venire? In nouiſſimo autez
die magno feſtiuitatis, ſtabat Je
ſus: ⁊ clamabat, dicens. Si quis
ſitit, veniat ad me, ⁊ bibat. Qui
credit in me, ſicut dicit ſcriptura,
flumina de vētre eius fluēt aquę
viuę. Hoc autem dixit de ſpiri
tu, quem accepturi erant creden
tes in eum. Offerto. D omine Ps.
conuertere, ⁊ eripe animam me 6.
am: ſaluum me fac propter miſe
ricordiam tuam. Secreta.
C Oncede nobis dñe deus
noſter: vt hęc hoſtia ſalu
taris, ⁊ noſtrorū fiat purgatio de
lictorū: ⁊ tuę propitiatio maieſta

tis. Per dominum noſtrum. vel Protege. vel Oblatis.

ps. Communio. Dominus virtu-
23. tũ ipſe eſt rex glorię. Poſtcom.

Sacramenti tui, quęſumus domine, participatio ſalutaris, & purificationem nobis tribuat, & medelam. Per dominũ. vel Quęſumus domine. vel Hęc nos, quęſumus.

Super populum. Oremus. Humiliate capita veſtra deo.

Da, quęſumus domine, populo tuo ſalutez mentis, & corporis: vt bonis operibus inhęrendo, tua ſemper mereatur protectione defendi. Per dominum noſtrum Jeſum Chriſtum.

¶ Feria iiij. Statio ad ſanctum Cyriacum. Introitus.

ps. Expecta dominum,
26. viriliter age: & confortetur cor tuum, & ſuſtine dominum. Pſalmus. Dominus illuminatio mea, & ſalus mea: quem timebo? Expecta dominum. Oremus.

Noſtra tibi, quęſumus domine, ſint accepta ieiunia: quę nos & expiando, gratia tua dignos efficiant: & ad remedia perducant ęterna. Per dñz. vel Eccleſię tuę. vel Deus oium.

Lectio Danielis prophetę.

ca. In diebus illis: Congrega-
14. ti ſunt Babylonij ad regē, & dixerunt ei. Trade nobis Danielem, qui Bel deſtruxit, & draconem interfecit: alioquin interficiemus te, & domum tuam. Vidit ergo rex quod irruerent in eum vehementer: & neceſſitate cōpulſus tradidit eis Danielem. Qui miſerunt eum in lacum leonuz: & erat ibi ſex diebus. Porro in lacu erant leones ſeptem, & dabantur eis quotidie duo corpora, & duę oues: & tunc non data ſunt eis, vt deuorarent Danielem. Erat autem Habacuc propheta in Judęa, & ipſe coxerat pulmentuz, & intriuerat panes in alueolo: & ibat in campum, vt ferret meſſoribus. Dixitque angelus dñi ad Habacuc. Fer prandiũ quod habes, Danieli in Babylonē, qui eſt in lacu leonũ. Et dixit Habacuc. Domine, Babylonem non vidi: & lacum neſcio. Et apprehendit eum angelus domini in vertice eius, & portauit eum capillo capitis ſui: poſuitque eum in Babylonē ſuper lacum in impetu ſpiritus ſui. Et clamauit Habacuc, dicens. Daniel ſerue dei, tolle prandiũ quod miſit tibi deus. Et ait Daniel. Recordatus es mei domine deus meus: & non dereliquiſti diligentes te. Surgenſque Daniel comedit. Porro angelus domini reſtituit Habacuc confeſtim in locum ſuum. Venit ergo rex die ſeptimo,

ſeptimo, vt lugeret Danielem: ⁊
venit ad lacum, ⁊ introſpexit. Et
ecce Daniel ſedens in medio leo
nuꝫ. Et exclamauit rex voce ma
gna, dicens. Magnus es domi
ne deus Danielis. Et extraxit eũ
de lacu. Illos autem qui perdi
tionis eius cauſa fuerant, intromi
ſit in lacum: ⁊ deuorati ſunt in mo
mento coram eo. Tunc rex ait.
Paueant omnes habitantes in
vniuerſa terra deum Danielis:
quia ipſe eſt ſaluator, faciens ſi
gna ⁊ mirabilia in celo ⁊ in terra:
qui liberauit Danielem de lacu
Ps. leonum. Graduale. Viſcerne
42. cauſam meam domine: ab homi
ne iniquo. ⁊ doloſo eripe me. ℣.
Emitte lucem tuam, ⁊ veritateꝫ
tuam, ipſa me deduxerunt, ⁊ ad
duxerunt in monteꝫ ſanctuꝫ tuũ.

Sequentia ſancti euangelij
ſecundum Joannem.



ca. 7. In illo tem
pore. Am
bulabat Jeſus in
Galilęam. Non
enim volebat in
Judęam ambula
re: quia quęrebãt
eum Judęi interficere. Erat au
tẽ in proximo dies feſtus Judęo
rum, ſcenophegia. Dixerunt au
tem ad eum fratres eius. Tran
ſi hinc, ⁊ vade in Judęam: vt ⁊
diſcipuli tui videant opera tua
quę facis. Nemo quippe in oc
culto quicquam facit, ⁊ quęrit ip
ſe in palam eſſe. Si hęc facis,
manifeſta teipſum mũdo. Neqꝫ
enim fratres eius credebant in
eum. Dixit ergo eis Jeſus. Tẽ
pus meum nondum aduenit: tem
pus autem veſtrum ſemper eſt
paratum. Non poteſt mundus
odiſſe vos. Me autem odit: quia
ego teſtimoniũ perhibeo de illo
quia opera eius mala ſunt. Vos
aſcendite ad diem feſtum hunc.
Ego autẽ non aſcendam ad diẽ
feſtum iſtum: quia tempus meuꝫ
nondum impletum eſt. Hęc cuꝫ
dixiſſet, ipſe mãſit in Galilęa. Vt
autem aſcenderunt fratres eius,
tunc ⁊ ipſe aſcendit ad dieꝫ feſtũ,
non manifeſte, ſed quaſi in occul
to. Judęi ergo quęrebant eum
in die feſto, ⁊ dicebant. Vbi ęſt
ille? Et murmur multum erat de
eo in turba. Quidam enim dice
bant, quia bonus eſt. Alij autem
dicebant, nõ: ſed ſeducit turbas.
Nemo tamen palam loqueba
tur de illo, propter metum Ju
dęorum. Offerto. Sperent in Ps.
te omnes qui nouerunt nomen 9.
tuum domine: quoniam non de
relinquis quęrentes te: pſallite
domino qui habitat in Siõ: quo
niam non eſt oblitus orationes
pauperum.

Secreta.

Hoſtias tibi domine deferi
mus immolandas: quę tem
poralem conſolationẽ ſignificẽt:

 vt

vt promiſſa nō deſperemus eter
na. Per dominum noſtrum.
ps. vel P rotege nos. vel O blatis.
24. Communio. R edime me, deus
Iſrael, ex omnibus anguſtijs
meis. Poſtcom.
V A, queſumus omnipotēs
deus: vt, que diuina ſunt
iugiter exequentes, donis me
reamur celeſtibus propinquare.
Per dominuʒ. vel Q ueſumus
dn̄e. vel H ec nos, queſumus.
Super populum. O remus.
Humiliate capita veſtra deo.
D A nobis, queſumus domi
ne, perſeuerantem in tua
voluntate famulatum: vt, in die
bus noſtris, ꝛ merito ꝛ numero,
populus tibi ſeruiens augeatur.
Per dominum.

¶ Feria iiij. Statio ad ſanctuʒ
Marcellum. Introitus.

ps. L Iberator meus de
17. gentibus iracundis:
ab inſurgentibus in
me exaltabis me: a
viro iniquo eripies
me domine. Pſalmus.
Diligam te dn̄e fortitudo mea:
dominus firmamentum meuʒ, ꝛ
refugium meū, ꝛ liberator meus.
L iberator meus. Oratio.
S Anctificato hoc ieiunio,
deus, tuorū corda fidelium
miſerator illuſtra: ꝛ quibus deuo
tionis preſtas affectū, prebe ſup
plicantibus pium benignus audi
tum. Per dominuʒ. vel E ccle
ſie tue. vel D eus omnium.

Lectio libri Leuitici.

I N diebus illis: Locutus eſt ca.
dominus ad Moyſen di 19.
cens. Loquere ad vniuerſuʒ ce
tum filiorum Iſrael, ꝛ dices ad
eos. Ego dominus deus veſter.
Non facietis furtuʒ. Non men
tiemini, nec decipiet vnuſquiſqʒ
proximum ſuum. Non periura
bis in nomine meo, nec pollues
nomen dei tui. Ego dominus.
Non facies calumniaʒ proximo
tuo: nec vi opprimes eum. Non
morabitur opus mercenarij tui
apud te vſqʒ mane. Non maledi
ces ſurdo: nec coram ceco pones
offendiculum: ſed timebis domi
num deuʒ tuuʒ, quia ego ſum do
minus. Nō facies quod iniquum
eſt: nec iniuſte iudicabis. Non cō
ſideres perſonam pauperis: nec
honores vultum potentis. Iu
ſte iudica proximo tuo. Non eris
criminator, nec ſuſurro in popu
lis. Non ſtabis contra ſanguineʒ
proximi tui. Ego dominus. Nō
oderis fratreʒ tuuʒ in corde tuo:
ſed publice argue euʒ, ne habeas
ſuper illo peccatuʒ. Non queras
vltioneʒ: nec memor eris iniurie
ciuium tuorum. Diliges amicū
tuum, ſicut teipſum. Ego domi
nus: Leges meas cuſtodite. Ego
enim ſum dominus deus veſter.
Gradua. E xaltabo te domine, ps. 29.
quoniam

quoniã ſuſcepiſti me: nec delecta-
ſti inimicos meos ſup me. ℣. Do
mine deus meus clamaui ad te, ⁊
ſanaſti me: domine abſtraxiſti ab
inferis animã meã, ſaluaſti me a
deſcẽdentibus in lacũ. Tractus.
Ps. Domine, nõ ſecundũ peccata
102 noſtra, quę fecimus nos: neq̃ ſe-
cundũ iniquitates noſtras retri-
Ps. buas nobis. ℣. Domine, ne me-
78. mineris iniquitatũ noſtrarũ an-
tiquarũ: cito anticipent nos miſe-
ricordię tuę: quia pauperes facti
ſumus nimis. ℣. Adiuua nos de-
us ſalutaris noſter: ⁊ propter glo
riam nominis tui domine libera
nos: ⁊ propitius eſto peccatis
noſtris propter nomen tuum.

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Joannem.

Ca. 10.



In illo tẽpore: Facta ſunt Encęnia i Hieroſolymis: ⁊ hyems erat. Et ambulabat Jeſus in tẽplo, in porticu Salomonis. Circũdederũt ergo eum Judęi, ⁊ dicebant ei. Quouſq̃ animam noſtrã tollis? Si tu es Chriſtus, dic nobis palã? Reſpõdit eis Jeſus. Loquor vobis: ⁊ nõ creditis. Opera quę ego facio in nomine patris mei, hęc teſtimoniũ perhibent de me. Sed vos non creditis, quia nõ eſtis ex ouibus meis. Oues meę vocẽ meã audiũt: ⁊ ego cognoſco eas, ⁊ ſequuntur me: ⁊ ego vitã ęternã do eis: ⁊ non peribunt in ęternũ: ⁊ non rapiet eas quiſquã de manu mea. Pater meus, quod dedit mihi, maius omnibus eſt: ⁊ nemo poteſt rapere de manu patris mei. Ego ⁊ pater vnum ſumus. Suſtulerunt ergo lapides Judęi: vt lapidarẽt eũ. Reſpõdit eis Jeſus. Multa bona opera oſtendi vobis ex patre meo: propter quod eorum opus me lapidatis? Reſpõderunt ei Judęi. De bono opere non lapidamus te, ſed de blaſphemia: ⁊ quia tu homo cum ſis, facis teipſum deum. Reſpondit eis Jeſus. Nonne ſcriptũ eſt in lege veſtra: ego dixi, dij eſtis? Si illos dixit deos ad quos ſermo dei factus eſt, ⁊ non poteſt ſolui ſcriptura: quẽ pater ſanctificauit ⁊ miſit in mundum, vos dicitis, quia blaſphemas: quia dixi, filius dei ſum? Si non facio opera patris mei: nolite credere mihi. Si autem facio: ⁊ ſi mihi non vultis credere, operibus credite: vt cognoſcatis ⁊ credatis, quia in me eſt pater, ⁊ ego in patre. Offerto. Ps.
Eripe me de inimicis meis deus meus: ⁊ ab inſurgentibus in me 58.
libera me domine. Secreta.

Annue nobis miſericors deus: vt hoſtias placationis ⁊ laudis, ſyncero tibi deferamus obſequio.

obſequio. Per dominū noſtrū.
vel P rotege nos. vel O blatis.
Communio. L auabo inter inno/
ps. 25. centes manus meas, ⁊ circunda/
bo altare tuum domine: vt audiā
vocem laudis tuę, ⁊ enarrem vni
uerſa mirabilia tua. Poſtcom.

C Aeleſtis doni benedictio/
ne percepta: ſupplices te
deus omnipotens deprecamur:
vt hoc idem nobis ⁊ ſacramenti
cauſa ſit, ⁊ ſalutis. Per domi/
num. vel Q ueſumus domine.
vel H ęc nos queſumus.
Super populum. O remus.
Humiliate capita veſtra deo.

A Deſto ſupplicationibus
noſtris omnipotens deus:
⁊ quibus fiduciam ſperandę pie/
tatis indulges, conſuetę miſericor
dię tribue benignus effectum.
Per dominum noſtrum.

¶ Feria v. Statio ad ſanctum
Apollinarem. Introitus.

O Mnia quę feciſti no
da. 3. bis domine, in vero
iudicio feciſti: quia
peccauimus tibi, ⁊
mandatis tuis non
obediuimus: ſed da gloriam no/
mini tuo, ⁊ fac nobiſcum ſecundū
multitudinem miſericordię tuę.
ps. 118 Pſal. Beati immaculati in via,
qui ambulant in lege domini.
Omnia quę feciſti. Oremus.

P Ręſta quęſumus omnipo/
tens deus: vt dignitas cō/
dicionis humanę per immoderā
tiam ſauciata, medicinalis parſi/
monię ſtudio reformetur. Per
dominum noſtrum. vel E ccle/
ſię tuę. vel D eus omnium.

Lectio Danielis prophete.

I N diebus illis: Orauit Da ca. 3.
niel dominum dicens, Do
mine deus noſter, ne, quęſumus,
tradas nos in perpetuū propter
nomen tuum: ⁊ ne diſſipes teſta/
mentum tuū: neque auferas mi/
ſericordiā tuam a nobis, propter
Abraham dilectum tuū, ⁊ Iſaac
ſeruum tuum, ⁊ Iſrael ſanctum
tuum: quibus locutus es, polli/
cens quod multiplicares ſemen
eorum ſicut ſtellas cęli, ⁊ ſicut are
nā quę eſt in littore maris. Quia
dn̄e imminuti ſumus plus quam
omnes gentes: ſumuſq; humiles
in vniuerſa terra hodie propter
peccata noſtra. Et nō eſt in tem/
pore hoc princeps, ⁊ propheta,
⁊ dux: neque holocauſtum, neq;
ſacrificium, neque oblatio, neque
incenſum, neque locus primitia/
rum coram te, vt poſſimus inue/
nire miſericordiam tuam: ſed in
animo contrito, ⁊ ſpiritu humili/
tatis ſuſcipiamur. Sicut in holo
cauſto arietum ⁊ taurorū, ⁊ ſicut
in millibus agnorum pinguium:
ſic fiat ſacrificium noſtrum in cō/
ſpectu tuo hodie, vt placeat tibi:
quoniam non eſt confuſio confi/
dentibus in te. Et nūc ſequimur

te in toto corde: ⁊ timemus te: ⁊
quęrimus faciem tuam. Ne con
fundas nos: ſed fac nobiſcum iux
ta manſuetudinem tuam, ⁊ ſecun
dum multitudinem miſericordię
tuę. Et erue nos in mirabilibus
tuis: ⁊ da gloriam nomini tuo do
mine. Et confundantur omnes
qui oſtendunt ſeruis tuis mala:
confundantur in omnipotentia
tua: ⁊ robur eorum conteratur.
Et ſciant, quia tu es dominus
deus ſolus, ⁊ glorioſus ſuper om
nez terram, domine deus noſter.
ps. [illegible] Tollite hoſtias, ⁊ in
95. troite in atria eius: adorate domi
ps. num in aula ſancta eius. [illegible] Re
28. uelabit dominus condenſa: ⁊ in
templo eius omnes dicent gloriā.

[illegible]

ca.
7.



In illo tem
pore: Roga
bat Jeſum quidā
phariſęus, vt man
ducaret cum illo.
Et ingreſſus do
mum phariſei, di
ſcubuit. Et ecce mulier quę erat
in ciuitate peccatrix, vt cognouit
quod Jeſus accubuit in domo
phariſei, attulit alabaſtrum vn
guenti: ⁊ ſtans retro ſecus pedes
eius, lachrymis cępit rigare pe
des eius: ⁊ capillis capitis ſui ter
gebat: ⁊ oſculabatur pedes eius:
⁊ vnguēto vngebat. Uidens au
tem phariſęus qui vocauerat eū,
ait intra ſe: dicens. Hic ſi eſſet
propheta, ſciret vtiqz quę ⁊ qua
lis eſſet mulier quę tangit eum:
quia peccatrix eſt. Et reſpondēs
Jeſus, dixit ad illum. Simon, ha
beo tibi aliquid dicere. At ille
ait. Magiſter, dic. Duo debito
res erant cuidaz fęneratori: vnus
debebat denarios quingentos,
⁊ alius quinquaginta. Non ha
bentibus illis vnde redderent, do
nauit vtriſque. Quis ergo eum
plus diligit? Reſpondens Si
mon dixit. Aeſtimo, quia is cui
plus donauit. At ille dixit ei. Re
cte iudicaſti. Et cōuerſus ad mu
lierem, dixit Simoni. Uides hāc
mulierem? Jntraui in domū tuā,
aquam pedibus meis nō dediſti:
hęc autem lachrymis rigauit pe
des meos, ⁊ capillis ſuis terſit.
Oſculum mihi nō dediſti: hęc au
tem ex quo intraui, non ceſſauit
oſculari pedes meos. Oleo ca
put meum non vnxiſti: hęc au
tem vnguēto vnxit pedes meos.
Propter quod dico tibi. Remit
tuntur ei peccata multa, quoniaz
dilexit multum. Cui autez minus
dimittitur, minus diligit. Dixit
autem ad illam: Remittuntur ti
bi peccata tua. Et cęperunt qui
ſimul accumbebant, dicere intra
ſe. Quis eſt hic, qui etiam pecca
ta dimittit? Dixit autem ad mu
lierem. Fides tua te ſaluam fecit:
vade

vade in pace. Offertorium.

Ps. 136. Super flumina Babylonis illic ſedimus, & fleuimus: dum recordaremur tui Sion. Secreta.

Domine deus noſter, qui in his potius creaturis, quas ad fragilitatis noſtre ſubſidium condidiſti, tuo quoqꝫ nomini munera iuſſiſti dicanda conſtitui: tribue queſumus: vt & vite nobis preſentis auxilium, & eternitatis efficiant ſacramentū. Per dn̄m. Protege. vel Oblatis. Com.

Ps. 118. Memento verbi tui ſeruo tuo domine, in quo mihi ſpem dediſti: hec me conſolata eſt in humilitate mea. Poſtcom.

Quod ore ſumpſimus dn̄e pura mente capiamus: & de munere tēporali fiat nobis remedium ſempiternū. Per dominum noſtrum. Queſumus domine. vel Hec nos queſumus. Super populum. Oremus.

Humiliate capita veſtra deo.

Adeſto, queſumus domine, propitius plebi tue: vt, que tibi non placent reſpuentes, tuorum repleantur delectationibus mandatorum. Per dominum.

Feria vj. Statio ad ſanctum Stephanum in Celio monte.

Introitus.

Ps. 30. Miſerere mei domine, quoniaꝫ tribulor: libera me, & eripe me de manibus inimicorum meorū: & a perſequentibus me: domine non cōfundar, quoniā inuocaui te. Pſalmus.

In te domine ſperaui, non confundar in eternum: in iuſtitia tua libera me. Miſerere mei domine. Oremus.

Cordibus noſtris, queſumus domine, gratiam tuam benignus infunde: vt peccata noſtra caſtigatione voluntariā cohibentes, temporaliter potius maceremur, quaꝫ ſupplicijs deputemur eternis. Per dominū. Eccleſie tue. vel Deus omniū.

Lectio Hieremie prophete.

In diebus illis: dixit Hieremias, Domine, omnes ca. 17.
qui derelinquūt, confundentur: recedentes a te, in terra ſcribentur: quoniaꝫ dereliquerunt venam aquarum viuentium dominum. Sana me domine, & ſanabor: ſaluum me fac, & ſaluus ero: quoniam laus mea tu es. Ecce ipſi dicunt ad me. Ubi eſt verbū domini? Ueniat. Et ego non ſuꝫ turbatus, te paſtorē ſequēs: & diem hominis non deſideraui; tu ſcis. Quod egreſſuꝫ eſt de labijs meis, rectuꝫ in cōſpectu tuo fuit. Non ſis mihi tu formidini: ſpes mea tu in die afflictionis. Cōfundantur qui me perſequūtur, & nō cōfundar ego: paueant illi, & non paueaꝫ ego. Induc ſuper eos diem afflictionis: & duplici

plici contritionē contere eos, do/
mine deus noſter. Graduale.
Ps. Pacifice loquebantur mihi ini/
34. mici mei: ⁊ in ira moleſti erant mi
bi. ℣. Vidiſti domine: ne ſileas:
ne diſcedas a me. Tractus.
Ps. Domine, non ſecundum pecca/
102 ta noſtra, quę fecimus nos: neq;
ſecundum iniquitates noſtras re
Ps. tribuas nobis. ℣. Domine, ne
78. memineris iniquitatum noſtra/
rum antiquarum: cito anticipent
nos miſericordię tuę: quia pau
peres facti ſumus nimis. ℣. Ad/
iuua nos deus ſalutaris noſter: ⁊
propter gloriam nominis tui dñe
libera nos: ⁊ propitius eſto pecca
tis noſtris propter nomen tuū.

Sequentia ſancti euangelij
ſecundum Joannem.



ca. In illo tem/
11. pore. Col/
legerunt pōtifices,
⁊ phariſei concili/
um aduerſus Je/
ſum: ⁊ dicebāt. Quid
facimus: quia hic
homo multa ſigna facit? Si di/
mittimus eum ſic: omnes credent
in eum. Et venient Romani, ⁊
tollent noſtrū locum, ⁊ gentem.
Unus autem ex ipſis, Caiphas
nomine, cum eſſet pontifex anni
illius, dixit eis. Vos neſcitis quic/
quam, nec cogitatis: quia expe/
dit vobis, vt vnus moriatur ho/
mo pro populo: ⁊ non tota gens
pereat. Hoc autem a ſemetipſo
non dixit: ſed cum eſſet pontifex
anni illius, prophetauit, quia Je/
ſus moriturus erat pro gente: ⁊
non tantum pro gente, ſed vt fi/
lios dei qui erant diſperſi, cōgre/
garet in vnum. Ab illo ergo die
cogitauerunt, vt interficerent
eum. Jeſus ergo iam non in pa
lam ambulabat apud Judęos:
ſed abijt in regionem iuxta de/
ſertum, in ciuitatem quę dicitur
Ephrem: ⁊ ibi morabatur cum
diſcipulis ſuis. Offertorium.
Benedictus es domine, doce me Ps.
iuſtificationes tuas: ⁊ non tradas 118.
calumniantibus me ſuperbis: ⁊
reſpondebo exprobrantibus mi/
bi verbum. Secreta.
Preſta nobis miſericors de
us: vt digne tuis ſeruire
ſemper altaribus mereamur: ⁊
eorum perpetua participatione
ſaluari. Per dominum noſtrū
Jeſum Chriſtum.
Protege. vel Oblatis. Cōio.
Ne tradideris me domine in ani Ps.
mas perſequentium me: quoniā 26.
inſurrexerunt in me teſtes iniqui:
⁊ mentita eſt iniquitas ſibi.

Poſtcom.

Sumpti ſacrificij domine
perpetua nos tuitio non
derelinquat: ⁊ noxia ſemper a no
bis cuncta depellat. Per do/
minum noſtrum Jeſum.
Queſumus dñe. vel Hęc nos.

Super populum. Oremus.
Humiliate capita veſtra deo.

Concede, quęſumus omnipotens deus: vt, qui protectionis tuę gratiam quęrimus, liberati a malis omnibus, ſecura tibi mente ſeruiamus. Per dñm.

¶ Sabbato. Statio ad ſanctũ Joannem ante portam Latinam. Introitus.

Ps. 30. Miſerere mihi domine, quoniã tribulor: libera me, ⁊ eripe me de manibus inimicorum meorũ, ⁊ a perſequentibus me: domine nõ confũdar, quoniã inuocaui te. Pſal. In te dñe ſperaui, nõ confundar in ęternum: in iuſtitia tua libera me. Miſerere. Oremus.


Proficiat, queſumus domine, plebs tibi dicata pię deuotionis affectu: vt, ſacris actionibus erudita, quanto maieſtati tuę fit gratior, tanto donis potioribus augeatur. Per dominũ. Eccleſię tue. vel Deus omniũ.

Lectio Hieremię prophetę.

ca. 18. In diebus illis. Dixerunt impij Judęi adinuicem. Venite, cogitemus contra iuſtũ cogitationes. Non enim peribit lex a ſacerdote, neq; conſiliũ a ſapiẽte, nec ſermo a propheta. Venite, ⁊ percutiamus eũ lingua: ⁊ non attendamus ad vniuerſos ſermones eius. Attende domine ad me: ⁊ audi vocẽ aduerſariorũ meorũ. Nunquid redditur pro bono malũ, quia foderunt foueam animę meę? Recordare, quod ſteterim in cõſpectu tuo, vt loquerer pro eis bonũ: ⁊ auerterem indignationẽ tuam ab eis. Propterea da filios eorũ in famem: ⁊ deduc eos in manus gladij. Fiant vxores eorũ: abſq; liberis, ⁊ viduę: ⁊ viri earũ interficiãtur morte, iuuenes eorũ cõfodiãtur gladio in pręlio. Audiatur clamor de domibus eorũ: adduces enim ſuper eos latronẽ repẽte: quia foderũt foueã vt caperẽt me, ⁊ laqueos abſconderũt pedibus meis. Tu autẽ dñe ſcis omne cõſiliũ eorũ aduerſũ me in mortẽ. Ne propitieris iniquitati eorũ: ⁊ peccatũ eorũ a facie tua nõ deleatur. Fiant corruentes in cõſpectu tuo, in tempore furoris tui abutere eis, domine deus noſter.

Graduale. Pacifice loquebantur mihi inimici mei: ⁊ in ira moleſti erant mihi. ℣. Vidiſti domine, ne ſileas: ne diſcedas a me. Ps. 34.

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Joannem.



In illo tempore. Cogitauerunt principes ſacerdotum, vt et Lazarũ interficerẽt: quia multi propter illum abibant ex Ju- ca. 11.

ex Judeis, ⁊ credebant in Jeſuȝ.
In craſtinum auteȝ turba multa
quę venerat ad diem feſtum, cuȝ
audiſſent quia venit Jeſus Hie
roſolymam: acceperunt ramos
palmarum, ⁊ proceſſerunt obui
am ei, ⁊ clamabant: Hoſanna,
benedictus qui venit in nomine
domini, rex Iſrael. Et inuenit
Jeſus aſellum, ⁊ ſedit ſuper euȝ,
ſicut ſcriptum eſt. Noli timere
filia Sion: ecce rex tuus venit
ſedens ſuper pullum aſinę. Hęc
non cognouerunt diſcipuli eius
primum: ſed quando glorifica
tus eſt Jeſus, tunc recordati ſunt
quia hęc ſcripta erant de eo, ⁊
hęc fecerunt ei. Teſtimonium
ergo perhibebat turba, quę erat
cum eo quando Lazarum voca
uit de monumento, ⁊ ſuſcitauit
eum a mortuis. Propterea ⁊
obuiã venit ei turba: quia audie
runt eum feciſſe hoc ſignũ. Pha
riſęi ergo dixerũt ad ſemetipſos.
Videtis, quia nihil proficimus?
Ecce mundus totus poſt ipſum
abit. Erant autem quidam gen
tiles ex his qui aſcenderant, vt
adorarent in die feſto. Hi ergo
acceſſerunt ad Philippum, qui
erat a Bethſaida Galilęę: ⁊ ro
gabant eum dicentes. Domine,
volumus Jeſum videre. Venit
Philippus, ⁊ dicit Andreę. An
dreas rurſuȝ ⁊ Philippus dixe
runt Jeſu. Jeſus autem reſpon
dit eis, dicens. Venit hora, vt cla
rificetur filius hominis. Amen
amen dico vobis: niſi granum
frumenti cadens in terram, mor
tuum fuerit: ipſum ſolum manet.
Si autem mortuum fuerit, mul
tum fructuȝ affert. Qui amat ani
mam ſuam, perdet eam. Et qui
odit animaȝ ſuam in hoc mundo,
in vitam ęternam cuſtodit eam.
Si quis mihi miniſtrat, me ſequa
tur. Et vbi ego ſum, illic ⁊ mini
ſter meus erit. Si quis mihi mi
niſtrauerit, honorificabit euȝ Pa
ter meus. Nunc anima mea tur
bata eſt. Et quid dicaȝ? Pater,
ſaluifica me ex hac hora. Sed
propterea veni in horã hãc. Pa
ter, clarifica nomen tuum. Venit
ergo vox de cęlo, dicens. Et cla
rificaui: ⁊ iteruȝ clarificabo. Tur
ba ergo quę ſtabat ⁊ audierat, di
cebat tonitruuȝ factum eſſe. Alij
dicebant: angelus ei locutus eſt.
Reſpondit Jeſus, ⁊ dixit. Non
propter me venit hęc vox, ſed
propter vos. Nunc iudiciuȝ eſt
mũdi: nũc princeps huius mundi
eijcietur foras. Et ego ſi exalta
tus fuero a terra, omnia traham
ad meipſum. (Hoc autem dice
bat, ſignificans qua morte eſſet
moriturus.) Reſpondit ei tur
ba. Nos audiuimus ex lege, quia
Chriſtus manet in ęternũ: ⁊ quo
modo tu dicis, oportet exaltari
filium hominis? Quis eſt iſte fi
lius

ſius hominis? Dixit ergo eis Jeſus. Adhuc modicum, lumen in vobis eſt. Ambulate dum lucem habetis: vt non tenebre vos cõprehendant. Et qui ambulat in tenebris, neſcit quo vadat. Dum lucem habetis, credite in lucẽ, vt filij lucis ſitis. Hec locutus eſt Jeſus: ⁊ abijt, ⁊ abſcondit ſe ab eis.

ps. 110. Offerto. Benedictus es domine, doce me iuſtificationes tuas: ⁊ nõ tradas calumniantibus me ſuperbis: ⁊ reſpondebo exprobrantibus mihi verbũ. Secre.

A Cũctis nos, queſumus domine, reatibus, ⁊ periculis propitiatus abſolue: quos tanti myſterij tribuis eſſe conſortes. Per dominum noſtrum Jeſum. vel Protege nos. vel Oblatis.

ps. 26. Communio. Ne tradideris me domine in animas perſequentiũ me, quoniam inſurrexerunt in me teſtes iniqui: ⁊ mentita eſt iniquitas ſibi. Poſt com.

Diuini muneris largitate ſatiati, queſumus dñe deus noſter: vt huius ſemper participatione viuamus. Per dominum noſtrum Jeſum Chriſtum. Queſumus domine. vel Hec nos. Super populum. Oremus.

Humiliate capita veſtra deo.

Tueatur, queſumus domine, dextera tua populũ deprecantem, ⁊ purificatum dignanter erudiat: vt conſolatione preſenti, ad futura bona proficiat. Per dominum noſtrum Jeſum

¶ In die palmarum completa Tertia, ⁊ facta aſperſione aque, more ſolito: Sacerdos predictus indutus pluuiali violaceo cũ miniſtris indutis eiuſdem coloris: ⁊ ramis in medio ante altare, vel ad cornu epiſtole poſitis: ⁊ choro cãtante antiphona. Hoſanna filio Dauid: benedictus qui venit in nomine dñi. O rex Jſrael: Hoſanna in excelſis. Deinde Sacerdos ſtans ad cornu epiſtole dicit. Dominus vobiſcum. non vertens ſe ad populum. R. Et cum ſpiritu tuo.

In tono orationis Miſſe ferialis. Oratio.



Deus quem diligere, ⁊ amare, iuſtitia eſt: ineffabilis gratie tue in nobis dona multiplica: ⁊ qui feciſti nos in morte filij tui ſperare que credimus: fac nos eodem reſurgente peruenire quo tendimus. Qui tecum viuit ⁊ regnat. Poſtea Subdiaconus in loco ſolito cantat ſequentem lectionem in tono Epiſtole, ⁊ in fine oſculatur manum Sacerdotis.

Lectio libri Exodi.

In diebus illis: Venerunt ca. 15.
filij Jſrael in Elim, vbi erant

erant duodecim fōtes aquarū, ⁊
ſeptuaginta palme: ⁊ caſtrameta
ca. ti ſunt iuxta aquas. Profectiq̧
16. ſunt de Elim: ⁊ venit oīs multitu
do filiorū Iſrael in deſertū Sin,
quod eſt inter Elim ⁊ Sinai:
quintodecimo die mēſis ſecundi,
poſtquā egreſſi ſunt de terra Ae
gypti. Et murmurauit omnis cō
gregatio filiorum Iſrael contra
Moyſen ⁊ Aaron in ſolitudine.
Dixerūtque ad eos filij Iſrael.
Utinā mortui eſſemus per manū
dn̄i in terra Aegypti, quando ſe
debamus ſuper ollas carniū, ⁊ co
medebamus panez in ſaturitate.
Cur induxiſtis nos in deſertum
iſtud, vt occideretis omnē multitu
dinē fame? Dixit autem dn̄s ad
Moyſen. Ecce, ego pluā vobis
panē de celo. Egrediatur popu
lus, ⁊ colligat que ſufficiūt per ſin
gulos dies: vt tentē eū, vtrū ambu
let in lege mea, an nō. Die autem
ſexto parēt quod inferāt: ⁊ ſit du
plū quā colligere ſolebāt per ſin
gulos dies. Dixerūtque Moyſes
⁊ Aarō ad omnes filios Iſrael.
Ueſpere ſcietis quod dn̄s eduxe
rit vos de terra Aegypti: ⁊ mane
videbitis gloriā eius. Deinde cā
Io. tatur pro graduali. ℞. College
11. runt pōtifices ⁊ phariſei conciliū,
⁊ dixerūt: quid facimus, quia hic
homo multa ſigna facit? ſi dimit
timus eū ſic, omnes credēt in eū.
Et veniēt Romani, ⁊ tollent no
ſtrū locū ⁊ gentē. ℣. Unus autē
ex illis Caiphas nomine, cū eſſet
pōtifex anni illius, prophetauit, di
cēs. Expedit vobis, vt vnus mo
riatur homo pro populo, ⁊ nō to
ta gens pereat. Ab illo ergo die
cogitauerūt interficere eū, dicen
tes. Et veniēt. Uel aliud. ℞. In
monte oliueti orauit ad patrē: pa Ma.
ter ſi fieri poteſt, tranſeat a me ca 26.
lix iſte. Spiritus quidē prōptus
eſt, caro autē infirma: fiat volun
tas tua. ℣. Uigilate, ⁊ orate, vt nō
intretis in tentationē. Spiritus
quidē prōptus eſt, caro autē infir
ma: fiat volūtas tua. Interim dū
cantatur ℞. Diaconus ponit li
brū Euangeliorū in altari, Sa
cerdos miniſtrante Diacono na
uiculā. ponit incenſum in thuribu
lo. Deinde Diaconus dicit. Mū
da cor meuz. accipit librū de alta
ri. petit benedictionez a Sacer
dote: poſtea Subdiacono librū
tenente, medius inter Ceroferra
rios tenētes cādelabra accēſa ſi
gnat librū, incēſat ⁊ cātat Euāge
lium vt infra more cōſueto: quo
finito, Subdiaconus defert li
brum oſculandum Sacerdoti,
qui ⁊ incenſatur a Diacono.


Sequentia ſancti euangelij
ſecundum Matheum.


IN illo tempore. Cum ap ca.
propinquaſſet Ieſus Hie 21.
roſolymis, ⁊ veniſſet Bethpha
ge ad montez oliueti, tunc miſit


duos diſcipulos ſuos, dicens eis. Ite in caſtellū quod contra vos eſt: ⁊ ſtatim inuenietis aſinā alligatā, ⁊ pulluʒ cum ea. Soluite, ⁊ adducite mihi. Et ſiquis vobis aliquid dixerit: dicite, quia dominus his opus habet: ⁊ confeſtiʒ dimittet eos. Hoc autē totū factū eſt: vt adimpleretur quod dictū eſt per prophetā, dicentem. Dicite filię Sion, ecce rex tuus venit tibi manſuetus, ſedēs ſuper aſinaʒ, ⁊ pullū, filium ſubiugalis. Euntes autē diſcipuli, fecerunt ſicut preceperat illis Ieſus. Et adduxerunt aſinā ⁊ pulluʒ: ⁊ impoſuerūt ſuper eos veſtimenta ſua, ⁊ euʒ deſuper ſedere fecerūt. Plurima autē turba ſtrauerunt veſtimenta ſua in via. Alij autē cędebant ramos de arboribus, ⁊ ſternebant in via. Turbę autē quę precedebāt, ⁊ quę ſequebantur, clamabant, dicētes. Oſanna filio Dauid: benedictus qui venit in nomine domini. Poſt hęc benedicūtur rami: ⁊ tunc dicit Sacerdos. Dominus vobiſcum.

℟. Et cū ſpiritu tuo. Oremus.

Auge fideʒ in te ſperantiuʒ deus, ⁊ ſupplicum preces clementer exaudi: veniat ſuper nos multiplex miſericordia tua: bene ✠ dicantur ⁊ hi palmites palmarum ſeu oliuarū: ⁊ ſicut in figura eccleſię multiplicaſti Noe egredientē de arca, ⁊ Moyſen exeuntem de Aegypto cum filijs Iſrael: ita nos portātes palmas ⁊ ramos oliuarum, bonis actibus occurramus obuiam Chriſto: ⁊ per ipſum in gaudium introeamus ęternum. Qui tecum viuit ⁊ regnat.




℟. Dignū ⁊ iuſtuʒ eſt. Vere dignum ⁊ iuſtum eſt, equū ⁊ ſa
lutare nos tibi ſemper ⁊ vbiqʒ gratias agere domine
ſancte pater omnipotens eterne deus. Qui glori
aris in conſilio ſanctorū tuorum. Tibi enim ſeruiunt
creature tue quia te ſolū auctoreʒ ⁊ deū cognoſcūt, ⁊ om
nis factura tua te collaudat ⁊ benedicunt te ſancti tui.
Quia illud magnū vnigeniti tui nomē corā regibus ⁊ pote
ſtatibus huius ſeculi libera voce cōfitentur. Cui aſſiſtunt



Sequitur Dñs vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo. Oremus. Petimus, dñe ſancte, pater omnipotẽs, ęterne deus: vt hanc creaturam oliuę, quã ex ligni materia prodire iuſſiſti, quã que colũba rediens ad arcã proprio pertulit ore: bene ✠ dicere, & ſancti ✠ ficare digneris: vt quicũq3 ex ea receperint, accipiãt ſibi protectionẽ animę & corporis: fiatque, dñe, noſtrę ſalutis remedium, tuę gratię ſacramentum. Per dominum. ℟. Amen.

Oremus.

Oremus.

Deus, qui diſperſa cõgregas, et cõgregata cõſeruas: qui populis obuiam Jeſu ramos portantibus benedixiſti: bene✝dic etiam et hos ramos palmę et oliuę, quos tui famuli ad honorẽ nominis tui fideliter ſuſcipiũt: vt in quemcumqʒ locum introducti fuerint, tuam benedictionem habitatores loci illius conſequantur: et omni aduerſitate effugata, dextera tua protegat quos redemit Jeſus Chriſtus filius tuus dñs noſter. Qui tecuʒ. Oremus.

Deus, qui miro diſpoſitionis ordine, ex rebus etiaʒ inſenſibilibus, diſpenſationeʒ noſtrę ſalutis oſtendere voluiſti: da quęſumus: vt deuota tuorum turba fidelium, ſalubriter intelligat, quicquid myſtice deſignatur in facto, quę hodie celeſti lumine afflata, redemptori obuiam procedens, palmarum atqʒ oliuarum ramos veſtigijs eius ſubſtrauit. Palmarum igitur rami de mortis principe triumphos expectant: ſurculi vero oliuaruʒ, ſpiritalem vnctionem aduéniſſe quodammodo clamant. Jntellexit enim iam tunc illa hominuʒ beata multitudo pręfigurari: quia redemptor noſter humanis condolens miſerijs, pro totius mundi vita cum mortis principe eſſet pugnaturus, ac moriendo triũphaturus. Et ideo talia obſequens adminiſtrauit, quę in illo et triũphos victorię, et miſericordię pinguedinẽ declararent. Quod nos quoque plena fide, et factum et ſignificatum retinentes, te domine ſancte, pater omnipotens, ęterne deus, per eundem dominum noſtrum Jeſum Chriſtum ſuppliciter exoramus: vt in ipſo atque per ipſum, cuius nos membra fieri voluiſti, de mortis imperio victoriam reportantes, ipſius glorioſę reſurrectionis participes eſſe mereamur. Qui tecum viuit et regnat. Oremus.

Deus qui per oliuę ramuʒ paceʒ terris columbã nũciare voluiſti: pręſta quęſumus: vt hos oliuę, cęterarumqʒ arborum ramos, cęleſti bene✝dictione ſanctifices: vt cuncto populo tuo proficiant ad ſalutem. Per Chriſtum dominum. Oremus.

Bene✝dic, quęſumus domine, hos palmarum ſeu oliuarum ramos: et pręſta, vt, quod populus tuus in tua veneratione hodierna die corporaliter agit, hoc ſpiritualiter ſumma deuotione perficiat, de hoſte victoriam reportando, et opus miſericordię ſummopere diligẽdo. Per Chriſtum dominum.

Hic rami aſperguntur aqua benedicta, dicendo antiphonaʒ. Aſperges me ſine cantu, et ſine

palmarum incenſantur olim. Deinde dicit Sacerdos. Dominus vobiſcum. Oremus.

DEus, qui filium tuum Jeſum Chriſtum dominum noſtrum, pro ſalute noſtra in hūc mundum miſiſti: vt ſe humiliaret ad nos, ⁊ nos reuocaret ad te: cui etiam dum Hieruſalem veniret, vt adimpleret ſcripturas, credentium populorum turba, fideliſſima deuotione veſtimenta ſua cum ramis palmarum in via ſternebant: pręſta quęſumus: vt illi fidei viam pręparemus: de qua, remoto lapide offenſionis ⁊ petra ſcandali, frondeant apud te opera noſtra iuſtitię ramis: vt eius veſtigia ſequi mereamur. Qui tecum. Poſtea Sacerdos ſtans ante altare verſus ad populum diſtribuit ramos primo clericis, deinde laicis genuflexis, ⁊ oſculantibus primo ramum, deinde manum Sacerdotis: ⁊ interim a choro cantatur añ. Pueri hebręorum portantes ramos oliuarum obuiauerūt dño, clamantes, ⁊ dicentes: Oſanna in excelſis. Alia añ. Pueri hebręoruꝫ veſtimenta proſternebāt in via: ⁊ clamabant dicentes: Oſanna filio Dauid: benedictus qui venit in nomine domini.

Quę ſi non ſufficiant repetantur quouſque ramorum diſtributio finiatur. Deinde dicit Sacerdos. ℣ Dominus vobiſcum. ℟ Et cum ſpiritu tuo. Oremus

OMnipotens ſempiterne deus, qui dominum noſtrū Jeſum Chriſtum, ſuper pullum aſinę ſedere feciſti, ⁊ turbas populorum veſtimenta vel ramos arboruꝫ in via ſternere, ⁊ oſanna decantare in laudeꝫ ipſius docuiſti: da quęſumus: vt illorum innocentiam imitari poſſimus, ⁊ eorū meritum conſequi mereamur. Per eundē Chriſtū. ℟ Amen. Poſtea Diacono vertēte ſe ad populum ⁊ dicente. Procedamus in pace, ⁊ choro reſpondēte. In nomine Chriſti. Amen. fit proceſſio. Subdiaconus paratus deferens crucem, medius inter duos Acolythos cum candelabris accenſis, ⁊ miniſtro deferente thuribulum cum incenſo: quod ſeruatur in omnibus proceſſionibus. cantantur ſequentes antiphonę, vel omnes vel aliquę, prout durat proceſſio. Añ.

CUm appropinquaret dñs Hieroſolymam, miſit duos ex diſcipulis ſuis dicens. Ite in caſtellū, quod eſt contra vos: ⁊ inuenietis pullum aſinę alligatū, ſuper queꝫ nullus hominum ſedit: ſoluite, ⁊ adducite mihi. Siquis vos interrogauerit, dicite: opus domino eſt. Soluentes adduxerunt ad Jeſum: ⁊ impoſuerunt illi veſtimenta ſua, ⁊ ſedit ſuper eum: Mat. 21.

eum: alij expandebant veſti/menta ſua in via: alij ramos de arboribus ſternebant: ⁊ qui ſequebantur clamabant: O ſan/na, benedictus qui venit in no/mine domini: benedictum re/gnum patris noſtri Dauid: O ſanna in excelſis: miſerere nobis fili Dauid. Alia antiphona.

Cum audiſſet populus, quia Je/ſus venit Hieroſolymam, acce/perunt ramos palmarum: ⁊ exie/runt ei obuiam, ⁊ clamabant pue/ri dicentes. Hic eſt, qui ventu/rus eſt in ſalutem populi. Hic eſt ſalus noſtra ⁊ redemptio Iſrael. Quantus eſt iſte, cui throni, ⁊ do/minationes occurrunt? Noli ti/mere filia Sion: ecce rex tuus ve/nit tibi, ſedens ſuper pullum aſi/ne: ſicut ſcriptum eſt. Salue rex fabricator mundi, qui veniſti re/dimere nos. Alia antiphona.

Ante ſex dies ſollemnis paſche, quando venit dominus in ciuita/tem Hieruſalem, occurrerunt ei pueri: ⁊ in manibus portabant ra/mos palmarum: ⁊ clamabant vo/ce magna, dicentes: O ſanna in excelſis: benedictus qui veniſti in multitudine miſericordie tue: O ſanna in excelſis. Alia an.

Occurrunt turbe cum floribus ⁊ palmis redemptori obuiam: ⁊ victori triumphanti digna dant obſequia. Filium dei ore gentes predicant: ⁊ in laudem Chriſti voces tonant per nubila: O ſan/na in excelſis. Alia antiphona.

Cum angelis ⁊ pueris, fideles inueniamur triumphatori mor/tis, clamantes: O ſanna in excelſis. Alia antiphona. Turba multa, que conuenerat ad diem feſtum, clamabat domino: benedictus qui venit in nomine domini: O ſanna in excelſis.

¶ In reuerſione proceſſionis ad eccleſiam duo vel quattuor can/tores intrant, ⁊ clauſo oſtio ſtan/tes verſa facie ad proceſſionem, incipiunt ℣. Gloria laus. Et to/tum decantent vſque ad Iſrael es tu rex. Sacerdos vero cum alijs ſtantibus extra eccleſiam re/petit illud idem. Deinde ſtantes intus, cantant verſus ſequentes: vel omnes, vel partem pro di/ſpoſitione cantorum. Et ſtantes extra, ad quoſlibet [illegible] verſus reſpondent. Gloria laus. ſicut a principio. ℣.

Gloria, laus, ⁊ honor tibi ſit rex Chriſte redemptor.

Cui puerile decus prompſit oſanna pium.

Iſrael es tu rex, Dauidis ⁊ in/clyta proles.

Nomine qui in domini rex be/nedicte venis. ℟. Gloria, la/us ⁊ honor, tibi ſit rex Chriſte redemptor. Cui puerile de/cus prompſit oſanna pium.

Cetus in excelſis te laudat celi/cus

cus omnis.

Et mortalis homo, cuncta creata ſimul. ℟. Gloria, laus, ⁊ honor, tibi ſit. Cui puerile decus.

Plebs hebrea tibi cum palmis obuia venit.

Cum prece, voto, hymnis, adſumus ecce tibi. ℟. Gloria, laus, ⁊ honor. Cui puerile.

Hi tibi paſſuro ſoluebant munia laudis.

Nos tibi regnāti pangimus ecce melos. ℟. Glŏia laus, ⁊ honor.

Hi placuere tibi, placeat deuotio noſtra.

Rex bone, rex clemens, cui bona cuncta placēt. ℟. Gloria, laus, ⁊ honor.

Fecerat Hebreos hos gloria ſanguinis almi.

Nos facit Hebreos tranſitus ecce pius. ℟. Gloria, laus, ⁊ honor tibi.

Sis pius aſcenſor tu, ⁊ nos ſimus aſellus.

Tecū nos capiat vrbs veneranda dei. ℟. Glŏia, laus, ⁊ honor.

Ceſtis apoſtolice rutilo fulgore tegamur.

Te bene docta, vt ea noſtra caterua vehat. ℟. Gloria, laus, ⁊ honor.

Tegmine ſic anime ſternamus corpora noſtra.

Quo per nos ſemper ſit via tuta tibi. ℟. Gloria, laus, ⁊ honor, tibi ſit.

Sit pia pro palme nobis victoria ramis.

Vt tibi victrici ſorte canamus iſta. ℟. Gloria, laus, ⁊ honor.

Poſtea intrat proceſſio eccleſia cantando. ℟. Ingrediente domino in ſanctam ciuitatem, Hebreorum pueri reſurrectionē vite pronunciantes, Cum ramis palmarū Oſanna clamabant in excelſis. ℣. Cū audiſſet populus, quod Ieſus veniret Hieroſolymam: exierunt obuiam ei. Cum ramis. Et nō dicit. Gloria patri. Deinde dicitur Miſſa, ⁊ rami tenentur in manibus vſqȝ in finē.

¶ Dominica in palmis. Statio ad ſanctū Ioannē in Laterano. Introitus.



Domine ne lōge facias auxiliū tuū a me, ad defenſionē meam aſpice: libera me de ore leonis, ⁊ a cornibus vnicornium humilitatē meā. Pſalmus. Deus deus meus reſpice in me, quare me dereliquiſti? longe a ſalute mea verba delictorū meorū. Domine ne longe. Oremus. Ps. 21.

Omnipotens ſempiterne deus: qui humano generi ad imitandum humilitatis exemplum ſaluatorem noſtrum carnē ſumere, ⁊ crucem ſubire feciſti: concede propitius: vt ⁊ patien-

tie

tis ipſius habere documenta, ⁊
reſurrectionis conſortia merea-
mur. Per eundem dominum
noſtrum Jeſum Chriſtum.
Et hęc oratio tantum dicitur.

Lectio epiſtolę beati Pauli apo-
ſtoli ad Philippenſes.

Ca. Fratres. Hoc enim ſen-
2. tite in vobis, quod ⁊ in
Chriſto Jeſu. Qui cum in forma
dei eſſet, non rapinam arbitra-
tus eſt eſſe ſe ęqualem deo: ſed
ſemetipſum exinaniuit formam
ſerui accipiens, in ſimilitudinem
hominum factus, ⁊ habitu inuen-
tus vt homo. Humiliauit ſe-
metipſum, factus obediens vſque
ad mortem: mortem autem cru-
cis. Propter quod ⁊ deus exal-
tauit illum: ⁊ donauit illi nomen,
quod eſt ſuper omne nomen: vt
in nomine Jeſu. Hic genuflecti-
tur. omne genuflectatur, cęleſti-
um, terreſtrium, ⁊ infernorum:
⁊ omnis lingua confiteatur, quia
dominus Jeſus Chriſtus in glo-
ria eſt dei patris. Graduale.
Pſ. Tenuiſti manum dexteram me-
72. am: ⁊ in voluntate tua deduxiſti
me: ⁊ cum gloria aſſumpſiſti me.
℣. Quam bonus Iſrael deus re-
ctis corde! mei autem pene mo-
ti ſunt pedes: pene effuſi ſunt
greſſus mei, quia zelaui in pec-
catoribus, pacem peccatorum
Pſ. videns. Tractus. Deus de-
21. us meus reſpice in me: quare
me dereliquiſti? ℣. Longe a ſa-
lute mea verba delictorum meo-
rum. ℣. Deus meus clamabo
per diem, nec exaudies: in nocte,
⁊ non ad inſipientiam mihi. ℣.
Tu autem in ſancto habitas, la-
us Iſrael. ℣. In te ſperauerunt
patres noſtri: ſperauerunt, ⁊ li-
beraſti eos. ℣. Ad te clamaue-
runt, ⁊ ſalui facti ſunt: in te ſpera-
uerunt, ⁊ non ſunt confuſi. ℣.
Ego autem ſum vermis, ⁊ non
homo: opprobrium hominum,
⁊ abiectio plebis. ℣. Omnes
qui videbant me, aſpernabantur
me: locuti ſunt labijs, ⁊ moue-
runt caput. ℣. Sperauit in do-
mino, eripiat eum, ſaluum faci-
at eum, quoniam vult eum. ℣.
Ipſi vero conſiderauerunt ⁊ con-
ſpexerunt me: diuiſerunt ſibi ve-
ſtimenta mea, ⁊ ſuper veſtem
meam miſerunt ſortem. ℣. Libe-
ra me de ore leonis: ⁊ a corni-
bus vnicornium humilitatem me-
am. ℣. Qui timetis dominum,
laudate eum: vniuerſum ſemen
Jacob magnificate eum. ℣. An-
nunciabitur domino generatio
ventura: ⁊ annunciabunt cęli iu-
ſticiam eius. ℣. Populo qui na-
ſcetur, quem fecit dominus.

¶ Paſſio Domini incipitur ab-
ſolute: non dicitur, Munda cor
meum, non petitur benedictio,
non deferuntur luminaria nec in-
cenſum: non dicitur, Dominus
vobiſcum.

vobiſcum. nec reſpondetur Glo- ria tibi domine. Perueniendo (?) ad partem illam que in tono euangelij legitur dicens, Munda coꝛ meuꝫ. petitur benedictio, ⁊ incenſatur liber. Quod ⁊ in aliis paſſionibus ſeruatur, quando legitur paſſio. In paraſceue autem nec petitur benedictio, nec incenſatur liber.

¶ Paſſio domini noſtri Jeſu Chriſti ſecundū Mattheū.

ca. 26.



In illo tēpo- re dixit Je- ſus diſcipulis ſuis. Scitis qꝛ poſt biduū paſcha fiet: ⁊ filius hominis tradetur, vt crucifi gatur. Tunc congregati ſunt pꝛincipeſ ſacerdotum, ⁊ ſenioreſ populi, in atrium pꝛincipis ſacer- dotum, qui dicebatur Caiphas: ⁊ concilium fecerunt, vt Jeſum dolo tenerent, ⁊ occiderent. Di- cebant autem. Non in die fe ſto. Ne foꝛte tumultus fieret in populo. Cum autem eſſet Je ſuſ in Bethania in domo Simo nis lepꝛoſi, acceſſit ad eum mu- lier habens alabaſtrum vnguen ti pꝛecioſi, ⁊ effudit ſuper caput ipſius recumbentis. Videntes autem diſcipuli, indignati ſunt, dicentes. Ut quid perditio hęc? Potuit enim vnguentum iſtud venūdari multo, ⁊ dari pau peribus. Sciens autem Je- ſus, ait illis. Quid moleſti eſtiſ huic mulieri? Opus enim bonū operata eſt in me. Nam ſemper pauperes habebitis vobiſcum: me autem non ſemper habebitis. Mittens enim hęc vnguentum hoc in coꝛpus meum: ad ſepelien dum me, fecit. Amen dico vobis: vbicunqꝫ pꝛędicatum fuerit hoc euangelium in toto mundo, dice tur ⁊ quod hęc fecit in memoriā eius. Tunc abijt vnuſ de duo decim, qui dicitur Judas Iſca- riotes, ad pꝛincipes ſacerdotum: ⁊ ait illis. Quid vultis mihi dare, ⁊ ego eum vobis tradam? At illi conſtituerunt ei trigin- ta argenteos. Et exinde quęre- bat oppoꝛtunitatem, vt eum tra- deret. Pꝛima autem die azimo- rum acceſſerunt diſcipuli ad Je- ſum, dicentes. Ubi vis pare- mus tibi comedere paſcha? At Jeſus dixit. Ite in ci- uitatem ad quendam: ⁊ dicite ei. Magiſter dicit. Tempuſ meum pꝛope eſt: apud te facio paſcha cum diſcipulis meis. Et fece- runt diſcipuli, ſicut conſtituit illis Jeſus: ⁊ parauerunt paſcha. Ve- ſpere autem facto, diſcumbebat cum duodecim diſcipulis ſuis. Et edētibus illis, dixit. Amē dico vobis: quia vnus veſtrum me traditurus eſt. Et contri- ſtati valde, cęperunt ſinguli dicere

dicere. S. Nunquid ego ſum domine? C. At ipſe reſpondens, ait. + Qui intingit mecum manum in paropſide, hic me tradet. Filius quidem hominis vadit, ſicut ſcriptum eſt de illo. Ve autẽ homini illi, per quem filius hominis tradetur. Bonum erat ei, ſi natus non fuiſſet homo ille. C. Reſpondens autem Judas qui tradidit eum, dixit. S. Nunquid ego ſum rabbi? C. Ait illi. + Tu dixiſti. C. Cenantibus autẽ eis, accepit Jeſus panem: ⁊ benedixit, ac fregit, deditque diſcipulis ſuis: ⁊ ait. + Accipite, ⁊ comedite. Hoc eſt corpus meum. C. Et accipiens calicem, gratias egit: ⁊ dedit illis, dicens. + Bibite ex hoc omnes. Hic eſt enim ſanguis meus noui teſtamenti, qui pro multis effundetur in remiſſionem peccatorum. Dico autem vobis: non bibam amodo de hoc genimine vitis, vſque in diem illum, cum illud bibam vobiſcum nouum, in regno patris mei. C. Et hymno dicto, exierunt in montem oliueti. Tunc dicit illis Jeſus. + Omnes vos ſcandalum patiemini in me, in iſta nocte. Scriptum eſt enim. Percutiam paſtorem, ⁊ diſpergentur oues gregis. Poſtquam autem reſurrexero, precedam vos in Galileam. C. Reſpondens autem Petrus, ait illi. S. Et ſi omnes ſcandalizati fuerint in te, ego nunquam ſcandalizabor. C. Ait illi Jeſus. + Amen dico tibi: quia in hac nocte, antequam gallus cãtet, ter me negabis. C. Ait illi Petrus. S. Etiam ſi oportuerit me mori tecum, non te negabo. C. Similiter ⁊ omnes diſcipuli dixerunt. Tunc venit Jeſus cum illis in villam, que dicitur Gethſemani, ⁊ dixit diſcipulis ſuis. + Sedete hic, donec vadã illuc, ⁊ orem. C. Et aſſumpto Petro, ⁊ duobus filijs Zebedei, cepit contriſtari ⁊ meſtus eſſe. Tunc ait illis. + Triſtis eſt anima mea vſque ad mortem. Suſtinete hic, ⁊ vigilate mecum. C. Et progreſſus puſillum, procidit in faciem ſuam orans, ⁊ dicẽs. + Pater mi, ſi poſſibile eſt, tranſeat a me calix iſte. Veruntamen non ſicut ego volo, ſed ſicut tu. C. Et venit ad diſcipulos ſuos, ⁊ inuenit eos dormientes: ⁊ dicit Petro. + Sic? Non potuiſtis vna hora vigilare mecum? Vigilate, ⁊ orate: vt non intretis in tentationem. Spiritus quidem promptus eſt, caro autem infirma. C. Iterum ſecundo abijt, ⁊ orauit, dicens. + Pater mi, ſi non poteſt hic calix tranſire, niſi bibam illum: fiat voluntas tua. C. Et venit iterum ⁊ inuenit eos dormientes. Erant enim oculi eorum grauati. Et relictis illis iterum

iterum abijt: ⁊ orauit tertio, eundem ſermonem dicens. Tunc venit ad diſcipulos ſuos, ⁊ dicit illis. ✠ Dormite iam, ⁊ requieſcite. Ecce appropinquauit hora: ⁊ filius hominis tradetur in manus peccatorum. Surgite, eamus: ecce appropinquauit qui me tradet. C. Adhuc eo loquente, ecce Judas vnus de duodecim venit, ⁊ cum eo turba multa cū gladijs ⁊ fuſtibus, miſſi a principibus ſacerdotum ⁊ ſenioribus populi. Qui autem tradidit eum, dedit illis ſignum, dicens. S. Quemcunque oſculatus fuero, ipſe eſt: tenete eum. C. Et confeſtim accedens ad Jeſum, dixit. S. Aue rabbi. C. Et oſculatus eſt eum. Dixitq; illi Jeſus. ✠ Amice, ad quid veniſti? C. Tunc acceſſerūt, ⁊ manus iniecerunt in Jeſuʒ: ⁊ tenuerunt eum. Et ecce vnus ex his qui erant cum Jeſu, extendens manuʒ, exemit gladiuʒ ſuū: ⁊ percutiens ſeruum principis ſacerdotum, amputauit auriculam eius. Tunc ait illi Jeſus. ✠ Cōuerte gladium tuuʒ in locum ſuū. Omnes enim qui acceperint gladiuʒ, gladio peribunt. An putas, quia non poſſum rogare patrem meum: ⁊ exhibebit mihi modo pluſquaʒ duodecim legiones angeloruʒ? Quomodo ergo implebuntur ſcripturę? quia ſic oportet fieri. C. In illa hora dixit Jeſus turbis. ✠ Tanquam ad latronem exiſtis cum gladijs ⁊ fuſtibus comprehendere me? Quotidie apud vos ſedebam docens in templo: ⁊ non me tenuiſtis. C. Hoc autem totum factum eſt, vt adimplerentur ſcripturę prophetarum. Tunc diſcipuli omnes, relicto eo, fugerunt. At illi tenentes Jeſum, duxerūt ad Caipham principem ſacerdotum, vbi ſcribę ⁊ ſeniores conuenerant. Petrus autem ſequebatur eum a longe, vſque in atrium principis ſacerdotum. Et ingreſſus intro, ſedebat cum miniſtris: vt videret finem. Principes autem ſacerdotum, ⁊ omne concilium, quęrebant falſum teſtimonium contra Jeſum, vt euʒ morti traderent: ⁊ non inuenerunt, cum multi falſi teſtes acceſſiſſent. Nouiſſime autem venerunt duo falſi teſtes: ⁊ dixerunt. S. Hic dixit. Poſſum deſtruere templum dei, ⁊ poſt triduum reędificare illud. C. Et ſurgens princeps ſacerdotum, ait illi. S. Nihil reſpondes ad ea, quę iſti aduerſum te teſtificantur? C. Jeſus autem tacebat. Et princeps ſacerdotum ait illi. S. Adiuro te per deum viuum, vt dicas nobis, ſi tu es Chriſtus filius dei. C. Dicit illi Jeſus. ✠ Tu dixiſti. Veruntamen dico vobis: amodo videbitis filium hominis ſeden-

tem

ſem a dextris virtutis dei, ⁊ venientem in nubibus celi. C. Tunc princeps ſacerdotum ſcidit veſtimenta ſua, dicẽs. S. Blaſphemauit. Quid adhuc egemus teſtibus? Ecce, nunc audiſtis blaſphemiam. Quid vobis videtur? C. At illi reſpondentes dixerunt. S. Reus eſt mortis. C. Tunc expuerunt in faciem eius: ⁊ colaphis eũ ceciderunt. Alij autem palmas in faciẽ eius dederunt, dicentes. S. Prophetiza nobis Chriſte: quis eſt qui te percuſſit? C. Petrus vero ſedebat foris, in atrio. Et acceſſit ad eum vna ancilla, dicens. S. Et tu cũ Ieſu Galileo eras. C. At ille negauit coram omnibus, dicens. S. Neſcio quid dicis. C. Exeunte autem illo ianuam, vidit eum alia ancilla: ⁊ ait his qui erant ibi. S. Et hic erat cum Ieſu Nazareno. C. Et iterum negauit cum iuramento, quia non noui hominem. Et poſt puſillum acceſſerunt qui ſtabant: ⁊ dixerunt Petro. S. Vere ⁊ tu ex illis es: nam ⁊ loquela tua manifeſtum te facit. C. Tunc cępit deteſtari ⁊ iurare: quia non nouiſſet hominem. Et continuo gallus cantauit. Et recordatus eſt Petrus verbi Ieſu, quo dixerat: priuſquam gallus cantet, ter me negabis. Et egreſſus foras, fleuit amare.

Mane autem facto, conſilium inierunt omnes principes ſacerdotum ⁊ ſeniores populi aduerſus Ieſum, vt eum morti traderent. Et vinctum adduxerunt eum, ⁊ tradiderunt Pontio Pilato prȩſidi. Tunc videns Iudas qui tradidit eum, quod damnatus eſſet: pęnitentia ductus, retulit triginta argenteos principibus ſacerdotum ⁊ ſenioribus, dicens. S. Peccaui, tradens ſanguinem iuſtum. C. At illi dixerunt. S. Quid ad nos? Tu videris. C. Et proiectis argenteis in templo, receſſit: ⁊ abiens, laqueo ſe ſuſpendit. Principes autem ſacerdotum acceptis argenteis, dixerunt. S. Non licet eos mittere in corbonam: quia pretium ſanguinis eſt. C. Conſilio autem inito emerunt ex illis agrum figuli, in ſepulturam peregrinorum. Propter hoc vocatus eſt ager ille, Haceldema, hoc eſt, ager ſanguinis, vſque in hodiernum diem. Tunc impletum eſt quod dictum eſt per Hieremiam prophetam, dicentem. Et acceperunt triginta argenteos pretium appretiati, quem appretiauerunt a filijs Iſrael: ⁊ dederunt eos in agrum figuli, ſicut cõſtituit mihi dominus. Ieſus autem ſtetit ante pręſidem. Et interrogauit eum preſes, dicens. S. Tu es rex Iudeorum? C. Di

C Dicit ei Jeſus. ✠ Tu dicis. C Et cum accuſaretur a principibus ſacerdotum ⁊ ſenioribus, nihil reſpondit. Tunc dicit illi Pilatus. S Non audis quanta aduerſum te dicunt teſtimonia? C Et non reſpondit ei ad vlluʒ verbum: ita vt miraretur pręſes vehementer. Per diem autem ſollemnem conſueuerat pręſes dimittere populo vnum vinctum, quem voluiſſent. Habebat autē tunc vinctum inſignem, qui dicebatur Barabbas. Congregatis autē illis, dixit Pilatus. S Quē vultis dimittam vobis: Barabbam, an Jeſum qui dicitur Chriſtus? C Sciebat eniʒ, quod per inuidiaʒ tradidiſſent eum. Sedēte autē illo pro tribunali, miſit ad illum vxor eius, dicens. S Nihil tibi ⁊ iuſto illi: multa enim paſſa ſum per viſum hodie propter eū. C Principes autem ſacerdotū ⁊ ſeniores perſuaſerunt populis, vt peterent Barabbam, Jeſum vero perderent. Reſpondens autem pręſes, ait illis. S Quē vultis vobis de duobus dimitti? C At illi dixerunt. S Barabbam. C Dicit illis Pilatus. S Quid igitur faciam de Jeſu qui dicitur Chriſtus? C Dicūt omnes. S Crucifigatur. C Ait illis pręſes. S Quid enim mali fecit? C At illi magis clamabant, dicentes. S Crucifigatur. C Videns autem Pilatus quia nihil proficeret, ſed magis tumultus fieret: accepta aqua, lauit manus coraʒ populo, dicens. S Innocens ego ſum a ſanguine iuſti huius. Vos videritis. C Et reſpondens vniuerſus populus, dixit. S Sanguis eius ſuper nos, ⁊ ſuper filios noſtros. C Tunc dimiſit illis Barabbam: Jeſum auteʒ flagellatum tradidit eis, vt crucifigeretur. Tunc milites pręſidis ſuſcipientes Jeſum in pretorio, congregauerunt ad eum vniuerſam cohortem. Et exuentes euʒ, chlamydem coccineam circundederunt ei. Et plectentes, coronam de ſpinis poſuerunt ſuper caput eius: ⁊ arundineʒ in dextera eius. Et genuflexo ante euʒ illudebāt ei, dicentes. S Aue rex Judęorum. C Et expuentes in eum, acceperunt arundinem, ⁊ percutiebant caput eius. Et poſtquaʒ illuſerunt ei, exuerunt eum chlamydem: ⁊ induerunt eum veſtimentis eius, ⁊ duxerunt eum vt crucifigerent. Exeuntes autem, inuenerunt hominem Cyrenęuʒ nomine Simonem. Hunc angariauerunt, vt tolleret Crucem eius. Et venerunt in locum, qui dicitur Golgotha: quod eſt, Caluarię locus. Et dederunt ei vinū bibere cum felle mixtum. Et cuʒ guſtaſſet, noluit bibere. Poſtquam autem crucifixerunt eum, diuiſe-

diuiſerunt veſtimenta eius, ſortez
mittentes: vt adimpleretur quod
dictum eſt per prophetam dicen-
tem. Diuiſerunt ſibi veſtimenta
mea: ⁊ ſuper veſtem meam miſe-
runt ſortem. Et ſedentes ſerua-
bant eum. Et impoſuerunt ſuper
caput eius cauſam ipſius ſcriptā:
Hic eſt Jeſus rex Judęorum.
Tunc crucifixi ſunt cum eo duo
latrones: vnus a dextris, ⁊ vnus
a ſiniſtris. Prętereuntes autez
blaſphemabant eum mouentes
capita ſua, ⁊ dicentes. S Uah
qui deſtruis templum dei, ⁊ in tri-
duo reędificas illud. Salua te-
metipſum. Si filius dei es, de-
ſcende de cruce. C Similiter ⁊
principes ſacerdotum illudentes
cum ſcribis ⁊ ſenioribus, dicebāt.
S Alios ſaluos fecit: ſeipſum nō
poteſt ſaluū facere. Si rex Iſra-
el eſt, deſcendat nunc de Cruce,
⁊ credimus ei. Confidit in deo:
liberet euz nunc ſi vult: dixit eniz,
quia filius dei ſum. C Idipſum
autē ⁊ latrones qui crucifixi erāt
cum eo, improperabant ei. A ſex-
ta autem hora, tenebrę facte ſunt
ſuper vniuerſam terram, vſqz ad
horam nonam. Et circa horam
nonam clamauit Jeſus voce ma-
gna dicens. + Eli, Eli, lamaſa-
bacthani? C Hoc eſt. + Deus
meus, deus meus, vt quid dereli-
quiſti me? C Quidam autem il-
lic ſtantes ⁊ audientes, dicebant.
S Eliam vocat iſte. C Et con-
tinuo currens vnus ex eis, acce-
ptam ſpongiam impleuit aceto:
⁊ impoſuit arundini: ⁊ dabat ei bi-
bere. Ceteri vero dicebant. S
Sine, videamus an veniat Elias
liberans eum. C Jeſus autem
iterum clamās voce magna, emi-
ſit ſpiritū. Hic pauſatur aliquan-
tulum, ⁊ genuflectitur. Et ecce
velum templi ſciſſum eſt in duas
partes, a ſummo vſqz deorſum.
Et terra mota eſt, ⁊ petrę ſciſſę
ſunt, ⁊ monumenta aperta ſunt: ⁊
multa corpora ſanctoruz qui dor-
mierant, ſurrexerunt. Et exeun-
tes de monumentis poſt reſurre-
ctionem eius, venerūt in ſanctam
ciuitatem: ⁊ apparuerūt multis.
Centurio autem ⁊ qui cū eo erāt
cuſtodientes Jeſum, viſo terrę-
motu ⁊ his quę fiebant, timue-
runt valde dicentes. S Uere fi-
lius dei erat iſte. C Erant autē
ibi mulieres multę a lōge, quę ſe-
cutę erant Jeſum a Galilea, mini-
ſtrātes ei: inter quas erat Maria
Magdalene, ⁊ Maria Jacobi,
⁊ Joſeph mater: ⁊ mater filioruz
Zebedęi. Cum ſero autem factū
eſſet, venit quidam homo diues
ab Arimathia, nomine Joſeph:
qui ⁊ ipſe diſcipulus erat Jeſu.
Hic acceſſit ad Pilatuz ⁊ petijt
corpus Jeſu. Tunc Pilatus iuſ-
ſit reddi corpus. Et accepto cor-
pore, Joſeph inuoluit illud in ſin-
done

done munda: ⁊ poſuit illud in monumento ſuo nouo, quod exciderat in petra. Et aduoluit ſaxum magnum ad oſtium monumenti, ⁊ abijt. Erant autē ibi Maria Magdalene, ⁊ altera Maria, ſedentes contra ſepulchꝛum.

Hic datur benedictio, defertur incenſum ſine luminaribus, non dicitur, Dñs vobiſcum; ⁊ cantatur in tono euāgelij. Que omnia, ⁊ in alijs Paſſionibus ſeruantur.

Altera autem die, que eſt poſt paraſceuen, conuenerunt principes ſacerdotū, ⁊ phariſei ad Pilatum, dicentes. Domine, recoꝛdati ſumus, quia ſeductoꝛ ille dixit adhuc viuens, poſt tres dies reſurgā. Iube ergo cuſtodiri ſepulchꝛū vſq; in dië tertium: ne foꝛte veniāt diſcipuli eius, ⁊ furētur eum: ⁊ dicant plebi, ſurrexit a moꝛtuis. Et erit nouiſſimus erroꝛ peioꝛ prioꝛe. Ait illis Pilatus. Habetis cuſtodiam: ite, cuſtodite ſicut ſcitis. Illi autem abeuntes, munierunt ſepulchꝛum: ſignantes lapidem, cum cuſtodibus. Et dicitur Credo.

Ps. 68. Offerto. Improperium expectauit coꝛ meum, ⁊ miſeriam: ⁊ ſuſtinui qui ſimul mecum contriſtaretur, ⁊ non fuit: conſolantem me queſiui, ⁊ non inueni: ⁊ dederunt in eſcam meam fel, ⁊ in ſiti mea potauerunt me aceto. Secreta

Concede, queſumus domine, vt oculis tue maieſtatis munus oblatum: ⁊ gratiam nobis deuotionis obtineat: ⁊ effectum beate perennitatis acquirat. Per dominum noſtrum.

Communio. Pater, ſi non poteſt hic calix trāſire, niſi bibam illum: fiat volūtas tua. Mat. 26. Poſtcom.

Per huius domine operationem myſterij: ⁊ vitia noſtra purgentur: ⁊ iuſta deſideria compleantur. Per dominum noſtrum Ieſum Chꝛiſtum filium tuum.

Feria ſecunda maioris Hebdomade. Statio ad ſanctam Praxedem.

Introitus.

Iudica dñe nocentes me: expugna impugnantes me: apprehende arma ⁊ ſcutū, ⁊ exurge in adiutoꝛiū meū, domine virtus ſalutis mee: Ps. 34. Pſalmus. Effunde frameā, ⁊ concludе aduerſus eos qui perſequuntur me: dic anime mee, ſalus tua ego ſum. Iudica domine nocentes. Oremus.

Da, queſumus omnipotēs deus, vt, qui in tot aduerſis ex noſtra infirmitate deficimus, intercedente vnigeniti filij tui paſſione reſpiremus. Per dominum noſtrum. vel Eccleſie tue. vel Deus omnium.

Lectio

Lectio Iſaie prophete.

ca. 50. In diebus illis, dixit Iſaias.
Dominus deus aperuit mi
bi aurem: ego autem non contra
dico, retrorſum non abij. Cor
pus meum dedi percutientibus,
et genas meas vellentibus. Fa
ciem meam non auerti ab incre
pantibus, et conſpuentibus. Do
minus deus auxiliator meus, ideo
non ſum confuſus: ideo poſui fa
ciem meam vt petrã duriſſimã,
et ſcio quoniam non confundar.
Iuxta eſt qui iuſtificat me: quis
cõtradicet mihi? Stemus ſimul:
quis eſt aduerſarius meus? Acce
dat ad me. Ecce dominus deus,
auxiliator meus: quis eſt qui cõ
demnet me? Ecce omnes quaſi
veſtimentum conterentur: tinea
comedet eos. Quis ex vobis ti
mens deum, audiens vocem ſer
ui ſui? Quis ambulauit in tene
bris, et non eſt lumen ei? Spe
ret in nomine domini, et innita
tur ſuper dominum deum ſuum.
ps. Graduale. Exurge domine et in
34. tende iudicio meo deus meus, et
dominus meus in cauſam meã.
℣. Effunde frameam, et conclu
de aduerſus eos qui me perſe
ps. quuntur. Tractus. Domine,
102 non ſecundũ peccata noſtra, que
fecimus nos: neqꝫ ſecundum ini
quitates noſtras retribuas no
ps. bis. ℣. Domine, ne memineris
78. iniquitatum noſtrarum antiqua
rum: cito anticipent nos miſeri
cordie tue: quia pauperes facti
ſumus nimis. ℣. Adiuua nos
deus ſalutaris noſter: et propter
gloriam nominis tui domine
libera nos: et propitius eſto
peccatis noſtris propter nomen
tuum.

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Ioannem.



Ante ſex dies ca.
paſche venit 12.
Ieſus Bethaniã,
vbi Lazarus fuerat
mortuus, quem ſuſci
tauit Ieſus. Fece
runt autem ei cenã
ibi: et Martha miniſtrabat.
Lazarus vero vnus erat ex diſcũ
bentibus cum eo. Maria ergo
accepit libram vnguenti nardi
piſtici pretioſi: et vnxit pedes Ie
ſu, et exterſit capillis ſuis pedes
eius: et domus impleta eſt ex o
dore vnguenti. Dixit ergo v
nus ex diſcipulis eius Iudas
Iſcariotes, qui erat eum tradi
turus. Quare hoc vnguentum
nõ venijt trecẽtis denarijs, et da
tum eſt egenis? Dixit autẽ hoc,
non quia de egenis pertinebat
ad eum: ſed quia fur erat, et locu
los habens, ea que mittebantur
portabat. Dixit ergo Ieſus. Si
ne illam, vt in diẽ ſepulture mee
ſeruet illud. Pauperes enim
ſemper habebitis vobiſcum: me

autem nō ſemper habebitis. Co
gnouit ergo turba multa ex Iu
dęis, quia illic eſſet: ⁊ venerunt,
non propter Ieſum tantum, ſed
vt Lazarum viderent, quez ſuſci
Ps. tauit a mortuis. Offerto. Eri
142 pe me de inimicis meis domine:
ad te confugi: doce me facere vo
luntatem tuam: deus meus es
tu. [illegible] Secreta.
HAec ſacrificia nos omnipo
tens deus potenti virtute
mundatos, ad ſuum faciāt purio
res venire principium. Per
dominum noſtrum Ieſum.
Ps. vel Protege. vel Oblatis q̄s.
34. Communio. Erubeſcant, ⁊ re
uereantur ſimul, qui gratulantur
malis meis: induantur pudore,
⁊ reuerentia, qui maligna loquun
tur aduerſum me. Poſt com.
PRębeant nobis domine
diuinum tua ſancta feruo
rem: quo eorum pariter ⁊ actu
delectemur, ⁊ fructu. Per do
minum noſtrum Ieſum Chri
ſtum filium tuum.
Queſumus dn̄e. vel Hec nos.
Super populum. Oremus.
Humiliate capita veſtra deo.
ADiuua nos deus ſaluta
ris noſter: ⁊ ad beneficia
recolenda, quibus nos inſtaura
re dignatus es, tribue venire gau
dentes. Per dominum no
ſtrum Ieſum Chriſtum.

Feria iiij. Oratio ad ſanctam
Priſcam. Introitus.
NOs autem gloriari ga.
oportet in cruce do 6.
mini noſtri Ieſu Chri
ſti: in quo eſt ſalus, vi
ta, ⁊ reſurrectio no
ſtra: per quez ſaluati, ⁊ liberati ſu
mus. Pſalmus. Deus miſerea Ps.
tur noſtri, ⁊ benedicat nobis: illu 66.
minet vultū ſuū ſuper nos, ⁊ miſe
reatur noſtri. Nos autē. Oremus.
OMnipotens ſempiterne
deus, da nobis ita domi
nicę paſſionis ſacramēta perage
re: vt indulgentiam percipere
mereamur. Per eundem do
minum noſtrum Ieſum. vel
Eccleſię tuę. vel Deus omniū.
Lectio Hieremie prophete.
IN diebus illis: Dixit Hie ca.
remias, Domine demon 11.
ſtraſti mihi, ⁊ cognoui: tu oſten
diſti mihi ſtudia eorum. Et ego
quaſi agnus manſuetus, qui por
tatur ad victimam: ⁊ nō cognoui
quia cogitauerunt ſuper me con
ſilia, dicentes. Venite, mittamus
lignum in panez eius, ⁊ eradamus
eum de terra viuentium, ⁊ nomē
eius non memoretur amplius.
Tu autez domine ſabaoth, qui iu
dicas iuſte, ⁊ probas renes ⁊ cor
da, videam vltionē tuam ex eis:
tibi enim reuelaui cauſam meam,
domine deus meus. Graduale Ps.
Ego autem dum mihi moleſti 34.
eſſent,

eſſent, induebam me cilicio, ⁊ humiliabam in ieiunio animam meam, ⁊ oratio mea in ſinu meo cōuertetur. ℟. Judica dñe nocentes me, expugna impugnātes me: apprehende arma ⁊ ſcutū, ⁊ exurge in adiutorium mihi.

¶ Paſſio domini noſtri Jeſu Chriſti ſecundū Marcum.

ca. 14.



In illo tempore. C. Erat paſcha ⁊ azyma poſt biduū: ⁊ quębāt ſummi ſacerdotes ⁊ ſcribę quomodo Jeſum dolo tenerent ⁊ occiderent. Dicebant autem. S. Non in die feſto. C. Ne forte tumultus fieret in populo. Et cum eſſet Jeſus Bethanię in domo Simonis leproſi, ⁊ recumberet: venit mulier habēs alabaſtrum vnguenti nardi ſpicati pretioſi: ⁊ fracto alabaſtro, effudit ſuper caput eius. Erant autem quidam indigne ferētes intra ſemetipſos, ⁊ dicentes. S. Ut quid perditio iſta vnguenti facta eſt? Poterat enim vnguētū iſtud venūdari plus quā trecētis denariis, ⁊ dari pauperibus. C. Et fremebāt in eam. Jeſus autē dixit. ✠ Sinite eam. Quid illi moleſti eſtis? Bonum opus operata eſt in me. Sēper enim pauperes habebitis vobiſcū: ⁊ cum volueritis, poteſtis illis benefacere: me autē non ſemper habebitis. Quod habuit hęc, fecit: preuenit vngere corpus meum in ſepulturā. Amē dico vobis: vbicūque prędicatū fuerit Euāgeliū iſtud in vniuerſo mundo, ⁊ quod hęc fecit, narrabitur in memoriam eius. C. Et Judas Iſcariotes vnus de duodecim abiit ad ſummos ſacerdotes, vt proderet eum illis. Qui audientes gauiſi ſunt: ⁊ promiſerūt ei pecuniā ſe daturos. Et quęrebat quomodo illum opportune traderet. Et primo die azymorū quādo paſcha immolabant, dicūt ei diſcipuli. S. Quo vis eamus, ⁊ paremus tibi vt māduces paſcha? C. Et mittit duos ex diſcipulis ſuis: ⁊ dicit eis. ✠ Ite in ciuitatem: ⁊ occurret vobis homo lagenam aquę baiulans, ſequimini eum: ⁊ quocunq; introierit, dicite domino domus quia magiſter dicit. Ubi eſt refectio mea vbi paſcha cū diſcipulis meis manducē? Et ipſe vobis demōſtrabit cenaculū grande, ſtratum: ⁊ illic parate nobis. C. Et abierunt diſcipuli eius, ⁊ venerunt in ciuitatem: ⁊ inuenerunt ſicut dixerat illis, ⁊ parauerunt paſcha. Veſpere autem facto, venit cum duodecim. Et diſcumbentibus eis ⁊ manducantibus, ait Jeſus. ✠ Amen dico vobis: quia vnus ex vobis tradet me, qui manducat mecū. C. At illi cęperūt con-

triſtari, ⁊ dicere ei ſingillatim. S. Nunquid ego? C. Qui ait illis. ✝ Unus ex duodecim qui intingit mecum manum in catino. Et filius quidē hominis vadit ſicut ſcriptum eſt de eo. Ue autem homini illi, per quem filius hominis tradetur. Bonum erat ei, ſi non eſſet natus homo ille. C. Et mā ducantibus illis, accepit Jeſus panem: ⁊ benedicens fregit, ⁊ dedit eis, ⁊ ait. ✝ Sumite: hoc eſt corpus meuꝫ. C. Et accepto calice, gratias agens dedit eis. Et biberunt ex illo omnes. Et ait illis. ✝ Hic eſt ſanguis meus noui teſtamēti, qui pro multis effundetur. Amen dico vobis: quod iam nō bibam de genimine vitis vſque in diem illum, cum illud bibam nouum in regno dei. C. Et hymno dicto, exierunt in monteꝫ oliuarum. Et ait illis Jeſus. ✝ Omnes ſcandalizabimini in me in nocte iſta: quia ſcriptum eſt. Percutiam paſtorem, ⁊ diſpergentur oues. Sed poſtquam reſurrexero, pręcedam vos in Galileam. C. Petrus auteꝫ ait illi. S. Et ſi omnes ſcandalizati fuerint, ſed nō ego. C. Et ait illi Jeſus. ✝ Amen dico tibi: quia tu hodie in nocte hac priuſquā gallus bis vocem dederit, ter me es negaturus. C. At ille amplius loquebatur. S. Et ſi oportuerit me ſimul commori tibi, non te negabo. C. Similiter auteꝫ ⁊ omnes dicebant. Et veniunt in prędium, cui nomen Gethſemani: ⁊ ait diſcipulis ſuis. ✝ Sedete hic, donec oreꝫ. C. Et aſſumit Petrum, ⁊ Jacobum, ⁊ Joannem ſecum: ⁊ cępit pauere, ⁊ tędere. Et ait illis. ✝ Triſtis eſt anima mea vſque ad morteꝫ. Suſtinete hic, ⁊ vigilate. C. Et cuꝫ proceſſiſſet paululum, procidit ſuper terraꝫ: ⁊ orabat, vt ſi fieri poſſet, tranſiret ab eo hora: ⁊ dixit. ✝ Abba, pater, omnia tibi poſſibilia ſunt: tranſfer calicem hunc a me. Sed nō quod ego volo: ſed quod tu. C. Et venit, ⁊ inuenit eos dormientes. Et ait Petro. ✝ Simon dormis? Non potuiſti vna hora vigilare mecum? Uigilate, ⁊ orate, vt non intretis in tentationem. Spiritus quideꝫ promptus eſt, caro autem infirma. C. Et iterum abiens orauit, eundeꝫ ſermonem dicens. Et reuerſus, denuo inuenit eos dormientes (erant enim oculi eoruꝫ grauati) ⁊ ignorabant quid reſponderent ei. Et venit tertio: ⁊ ait illis. ✝ Dormite iam, ⁊ requieſcite. Sufficit. Uenit hora. Ecce tradetur filius hominis in manus peccatorum. Surgite, eamus: ecce, qui me tradet, prope eſt. C. Et adhuc eo loquēte venit Judas Iſcariotes vnus de duodecim, ⁊ cum illo turba multa cum gladijs ⁊ lignis,

gnis, miſſi a ſummis ſacerdotibus ⁊ ſcribis ⁊ ſenioribus. Dederat autem traditor eis ſignū, dicens. S Quemcunque oſculatus fuero, ipſe eſt: tenete eum, ⁊ ducite caute. C Et cum veniſſet, ſtatī accedens ad eum, ait. S Rabbi. C Et oſculatus eſt eum. At illi manus iniecerunt in Jeſum, ⁊ tenuerunt eum. Unus autē de circunſtantibus educens gladium, percuſſit ſeruum ſummi ſacerdotis: ⁊ amputauit illi auriculam. Et reſpondens Jeſus, ait illis. ✝ Tanquam ad latronē exiſtis cū gladijs ⁊ lignis cōprehendere me? Quotidie apud vos eram in tēplo docens, ⁊ non me tenuiſtis. Sed vt impleantur ſcripturę. C Tunc diſcipuli eius relinquentes eum, omnes fugerunt. Adoleſcens autem quidā ſequebatur eū amictus ſindone ſuper nudo: ⁊ tenuerunt eū. At ille reiecta ſindone, nudus profugit ab eis. Et adduxerunt Jeſum ad ſummum ſacerdotem: ⁊ conuenerunt omnes ſacerdotes, ⁊ ſcribę, ⁊ ſeniores. Petrus autem a longe ſecutus eſt eum vſq; intro in atrium ſummi ſacerdotis: ⁊ ſedebat cū miniſtris, ⁊ calefaciebat ſe ad ignem. Summi vero ſacerdotes ⁊ omne concilium, quęrebant aduerſus Jeſū teſtimoniū vt eum morti traderent: nec inueniebāt. Multi enim teſtimoniū falſum dicebant aduerſus eum: ⁊ cōuenientia teſtimonia nō erant. Et quidam ſurgentes, falſum teſtimonium ferebant aduerſus eū, dicentes. S Quoniam nos audiuimus eum dicentem. Ego diſſoluam templū hoc manufactū: ⁊ poſt triduum, aliud non manufactum ędificabo. C Et nō erat conueniens teſtimonium illorū. Exurgens autem ſummus ſacerdos in medium, interrogauit Jeſum, dicens. S Non reſpondes quicquā ad ea, quę tibi obijciuntur ab his? C Jlle autem tacebat, ⁊ nihil reſpondit. Rurſum ſummus ſacerdos interrogabat eum: ⁊ dixit ei. S Tu es Chriſtus filius dei benedicti? C Jeſus autem dixit illi. ✝ Ego ſum. Et videbitis filium hominis ſedentem a dextris virtutis dei, ⁊ venientem cum nubibus celi. C Summus autem ſacerdos ſcindēs veſtimenta ſua, ait. S Quid adhuc deſideramus teſtes? Audiſtis blaſphemiam. Quid vobis videtur? C Qui omnes cōdemnauerunt eum eſſe reum mortis. Et cęperunt quidam conſpuere eum, ⁊ velare faciem eius, ⁊ colaphis eum cędere, ⁊ dicere ei. S Propheti̅za. C Et miniſtri alapis eum cędebant. Et cum eſſet Petrus in atrio deorſum, venit vna ex ancillis ſummi ſacerdotis: ⁊ cum vidiſſet Petrū calefaciē-

tem ſe, aſpiciens illum, ait. S
Et tu cum Jeſu Nazareno eras.
C At ille negauit, dicẽs. S Ne/
que ſcio, neque noui quid dicas.
C Et exijt foras ante atrium: ⁊
gallus cantauit. Rurſus autem
cum vidiſſet illum ancilla, cępit
dicere circunſtantibus: quia hic
ex illis eſt. At ille iterum nega/
uit. Et poſt puſillum rurſus qui
aſtabant, dicebant Petro. S
Vere ex illis es: nam ⁊ Galileus
es. C Ille autem cępit anathe/
matizare ⁊ iurare: quia neſcio ho
minem iſtum quem dicitis. Et
ſtatim iterum gallus cantauit.
Et recordatus eſt Petrus ver/
bi, quod dixerat ei Jeſus: priuſ/
quam gallus cantet bis, ter me
negabis. Et cępit flere. Et con
feſtim, mane cõſilium facientes
ſummi ſacerdotes cũ ſenioribus
⁊ ſcribis ⁊ vniuerſo concilio, vin/
cientes Jeſum, duxerunt ⁊ tradi/
derunt Pilato. Et interrogauit
eum Pilatus. S Tu es Rex
Judęorũ? C At ille reſpõdens,
ait illi. + Tu dicis. C Et accu/
ſabant eum ſummi ſacerdotes in
multis. Pilatus autem rurſum
interrogauit eum, dicens. S
Non reſpondes quicquam? Vi
de in quantis te accuſant. C Je
ſus autem amplius nihil reſpon/
dit: ita vt miraretur Pilatus.
Per diem autem feſtum ſolebat
illis dimittere vnum ex vinctis,
quemcunqʒ petijſſent. Erat au/
tem qui dicebatur Barabbas,
qui cum ſeditioſis erat vinctus,
qui in ſeditione fecerat homici/
dium. Et cum aſcendiſſet turba,
cępit rogare, ſicut ſemper facie/
bat illis. Pilatus autẽ reſpõdit
eis, ⁊ dixit. S Vultis dimittam
vobis regem Judęorũ? C Scie
bat enim, quod per inuidiam tra/
didiſſent eum ſummi ſacerdotes.
Pontifices autem cõcitauerunt
turbam, vt magis Barabbam di
mitteret eis. Pilatus autem ite/
rũ reſpõdens, ait illis. S Quid
ergo vultis faciam regi Judęo/
rum? C At illi iterum clamaue/
runt. S Crucifige eum. C Pi
latus vero dicebat eis. S Quid
enim mali fecit? C At illi magis
clamabant. S Crucifige eum.
C Pilatus autem volens popu
lo ſatiſfacere, dimiſit illis Barab
bam: ⁊ tradidit Jeſum flagellis
cęſum vt crucifigeretur. Milites
autẽ duxerũt euʒ intro in atrium
prętorij, ⁊ conuocant totam co/
hortem: ⁊ induunt eum purpura,
⁊ imponunt ei plectentes ſpine/
am coronam. Et cęperunt ſalu
tare eum: Aue Rex Judęorum.
Et percutiebant caput eius arũ/
dine: ⁊ conſpuebant eum, ⁊ po/
nentes genua adorabant eũ. Et
poſtquam illuſerunt ei, exuerunt
illum purpura, ⁊ induerunt eum
veſtimentis ſuis: ⁊ educunt illuʒ

vt

vt crucifigerent eum. Et anga/
riauerunt prętereuntem quem/
piam, Simonem Cyreneuꝫ ve
nientem de villa, patrem Alexan
dri ⁊ Rufi, vt tolleręt crucē eius.
Et perducunt euꝫ in Golgotha
locum: quod eſt interpretatum,
Caluarię locus. Et dabant ei bi
bere myrrhatum vinum: ⁊ non
accepit. Et crucifigentes eum,
diuiſerunt veſtimenta eius: mit/
tentes ſorteꝫ ſuper eis, quis quid
tolleret. Erat autem hora ter/
tia: ⁊ crucifixerunt eum. Et erat
titulus cauſę eius inſcriptus, Rex
Iudęorum. Et cum eo crucifixe
runt duos latrones: vnum a dex/
tris, ⁊ alium a ſiniſtris. Et imple/
ta eſt ſcriptura, quę dicit: Et cuꝫ
iniquis reputatus eſt. Et pręte/
reuntes blaſphemabāt eum, mo/
uentes capita ſua, ⁊ dicentes. S
Vah, qui deſtruis templum dei,
⁊ in tribus diebus reędificas: ſal/
uum fac temetipſum deſcenderis
de cruce. C Similiter ⁊ ſummi
ſacerdotes illudentes, ad alteru/
trum cum ſcribis dicebant. S
Alios ſaluos fecit, ſeipſum non
poteſt ſaluum facere. Chriſtus
Rex Iſrael deſcendat nunc de
Cruce: vt videamus, ⁊ creda/
mus. C Et qui cum eo crucifixi
erant, conuitiabantur ei. Et fa
cta hora ſexta, tenebrę factę ſunt
ſuper totam terram, vſque in ho
ram nonam. Et hora nona ex/
clamauit Ieſus voce magna, di/
cens. ✝ Eloi, Eloi: lāmaſaba
ctani? C Quod eſt interpreta/
tum. ✝ Deus meus, deus meus,
vt quid dereliquiſti me? C Et
quidam de circunſtātibus audiē/
tes dicebant. S Ecce, Eliam
vocat. C Currens autem vnus,
⁊ implens ſpongiam aceto, cir/
cumponenſque calamo, potum
dabat ei, dicens. S Sinite: vi/
deamus ſi veniat Elias ad depo
nendum eum. C Ieſus auteꝫ
emiſſa voce magna expirauit.
Hic pauſatur aliquantulū, ⁊ ge/
nuflectitur. Et veluꝫ templi ſciſ/
ſum eſt in duo, a ſummo vſqꝫ de/
orſum. Videns autem Centurio
qui ex aduerſo ſtabat, quia ſic cla
mans expiraſſet, ait. S Vere hic
homo filius dei erat. C Erant
autem ⁊ mulieres de longe aſpi/
cientes: inter quas erat Maria
Magdalene, ⁊ Maria Iacobi
minoris ⁊ Ioſeph mater, ⁊ Sa/
lome: ⁊ cum eſſet in Galilęa, ſe/
quebantur eum, ⁊ miniſtrabant
ei: ⁊ alię multę quę ſimul cum eo
aſcenderant Hieroſolymam.

Hic cantatur in tono euange/
lii: ⁊ alia ſunt vt ſupra.

ET cuꝫ iam ſero eſſet factū
(quia erat paraſceue, quod
eſt ante ſabbatuꝫ) venit Ioſeph
ab Arimathia nobilis decurio,
qui ⁊ ipſe erat expectans regnuꝫ
dei. Et audacter introiuit ad Pi

latum, ⁊ petijt corpus Jeſu. Pilatus autē mirabatur, ſi iam obijſſet. Et accerſito Centurione, interrogauit eum ſi iam mortuus eſſet. Et cū cognouiſſet a Centurione: donauit corpus Joſeph. Joſeph autem mercatus ſindonem, ⁊ deponens eū inuoluit ſindone, ⁊ poſuit eum in monumento quod exciſum erat de petra, ⁊ aduoluit lapidem ad oſtium monumenti. Offertorium.

ps. 139 Cuſtodi me domine de manu peccatoris: ⁊ ab hominibus iniquis eripe me. Secreta.

Sacrificia nos, queſumus domine, propenſius iſta reſtaurent, que medicinalibus ſunt inſtituta ieiunijs. Per dominū. vel Protege. vel Oblatis.

ps. 68. Communio. Aduerſum me exercebantur qui ſedebant in porta, ⁊ in me pſallebant qui bibebant vinum: ego vero orationem meam ad te domine: tēpus beneplaciti deus: in multitudine miſericordię tuę exaudi me. Poſtcom.

Sanctificationibus tuis, omnipotens deus, ⁊ vitia noſtra curētur, ⁊ remedia nobis ſempiterna proueniant. Per dnm. vel Queſumus. vel Hec nos q̄s. Super populum. Oremus. Humiliate capita veſtra deo.

Tua nos miſericordia deus, ⁊ ab omni ſurreptione vetuſtatis expurget, ⁊ capaces ſancte nouitatis efficiat. Per dnm.

¶ Feria quarta. Statio ad ſanctam Mariam maiorem.

Introitus.

In nomine Jeſu omne genu flectatur, celeſtium, terreſtrium, ⁊ infernorum: quia dominus factus eſt obediens vſque ad mortem, mortem autem crucis: ideo dominus Jeſus Chriſtus in gloria eſt dei patris. Pſalmus. phi lip. 2.

ps. 101 Domine exaudi orationem meam: ⁊ clamor meus ad te veniat. In nomine. poſt Kyrie eleiſon, dicitur, Oremus. Flectamus genua. R. Leuate. Oratio.

Preſta, queſumus omnipotens deus: vt, qui pro noſtris exceſſibus inceſſanter affligimur, per vnigeniti tui paſſionem liberemur. Qui tecum viuit.

Lectio Jſaie prophete.

Hec dicit dominus deus. Dicite filię Sion Ecce ſaluator tuus venit: ecce merces eius cum eo. Quis eſt iſte qui venit de Edon, tinctis veſtibus de Boſra? Jſte formoſus in ſtola ſua, gradiēs in multitudine fortitudinis ſuę. Ego qui loquor iuſtitiam: ⁊ propugnator ſum ad ſaluandū. Quare ergo rubrum eſt indumentum tuum, ⁊ veſtimenta tua ſicut calcantium in torculari? Torcular calcaui ſolus: ⁊ de gentibus ca. 62. et 63.

ribus non eſt vir mecum. Cal/
caui eos in furore meo: ⁊ concul
caui eos in ira mea. Et aſper/
ſus eſt ſanguis eorum ſuper veſti
menta mea: ⁊ omnia indumenta
mea inquinaui. Dies enim vltio/
nis in corde meo: annus retribu
tionis meę venit. Circunſpexi, ⁊
non erat auxiliator: quęſiui, ⁊ nō
fuit qui adiuuaret. Et ſaluauit
mihi brachium meum: ⁊ indigna
tio mea ipſa auxiliata eſt mihi.
Et conculcaui populos in furo/
re meo: ⁊ inebriaui eos in indigna
tione mea, ⁊ detraxi in terraȝ vir
tutem eorum. Miſerationuȝ do
mini recordabor: laudem dñi ſu/
per omnibus quę reddidit nobis
dominus deus noſter. Gradua.
Ps. 68. Ne auertas faciem tuaȝ a puero
tuo, quoniā tribulor: velociter ex/
audi me. ℣. Saluū me fac deus,
quoniā intrauerūt aquę vſque ad
animā meaȝ: infixus ſum in limo
profundi, ⁊ non eſt ſubſtantia.
Hic dicitur, Dominus vobiſcū.
Sine Flectamus genua. Oratio.
Deus, qui pro nobis filiuȝ
tuum Crucis patibuluȝ ſu
bire voluiſti, vt inimici a nobis
expelleres poteſtatem: concede
nobis famulis tuis: vt reſurre/
ctionis gratiam conſequamur.
Per eundem dominum noſtruȝ
Jeſum Chriſtum. vel Eccleſię
tuę. vel Deus omnium.

Lectio Jſaię prophetę.

In diebus illis. Dixit Jſa/ ca.
ias. Domine, quis credidit 53.
auditui noſtro? ⁊ brachium do/
mini cui reuelatum eſt? Et aſcen
det ſicut virgultum coram eo: ⁊
ſicut radix de terra ſitienti. Nō
eſt ſpecies ei, neque decor. Et vi
dimus eum, ⁊ non erat aſpectus,
⁊ deſiderauimus eum: deſpe/
ctum, ⁊ nouiſſimum virorum, vi/
rum dolorum ⁊ ſcientem infirmi/
tatem. Et quaſi abſconditus
vultus eius, ⁊ deſpectus: vnde
nec reputauimus eum. Uere
languores noſtros ipſe tulit: ⁊
dolores noſtros ipſe portauit.
Et nos putauimus eum quaſi le
proſum, ⁊ percuſſum a deo, ⁊ hu/
miliatum. Jpſe autem vulnera/
tus eſt propter iniquitates no/
ſtras: attritus eſt propter ſcelera
noſtra. Diſciplina pacis noſtrę ſu
per eū: ⁊ liuore eius ſanati ſumus.
Omnes nos quaſi oues errraui/
mus, vnuſquiſqȝ in viam ſuam
declinauit ⁊ poſuit dominus in
eo iniquitatem omnium no/
ſtrum. Oblatus eſt, quia ipſe
voluit: ⁊ non aperuit os ſuum.
Sicut ouis ad occiſionem du/
cetur: ⁊ quaſi agnus coram ton/
dente ſe, obmuteſcet: ⁊ non ape
riet os ſuum. De anguſtia ⁊ de
iudicio ſublatus eſt. Genera/
tionem eius quis enarrabit?
Quia abſciſſus eſt de terra viuen
tium.

tiuz. Propter ſcelus populi mei
percuſſi eum. Et dabit impios
pro ſepultura, ⁊ diuites pro mor/
te ſua: eo quod iniquitatem non
fecerit, nec dolus inuentus fuerit
in ore eius. Et dominus voluit
conterere eum in infirmitate. Si
poſuerit pro peccato animā ſuā,
videbit ſemen longęuum, ⁊ vo/
luntas domini in manu eius diri
getur. Pro eo quod laborauit
anima eius, videbit ⁊ ſaturabi/
tur. In ſcientia ſua iuſtificabit ip/
ſe iuſtus ſeruus meus multos, ⁊
iniquitates eorum ipſe portabit.
Ideo diſpertiam ei plurimos, ⁊
fortiū diuidet ſpolia, ꝑ eo quod
tradidit in mortem animam ſuaz,
⁊ cum ſceleratis reputatus eſt.
Et ipſe peccata multorum tulit:
⁊ pro tranſgreſſoribus rogauit.
Ps. Tractus. Domine exaudi ora/
101 tionem meam, ⁊ clamor meus ad
te veniat. ℣. Ne auertas faciem
tuam a me: in quacunque die tri/
bulor, inclina ad me aurem tuam
℣. In quacūqz die inuocauero
te, velociter exaudi me. ℣. Quia
defecerunt ſicut fumus dies mei:
⁊ oſſa mea ſicut in frixorio confri
xa ſunt. ℣. Percuſſus ſum ſicut
fenum, ⁊ aruit cor meum, quia
oblitus ſum manducare panem
meum. ℣. Tu exurgens domi/
ne miſereberis Sion: quia venit
tempus miſerendi eius.

Paſſio domini noſtri Ieſu Chriſti ſecundum Lucam.



In illo tem/ ca.
pore. At 22.
propinquabat dies
feſtus azymorum,
qui dicit paſcha:
⁊ quęrebant prin/
cipes ſacerdotum
⁊ ſcribę, quomodo
Ieſum interficerent: timebāt ve
ro plebem. Intrauit autem ſata/
nas in Iudaz q cognominabatur
Iſcariotes, vnum de duodecim:
⁊ abijt, ⁊ locutus eſt cum princi/
pibus ſacerdotū ⁊ magiſtratibus,
quemadmodum illum traderet
eis. Et gauiſi ſunt: ⁊ pacti ſunt
pecuniam illi dare. Et ſpopon/
dit. Et quęrebat opportunita/
tem, vt traderet illuz ſine turbis.
Uenit autem dies azymorum, in
qua neceſſe erat occidi paſcha.
Et miſit Petrum ⁊ Ioannem,
dicēs: ✠ Euntes parate nobis
paſcha, vt manducemus. C. At
illi dixerunt. S. Ubi vis pare/
mus? C. Et dixit ad eos. ✠ Ec
ce, introeuntibus vobis in ciuita/
tem, occurret vobis homo am/
phoram aquę portans: ſequimi/
ni eum in domum in quaz intrat,
⁊ dicetis patrifamilias domus,
Dicit tibi magiſter: Ubi eſt di/
uerſorium, vbi paſcha cum diſci/
pulis meis manducem? Et ipſe
vobis oſtendet cęnaculum ma/
gnum

gnum ſtratum: ⁊ ibi parate. C. Euntes autem inuenerunt ſicut dixit illis Jeſus: ⁊ parauerunt paſcha. Et cum facta eſſet hora, diſcubuit, ⁊ duodecim apoſtoli cū eo, ⁊ ait illis. ✝ Deſiderio deſideraui hoc paſcha mãducare vobiſcum, antequam patiar. Dico enim vobis: quia ex hoc non manducabo illud, donec impleatur in regno dei. C. Et accepto calice, gratias egit, ⁊ dixit. ✝ Accipite, ⁊ diuidite inter vos. Dico enim vobis: quod non bibam de generatione vitis, donec regnum dei veniat. C. Et accepto pane, gratias egit, ⁊ fregit: ⁊ dedit eis, dicens. ✝ Hoc eſt corpus meum, quod pro vobis datur. Hoc facite in meam commemorationem. C. Similiter ⁊ calicem, poſtquam cęnauit, dicens. ✝ Hic calix nouum teſtamentū eſt in ſanguine meo, qui pro vobis effundetur. Ueruntamen ecce manus tradentis me, mecum eſt in menſa. Et quidem filius hominis, ſecundum quod diffinitum eſt, vadit: veruntamen vę homini illi per quem tradetur. C. Et ipſi cęperūt quęrere inter ſe, quis eſſet ex eis qui hoc facturus eſſet. Facta eſt autem ⁊ contentio inter eos, quis eorum videretur eſſe maior. Dixit autem eis. ✝ Reges gentiū dominantur eorum: ⁊ qui poteſtatem habent ſuper eos, benefici vocantur. Uos autem non ſic: ſed qui maior eſt in vobis, fiat ſicut minor: ⁊ qui precеſſor eſt, ſicut miniſtrator. Nam quis maior eſt, qui recumbit, an qui miniſtrat? Nōne qui recumbit? Ego autem in medio veſtrum ſum, ſicut qui miniſtrat: vos autē eſtis qui permanſiſtis mecū in tentationibus meis. Et ego diſpono vobis ſicut diſpoſuit mihi pater meus regnum: vt edatis ⁊ bibatis ſuper menſam meam in regno meo: ⁊ ſedeatis ſuper thronos iudicantes duodecim tribus Jſrael. C. Ait autem dominus Simoni. ✝ Simon, ecce ſatanas expetiuit vos, vt cribraret ſicut triticum. Ego autem rogaui pro te, vt nō deficiat fides tua: ⁊ tu aliquando conuerſus, cōfirma fratres tuos. C. Qui dixit ei. S. Domine, tecum paratus ſum ⁊ in carcerē ⁊ in mortem ire. C. At ille dixit. ✝ Dico tibi Petre, non cantabit hodie gallus, donec ter abneges noſſe me. C. Et dixit eis. ✝ Quando miſi vos ſine ſacculo ⁊ pera, ⁊ calciamentis: nunquid aliquid defuit vobis? C. At illi dixerunt. S. Nihil. C. Dixit ergo eis. ✝ Sed nunc qui habet ſacculum, tollat: ſimiliter ⁊ peram. Et qui non habet, vendat tunicam ſuam, ⁊ emat gladiū. Dico enim vobis, quoniam adhuc hoc

quod ſcriptuȝ eſt, oportet impleri in me, Et cum iniquis deputatus eſt. Etenim ea que ſunt de me, finem habent. C. At illi dixerunt. S. Domine, ecce gladij duo hic. C. At ille dixit eis. ✝ Satis eſt. C. Et egreſſus ibat ſecundum conſuetudinē in montem oliuarum. Secuti ſunt autē illum ⁊ diſcipuli. Et cum perueniſſet ad locū, dixit illis. ✝ Orate, ne intretis in tentationem. C. Et ipſe auulſus eſt ab eis quantum iactus eſt lapidis: ⁊ poſitis genibus orabat, dicens. ✝ Pater, ſi vis, transfer calicem iſtuȝ a me. Ueruntamen non mea voluntas, ſed tua fiat. C. Apparuit autem illi angelus de celo, confortans eum. Et factus in agonia prolixius orabat. Et factus eſt ſudor eius, ſicut gutte ſanguinis decurrentis in terram.

Et cum ſurrexiſſet ab oratione, ⁊ veniſſet ad diſcipulos ſuos, inuenit eos dormientes pre triſticia: ⁊ ait illis. ✝ Quid dormitis? Surgite, orate, ne intretis in tentationem. C. Adhuc eo loquēte, ecce turba: ⁊ qui vocabatur Judas, vnus de duodecim, antecedebat eos: ⁊ appropinquauit Jeſu, vt oſcularetur eum. Jeſus autē dixit illi. ✝ Juda, oſculo filium hominis tradis? C. Uidentes autem hi qui circa ipſum erant, quod futurum erat, dixerunt ei. S. Domine, ſi percutimus in gladio? C. Et percuſſit vnus ex eis ſeruum principis ſacerdotū: ⁊ amputauit auriculam eius dexteram. Reſpondens autē Jeſus, ait. ✝ Sinite vſq; huc. C. Et cū tetigiſſet auriculā eius, ſanauit eum. Dixit autem Jeſus ad eos qui venerant ad ſe, principes ſacerdotū ⁊ magiſtratus templi, ⁊ ſeniores. ✝ Quaſi ad latronem exiſtis cū gladijs ⁊ fuſtibus? Cum quotidie vobiſcum fuerim in templo, nō extendiſtis manus in me. Sed hec eſt hora veſtra, ⁊ poteſtas tenebrarum. C. Comprehendentes autem eum, duxerunt ad domum principis ſacerdotuȝ. Petrus vero ſequebatur euȝ a longe. Accenſo autem igne in medio atrij, ⁊ circunſedētibus illis, erat Petrus in medio eoꝝ. Quem cum vidiſſet ancilla quedam ſedentem ad lumen, ⁊ eum fuiſſet intuita, dixit. S. Et hic cū illo erat. C. At ille negauit eum, dicens. S. Mulier, non noui illum. C. Et poſt puſillum alius videns eum, dixit. S. Et tu de illis es. C. Petrus vero ait. S. O homo nō ſuȝ. C. Et interuallo facto, quaſi hore vnius: alius quidam affirmabat, dicens. S. Uere ⁊ hic cum illo erat. Nam ⁊ Galileus eſt. C. Et ait Petrus. S. Homo, neſcio quid dicis. C. Et continuo, adhuc illo loquente, can-

te, cantauit gallus. Et conuerſus
dominus reſpexit Petrum. Et
recordatus eſt Petrus verbi do
mini, ſicut dixerat: quia priuſquã
gallus cantet, ter me negabis. Et
egreſſus foras Petrus, fleuit ama
re. Et viri qui tenebant Jeſum,
illudebant ei, cedentes. Et vela
uerunt eum: ꝛ percutiebant fa
ciem eius: ꝛ interrogabant eum,
dicentes. S Prophetiza, quis
eſt qui te percuſſit? C Et alia
multa blaſphemãtes dicebant in
eũ. Et vt factus eſt dies, conuene
rũt ſeniores plebis ꝛ principes ſa
cerdotũ ꝛ ſcribe, ꝛ duxerũt illum
in concilium ſuum, dicentes. S
Si tu es Chriſtus, dic nobis? C
Et ait illis. ✝ Si vobis dixero,
non credetis mihi: ſi autem ꝛ in
terrogauero, non reſpondebitis
mihi, neque dimittetis. Ex hoc
autem erit filius hominis ſedens
a dextris virtutis dei. C Dixe
runt autem omnes. S Tu ergo
es filius dei? C Qui ait. ✝ Uos
dicitis, quia ego ſum. C At illi
dixerunt. S Quid adhuc deſide
ramus teſtimonium? Ipſi enim
audiuimus de ore eius. C Et
ſurgens omnis multitudo eoruꝫ,
duxerunt illum ad Pilatum. Ce
perunt autem accuſare illum, di
centes. S Hũc inuenimus ſub
uertentem gentem noſtram: ꝛ
prohibentem tributa dari Ceſa
ri: ꝛ dicentem ſe Chriſtum regẽ
eſſe. C Pilatus autem interro
gauit eum, dicens. S Tu es rex
Judeorum? C At ille reſpon
dens ait. ✝ Tu dicis. C Ait au
tem Pilatus ad principes ſacer
dotum ꝛ turbas. S Nihil inue
nio cauſe in hoc homine. C At
illi inualeſcebant, dicentes. S
Cõmouit populum, docens per
vniuerſam Judeam, incipiens a
Galilea vſque huc. C Pilatus
autem audiens Galileam, inter
rogauit ſi homo Galileus eſſet.
Et vt cognouit, quod de Hero
dis poteſtate eſſet, remiſit euꝫ ad
Herodeꝫ, qui ꝛ ipſe Hieroſoly
mis erat illis diebus. Herodes
autem viſo Jeſu gauiſus eſt val
de. Erat enim cupiens ex multo
tempore videre illum, eo quod
audierat multa de illo: ꝛ ſpera
bat ſignuꝫ aliquod videre ab eo
fieri. Interrogabat autem illuꝫ
multis ſermonibus. At ipſe nihil
illi reſpondebat. Stabant auteꝫ
principes ſacerdotũ ꝛ ſcribe cõ
ſtanter accuſantes eum. Spreuit
autem illum Herodes cuꝫ exer
citu ſuo: ꝛ illuſit indutuꝫ veſte al
ba, ꝛ remiſit ad Pilatuꝫ. Et fa
cti ſunt amici Herodes ꝛ Pila
tus in ipſa die: nam antea inimici
erant adinuicem. Pilatus auteꝫ
conuocatis principibus ſacerdo
tum, ꝛ magiſtratibus, ꝛ plebe, di
xit ad illos. S Obtuliſtis mihi
hunc hominem, quaſi auertẽtem
populum:

populum: ⁊ ecce ego coram vobis interrogans, nullam cauſam inuenio in homine iſto ex his in quibus eũ accuſatis. Sed neq̃ Herodes. Nam remiſi vos ad illum: ⁊ ecce, nihil dignum morte actum eſt ei. Emendatum ergo illum dimittam. C. Neceſſe autem habebat dimittere eis per diem feſtum, vnum. Exclamauit autem ſimul vniuerſa turba, dicens. S. Tolle hunc, ⁊ dimitte nobis Barabbam. C. Qui erat propter ſeditionem quandam factam in ciuitate ⁊ homicidium, miſſus in carcerem. Iterum autem Pilatus locutus eſt ad illos, volens dimittere Ieſum. At illi ſucclamabant, dicentes. S. Crucifige, Crucifige eum. C. Ille autẽ tertio dixit ad illos. S. Quid enim mali fecit iſte? Nullam cauſam mortis inuenio in eo. Corripiam ergo illum, ⁊ dimittam. C. At illi inſtabãt vocibus magnis poſtulantes vt crucifigeretur: ⁊ inualeſcebant voces eorum. Et Pilatus adiudicauit fieri petitionem eorum. Dimiſit autem illis eum qui propter homicidium ⁊ ſeditionem miſſus fuerat in carcerem, quem petebant: Ieſum vero tradidit voluntati eorum. Et cum ducerent eum, apprehẽderunt Simonem quendã Cyrenenſem venientem de villa: ⁊ impoſuerunt illi crucem portare poſt Ieſum. Sequebatur autẽ illum multa turba populi, ⁊ mulierum: quę plangebant ⁊ lamentabantur eum. Cõuerſus autem Ieſus ad illas, dixit. ✠ Filię Hieruſalẽ, nolite flere ſuper me: ſed ſuper vos ipſas flete, ⁊ ſuper filios veſtros. Quoniam ecce venient dies, in quibus dicẽt. Beatę ſteriles, ⁊ ventres qui non genuerunt, ⁊ vbera quę non lactauerunt. Tunc incipient dicere montibus, cadite ſuper nos: ⁊ collibus, operite nos. Quia ſi in viridi ligno hęc faciunt: in arido quid fiet? C. Ducebãtur autẽ ⁊ alij duo nequam cum eo, vt interficerentur. Et poſtquã venerunt in locum qui vocatur Caluarię, ibi crucifixerunt eum: ⁊ latrones, vnum a dextris, ⁊ alterũ a ſiniſtris. Ieſus autem dicebat. ✠ Pater, dimitte illis: non enĩ ſciunt quid faciunt. C. Diuidentes vero veſtimenta eius, miſerunt ſortes. Et ſtabat populus ſpectans: ⁊ deridebant eũ principes cum eis, dicẽtes. S. Alios ſaluos fecit: ſe ſaluũ faciat, ſi hic eſt Chriſtus, dei electus. C. Illudebant autem ei ⁊ milites accedentes: ⁊ acetũ offerentes illi, ⁊ dicẽtes. S. Si tu es rex Iudęorum, ſaluum te fac. C. Erat autem ⁊ ſuperſcriptio ſcripta ſuper eum literis gręcis ⁊ latinis, ⁊ hebraicis: Hic eſt rex Iudęorum.

Unus autem de his qui pendebant latronibus, blaſphemabat eum, dicens. S Si tu es Chriſtus, ſaluũ fac temetipſum, ⁊ nos. C Reſpondens autem alter, increpabat eum, dicens. S Neq̃ tu times deum, qui in eadẽ damnatione es? Et nos quidem iuſte, nam digna factis recipimus: hic vero nihil mali geſſit. C Et dicebat ad Jeſum. S Domine, memento mei, cum veneris in regnum tuum. C Et dixit illi Jeſus. ✠ Amẽ dico tibi: hodie mecuꝫ eris in paradiſo. C Erat autem fere hora ſexta: ⁊ tenebrę factę ſunt in vniuerſam terraꝫ, vſq̃ in horam nonam. Et obſcuratus eſt Sol: ⁊ velum templi ſciſſum eſt medium. Et clamans Jeſus voce magna, ait. ✠ Pater, in manus tuas commendo ſpiritum meũ. C Et hęc dicẽs, expirauit. Hic pauſatur aliquantuluꝫ, ⁊ genuflectitur. Uidens autem Centurio quod factum fuerat, glorificauit deum, dicens, S Uere hic homo iuſtus erat. C Et omnis turba eorum qui ſimul aderant ad ſpectaculum iſtud, ⁊ videbant quę fiebant: percutientes pectora ſua, reuertebantur. Stabant auteꝫ omnes noti eius a longe: ⁊ mulieres, quę ſecutę erant eum a Galilęa, hęc videntes.

Hic legitur in tono euãgelij. ⁊ alia ſunt vt ſupra.

Et ecce, vir nomine Joſeph qui erat decurio: vir bonus, ⁊ iuſtus: hic non conſenſerat conſilio ⁊ actibus eoruꝫ: ab Arimathia ciuitate Judęę: qui expectabat ⁊ ipſe regnum dei. Hic acceſſit ad Pilatuꝫ, ⁊ petijt corpus Jeſu. Et depoſitum inuoluit ſindone: ⁊ poſuit eum in monumento exciſo, in quo nondum quiſquam poſitus fuerat.

Offertorium. Domine exaudi orationem meam, ⁊ clamor meus ad te perueniat: ne auertas faciem tuam a me. Pſ. 101

Secreta.

Suſcipe quęſumus domine munus oblatum, ⁊ dignanter operare: vt quod paſſionis filij tui domini noſtri myſterio gerimus, pijs affectibus conſequamur. Per dominum. Protege. vel Oblatis.

Communio. Potum meum cum fletu temperabam: quia eleuans alliſiſti me, ⁊ ego ſicut fęnum arui: tu autẽ domine in ęternum permanes: tu exurgẽs miſereberis Sion, quia venit tempus miſerendi eius. Pſ. 101

Poſtcom.

Largire ſenſibus noſtris omnipotens deus: vt, per temporalem filij tui mortem, quam myſteria veneranda teſtantur, vitam te nobis dediſſe perpetuam confidamus. Per eundem. vel Quęſumus.

Q ueſumus. vel R ec nos q̃s. Super populum. O remus.
Humiliate capita veſtra deo.
R Eſpice, queſumus dñe, ſuper hanc familiam tuam, pro qua dominus noſter Jeſus Chriſtus nõ dubitauit manibus tradi nocentum, ⁊ Crucis ſubire tormentum. Qui tecum viuit.

¶ Feria quinta in cena Dñi. Statio ad ſanctum Joannem in Laterano. Introitus.



Ga. 6. N Os autẽ gloriari oportet in Cruce domini noſtri Jeſu Chriſti, in quo eſt ſalus vita ⁊ reſurrectio noſtra: per quem ſaluati, ⁊ liberati ſumus. Pſal.
Ps. 66. D eus miſereatur noſtri, ⁊ benedicat nobis: illuminet vultũ ſuuz ſuper nos, ⁊ miſereatur noſtri.
N os autem. Dicitur, G loria in excelſis. Et tunc pulſantur campane, ⁊ deinde non amplius vſqz ad ſabbatum ſanctum. Oratio.

D Eus, a quo ⁊ Judas reatus ſui penam, ⁊ confeſſionis ſue latro premium ſumpſit: cõcede nobis tue propitiationis effectuz: vt ſicut in paſſione ſua Jeſus Chriſtus dominus noſter diuerſa vtriſque intulit ſtipendia meritorum: ita nobis, ablato vetuſtatis errore, reſurrectionis ſue gratiam largiatur. Qui tecum.

Et hec oratio tantum dicitur. Lectio epiſtole beati Pauli apoſtoli ad Corinthios.

F Ratres. Conuenientibus vobis in vnum, iam nõ eſt dominicam cenam manducare. 1. Cor. 11.
Vnuſquiſque enim cenam ſuam preſumit ad manducandum. Et alius quidem eſurit: alius autem ebrius eſt. Nunquid domos nõ habetis ad manducandum ⁊ bibendum? Aut eccleſiam dei cõtemnitis: ⁊ confunditis eos qui nõ habent? Quid dicam vobis? Laudo vos. In hoc non laudo. Ego enim accepi a dño, quod ⁊ tradidi vobis: quoniam dominus Jeſus in qua nocte tradebatur, accepit panẽ: ⁊ gratias agẽs fregit, ⁊ dixit. Accipite, ⁊ manducate: hoc eſt corpus meum quod pro vobis tradetur. Hoc facite in meam cõmemorationem. Similiter ⁊ calicem, poſtquam cenauit, dicens. Hic calix, nouum teſtamentum eſt in meo ſanguine. Hoc facite, quotieſcunque bibitis, in meam commemorationem. Quotieſcunqz enim manducabitis panem hunc, ⁊ calicem bibetis: mortem domini annuntiabitis, donec veniat. Itaque quicunque mãducauerit panem, ⁊ biberit calicem domini indigne: reus erit corporis ⁊ ſanguinis domini. Probet autem ſeipſum homo: ⁊ ſic, de pane illo edat, ⁊ de calice

bibat.

bibat. Qui enim manducat ⁊ bi/
bit indigne: iudiciũ ſibi mandu/
cat ⁊ bibit, non diiudicãs corpus
domini. Ideo inter vos multi in/
firmi ⁊ imbecilles: ⁊ dormiũt mul
ti. Quod ſi noſmetipſos diiudica
remus: non vtique iudicaremur.
Dum iudicamur autem: a domi
no corripimur, vt non cum hoc
phi mũdo dãnemur. Graduale. Chri
lip. ſtus factus eſt pro nobis obedi/
2. ens vſq; ad mortem, mortem au
tem crucis. ℣. Propter quod ⁊
deus exaltauit illũ: ⁊ dedit illi no
mẽ, quod eſt ſuper omne nomen.

Sequentia ſancti euangelij
ſecundum Joannem.



Io. Ante diem
13. feſtum pa/
ſche, ſciens Jeſus
quia venit hora
eius vt tranſeat ex
hoc mundo ad pa
trem: cum dilexiſ/
ſet ſuos qui erãt in mũdo, in finẽ
dilexit eos. Et cena facta, cum
diabolus iam miſiſſet in cor, vt
traderet eum Judas Simonis
Iſcariotes: ſciens quia omnia de
dit ei pater in manus, ⁊ quia a deo
exiuit, ⁊ ad deum vadit: ſurgit a
cena, ⁊ ponit veſtimenta ſua. Et
cum accepiſſet linteum, precinxit
ſe. Deinde miſit aquam in pel/
uim, ⁊ cepit lauare pedes diſcipu
lorum, ⁊ extergere linteo quo
erat precinctus. Uenit ergo ad

Simonem Petrum. Et dicit
ei Petrus. Dñe, tu mihi lauas
pedes? Reſpõdit Jeſus, ⁊ dixit
ei. Quod ego facio, tu neſcis mo/
do: ſcies autem poſtea. Dicit ei
Petrus. Non lauabis mihi pe/
des in eternum. Reſpondit ei Je
ſus. Si non lauero te, non habe/
bis partem mecum. Dicit ei Si
mon Petrus. Domine, non tan/
tum pedes meos, ſed ⁊ manus ⁊
caput. Dicit ei Jeſus. Qui lotus
eſt nõ indiget niſi vt pedes lauet,
ſed eſt mundus totus. Et vos
mundi eſtis: ſed nõ omnes. Scie
bat enim quiſnã eſſet qui trade/
ret eum: propterea dixit, nõ eſtis
mundi omnes. Poſtquam ergo
lauit pedes eorum, accepit veſti/
menta ſua. Et cum recubuiſſet
iterum, dixit eis. Scitis quid fe/
cerim vobis? Uos vocatis me
magiſter ⁊ domine: ⁊ bene dici/
tis. Sum etenim. Si ergo ego la
ui pedes veſtros, dñs ⁊ magiſter:
⁊ vos debetis alter alterius laua
re pedes. Exemplum enim dedi
vobis, vt quemadmodum ego
feci vobis, ita ⁊ vos faciatis.
Et dicitur. Credo. Offertorium. ps.
Dextera domini fecit virtutẽ: 117.
dextera domini exaltauit me: dex
tera domini fecit virtutem, non
moriar, ſed viuam: ⁊ narrabo
opera domini. Secreta.
Ipſe tibi, queſumus, domi/
ne ſancte, pater omnipotẽs,

eterne deus, ſacrificium noſtrum reddat acceptum, qui diſcipulis ſuis in ſui cõmemorationem hoc fieri hodierna traditione mõſtrauit, Jeſus Chriſtus filius tuus, dominus noſter. Qui tecum.

Pfatio de Cruce. Infra actio.

Communicantes, ⁊ diez ſacratiſſimum celebrantes, quo dñs noſter Jeſus Chriſtus pro nobis eſt traditus. Sed ⁊ memoriam venerantes, in primis glorioſe ſemperqz virginis Marie, genitricis dei, ⁊ domini noſtri Jeſu Chriſti Sed ⁊ beatorum apoſtolorum ac martyrum tuoruz Petri ⁊ Pauli, Andree, Jacobi, Joannis, Thome, Jacobi, Philippi, Bartholomei, Matthei, Simonis, ⁊ Thadei: Lini, Cleti, Clementis, Sixti, Cornelij, Cypriani, Laurentij, Chryſogoni, Joannis ⁊ Pauli, Coſme ⁊ Damiani, ⁊ omnium ſanctoruz tuorum: quorum meritis, precibuſque concedas: vt in omnibus protectionis tue muniamur auxilio. Per eundem Chriſtum dominum noſtrum. Amen.

Alia Infra actionem.

Hanc igitur oblationez ſeruitutis noſtre, ſed ⁊ cuncte familie tue, quam tibi offerimus, ob diem, in qua dominus noſter Jeſus Chriſtus tradidit diſcipulis ſuis corporis ⁊ ſanguinis ſui myſteria celebranda: queſumus domine, vt placatus accipias: dieſque noſtros in tua pace diſponas: atque ab eterna damnatione nos eripi: ⁊ in electorum tuorum iubeas grege numerari. Per eundem Chriſtum dominum noſtrum. Amen.

Quam oblationem tu deus in omnibus, queſumus: Benedictam ✠ Aſcriptam ✠ Rataz ✠ Rationabilez, acceptabilemqz facere digneris: vt nobis Corpus ✠ ⁊ Sãguis ✠ fiat dilectiſſimi filij tui dñi noſtri Jeſu Chriſti.

Alia Infra actionem.

Qui pridie, quã pro noſtra omniumqz ſalute pateretur, hoc eſt, hodie: accepit panez in ſanctas ac venerabiles manus ſuas: ⁊ eleuatis oculis in celum ad te. ⁊c. Agnus dei, dicitur. ſed Pax non datur.

¶ Hodie reſeruat Sacerdos in loco honeſto ⁊ conuenienti vnã hoſtiam conſecratam pro die ſequenti in quo non conficitur: vel etiam plures, ſi neceſſe fuerit pro infirmis: ſanguinem vero totum ſumit. Deinde fiat cõmunio: ⁊ poſtea completur miſſa ordinarie.

Dominus Jeſus poſtquam cenauit cum diſcipulis ſuis, lauit pedes eoruz, ⁊ ait illis: ſcitis quid fecerim vobis ego dominus ⁊ magiſter? exemplum dedi vobis, vt ⁊ vos ita faciatis. Io. 13.

Poſt

Postcõmunio.

Refecti vitalibus alimentis, quęſumus domine deus noſter: vt, quod tẽpore noſtrę mortalitatis cultu exequimur, tuę immortalitatis munere conſequamur. Per dominum noſtrum.

Diaconus. Ite miſſa eſt. Non datur benedictio, & dicitur Euangelium Sancti Ioannis. Finita miſſa, [illegible] paramenta, fit proceſſio more ſolito. Celebrans genuflectit ante altare, imponit incenſum in duobus thuribulis, & cum altero incenſat ter ſacramentum: deinde de manu diaconi accepto calice cum ſacramento, & cooperto extremitatibus veli, quo eius humeri teguntur, procedit medius inter diaconum a dextris & ſubdiaconum a ſiniſtris ſub baldachino, duobus acolythis ſacramentum continue incenſantibus vſq; ad locum preparatum, vbi pro craſtino ſeruandum eſt. Interea dum fit proceſſio cantatur hymnus. Pange lingua glorioſi corporis. Repoſito ſacramento, & rurſus incenſato, in choro dicantur veſperę: poſtea ſacerdos cum miniſtris denudet altaria dicendo antiphonam. Diuiſerunt ſibi veſtimenta mea: & ſuper veſtem meã miſerunt ſortẽ. Sequitur pſalmus. Deus deus meus reſpice in me.

Poſt denudationẽ altariũ, hora cõpetenti facto ſigno cum tabula, conueniunt clerici ad faciendum mandatum. [illegible] Superior induitur ſtola & pluuiali violaceo, & in loco ad id deputato, miniſtrante Diacono, & qui paratus eſt Subdiacono vt in Miſſa paramentis albis, aſſiſtentibus, imponit incenſum in thuribulo: Deinde Diaconus librum Euangeliorum ante pectus tenens, genuflexus ante Superiorẽ, petit benedictionem, qua accepta, aſſiſtentibus duobus Ceroferariis cum candelabris accenſis, & Subdiacono librum tenente, ſignat librum, & incenſat, & cantat, vt moris eſt, Euangelium, Ante diem feſtũ Paſchę, vt in Miſſa. Quo finito Subdiaconus portat librum oſculandum Superiori, & Diaconus eum incenſat. Poſtea Superior exuitur pluuiali, & per Diaconum & Subdiaconum precingitur linteo, & ſic precinctus, aſſiſtentibus ſibi Diacono & Subdiacono, accedit ad lotionem pedum: & per ordinem ſuppoſita, iis qui lauandi ſunt, Clericis peluim & aquam miniſtrantibus, Subdiacono ſingulorum pedem dextrum tenente, genuflexus ſingulis illorum pedem lauat, extergit, & oſculatur. Et interim pro illorum tempore cantantur vel omnia vel in parte pro diſpoſitione cantorum. Antiphona. Mandatum nouum

nouum do vobis: vt diligatis inuicem, ſicut dilexi vos, dicit dominus. Pſalmus. Beati immaculati in via, qui ambulant in lege domini. [illegible] Antiphona. Mandatū nouum. [illegible]

Poſtquam ſurrexit dominus a cena, miſit aquam in peluim, ⁊ cepit lauare pedes diſcipulorū ſuorum: hoc exemplum reliquit eis. Pſalmus. Magnus dominus, ⁊ laudabilis nimis in ciuitate Dei noſtri, in mōte ſancto eius. Ana. Dominus Jeſus poſtquā cenauit cū diſcipulis ſuis, lauit pedes eorum, ⁊ ait illis: ſcitis quid fecerim vobis ego dominus ⁊ magiſter? exemplum dedi vobis: vt ⁊ vos ita faciatis. Pſalmus. Benedixiſti domine terrā tuā, auertiſti captiuitatem Jacob. Ana. Domine tu mihi lauas pedes? reſpondit Jeſus, ⁊ dixit ei: ſi non lauero tibi pedes, nō habebis partē mecū. ℣. Uenit ergo ad Simonē Petrū, ⁊ dixit ei Petrus. Et repetitur antiphona. Domine, tu mihi lauas pedes? reſpondit Jeſus, ⁊ dixit ei: ſi non lauero tibi pedes, non habebis partem mecū. ℣. Quod ego facio tu neſcis modo: ſcies autem poſtea. Tertio repetatur ana. Domine tu mihi lauas pedes? reſpondit Jeſus, ⁊ dixit ei: ſi nō lauero tibi pedes, non habebis partem mecū. ℣. Si ego dominus ⁊ magiſter veſter laui vobis pedes: quāto magis debetis alter alterius lauare pedes? Pſalmus. Audite hec omnes gētes: auribus percipite qui habitatis orbē. Ana. In hoc cognoſcent omnes, quia mei eſtis diſcipuli: ſi dilectionem habueritis adinuicem. ℣. Dixit Jeſus diſcipulis ſuis. Antiphona. Maneant in vobis fides, ſpes, charitas, tria hec: maior autem horum eſt charitas. ℣. Nunc autem manent fides, ſpes, charitas, tria hec, maior horū eſt charitas. Antiphona. Benedicta ſit ſancta trinitas, atque indiuiſa vnitas: confitebimur ei, quia fecit nobiſcum miſericordiam ſuam. ℣. Benedicamus patrem, ⁊ filium, cum ſancto ſpiritu. Pſalmus. Quam dilecta tabernacula tua domine virtutum? concupiſcit ⁊ deficit anima mea in atria domini. Antiphona. Ubi charitas ⁊ amor, deus ibi eſt. ℣. Congregauit nos in vnum Chriſti amor. ℣. Exultemus, ⁊ in ipſo iucundemur. ℣. Timeamus, ⁊ amemus deum viuum. ℣. Et ex corde diligamus nos ſyncero. Et repetatur antiphona. Ubi charitas ⁊ amor, deus ibi eſt. ℣. Simul ergo cum in vnū congregamur.

gregamur. ℟. Ne nos mente di uidamur, caueamus. ℣. Ceſſent iurgia maligna, ceſſent lites. ℣. Et in medio noſtri ſit Chriſtus deus. Et repetitur antiphona. Ubi charitas ⁊ amor, deus ibi eſt. ℣. Simul quoq; cum beatis videamus. ℣. Glorianter vultu; tuũ Chriſte deus. ℣. Gaudium, quod eſt immenſum, atq; probu;. ℣. Secula per infinita ſeculorũ, Amen. Poſt lotionem, qui alios abluit pedibus capite detecto dicit. Pater noſter. ℣. Et ne nos. ℟. Sed libera. ℣. Tu mandaſti mandata tua dñe. ℟. Cuſtodiri nimis. ℣. Tu lauaſti pedes diſcipuloru; tuoru;. ℟. Opera manuum tuarũ ne deſpicias. ℣. Domine exaudi orationem meã. ℟. Et clamor meu; ad te veniat. ℣. Dominus vobiſcũ. ℟. Et cum ſpiritu tuo. Oremus. Oratio.

Adeſto domine, quęſumus, officio ſeruitutis noſtrę: ⁊ quia tu diſcipulis tuis pedes lauare dignatus es, ne deſpicias opera manuum tuarum, quę nobis retinenda mandaſti: vt ſicut hic nobis ⁊ a nobis exteriora abluuntur inquinamenta: ſic a te omnium noſtrum interiora lauentur peccata. Quod ipſe pręſtare digneris, qui viuis ⁊ regnas, deus, per omnia ſecula ſeculorum. ℟. Amen.

Feria vi. in Parasceue. Statio ad ſanctam Crucem in Hieruſalem.



R[illegible] nona, Sacerdos, ⁊ miniſtri induti veſtimentis nigri coloris, procedunt ſine luminibus, ⁊ incenſo: ante altare proſtrati aliquandiu orant. Interea Acolyti vnam tantum toballeam extendunt ſuper altare. Sacerdos cum miniſtris facta oratione aſcendit ad altare: deinde Lector procedit ad legendum, ⁊ hoc modo incipit prophetiam.

Haec dicit dominus. In tribulatione ſua mane cõſurgent ad me. Uenite, reuertamur ad dominum: quia ipſe cepit, ⁊ ſanabit nos: percutiet, ⁊ curabit nos. Uiuificabit nos poſt duos dies: ⁊ in die tertio ſuſcitabit nos, ⁊ viuemus in cõſpectu eius. Sciemus, ſequemurque, vt cognoſcamus dominum. Quaſi diluculu; pręparatus eſt egreſſus eius: ⁊ veniet quaſi imber nobis temporaneus ⁊ ſerotinus terrę. Quid faciam tibi Ephraim? Quid faciã tibi Iuda? Miſericordia veſtra quaſi nubes matutina: ⁊ quaſi ros mane pertrãſiẽs. Propter hoc dolaui in prophetis: occidi eos in verbis oris mei. Et iudi- Os. 6.

cia tua, quaſi lux, egredientur.
Quia miſericordiam volui, ⁊ nõ
ſacrificium: ⁊ ſcientiam dei, plus
quam holocauſta. Tractus.
ab. Domine, audiui auditum tuum,
3. ⁊ timui: conſideraui opera tua, ⁊
expaui. ℣. In medio duorũ ani-
malium innoteſces: dum appro-
pinquauerint anni, cognoſceris:
dum aduenerit tempus, oſtende-
ris. ℣. In eo, dum conturbata
fuerit anima mea: in ira, miſericor-
diȩ memor eris. ℣. Deus a Li-
bano veniet, ⁊ ſanctus de monte
vmbroſo, ⁊ condenſo. ℣. Ope-
ruit cȩlos maieſtas eius: ⁊ laudis
eius plena eſt terra. Finito tra-
ctu Sacerdos dicit. Oremus.
Diaconus. Flectamus genua. ⁊
Subdiaconus. Leuate.

DEus, a quo ⁊ Iudas rea-
tus ſui pȩnam, ⁊ confeſ-
ſionis ſuȩ latro premium ſum-
pſit: concede nobis tuȩ propitia-
tionis effectum: vt ſicut in paſ-
ſione ſua Jeſus Chriſtus domi-
nus noſter diuerſa vtriſque intu-
lit ſtipendia meritorum: ita no-
bis, ablato vetuſtatis errore, re-
ſurrectionis ſuȩ gratiam largia-
tur. Qui tecum viuit ⁊ regnat in
vnitate ſpiritus ſancti deus: per
omnia ſecula ſeculorũ. ℟. Amẽ.
Subdiaconus in tono Epiſto-
le ſimiliter ſine titulo cantat
ſequentem lectionem.
ex.
12. IN diebus illis. Dixit do-
minus ad Moyſen ⁊ Aaron
in terra Aegypti. Menſis iſte,
vobis principium menſium: pri-
mus erit in menſibus anni. Lo-
quimini ad vniuerſum cȩtum fi-
liorum Iſrael, ⁊ dicite ei. Deci-
ma die menſis huius tollat vnuſ-
quiſq; agnum per familias ⁊ do-
mos ſuas. Sin autem minor eſt
numerus, vt ſufficere poſſit ad
veſcendum agnum: aſſumet vici-
num ſuum, qui iunctus eſt domui
ſuȩ: iuxta numerum animarũ quȩ
ſufficere poſſunt ad eſum agni.
Erit autem agnus abſque ma-
cula, maſculus anniculus: iuxta
quem ritum tolletis ⁊ hȩdum.
Et ſeruabitis eum vſque ad
quartamdecimam diem menſis
huius. Immolabitq; eum vni-
uerſa multitudo filiorum Iſrael
ad veſperam. Et ſument de ſan-
guine eius: ac ponent ſuper
vtrunque poſtem, ⁊ in ſuperli-
minaribus domorum, in quibus
comedent illum. Et edent car-
nes nocte illa aſſas igni, ⁊ azymos
panes, cum lactucis agreſtibus.
Non comedetis ex eo crudum
quid, nec coctum aqua: ſed aſſum
tantũ igni. Caput cum pedibus
eius, ⁊ inteſtinis vorabitis: ⁊ os
eius non confringetis: nec rema-
nebit ex eo quicquam vſque ma-
ne. Si quid reſiduum fuerit, igni
comburetis. Sic autem come-
detis illũ. Renes veſtros accin-
getis:

getis: ⁊ calciamenta habebitis in pedibus: tenentes baculos in manibus: ⁊ comedetis feſti/nanter. Eſt enim phaſe (ideſt tranſitus) domini. Tractus.

Eripe me domine ab homine malo: a viro iniquo libera me. ℣. Qui cogitauerunt malitias in corde: tota die conſtituebant prelia. ℣. Acuerunt linguas ſu/as ſicut ſerpentes: venenū aſpi/dum ſub labijs eorum. ℣. Cu/ſtodi me domine de manu pec/catoris: ⁊ ab hominibus iniquis libera me. ℣. Qui cogitauerunt ſupplantare greſſus meos: ab/ſconderunt ſuperbi laqueum mi/hi. ℣. Et funes extenderunt in laqueum pedibus meis: ⁊ iuxta iter ſcandalum poſuerunt mihi. ℣. Dixi domino, deus meus es tu: exaudi domine vocem orationis meę. ℣. Domine do/mine virtus ſalutis meę, obum/bra caput meum in die belli. ℣. Ne tradas me a deſiderio meo peccatori: cogitauerunt aduer/ſum me: ne derelinquas me, ne vnquam exaltentur. ℣. Ca/put circuitus eorum: labor la/biorum ipſorum operiet eos. ℣. Ueruntamen iuſti confitebun/tur nomini tuo: ⁊ habitabunt re/cti cum vultu tuo. [illegible]

Paſſio Domini noſtri Jeſu Chriſti ſecundum Joannem.



In illo tem/pore. Egreſ/ſus eſt Jeſus cū di/ſcipulis ſuis trans torrentem Cedrō, vbi erat hortus: in quem introiuit ipſe ⁊ diſcipuli eius. Sciebat autē ⁊ Judas, qui tradebat eum, lo/cum: quia frequenter Jeſus conuenerat illuc cum diſcipulis ſuis. Judas ergo cum accepiſſet cohortem, ⁊ a pontificibus ⁊ pha/riſeis miniſtros: venit illuc cū la/ternis, ⁊ facibus, ⁊ armis. Jeſus itaque ſciens omnia, quę ventura erant ſuper eum: proceſſit, ⁊ di/xit eis. ✠ Quē quęritis? C Re/ſpōderunt ei. S Jeſum Nazare/num. C Dixit eis Jeſus. ✠ E/go ſum. C Stabat autē ⁊ Judas, qui tradebat eum, cum ipſis. Ut ergo dixit eis, ego ſum: abierunt retrorſum, ⁊ ceciderunt in terrā. Jterum ergo eos interrogauit. ✠ Quem quęritis? C Jlli autē dixerunt. S Jeſum Nazarenū C Reſpōdit Jeſus. ✠ Dixi vo/bis, quia ego ſum. Si ergo me quę/ritis, ſinite hos abire. C Ut im/pleretur ſermo quem dixit: quia quos dediſti mihi, nō perdidi ex eis quenquam. Simō ergo Pe/trus habēs gladiū, eduxit eum: ⁊ percuſſit pontificis ſeruum: ⁊

abſcidit auriculã eius dexterã.
Erat autem nomen ſeruo Mal
C. chus. Dixit ergo Jeſus Petro.
† Mitte gladium tuum in vagi
nam. Calicem quem dedit mihi
pater, non vis vt bibam illum?
C. Cohors ergo ⁊ tribunus ⁊
miniſtri Judęorum comprehen-
derunt Jeſum, ⁊ ligauerunt euꝫ:
⁊ adduxerũt eum ad Annam pri
mum. Erat enim ſocer Caiphę,
qui erat põtifex anni illius. Erat
autem Caiphas qui conſiliuꝫ de
derat Judęis: quia expedit vnuꝫ
hominem mori pro populo. Se
quebatur autem Jeſuꝫ Simon
Petrus, ⁊ alius diſcipulus. Di-
ſcipulus autem ille, erat notus
pontifici: ⁊ introiuit cum Jeſu in
atrium pontificis. Petrus auteꝫ
ſtabat ad oſtium foris. Exiuit er-
go diſcipulus ille qui erat notus
pontifici: ⁊ dixit oſtiarię: ⁊ intro-
duxit Petrum. Dixit ergo Pe-
tro ancilla oſtiaria. S. Nũquid
⁊ tu ex diſcipulis es hominis iſti-
us? C. Dicit ille. S. Non ſum.
C. Stabãt autẽ ſerui ⁊ miniſtri
ad prunas, quia frigus erat, ⁊ ca-
lefaciebant ſe. Erat autem cum
eis, ⁊ Petrus ſtans, ⁊ calefaciens
ſe. Pontifex ergo interrogauit
Jeſum de diſcipulis ſuis, ⁊ de
doctrina eius. Reſpondit ei Je
ſus. † Ego palam locutus ſuꝫ
mundo. Ego ſemper docui in
ſynagoga, ⁊ in templo quo om-
nes Judęi conueniunt: ⁊ in oc-
culto locutus ſum nihil. Quid
me interrogas? Interroga eos,
qui audierunt quid locutus ſum
ipſis. Ecce, hi ſciunt quę dixe-
rim ego. C. Hec autem cum
dixiſſet, vnus aſſiſtens miniſtro-
rum dedit alapam Jeſu, dicens,
S. Sic reſpondes pontifici?
C. Reſpondit ei Jeſus. † Si
male locutus ſum, teſtimonium
perhibe de malo: ſi autem be-
ne, quid me cędis? C. Et mi-
ſit eum Annas ligatum ad Cai-
pham pontificem. Erat autem
Simon Petrus ſtans, ⁊ cale-
faciens ſe. Dixerunt ergo ei.
S. Nunquid ⁊ tu ex diſcipulis
eius es? C. Negauit ille, ⁊ dixit.
S. Non ſum. C. Dicit ei vnus
ex ſeruis pontificis, cognatus
eius cuius abſcidit Petrus au-
riculam. S. Nonne ego te vi-
di in horto cum illo? C. Iteruꝫ
ergo negauit Petrus: ⁊ ſtatim
gallus cantauit. Adducunt er-
go Jeſum a Caipha in prętoriũ.
Erat autem mane. Et ipſi non
introierunt in prętorium, vt non
contaminarentur: ſed vt mandu-
carent paſcha. Exiuit ergo Pi-
latus ad eos foras, ⁊ dixit. S.
Quam accuſationeꝫ affertis ad-
uerſus hominem hunc? C. Re-
ſponderunt, ⁊ dixerunt, ei. S.
Si non eſſet hic malefactor, non
tibi tradidiſſemus eum. C. Di-
xit ergo


xit ergo eis Pilatus. C Acci-
pite eum vos, et ſecundum legez
veſtram iudicate eum. C Dixe-
runt ergo ei Judei. S Nobis
non licet interficere quenquam.
C Ut ſermo Jeſu impleretur
quem dixit: ſignificans qua mor-
te eſſet moriturus. Introiuit er-
go iterum Pilatus in pretoriuz,
et vocauit Jeſum, et dixit ei. S
Tu es rex Judeorum? C Re-
ſpondit Jeſus. ✝ A temetipſo
hoc dicis, an alii tibi dixerunt
de me? C Reſpondit Pila-
tus. S Nunquid ego Judeus
ſum? Gens tua, et pontifices
tradiderunt te mihi. Quid feci-
ſti? C Reſpondit Jeſus. ✝ Re-
gnum meum non eſt de hoc mun-
do. Si ex hoc mundo eſſet re-
gnum meum, miniſtri mei vtique
decertarent, vt non traderer Ju-
deis. Nunc autem regnum me-
um non eſt hinc. C Dixit ita-
que ei Pilatus. S Ergo rex
es tu? C Reſpondit Jeſus. ✝
Tu dicis, quia Rex ſum ego.
Ego in hoc natus ſum, et ad hoc
veni in mundum, vt teſtimoniuz
perhibeam veritati. Omnis
qui eſt ex veritate, audit vocem
meam. C Dicit ei Pilatus.
S Quid eſt veritas? C Et cuz
hoc dixiſſet, iterum exiuit ad Ju-
deos, et dicit eis. S Ego nullaz
inuenio in eo cauſam. Eſt autem
conſuetudo vobis, vt vnum di-
mittam vobis in paſcha. Vultis
ergo dimittam vobis regem Ju-
deorum? C Clamauerunt rur- c.18
ſum omnes, dicentes. S Non
hūc ſed Barabbā. C Erat au-
tem Barabbas latro. Tunc er-
go apprehendit Pilatus Jeſuz,
et flagellauit. Et milites plecten-
tes coronam de ſpinis, impoſue-
runt capiti eius: et veſte purpurea
circundederunt eum. Et venie-
bant ad eum, et dicebāt. S Aue
Rex Judeorum. C Et dabant
ei alapas. Exiuit iterum Pila-
tus foras, et dicit eis. S Ecce ad-
duco eū vobis foras: vt cognoſca-
tis, quia in eo nullam cauſaz inue-
nio. C Exiuit ergo Jeſus por-
tans ſpineam coronam, et purpu-
reum veſtimentum. Et dicit eis.
S Ecce homo. C Cum ergo
vidiſſent eum pontifices et mini-
ſtri, clamabāt, dicentes. S Cru-
cifige, crucifige eum. C Dicit eis
Pilatus. S Accipite eum vos,
et crucifigite. Ego enim nō inue-
nio in eo cauſam. C Reſponde-
runt ei Judei. S Nos legez ha-
bemus: et ſecundum legem debet
mori, quia filium dei ſe fecit. C
Cuz ergo audiſſet Pilatus hūc
ſermonem, magis timuit. Et in-
greſſus eſt pretorium iterum: et
dicit ad Jeſum. S Unde es tu?
C Jeſus autem reſponſum non
dedit ei. Dicit ergo ei Pilatus.
S Mihi non loqueris? Neſcis,
quia

quia poteſtatem habeo crucifige
re te, ⁊ poteſtatem habeo dimit/
tere te? C. Reſpondit Jeſus. +
Non haberes poteſtatem aduer
ſum me vllam, niſi tibi datum eſ/
ſet deſuper. Propterea qui me
tradidit tibi, maius peccatū ha/
bet. C. Et exinde querebat Pi
latus dimittere eū. Judei autem
clamabant, dicentes. S. Si hūc
dimittis, non es amicus Ceſaris.
Omnis enim qui ſe regem facit,
contradicit Ceſari. C. Pilatus
autem cum audiſſet hos ſermo/
nes, adduxit foras Jeſum: ⁊ ſedit
pro tribunali, in loco qui dicitur
Lithoſtrotos, hebraice autem
Gabbatha. Erat autem para/
ſceue paſche, hora quaſi ſexta.
Et dicit Judeis. S. Ecce rex ve
ſter. C. Illi autē clamabant. S.
Tolle, tolle, crucifige eum. C.
Dicit eis Pilatus. S. Regē ve
ſtrum crucifigam? C. Reſpōde/
runt pontifices. S. Non habe/
mus regē, niſi Ceſarē. C. Tunc
ergo tradidit eis illum, vt crucifi/
geretur. Suſceperunt autē Je/
ſum: ⁊ eduxerunt. Et baiulans
ſibi crucem, exiuit in eum qui dici
tur Caluarie locum: hebraice au
tem Golgotha: vbi eum crucifi/
xerunt: ⁊ cum eo alios duos hinc
⁊ hinc, medium autem Jeſum.
Scripſit autē ⁊ titulū Pilatus:
⁊ poſuit ſuper crucem. Erat au/
tem ſcriptum, Jeſus Nazarenus
rex Judeorum. Hunc ergo titu/
lum multi legerūt Judeorū: quia
prope ciuitatē erat locus vbi cru/
cifixus eſt Jeſus. Et erat ſcriptū
hebraice, grece, ⁊ latine. Dicebāt
ergo Pilato pontifices Judeo/
rum. S. Noli ſcribere, rex Judeo
rum: ſed quia ipſe dixit: Rex ſum
Judeorum. C. Reſpondit Pi
latus. S. Quod ſcripſi, ſcripſi.
C. Milites ergo cum crucifixiſ/
ſent eum, acceperunt veſtimenta
eius (⁊ fecerunt quatuor partes,
vnicuiqꝫ militi partem) ⁊ tunicā.
Erat autem tunica inconſutilis,
deſuper contexta per totum. Di
xerunt ergo adinuicem. S. Non
ſcindamus eam, ſed ſortiamur de
illa cuius ſit. C. Ut ſcriptura im/
pleretur, dicens. Partiti ſunt ve/
ſtimēta mea ſibi: ⁊ in veſtē meā
miſerunt ſortem. Et milites qui/
dem hec fecerūt. Stabāt autem
iuxta crucem Jeſu mater eius, ⁊
ſoror matris eius, Maria Cleo
phe, ⁊ Maria Magdalene. Cū
vidiſſet ergo Jeſus matrem ⁊ di
ſcipulum ſtantē quem diligebat,
dicit matri ſue. + Mulier, ecce
filius tuus. C. Deinde dicit diſci
pulo. + Ecce mater tua. C. Et
ex illa hora accepit eam diſcipu/
lus in ſua. Poſtea ſciens Jeſus
quia iam omnia cōſummata ſunt,
vt conſummaretur ſcriptura, di/
cit. + Sitio. C. Uas ergo poſi/
tū erat aceto plenū. Illi autem

ſpongiam

ſpongiam plenã aceto: byſſopo circumponentes, obtulerunt ori eius. Cum ergo accepiſſet Jeſus acetum, dixit. ✠ Conſummatum eſt. C. Et inclinato capite tradidit ſpiritũ. Hic pauſatur aliquã[tulum] ſpacium ⁊ genuflectitur. Judei ergo, quoniaꝫ paraſceue erat, vt nõ remanerent in cruce corpora ſabbato (erat enim magnus dies ille ſabbati) rogauerunt Pilatuꝫ vt frangerentur eorum crura, ⁊ tollerentur. Uenerunt ergo milites: ⁊ primi quidem fregerũt crura, ⁊ alterius qui crucifixus eſt cũ eo. Ad Jeſum autem cum veniſſent, vt viderunt eum iam mortuum, non fregerunt eius crura, ſed vnus militum lancea latus eius aperuit, ⁊ continuo exiuit ſanguis ⁊ aqua. Et qui vidit, teſtimonium perhibuit: ⁊ verum eſt teſtimonium eius. Et ille ſcit quia vera dicit: vt ⁊ vos credatis. Facta ſunt enim hec, vt ſcriptura impleretur. Os non comminuetis ex eo. Et iterum alia ſcriptura dicit. Uidebunt in queꝫ tranſfixerunt. Hic legitur in tono euangelii ſine incenſo ⁊ luminaribus ⁊ benedictione.

Poſt hec autẽ rogauit Pilatũ Joſeph ab Arimathia (eo quod eſſet diſcipulus Jeſu, occultus autem propter metum Judeorum) vt tolleret corpus Jeſu. Et permiſit Pilatus. Uenit ergo, ⁊ tulit corpus Jeſu. Uenit autem ⁊ Nicodemus, qui venerat ad Jeſum nocte primum, ferens mixturaꝫ myrrhe ⁊ aloes, quaſi libras centum. Acceperũt ergo corpus Jeſu, ⁊ ligauerunt illud linteis cum aromatibus, ſicut mos eſt Judeis ſepelire. Erat autem in loco vbi crucifixus eſt hortus: ⁊ in horto monumentum nouum, in quo nondũ quiſquã poſitus erat. Ibi ergo propter paraſceuem Judeorũ, quia iuxta erat monumentuꝫ, poſuerunt Jeſum. Deinde ſacerdos [illegible] in cornu epiſtole incipit abſolute.





dignetur: toto orbe terrarū ſubijciēs ei principatus, ⁊



poteſtates: detq3 nobis quietam, ⁊ trāquillā vitā degentib⁹



bus, glorificare deū patrē omnipotētē. Diaconus. Oremus



Flectamus genua. Subdiaconus.



℟. Leuate.

Oratio cantatur in tono feriali [illegible]

O Omnipotens ſempiterne deus: qui gloriā tuam omnibus in Chriſto gentibus reuelaſti: cuſtodi opera miſericordię tuę: vt eccleſia tua toto orbe diffuſa, ſtabili fide in confeſſione tui nominis perſeueret. Per eundē.

O Remus ⁊ pro beatiſſimo Papa noſtro N. vt deus ⁊ dominus noſter, qui elegit eum in ordine epiſcopatus, ſaluum atque incolumen cuſtodiat eccleſię ſuę ſanctę, ad regendū populum ſanctum dei. Oremus. Flectamus genua. ℟. Leuate.

O Omnipotens ſempiterne deus, cuius iudicio vniuerſa fundātur: reſpice propitius ad preces noſtras: ⁊ electum nobis antiſtitem tua pietate cōſerua: vt Chriſtiana plebs, quę te gubernatur auctore, ſub tanto pontifice, credulitatis ſuę meritis augeatur. Per dominum. ℟. Amen.

O Remus ⁊ pro omnibus epiſcopis, preſbyteris, diaconibus, ſubdiaconibus, acoluthis, exorciſtis, lectorib⁹, oſtiarijs, cōfeſſoribus, virginibus, viduis: ⁊ pro omni populo ſācto dei. Orem⁹. Flectamus genua. ℟. Leuate.

O Omnipotens ſempiterne deus, cuius ſpiritu totum corpu

corpus eccleſie ſanctificatur, ⁊ regitur: exaudi nos pro vniuerſis ordinibus ſupplicantes: vt gratie tue munere ab omnibus tibi gradibus fideliter ſeruiatur. Per dominum noſtrum. ℟. Amen.

ORemus ⁊ pro Chriſtianiſſimo Imperatore noſtro. ℟. vt deus ⁊ dominus noſter ſubditas illi faciat omnes barbaras nationes, ad noſtraȝ perpetuam pacem. Oremus. Flectamus genua. ℟. Leuate.

OMnipotēs ſempiterne deus, in cuius manu ſunt omnium poteſtates, ⁊ omnium iura regnorum: reſpice ad Romanuȝ benignus imperium: vt gentes, que in ſua feritate confidunt, potentie tue dextera cōprimantur. Per dominum. ℟. Amen.

ORemus ⁊ pro catechumenis noſtris: vt deus ⁊ dñs noſter adaperiat aures precordioruȝ ipſoruȝ, ianuamqȝ miſericordie: vt per lauacrū regenerationis, accepta remiſſione omniū peccatorū, ⁊ ipſi inueniātur in Chriſto Jeſu dño noſtro. Oremus. Flectamus genua. ℟. Leuate.

OMnipotens ſempiterne deus: qui eccleſiā tuaȝ noua ſemper prole fecundas: auge fidem ⁊ intellectum catechumenis noſtris: vt renati fonte baptiſmatis, adoptionis tue filijs aggregentur: Per dñm. ℟. Amen.

ORemus, dilectiſſimi nobis, deum patrem omnipotentem, vt cunctis mundum purget erroribus: morbos auferat: famem depellat: aperiat carceres: vincula diſſoluat: peregrinantibus reditum: infirmantibus ſanitatem: nauigantibus portum ſalutis indulgeat. Oremus. Flectamus genua. ℟. Leuate.

OMnipotens ſempiterne deus, meſtorū conſolatio, laborantium fortitudo: perueniant ad te preces de quacunque tribulatione clamantium: vt omnes ſibi in neceſſitatibus ſuis miſericordiam tuā gaudeant affuiſſe. Per dominum. ℟. Amen.

ORemus ⁊ pro hereticis, ⁊ ſchiſmaticis: vt deus ⁊ dñs noſter eruat eos ab erroribꝰ vniuerſis: ⁊ ad ſanctaȝ matreȝ eccleſiam catholicam atqȝ apoſtolicā reuocare dignetur. Oremus. Flectamus genua. ℟. Leuate.

OMnipotens ſempiterne deus, qui ſaluas omnes, ⁊ neminem vis perire: reſpice ad animas diabolica fraude deceptas: vt omni heretica prauitate depoſita, errantiū corda reſipiſcāt: ⁊ ad veritatis tue redeant vnitatem. Per dominuȝ. ℟. Amen.

ORemus ⁊ pro perfidis iudeis: vt deus ⁊ dominus noſter auferat velamē de cordibus eorū: vt ⁊ ipſi agnoſcant Je


ſum Chriſtuz dñm. [illegible]
℟. Amen, [illegible] oratur.

O Omnipotēs ſempiterne de
us, qui etiā iudaicā perfidi
az a tua miſericordia nō repellis:
exaudi preces noſtras, quas pro il
lius populi obcecatione deferi
mus: vt, agnita veritatis tuę luce,
quę Chriſtus eſt, a ſuis tenebris
eruantur. Per eundem domi
num. ℟. Amen.

O Remus ⁊ pro paganis: vt
deus omnipotens auferat
iniquitatē a cordibus eorū: vt reli
ctis idolis ſuis, cōuertātur ad deū
viuuz, ⁊ verū, ⁊ vnicū filium eius
Jeſum Chriſtū deū ⁊ dominum
noſtrū: cum quo viuit ⁊ regnat cū
ſpiritu ſancto deus, per omnia ſe
cula ſeculorū. Non reſpondetur.
Amen. Oremus. Flectamus
genua. ℟. Leuate.

O Omnipotēs ſempiterne de
us, qui non mortem pecca
torum, ſed vitam ſemper inqui
ris, ſuſcipe propitius orationem
noſtram: ⁊ libera eos ab idolorū
cultura: ⁊ aggrega eccleſię tuę ſā
ctę, ad laudem ⁊ gloriaz nominis
tui. Per dominum. ℟. Amen.

Completis orationibus ſacer
dos deposita casula procedit ad
cornu epiſtole, ⁊ ibi in poſteriori
parte anguli altaris accipit crucē
a miniſtris ſibi preparatam: quā
verſa facie ad populū a ſummitate
parū diſcooperit, incipiens ſolus
antiphonam. Ecce lignū crucis.
Ab illo loco incipit [illegible] cum
[illegible] miniſtris vſq; ad Uenite
adoremus. Choro vero cantante.
Uenite adoremus, omnes ſe pro
ſternūt. Deinde procedit ad an
teriorē partē anguli eiuſdē cornu
epiſtole: ⁊ diſcooperiens [illegible]
us crucē, eleuās eaz paulo altius
quaz primo incipit. Ecce li
gnū crucis. aliis cātantibus ⁊ ado
rantibus, vt ſupra. Deinde ſa
cerdos pcedit ad mediū altaris
⁊ diſcooperiēs crucē totaliter ac
eleuando eā tertio altius incipit.
Ecce lignū crucis. aliis cantanti
bus, ⁊ adorantibus, vt ſupra. Po
ſtea ſacerdos deponit crucē in lo
co ad hoc preparato ante altare.



[illegible]

Deinde reponit calceamenta: ⁊ accedit ad altare [illegible] genuflexionibus [illegible] accipit calceamenta, ⁊ caſulam. Poſtmodum miniſtri altaris [illegible] de altari genibus flexis, vt dictum eſt crucem adorant. Interim dum fit adoratio crucis cantantur improperia, ⁊ alia que ſequuntur totaliter, vel in parte, prout multitudo adorantium vel paucitas requirit: hoc modo. Duo cantores cantant in medio chori ℣. Populemeus. vſque ad Agios o theos.

℣. Populemeus quid feci tibi? aut in quo contriſtaui te, reſponde mihi? ℣ Quia eduxi te de terra Aegypti: paraſti crucem ſaluatori tuo. Vnus chorus cantat Agios o theos. Alius chorus reſpondet. Sāctus deus. Primus chorus. Agios o iſchyros. Secundus chorus. Sanctus fortis. Primus chorus. Agios athanatos eleiſon imas. Secundus chorus. Sāctus ⁊ immortalis miſerere nobis. Poſtea duo de ſecūdo choro cantant ℣ Quia eduxi te per deſertum quadraginta annis: ⁊ manna cibaui te, ⁊ introduxi te in terram ſatis optimam. Chori reſpondent alternatim. Agios o theos ⁊c. Sāctus, ⁊ immortalis ⁊c. Ita tamen quod primus chorus ſemper repetit. Agios. Deinde duo de primo choro cantant. ℣. Quid vltra debui facere tibi, ⁊ non feci? Ego quidē plantaui te vineam meam ſpecioſiſſimam: ⁊ tu facta es mihi nimis amara: aceto nanque ſitim meam potaſti: ⁊ lancea perforaſti latus ſaluatori tuo. Item chori alternatim reſpondent. Agios o theos. Sanctus ⁊c.

¶ Verſus ſequentes improperiorum a duobus cantoribus alternatim cantantur, vtroque choro ſimul repetente poſt quemlibet verſum. Populemeus. vſque ad Quia eduxi te de terra Aegypti.

¶ Incipiunt improperia. Duo de ſecūdo choro cātant ℣ Ego propter te flagellaui Aegyptum cum primogenitis ſuis: ⁊ tu me flagellatum tradidiſti. Chorus repetit. Populemeus. Duo de primo choro. ℣. Ego eduxi te de Aegypto, demerſo Pharaone in mare rubrū: ⁊ tu me tradidiſti principibus ſacerdotū. Chorus. Populemeus. Duo de ſecūdo choro ℣ Ego ante te aperui mare: ⁊ tu aperuiſti lancea latus meum. Chorus. Populemeus. Duo de primo choro. ℣ Ego ante te preiui in columnā nubis: ⁊ tu me duxiſti ad pretoriū Pilati. Chorus. Populemeus. Duo de ſecundo choro. ℣ Ego te paui manna per deſertum: ⁊ tu me cecidiſti alapis, ⁊ flagellis. Chorus. Populemeus. Duo [illegible]

medio choro. V. Ego te potaui aqua ſalutis de petra: ⁊ tu me potaſti felle, ⁊ aceto. Chorus. Populе meus. Duo de ſecundo choro. V. Ego propter te Chananeorũ reges percuſſi: ⁊ tu percuſſiſti arũdine caput meũ. Chorus. Populе meus. Duo de primo choro. V. Ego dedi tibi ſceptrũ regale: ⁊ tu dediſti capiti meo ſpineam coronam. Chorus. Populе meus. Duo de ſecundo choro. V. Ego te exaltaui magna virtute: ⁊ tu me ſuſpendiſti in patibulo crucis. Chorus. Populе meus. Communiter. Crucẽ tuã adoramus. Pſalmo. Deus miſereatur noſtri. Dicitur totus cum repetitione antiphone ut ſupra poſt V. Ant. Crucem tuam adoramus domine: ⁊ ſanctam reſurrectionẽ tuam laudamus, ⁊ glorificamus. Ecce enim propter lignuꝫ venit gaudiũ in vniuerſo mũdo. Pſalmus. Deus miſereatur noſtri, ⁊ benedicat nobis: illuminet vultum ſuũ ſuper nos, ⁊ miſereatur noſtri. Deinde hymnus. Crux fidelis. Cum verſibus hymnorũ ſequentium. Pange lingua. Luſtris ſex qui iam. Et cum repetitionibus: vt inferius ponuntur, pro diſpoſitione cantorum. Hymnus.

Crux fidelis, inter omnes arbor vna nobilis: nulla ſylua taleꝫ profert fronde, flore, germine. Dulce lignuꝫ, dulces clauos, dulce pondus ſuſtinet. Primus.

Pange lingua glorioſi prelium certaminis, ⁊ ſuper crucis tropheo dic triumphum nobilem, qualiter redemptor orbis immolatus vicerit. Repetitur. Crux fidelis. vſque Dulce lignuꝫ. Et ſic fit quoties repetitur. Crux fidelis. V. De parentis protoplaſti fraude factor condolens: quando pomi noxialis morſu in mortem corruit: ipſe lignum tunc notauit, damna ligni vt ſolueret. Repetitur. Dulce lignum. V. Hoc opus noſtre ſalutis ordo depopoſcerat, multiformis proditoris ars vt artem falleret: ⁊ medelam ferret inde, hoſtis vnde leſerat. Repetitur. Crux fidelis. V. Quando venit ergo ſacri plenitudo temporis, miſſus eſt ab arce patris natus, orbis conditor: atqꝫ ventre virginali caro factus prodijt. Repetitur. Dulce lignũ. V. Vagit infans inter arcta conditus preſepia: membra pannis inuoluta virgo mater alligat, ⁊ manus, pedeſqꝫ crura ſtricta cingit faſcia. Repetitur. Crux fidelis. Alius hymnus. Luſtris

ſex, qui iam peractis, tempus implens corporis: ſe volente natus Io.
ad hoc, paſſioni deditus: agnus 13.
in cruce leuatur, immolãdus ſtipite. Repetitur. Dulce lignũ. V. Hic acetum, fel, arundo, ſputa, claui, lancea: mite corpus perforatur.

ratur: ſanguis, vnda profluit: ter/
ra, pontus, aſtra, mundus, quo
lauantur flumine. Repetitur.
Crux fidelis. ℣. Flecte ramos
arbor alta: tenſa laxa viſcera: ⁊ ri
gor lenteſcat ille, quem dedit na/
tiuitas: vt ſuperni membra regis
miti tendas ſtipite. Repetitur.
Dulce lignum. ℣. Gloria ⁊ ho
nor deo vſque quaque altiſſimo,
vna patri filioque inclyto para/
clito, cui laus eſt ⁊ poteſtas, per
eterna ſecula. Amen.

¶ Circa fines adorationis Cru
cis, accenduntur candele ſuper al
tare: ⁊ Diaconus accipiens bur/
ſam corporalium, extendit cor/
porale more ſolito: ⁊ finita ado/
ratione, Crucem reuerenter acci
pit ⁊ reportat ad altare. Poſtea
ordinatur proceſſio ad locum, vbi
pridie Sacramentum repoſitum
fuerat. Precedit Subdiaconus
cum cruce inter duos acoluthos
deferentes candelabra cum ce/
reis accenſis, ⁊ Clerus per ordi/
nem vltimus Sacerdos cum mi/
niſtris. Cum peruentum fuerit
ad locum Sacramenti, accendū
tur intorticia, que non extinguan
tur niſi poſt ſumptionem Sacra/
mēti: ⁊ Sacerdos genuflectit an
te Sacramentum, orat aliquan/
tulum: Diaconus interim aperit
capſulam, in qua reconditum eſt
corpus Domini: poſtea Sa/
cerdos imponit incenſum in duo/
bus thuribulis, Diacono nauicu
lam miniſtrante, ⁊ genuflexus in
cenſat Sacramentum: deinde
Diaconus extrahēs calicem cū
Sacramento de capſula dat ad
manus Sacerdotis, ⁊ tegit ex
tremitatibus veli quod humeros
Sacerdotis circundat: ⁊ procedūt
ordine quo venerunt: defertur
baldachinum ſuper Sacramen
tum: ⁊ duo acoluthi cū thuribulis
continue Sacramentum incen/
ſant: interim cantatur hymnus.
Vexilla regis prodeunt. Cum
venerit Sacerdos ad altare, poſi
to ſuper illud Sacramento, ge/
nuflexus, rurſus incenſat, ⁊ acce/
dens ponit hoſtiam ſuper pate/
nam quam Diaconus tenet: de/
inde accipiens patenam cum ſa/
cramento de manu Diaconi ho
ſtiam ſacram ponit ſuper corpo/
rale nihil dicēs: Sacerdos ſi teti
gerit Sacramentū, digitos ablu
at in aliquo vaſe: interim Diaco
nus imponit vinum in calicem, ⁊
Subdiaconus aquam: Sacer/
dos accipiens calicē a Diacono,
ponit ſuper altare nihil dicens, ⁊
Diaconus illum cooperit: deinde
imponens incenſum in thuribulo,
incenſat oblata ⁊ altare more ſo/
lito, dicens.

Incenſum iſtud a te benedi
ctū, aſcendat ad te dñe: ⁊ de
ſcendat ſuper nos miſericordia
tua. Cum incenſat altare, dicit.


Dirigatur dñe oratio mea ſicut incenſuʒ in conſpectu tuo: eleuatio manuum mearũ ſacrificium veſpertinuʒ. Pone domine cuſtodiam ori meo, ⁊ oſtiuʒ circunſtantię labijs meis: vt non declinet os meum in verba malitię, ad excuſandas excuſationes in peccatis. Quando reddit thuribulum Diacono dicit.

Accēdat in nobis dominus ignem ſui amoris, ⁊ flammam ęternę charitatis. Amen. Poſtea lauat manus, nihil dicens: deinde in medio altaris inclinatus, dicit.

In ſpiritu humilitatis ⁊ in animo cõtrito ſuſcipiamur domine a te: ⁊ ſic fiat ſacrificium noſtrum in cõſpectu tuo hodie, vt placeat tibi domine deus. Deinde verſus ad populũ dicit.

Orate fratres, vt meum ac veſtrum ſacrificium, acceptabile fiat apud deum patrem omnipotentem. Conſequenter, omiſſis alijs, dicit.





Sacerdos ſub ſilētio dicto. Am̄. in eadem voce qua dicit, Pater noſter. abſolute ſine, Oremus. in tono orationis miſſe dicit.


Libera nos queſumus do/mine, ab omnibus malis, preteritis, preſentibus, ⁊ futuris: ⁊ intercedente beata ⁊ glorioſa ſemꝑ virgine dei genitrice Ma/ria, cū beatis apoſtolis tuis Pe/tro ⁊ Paulo, atq; Andrea ⁊ om/nibus ſanctis: da propitius pa/cem in diebus noſtris: vt ope mi/ſericordię tuę adiuti, ⁊ a peccato ſimus ſemper liberi, ⁊ ab omni perturbatione ſecuri. Per eun/dem dominum noſtrum Jeſum Chriſtum filium tuum, qui tecū viuit ⁊ regnat, in vnitate.

¶ Tunc celebrans facta reue/rentia vſq; ad terram ſacramen/tum in dexteram accipit, ⁊ eleuat vt videri poſſit a populo: ⁊ ſta/tim diuidit in tres partes, quarū vltimam mittit in calicem more ſolito, nihil dicens. Pax domi/ni. non dicitur, nec Agnus dei, neque pacis oſculum datur. Poſtmodum pretermiſſa ora/tione, Domine Jeſu Chriſte qui dixiſti quia facit mentionem de pace: ⁊ oratione, Domine Jeſu Chriſte fili dei viui. quia facit mentionem de ſanguine: di/cit tantum orationem ſequentē.

Perceptio corporis tui do/mine Jeſu Chriſte, quod ego indignus ſumere preſumo, non mihi proueniat in iudicium ⁊ condemnationem: ſed pro tua pietate proſit mihi ad tutamen/tum mentis ⁊ corporis, ⁊ ad me/delam percipiendam. Qui viuis ⁊ regnas cum deo patre, in vni/

tate ſpiritus ſancti deus. Accipit patenam cum corpore Chriſti: ⁊ cũ maxima humilitate ⁊ reuerentia dicit. Panem celeſtem accipiam, ⁊ nomẽ domini inuocabo. Percutiat pectus ſuũ ter dicẽs Domine, nõ ſum dignus, vt intres ſub tectũ meũ: ſed tantũ dic verbo, ⁊ ſanabitur anima mea. Deinde ſignat ſe ſacramento dicens. Corpus domini noſtri Jeſu Chriſti, cuſtodiat animã meaꝫ in vitam eternam. Amen. Tunc ſumit corpus reuerenter. Deinde omiſſis orationibus que dici ſolent ante ſumptionem calicis immediate particulam hoſtie cũ vino ... ſumit de calice. Poſtea, more ſolito facta ablutione digitorum ſtans in medio altaris dicit. Quod ore ſumpſimus, domine, pura mente capiamus: ⁊ de munere temporali fiat nobis remediũ ſempiternũ. Nõ dicitur, Corpus tuum domine, nec Poſtcõio nec Placeat tibi, nec datur benedictio: ſed facta purificatione, Sacerdos cuꝫ miniſtris diſcedit: ⁊ dicuntur veſpere ſine cantu: ⁊ denudatur altare.

¶ Sabbato ſancto. Statio ad S. Joannem in Laterano.



Hora competẽti cooperitur altaria, ⁊ dicũtur Nõ re candelis altaris extinctis uſque ad principiũ Miſſe. Interim excutitur ignis de lapide foris Eccleſiaꝫ, ⁊ accenditur. Dicta Nona, Sacerdos indutus amictu, alba, cingulo, ſtola ⁊ pluuiali violaceo, miniſtris ſibi miniſtris cum cruce, aqua benedicta, ⁊ incenſo benedicit nouuꝫ ignẽ, dicens. ℣. Dñs vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo. Oremus.

Deus, qui per filium tuuꝫ, angularem ſcilicet lapidẽ claritatis tue fidelibus ignem cõtuliſti productum ex ſilice, noſtris profuturum uſibus: nouum hunc ignem ſan ✠ ctifica: ⁊ cõcede nobis: ita, per hec feſta paſchalia, celeſtibus deſiderijs inflãmari: vt ad perpetue claritatis, puris mẽtibus, valeamus feſta pertingere. Per eundem dominuꝫ noſtruꝫ. ℟. Amen. Oremus. Oratio.

Domine deus, pater omnipotens, lumen indeficiẽs, qui es cõditor omnium luminuꝫ: bene ✠ dic hoc lumen, quod a te ſanctificatum atqꝫ benedictũ eſt: qui illuminaſti omnem munduꝫ, vt ab eo lumine accẽdamur, atqꝫ illuminemur igne claritatis tue: vt ſicut illuminaſti Moyſen exeuntẽ de Aegypto: ita illumines corda ⁊ ſenſus noſtros: vt ad vitam eternaꝫ mereamur peruenire. Per Chriſtum dñm noſtruꝫ. ℟. Amẽ. Oremus. Oro.

Domine ſancte, pater omnipotens

potens, eterne deus: benedicentibus nobis hunc ignem in nomine tuo, ⁊ unigeniti filij tui, dei ac domini noſtri Jeſu Chriſti, ⁊ ſpiritus ſancti, cooperari digneris: ⁊ adiuua nos contra ignita tela inimici, et illuſtra gratia celeſti. Qui viuis ⁊ regnas cum eodem vnigenito tuo ⁊ ſpiritu ſancto deus: per omnia ſecula ſeculorum. ℟. Amen. Deinde benedicit quinque grana incenſi ponenda in cereo: dicens hanc orationem.

Oratio.


Veniat, queſumus, omnipotens deus, ſuper hoc incenſum larga tue bene ✠ dictionis infuſio: ⁊ hunc nocturnum ſplendorem inuiſibilis regenerator accende: vt non ſolum ſacrificium quod hac nocte litatum eſt, arcana luminis tui admixtione refulgeat: ſed in quocunque loco huius ſanctificationis myſterio aliquid fuerit deportatum, expulſa diabolice fraudis nequitia, virtus tue maieſtatis aſſiſtat. Per Chriſtum dominum noſtrum. ℟. Amen. [illegible] incenſum acolitus [illegible] de carbonibus benedictis ponit in thuribulo. Finita vero benedictione incenſi, [illegible] incenſum ⁊ ignem benedictum aſpergit aqua benedicta: ⁊ [illegible] poſito incenſo in thuribulo [illegible] predicta grana incenſi ⁊ ignem benedictum, [illegible] omnia luminaria eccleſie [illegible] vt de iſto igne benedicto poſtmodum accendantur.

Deinde Diaconus indutus dalmatica alba [illegible] accipit arundinem cum tribus candelis in ſummitate illius triangulo diuiſis. Precedit thuriferarius cum acolito deferente vas quinque grana incenſi. Sequitur Subdiaconus cum cruce, ⁊ clerus per ordinem: deinde Diaconus cum arundine: poſt eum Celebrans. Cum Diaconus ingreſſus eſt eccleſiam inclinat arundinem, ⁊ acolitus deferens candelam accenſam de nouo igne, accendit vnam ex illis tribus candelis deſuper poſitis: ⁊ Diaconus eleuans arundinem genuflectit, ſimiliter ⁊ omnes alij cum eo: ⁊ cantat ſolus Lumen Chriſti. ℟. Deo gratias. Procedens deinde ad medium Eccleſie ibi accenditur alia candela ⁊ iterum genuflectens [illegible] cantat. Lumen Chriſti. ℟. Deo gratias. Tertio procedit ante altare, vbi accenditur tertia candela, ⁊ rurſus genuflectens [illegible] cantat. Lumen Chriſti. ℟. Deo gratias. Deinde dat arundinem vni Acolitho: ⁊ accipiens librum, petit a celebrante benedictionem, vt ſit ad Euangelium: Sacerdote dicente. Dominus ſit in corde tuo, ⁊ in labijs tuis,

vt digne ꝛ competẽter annũcies ſuum ſanctũ paſchale pręconiũ. [illegible]


[illegible] Tunc [illegible] diaconus cantat.




aula reſul tet. Qua propter aſtantes vos fratres chariſ-
ſimi, ad tā mirā huius ſancti luminis claritatem, vna me-
cū, quęſo, dei omnipotētis miſericordiam inuoca te.
Ut qui me nō meis meritis intra Leuitarum numerum di-
gnatus eſt aggregare: luminis ſui claritatem infundens,
cerei huius laudem implere per ficiat. Per dominum
noſtrum Jeſum Chriſtum filium ſuum: qui cum eo viuit &
regnat in vnitate ſpiritus ſancti, deus. P er omnia ſecula


ſeculorum. ℟. Amen ℣. Dominus vobiſcum.
℟. Et cum ſpiritu tuo. ℣. Surſum corda. ℟. Habemus
ad dominum. ℣. Gratias agamus domino deo noſtro.
℟. Dignum ⁊ iuſtum eſt. Vere dignum ⁊ iuſtuȝ eſt
Inuiſibilem deum patrē omnipotentem, filiumque eius
vnigenitum, dominum noſtrū Jeſuȝ Chriſtū, toto cordis
ac mētis affectu, ⁊ vocis miniſterio perſonare. Qui ꝓ no-
bis ęterno patri, Adę debitū ſoluit: ⁊ veteris piaculi cautio

nem


nem pio cruore deterſit. Hęc ſunt eniz feſta paſchalia, in qui-
bus verus ille agnus occiditur, cuius ſanguine poſtes fidelium
cõſecrãtur.. Hęc nox eſt, in qua primũ patres noſtros fili-
os Iſrael eductos de Aegypto, ma re rubrũ, ſicco veſtigio
trãſire feciſti. Hęc igitur nox eſt, quę peccatorũ tenebras
colũnę illuminatione purgauit. Hęc nox eſt, quę hodie per v-
niuerſuz mũdũ, in Chriſto credentes, a vitijs ſeculi, & cali-
gine peccatorum ſegregatos, red dit gratię, ſociat ſanctita-
ti. Hęc


ti. Hęc nox eſt, in qua deſtructis vinculis mortis, Chriſtus
ab inferis victor aſcẽdit. Nihil enim nobis naſci profuit, niſi
redimi profuiſſet. O mira circa nos tuę pietatis dignatio,
O ineſtimabilis dilectio charitatis: vt ſeruum redimeres fi-
lium tradidiſti. O certe neceſſarium Adę peccatũ, quod Chri-
ſti morte deletũ eſt. O felix culpa, quę talem ac tantum me-
ruit habere redemptorem. O vere beata nox, quę
ſola meruit ſcire tempus & horam, in qua Chriſtus ab infe-

ris reſurrexit. Hęc nox eſt, de qua ſcriptum eſt: ⁊ nox ſicut

dies illuminabitur: ⁊ nox illuminatio mea in delicijs meis.

Huius igitur ſanctificatio noctis: fu gat ſcelera, culpas

lauat: ⁊ reddit innocentiam lapſis, ⁊ męſtis lętitiam.

Fu gat odia, concordiam parat, curuat imperia.

Hic Diaconus infigit quinque grana incenſi benedicta in cereo in modum crucis.

In huius igitur noctis gratia,


ſuſcipe ſancte pater, incenſi huius ſacrificium veſpertinum:


quod tibi in hac cerei oblatione ſollemni, per miniſtrorum

manus


manus de operibus apum, ſacroſancta reddit eccleſia.
Sed iam columnę huius pręconia nouimus, quam in
honorē Dei rutilans ignis accendit.
Hic Diaconus accendit Cereum.
Qui licet ſit diuiſus in partes, mutuati tamen luminis de-
trimenta nō nouit. Alitur enim liquātibus ceris, quas in ſubſtā-
tiā pretioſę huius lampadis apis mater eduxit.
Hic accenduntur lampades.
O vere beata nox quę expoliauit Aegyptios, ditauit
Hebręos. Nox in qua terrenis cęleſtia humanis diuina iun-
guntur


gũtur. Oramus ergo te domine: vt cereus iſte in honorẽ tui
nominis conſecratus, ad noctis huius caliginẽ deſtruẽdam,
indeficiens perſeueret. Et in odorẽ ſuauitatis acceptus,
ſupernis luminaribus miſceatur. Flammas eius lucifer ma-
tutinus inueniat. Ille, inquã lucifer, qui neſcit occaſum.
Ille qui regreſſus ab inferis, humano generi ſerenus
illuxit. Precamur ergo te domine: vt nos famulos
tuos, omnemq; clerum, & deuotiſſimum populũ: vna
cum


cũ beatiſſimo Papa noſtro. ℟. & Antiſtite noſtro. ℟.
quiete tēporũ cõceſſa: in his paſchalibus gaudijs, aſſidua
protectione regere, gubernare, & conſeruare digneris.
Reſpice etiam ad deuotiſſimum Imperatorem noſtrum.
℟. cuius tu deus deſiderij vota prenoſcēs: ineffa-
bili pietatis, & miſericordię tuę munere, trãquillum per-
petuę pacis accommoda: & cęleſtem victoriam cum om-
ni populo ſuo. Per eundem dominũ noſtrum Jeſum
Chriſtum.



¶ Completa benedictione Cerei, Diaconus depoſitis albis, ſumit violacea paramenta, ⁊ vadit ad celebrantem. Poſtea leguntur prophetie ſine titulo: ⁊ in fine prophetiarum dicuntur orationes modo ſubſcripto. Ante vel interim dum prophetie leguntur, presbyteri catechizent catechumenos baptizandos, ⁊ preparent ad baptiſmum.

Prophetia prima.

Ge. c. 1. IN principio creauit deus celum, ⁊ terram. Terra autem erat inanis, ⁊ vacua: ⁊ tenebre erant ſuper faciem abyſſi: ⁊ ſpiritus domini ferebatur ſuper aquas. Dixitque deus. Fiat lux. Et facta eſt lux. Et vidit deus lucem, quod eſſet bona: ⁊ diuiſit lucem a tenebris. Appellauitque lucem, diem: ⁊ tenebras, noctem. Factumqꝫ eſt veſpere, ⁊ mane dies vnus. Dixit quoqꝫ deus. Fiat firmamentum in medio aquarum: ⁊ diuidat aquas ab aquis. Et fecit deus firmamentum: diuiſitque aquas, que erant ſub firmamento, ab his, que erant ſuper firmamentum. Et factum eſt ita. Vocauitque deus firmamentum, celum. Et factum eſt veſpere, ⁊ mane dies ſecundus. Dixit vero Deus. Congregentur aque, que ſub celo ſunt, in locum vnum: ⁊ appareat arida. Factumque eſt ita. Et vocauit deus aridam, terram: congregationeſque aquarum appellauit maria. Et vidit deus, quod eſſet bonum: ⁊ ait. Germinet terra herbam virentem, ⁊ facientem ſemen: ⁊ lignum pomiferum faciens fructum iuxta genus ſuum, cuius ſemen in ſemetipſo ſit ſuper terram. Et factum eſt ita. Et protulit terra herbam virentem, ⁊ afferentem ſemen iuxta genus ſuum, lignumque faciens fructum, ⁊ habens vnumquodque ſementem ſecundum ſpeciem ſuam. Et vidit deus quod eſſet bonum. Fa-

ctumqꝫ eſt veſpere, ⁊ mane dies
tertius. Dixit autem deus. Fiāt
luminaria in firmamento cęli, ⁊
diuidant diem ac noctem: ⁊ ſint
in ſigna ⁊ tempora, ⁊ dies ⁊ an/
nos: vt luceant in firmamento
cęli, ⁊ illuminent terram. Et fa/
ctum eſt ita. Fecitque deus duo
luminaria magna: luminare ma/
ius, vt pręeſſet diei: ⁊ luminare
minus, vt pręeſſet nocti: ⁊ ſtellas.
Et poſuit eas in firmamento cę/
li: vt lucerent ſuper terram, ⁊
pręeſſent diei ac nocti, ⁊ diuide/
rent lucem ac tenebras. Et vi/
dit deus quod eſſet bonum. Et
factum eſt veſpere, ⁊ mane dies
quartus. Dixit etiam deus. Pro/
ducant aquę reptile animę viuen
tis, ⁊ volatile ſuper terram, ſub
firmamēto cęli. Creauitqꝫ deus
cete grandia, ⁊ omnem animam
viuentem atqꝫ motabilem, quaꝫ
produxerāt aquę in ſpecies ſuas:
⁊ omne volatile ſecunduꝫ genus
ſuum. Et vidit deus quod eſ/
ſet bonum: benedixitque eis, di/
cens. Creſcite, ⁊ multiplicami/
ni, ⁊ replete aquas maris: aueſ/
que multiplicentur ſuper terraꝫ.
Et factum eſt veſpere, ⁊ mane
dies quintus. Dixit quoqꝫ deus.
Producat terra animam viuen/
tem in genere ſuo: iumenta, ⁊
reptilia, ⁊ beſtias terrę ſecundū
ſpecies ſuas. Factumque eſt ita.
Et fecit deus beſtias terrę iux/
ta ſpecies ſuas: ⁊ iumenta ⁊ om/
ne reptile terrę, in genere ſuo. Et
vidit deus quod eſſet bonum: ⁊
ait. Faciamus hominem ad ima/
ginem ⁊ ſimilitudinem noſtram:
⁊ pręſit piſcibus maris, ⁊ volati/
libus cęli, ⁊ beſtijs, vniuerſęqꝫ ter
rę, omniqꝫ reptili quod mouetur
in terra. Et creauit deus homi/
nem ad imaginem, ⁊ ſimilitudi/
nem ſuam: ad imaginem dei crea
uit illum: maſculum ⁊ fęminam
creauit eos. Benedixitque illis
deus: ⁊ ait. Creſcite, ⁊ multipli/
camini: ⁊ replete terram, ⁊ ſubij/
cite eam: ⁊ dominamini piſcibus
maris, ⁊ volatilibus cęli, ⁊ vni/
uerſis animantibus, quę mouen/
tur ſuper terram. Dixitqꝫ deus.
Ecce dedi vobis omnem her/
bam afferentem ſemen ſuper ter
ram: ⁊ vniuerſa ligna quę habēt
in ſemetipſis ſementem generis
ſui: vt ſint vobis in eſcam, ⁊ cun/
ctis animantibus terrę, omniqꝫ
volucri cęli, ⁊ vniuerſis quę mo
uentur in terra, ⁊ in quibus eſt
anima viuens: vt habeant ad ve
ſcendum. Et factum eſt ita. Vi/
ditque deus cuncta quę fecerat:
⁊ erant valde bona. Et factum
eſt veſpere, ⁊ mane dies ſextus.
Igitur perfecti ſunt cęli ⁊ terra,
⁊ omnis ornatus eorum. Com/
pleuitqꝫ deus die ſeptimo opus
ſuum quod fecerat: ⁊ requieuit
die ſeptimo ab vniuerſo opere
quod

quod patrarat. [illegible] remus.
⁊ Oremus. Flectamus genua.
[illegible] Leuate.

DEus, qui mirabiliter creaſti hominem, ⁊ mirabilius redemiſti: da nobis queſumus, cõtra oblectamenta peccati, mentis ratione perſiſtere: vt mereamur ad ęterna gaudia peruenire. Per dominum noſtrum Jeſum Chriſtum filium tuum, qui tecum viuit ⁊ regnat, in vnitate ſpiritus ſancti deus: per omnia ſecula ſeculorum. ℟. Amen.

Prophetia ſecunda.

ge. NOe vero cum quingento-
ca. rum eſſet annorum, genuit
5.6. Sem, Cham, ⁊ Japheth. Cumque cepiſſent homines multiplicari ſuper terram, ⁊ filias procreaſſent: videntes filij dei filias hominum quod eſſent pulchrę: acceperunt ſibi vxores ex omnibus quas elegerant. Dixitque deus. Non permanebit ſpiritus meuȝ in homine in ęternum, quia caro eſt: eruntque dies illius centum viginti annorum. Gigantes autem erant ſuper terram in diebus illiȝ. Poſtquam enim ingreſſi ſunt filij dei ad filias hominuȝ, illęqȝ genuerunt: iſti ſunt potentes a ſeculo viri famoſi. Videns autem deus quod multa malitia hominum eſſet in terra: ⁊ cuncta cogitatio cordis intenta eſſet ad malum omni tempore: penituit eum, quod hominem feciſſet in terra. Et precauens in futurum, ⁊ tactus dolore cordis intrinſecus, Delebo (inquit) hominem quem creaui, a facie terrę, ab homine vſqȝ ad animantia: a reptili vſque ad volucres celi. Penitet enim me feciſſe eos. Noe vero inuenit gratiã corã deo. Hę ſunt generationes Noe. Noe vir iuſtus atqȝ perfectus fuit in generationibus ſuis, cum deo ambulauit. Et genuit tres filios, Seȝ, Chaȝ, ⁊ Japheth. Corrupta eſt autem terra coram deo, ⁊ repleta eſt iniquitate. Cumqȝ vidiſſet deus terram eſſe corruptaȝ (omnis quippe caro corruperat viaȝ ſuam ſuper terrã) dixit ad Noe. Finis vniuerſę carnis venit corã me: repleta eſt tera iniquitate a facie eorum: ⁊ ego diſperdã eos cum terra. Fac tibi arcam de lignis leuigatis. Manſiunculaȝ in arca facies: ⁊ bitumine linies intrinſecus, ⁊ extrinſecus. Et ſic facies eam. Trecentorum cubitorũ erit longitudo arcę: quinquaginta cubitorum latitudo: ⁊ triginta cubitorum altitudo illius. Feneſtram in arca facies: ⁊ in cubito conſummabis ſummitatem eius. Oſtium autem arcę pones ex latere deorſuȝ. Cenacula ⁊ triſtega facies in ea. Ecce ego adducam diluuij aquas ſuper terram:

vt interficiam omnem carnē, in
qua ſpiritus vitę eſt ſubter cęluꝫ:
⁊ vniuerſa quę in terra ſunt, con-
ſumentur. Ponamque fędus
meum tecum: ⁊ ingredieris arcā
tu ⁊ filij tui, vxor tua ⁊ vxores fi-
liorum tuorum tecum. Et ex cun
ctis animantibus vniuerſę carnis
bina induces in arcam, vt viuant
tecum: maſculini ſexus ⁊ femini-
ni. De volucribus iuxta genus
ſuum, ⁊ de iumētis in genere ſuo,
⁊ ex omni reptili terrę ſecundum
genus ſuum: bina de omnibus
ingredientur tecū, vt poſſint vi-
uere. Tolles igitur tecum ex om
nibus eſcis quę mandi poſſunt, ⁊
cōportabis apud te: ⁊ erunt tam
tibi, quam illis in cibuꝫ. Fecit er
go Noe omnia quę pręceperat
ca. illi deus. Eratqꝫ ſexcentoruꝫ an-
7. noruꝫ, quādo diluuij aquę inun-
dauerunt ſuper terram. Rupti
ſunt autem omnes fontes abyſſi
magnę, ⁊ cataractę celi apertę
ſunt: ⁊ facta eſt pluuia ſuper ter-
ram quadraginta diebus ⁊ qua-
draginta noctibus. In articulo
diei illius ingreſſus eſt Noe,
Sem, Chā, ⁊ Japheth filij eius,
vxor illius, ⁊ vxores filioruꝫ eius
cum eo in arcam: ipſi ⁊ omne ani
mal ſecundum genus ſuum, vni
uerſaqꝫ iumenta in genere ſuo, ⁊
omne quod mouetur ſuper ter-
ram in genere ſuo, cunctumqꝫ vo
latile ſecundū genus ſuum. Por
ro arca ferebatur ſuper aquas.
Et aquę preualuerunt nimis ſu-
per terram: opertique ſunt om-
nes montes excelſi ſub vniuerſo
cęlo. Quindecim cubitis fuit al-
tior aqua ſuper mōtes quos ope
ruerat. Conſumptaque eſt om-
nis caro, quę mouebatur ſuper
terram, volucrum, animantium,
beſtiarum, omniumqꝫ reptilium
quę reptant ſuper terram. Re-
manſit autem ſolus Noe ⁊ qui
cum eo erant, in arca. Obtinue-
runtqꝫ aquę terram centuꝫ quin-
quaginta diebus. Recordatus ca.
autem dominus Noe, cuncto- 8.
rumque animantium, ⁊ omnium
iumentorum quę erant cuꝫ eo in
arca: adduxit ſpiritum ſuper ter
ram, ⁊ imminutę ſunt aquę. Et
clauſi ſunt fontes abyſſi, ⁊ catara
ctę celi: ⁊ prohibitę ſunt pluuię
de cęlo. Reuerſęqꝫ ſunt aquę de
terra euntes ⁊ redeuntes: ⁊ cępe
runt minui poſt centum quinqua
ginta dies. Cumque tranſiſſent
quadraginta dies, aperiens Noe
feneſtram arcę quam fecerat, di-
miſit coruum. Qui egredieba-
tur, ⁊ non reuertebatur, donec
ſiccarentur aquę ſuper terram.
Emiſit quoque columbam poſt
eum, vt videret ſi iam ceſſaſſent
aquę ſuper faciē terrę. Quę cum
nō inueniret vbi requieſceret pes
eius, reuerſa eſt ad eum in arcaꝫ.
Aquę enim erant ſuper vniuer-

ſam terram. Extenditq; manũ, & apprehenſam intulit in arcam. Expectatis autem vltra ſeptem diebus aliis, rurſum dimiſit columbam ex arca. At illa venit ad eum ad veſperã, portans ramum oliuę virentibus foliis in ore ſuo. Intellexit ergo Noe, quod ceſſaſſent aquę ſuper terram. Expectauitq; nihilominus ſeptẽ diebus aliis: & emiſit columbã, quę non eſt vltra reuerſa ad eum. Locutus eſt autem dñs ad Noe, dicens. Egredere de arca tu & vxor tua, filii tui & vxores filiorum tuorum tecum. Cuncta animantia quę ſunt apud te, ex omni carne tam in volatilibus quã in beſtiis & vniuerſis reptilibus quę reptãt ſuper terram, educ tecum, & ingredimini ſuper terram. Creſcite, & multiplicamini ſuper eã. Egreſſus eſt ergo Noe & filii eius: vxor illius, & vxores filiorum eius cum eo. Sed & omnia animantia, iumenta, & reptilia quę reptant ſuper terram ſecundũ genus ſuũ, de arca egreſſa ſunt. Aedificauit autem Noe altare domino: & tollens de cunctis pecoribus & volucribus mundis, obtulit holocauſta ſuper altare. Odoratuſq; eſt dominus odorem ſuauitatis.

Oremus. Flectamus genua. Leuate.

Oratio.

Deus incommutabilis virtus, & lumẽ ęternũ: reſpice propitius ad totius eccleſię tuę mirabile ſacramentũ, & opus ſalutis humanę, perpetuę diſpoſitionis effectu tranquillius operare: totuſq; mũdus experiatur, & videat: deiecta erigi, inueterata renouari, & per ipſum redire omnia in integrum, a quo ſumpſere principium. Per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuum.

Prophetia tertia.

In diebus illis. Tentauit deus Abraham, & dixit ad eum. Abraham, Abraham. At ille reſpondit, Adſum. Ait illi. Tolle filium tuum vnigenitum quem diligis Iſaac, & vade in terram viſionis: & offeres eum ibi in holocauſtum ſuper vnũ montium quem mõſtrauero tibi. Igitur Abraham de nocte conſurgens, ſtrauit aſinum ſuum: ducens ſecũ duos iuuenes, & Iſaac filium ſuum. Cumq; concidiſſet ligna in holocauſtum: abiit ad locum quem pręceperat ei deus. Die autem tertio, eleuatis oculis, vidit locum procul: dixitque ad pueros ſuos. Expectate hic cũ aſino: ego & puer illuc vſque properantes, poſtquam adorauerimus, reuertemur ad vos. Tulit quoque ligna holocauſti, & impoſuit ſuper Iſaac filium ſuum: ipſe vero portabat in manibus ignẽ & gladium. Cumque duo pergerent ſimul, dixit Iſaac patri ſuo. Ge. 22.

Pater mi? At ille reſpondit. Quid vis fili? Ecce (inquit) ignis ⁊ ligna: vbi eſt victima holocauſti? Dixit Abraham. Deus prouidebit ſibi victimã holocauſti, fili mi. Pergebant ergo pariter: veneruntq; ad locũ quẽ oſtenderat ei deus: in quo ędificauit altare, ⁊ deſuper ligna cõpoſuit. Cumque colligaſſet Iſaac filiũ ſuum, poſuit eum in altare ſuper ſtruem lignorum. Extenditque manum ⁊ arripuit gladiũ, vt immolaret filium ſuum. Et ecce angelus domini de celo clamauit, dicens. Abraham, Abraham. Qui reſpondit. Adſum. Dixitque ei. Ne extendas manũ tuam ſuper puerum: neq; facies illi quicquã. Nũc cognoui quod timeas deũ: ⁊ non peperciſti filio tuo vnigenito propter me. Leuauit Abraham oculos, viditque poſt tergum arietẽ inter vepres hęrentem cornibus: quem aſſumens obtulit holocauſtum pro filio. appellauitque nomen loci illius: dominus videt. Unde vſque hodie dicitur, In monte Dominus videbit. Uocauit autem angelus domini Abraham ſecundo de celo, dicens. Per me metipſum iuraui, dicit dominus: quia feciſti rem hanc, ⁊ non peperciſti vnigenito filio tuo propter me: benedicẽs benedicam tibi, ⁊ multiplicabo ſemen tuum ſicut ſtellas celi, ⁊ velut arenam que eſt in littore maris. Poſſidebit ſemen tuum portas inimicorũ ſuorum: ⁊ benedicentur in ſemine tuo omnes gentes terrę, quia obediſti voci meę. Reuerſuſq; eſt Abraham ad pueros ſuos: abieruntque Berſabee ſimul, ⁊ habitauit ibi. Oremus. Flectamus genua. ℟. Leuate. Oratio.

Deus fideliũ pater ſumme: qui in toto orbe terrarum, promiſſionis tuę filios diffuſa adoptionis gratia multiplicas: ⁊ per paſchale ſacramentum, Abraham puerum tuum vniuerſarũ, ſicut iuraſti, gentium efficis patrem: da populis tuis digne ad gratiam tuę vocationis introire. Per dominum noſtrum Jeſum Chriſtum filium tuum, qui tecũ.

Prophetia quarta.

In diebus illis. Factum eſt ex. 14.
in vigilia matutina, ⁊ ecce reſpiciens dominus ſuper caſtra Aegyptiorũ per columnã ignis ⁊ nubis, interfecit exercitum eorum: ⁊ ſubuertit rotas curruum, ferebanturq; in profundum. Dixerunt ergo Aegyptij. Fugiamus Iſraelem: dominus enim pugnat pro eis contra nos. Et ait dominus ad Moyſen. Extende manum tuam ſuper mare: vt reuertantur aquę ad Aegyptios ſuper currus ⁊ equites eorum. Cumq; extẽdiſſet Moyſes manum

num contra mare, reuerſum eſt
primo diluculo ad priorem locū.
Fugientibuſq; Aegyptijs occur
rerunt aquę: ⁊ inuoluit eos do/
minus in medijs fluctibus. Re/
uerſęq; ſunt aquę, ⁊ operuerunt
currus ⁊ equites cuncti exercitus
Pharaonis, qui ſequentes in/
greſſi fuerant mare: nec vnus qui/
dem ſuperfuit ex eis. Filij autem
Iſrael perrexerunt per medium
ſicci maris: ⁊ aquę eis erant qua
ſi pro muro a dextris ⁊ a ſiniſtris.
Liberauitque dominus in die illo
Iſrael de manu Aegyptiorum.
Et viderunt Aegyptios mortu/
os ſuper littus maris: ⁊ manum
magnam quam exercuerat do/
minus contra eos. Timuitque
populus dominum: ⁊ credide/
runt domino, ⁊ Moyſi ſeruo
eius. Tunc cecinit Moyſes,
⁊ filij Iſrael carmen hoc domi/
no, ⁊ dixerunt. Tractus.
Ex. Cantemus domino: glorioſe
15. enim honorificatus eſt: equum
⁊ aſcenſorem proiecit in mare:
adiutor ⁊ protector factus eſt mi
hi in ſalutem. ℣. Hic eſt deus
meus, ⁊ honorificabo eum: deus
patris mei, ⁊ exaltabo eum. ℣.
Dominus conterens bella: do/
minus nomen eſt illi. Oremus.
Flectamus genua. ℟. Leuate.

Oratio.

Deus, cuius antiqua mira/
cula etiā noſtris ſeculis co/
ruſcare ſentimus: dum quod vni
populo, a perſecutione Aegyp/
tiaca liberādo, dexterę tuę poten
tia contuliſti: id in ſalutem gen/
tium per aquam regenerationis
operaris: pręſta, vt in Abrahę
filios, ⁊ in Iſraeliticam dignita
tem, totius mundi tranſeat pleni
tudo. Per dominum.

Prophetia quinta.

Haec eſt hereditas ſeruoꝝ Iſa.
dn̄i, ⁊ iuſtitia eorum apud ca.
me, dicit dominus. Omnes ſitien 55.
tes venite ad aquas: ⁊ qui non
habetis argentum, properate,
emite, ⁊ comedite. Venite, emite
abſq; argento, ⁊ abſq; vlla com/
mutatione vinum ⁊ lac. Quare
appenditis argentum non in pa/
nibus, ⁊ laborem veſtrum non in
ſaturitate? Audite audiētes me,
⁊ comedite bonum: ⁊ delectabi/
tur in craſſitudine anima veſtra.
Inclinate aurem veſtram, ⁊ veni
te ad me: audite, ⁊ viuet anima
veſtra: ⁊ feriam vobiſcum pa/
ctum ſempiternum, miſericordias
Dauid fideles. Ecce teſtem po/
pulis dedi eum, ducē ac pręcep/
torem gentibus. Ecce, gentem
quam neſciebas, vocabis: ⁊ gen/
tes quę nō cognouerunt te, ad te
current propter dominum deum
tuum, ⁊ ſanctum Iſrael: quia glo
rificauit te. Quęrite dominum
dum inueniri poteſt: inuocate
eū dum prope eſt. Derelinquat

impius viaʒ ſuam, ⁊ vir iniquus
cogitationes ſuas: ⁊ reuertatur
ad dominum, ⁊ miſerebitur eius,
⁊ ad deum noſtrũ, quoniam mul-
tus eſt ad ignoſcendũ. Non enim
cogitationes meę, cogitationes
veſtrę: neque vię meę, vię veſtrę,
dicit dominus. Quia ſicut exal-
tãtur cęli a terra: ſic exaltatę ſunt
vię meę a vijs veſtris, ⁊ cogitatio
nes meę a cogitationib⁹ veſtris.
Et quomodo deſcendit imber, ⁊
nix de celo, ⁊ illuc vltra nõ reuer
titur, ſed inebriat terram, ⁊ infun-
dit eam, ⁊ germinare eam facit,
⁊ dat ſemen ſerenti, ⁊ panem co-
medenti. Sic erit verbum meuʒ
quod egredietur de ore meo. Nõ
reuertetur ad me vacuum, ſed fa-
ciet quęcunque volui, ⁊ proſpe-
rabitur in his ad quę miſi illud:
dicit dominus omnipotens.

Oremus. Flectamus genua.
Leuate. Oratio.

Omnipotens ſempiterne
deus, multiplica in hono-
rem nominis tui quod patrum fi
dei ſpopondiſti: ⁊ promiſſionis fi
lios ſacra adoptione dilata: vt,
quod priores ſancti non dubita-
uerunt futurũ, eccleſia tua iam ex
parte cognoſcat impletũ. Per
dominum noſtrum Jeſum.

Prophetia ſexta.

bar ca. 3.b. Audi Iſrael mãdata vitę:
auribus percipe, vt ſcias
prudentiã. Quid ẽ Iſrael: quod
in terra inimicorum es? Inuete-
raſti in terra aliena: coinquina-
tus es cum mortuis: deputatus
es cum deſcendentibus in infer-
num. Dereliquiſti fontem ſapiẽ-
tię. Nam ſi in via dei ambulaſſes,
habitaſſes vtique in pace ſuper
terraʒ. Diſce vbi ſit ſapiẽtia, vbi
ſit virtus, vbi ſit intellectus: vt ſci-
as ſimul vbi ſit lõgiturnitas vitę
⁊ victus, vbi ſit lumen oculoruʒ ⁊
pax. Quis inuenit locũ eius? Et
quis introiuit in theſauros eius?
Ubi ſunt principes gẽtium, ⁊ qui
dominantur ſuper beſtias quę
ſunt ſuper terram? Qui in auibus
cęli ludunt, qui argentum theſau-
rizant, ⁊ aurum in quo confidunt
homines: ⁊ non eſt finis acquiſi-
tionis eorum? Qui argentum fa-
bricant, ⁊ ſolliciti ſunt: nec eſt in-
uentio operum illorum? Exter-
minati ſunt, ⁊ ad inferos deſcen-
derunt: ⁊ alij in locum eorum ſur-
rexerunt. Iuuenes viderunt lu-
men: ⁊ habitauerunt ſuper ter-
ram. Uiam autem diſciplinę ne-
ſcierunt, neqʒ intellexerunt ſemi-
tas eius, neque ſuſceperunt eam
filij eorum. A facie eorum longe
facta eſt. Non eſt audita in Cha
naan: neque viſa eſt in Theman.
Filij quoqʒ Agar, qui exquirunt
prudentiam quę de terra eſt, ne
gotiatores terrę, ⁊ Theman: ⁊ fa
bulatores, ⁊ exquiſitores pruden
tię ⁊ intelligentię: viam autem ſa-

pientię

pientię neſcierunt: neq; meminerunt ſemitarum eius. O Iſrael, quam magna eſt domus dei, ⁊ ingens locus poſſeſſionis eius? Magnus, ⁊ non habet conſummationem: excelſus ⁊ immenſus. Ibi fuerunt gigantes nominati illi qui ab initio fuerunt, ſtatura magna, ſcientes bellum. Non hos elegit dominus: neq; viam diſciplinę dedit illis: propterea perierunt. Et quoniam non habuerunt ſapientiam, interierunt propter ſuam inſipientiam. Quis aſcendit in cęlum, ⁊ accepit eam, ⁊ eduxit eam de nubibus? Quis tranſfretauit mare, ⁊ inuenit eam, ⁊ attulit eã ſuper aurũ electum? Non eſt, qui ſciat viam eius: neq; qui excogitet ſemitas eius. Sed qui ſcit vniuerſa, nouit illã: ⁊ adinuenit eam prudentia ſua. Qui perfecit terrã in ſempiterno tempore: ⁊ adimpleuit eam pecudibus. Qui emittit lumen, ⁊ vadit: ⁊ vocauit illud, ⁊ obediuit illi in tremore. Stellę autem dederunt lumẽ in cuſtodijs ſuis: ⁊ lętatę ſunt. Vocatę ſunt, ⁊ dixerunt: adſumus. Et luxerunt ei cũ iucunditate, qui fecit illas. Hic eſt deus noſter: ⁊ non ęſtimabitur alius ad eum. Hic adinuenit omnem viam diſciplinę: ⁊ dedit illam Iacob puero ſuo, ⁊ Iſrael dilecto ſuo. Poſt hęc ſuper terram viſus eſt: ⁊ cum hominibus conuerſatus eſt. Oremus. Flectamus genua. ℟. Leuate.

Oratio.

Deus, qui eccleſiã tuã ſemper gentiũ vocatione multiplicas: concede propitius: vt quos aqua baptiſmatis abluis, continua protectione tuearis. Per dominum noſtrum.

Prophetia ſeptima.

In diebus illis. Facta eſt ſu Ez.
per me manus dñi, ⁊ eduxit 37.
me in ſpiritu domini: ⁊ dimiſit me in medio campi qui erat plenus oſſibus: ⁊ circũduxit me per ea in gyrum. Erant autem multa valde ſuper faciem campi, ſiccaque vehementer. Et dixit ad me. Fili hominis, putaſne viuent oſſa iſta? Et dixi. Domine deus, tu noſti. Et dixit ad me. Vaticinare de oſſibus iſtis: ⁊ dices eis. Oſſa arida, audite verbum domini. Hęc dicit dominus deus oſſibus his. Ecce, ego intromittam in vos ſpiritum, ⁊ viuetis: ⁊ dabo ſuper vos neruos, ⁊ ſuccreſcere faciam ſuper vos carnes, ⁊ ſuperextendam in vobis cutem: ⁊ dabo vobis ſpiritum, ⁊ viuetis: ⁊ ſcietis quia ego dominus. Et prophetaui ſicut pręceperat mihi. Factus eſt autẽ ſonitus prophetante me, ⁊ ecce commotio. Et acceſſerunt oſſa ad oſſa: vnũ quodq; ad iuncturam ſuam. Et vidi: ⁊ ecce ſuper ea nerui, ⁊ car

nes aſcenderunt: ⁊ extenta eſt in eis cutis deſuper: ⁊ ſpiritum non habebant. Et dixit ad me. Vaticinare ad ſpiritum, vaticinare fili hominis, ⁊ dices ad ſpiritū. Hęc dicit dominus deus. A quatuor ventis veni ſpiritus: ⁊ inſuffla ſuper interfectos iſtos, ⁊ reuiuiſcāt. Et prophetaui, ſicut pręceperat mihi. Et ingreſſus eſt in ea ſpiritus, ⁊ vixerunt: ⁊ ſteterunt ſuper pedes ſuos exercitus grandis nimis valde. Et dixit ad me. Fili hominis, oſſa hęc vniuerſa, domus Iſrael eſt. Ipſi dicunt: aruerunt oſſa noſtra, periīt ſpes noſtra, ⁊ abſciſſi ſumus. Propterea vaticinare, ⁊ dices ad eos. Hęc dicit dominus deus. Ecce ego aperiam tumulos veſtros, ⁊ educam vos de ſepulchris veſtris populus meus: ⁊ inducam vos in terrā Iſrael. Et ſcietis, quia ego dominus, cū aperuero ſepulchra veſtra, ⁊ eduxero vos de tumulis veſtris popule meus: ⁊ dedero ſpiritum meum in vobis, ⁊ vixeritis: ⁊ requieſcere vos faciam ſuper humum veſtrā, dicit dñs omnipotens. Oremus. Flectamus genua. ℟. Leuate. Oratio.

Deus, qui nos ad celebrandū paſchale ſacramentū vtriuſque teſtamenti paginis inſtruis: da nobis intelligere miſericordiam tuam: vt ex perceptione pręſentium munerum, firma ſit expectatio futurorū. Per dñm.

Prophetia octaua.

Apprehendent ſeptē mulieres virum vnum in die illa, dicentes. Panem noſtrum comedemus, veſtimentis noſtris operiemur: tantummodo inuocetur nomen tuum ſuper nos: aufer opprobrium noſtrum. In die illa erit germen domini in magnificentia, ⁊ in gloria: ⁊ fructus terrę ſublimis: ⁊ exultatio his qui ſaluati fuerint de Iſrael. Et erit: omnis qui relictus fuerit in Siō, ⁊ reſiduus in Hieruſalem: ſanctus vocabitur, omnis qui ſcriptus eſt in vita in Hieruſalem. Si abluerit dominus ſordes filiarum Sion: ⁊ ſanguinem Hieruſalem lauerit de medio eius in ſpiritu iudicij ⁊ ſpiritu ardoris. Et creauit dominus deus ſuper omnem locum montis Sion, ⁊ vbi inuocatus eſt: nubē per diē, ⁊ fumum ⁊ ſplendorē ignis flammantis in nocte. Super omnem enim gloriā protectio. Et tabernaculum erit in vmbraculū diei ab ęſtu: ⁊ in ſecuritatē ⁊ abſcōſionem a turbine ⁊ a pluuia. Tract.

Isa. 4.

Vinea facta eſt dilecto in cornu, in loco vberi. ℣. Et maceriam circundedit, ⁊ circunfodit: ⁊ plantauit vineam Sorec, ⁊ ędificauit turrim in medio eius. ℣. Et torcular fodit in ea: vinea enim domini ſabaoth, domus Iſrael eſt.

Isa. 5.

Oremus

Oremus. Flectamus genua.
℟. Leuate. Oratio.

DEus, qui in omnibus eccle-
ſię tuę filijs, ſanctoꝝ pro-
phetarum voce manifeſtaſti, in
omni loco dominationis tuę, ſa-
torem te bonorum ſeminuʒ, ⁊ ele-
ctorum palmitum eſſe cultorem:
tribue, quęſumus, populis tuis:
qui ⁊ vinearum apud te nomine
cenſentur ⁊ ſegetum: vt, ſpinarū
⁊ tribulorum ſqualore reſecato,
digna efficiantur fruge fęcundi.
Per dominum noſtrum.

Prophetia nona.

ex. 12. IN diebus illis: Dixit domi-
nus ad Moyſen ⁊ Aaron
in terra Aegypti. Menſis iſte,
vobis principium menſium: pri-
mus erit in menſibus anni. Lo-
quimini ad vniuerſum cetum fi-
liorum Iſrael, ⁊ dicite eis. Deci-
ma die menſis huius, tollat vnuſ-
quiſqʒ agnum per familias ⁊ do-
mos ſuas. Sin autem minor eſt
numerus vt ſufficere poſſit ad ve-
ſcendum agnuʒ: aſſumet vicinum
ſuum qui iunctus eſt domui ſuę,
iuxta numerū animarum quę ſuf-
ficere poſſunt ad eſuʒ agni. Erit
autem agnus abſqʒ macula, ma-
ſculus, anniculus: iuxta quem ri-
tum tolletis ⁊ hędum. Et ſerua-
bitis eum vſqʒ ad quartam deci-
mam diem menſis huius. Immo-
labitqʒ eum vniuerſa multitudo
filiorum Iſrael ad veſperaʒ. Et
ſument de ſanguine eius: ac po-
nent ſuper vtrumqʒ poſtem, ⁊ in
ſuperliminaribus domorū, in qui-
bus comedent illum. Et edent
carnes nocte illa aſſas igni: ⁊ azy-
mos panes, cum lactucis agreſti-
bus. Non comedetis ex eo cru-
dum quid, nec coctum aqua: ſed
aſſum tantum igni. Caput cum
pedibus eius ⁊ inteſtinis vorabi-
tis: ⁊ os eius non confringetis.
Nec remanebit ex eo quicquam
vſqʒ mane. Si quid reſiduū fue-
rit, igni comburetis. Sic autem
comedetis illum. Renes veſtros
accingetis: ⁊ calciamēta habebi-
tis in pedibus, tenentes baculos
in manibus: ⁊ comedetis feſtinan-
ter. Eſt enim phaſe (ideſt tranſi-
tus) dñi. Oremus. Flectamus
genua. ℟. Leuate. Oratio.

OMnipotens ſempiterne
deus, qui in omniuʒ operū
tuorum diſpenſatione mirabilis
es: intelligant redempti tui non
fuiſſe excellentius: quod initio fa-
ctus eſt mundus, quam quod in
fine ſeculorū paſcha noſtrum im-
molatus eſt Chriſtus. Qui tecū.

Prophetia decima.

IN diebus illis. Factum eſt
verbuʒ domini ad Ionam Io-
prophetam ſecundo, dicēs. Sur- nę.
ge, ⁊ vade in Niniuen ciuitatem 3.
magnaʒ: ⁊ prędica in ea prędica-
tionem quam ego loquar ad te.
Et ſurrexit Ionas, ⁊ abijt in Ni-

niuen

niuen iuxta verbum domini. Et
Niniue erat ciuitas magna itine-
re dierũ triũ. Et cepit Jonas in-
troire ciuitatẽ itinere diei vnius:
ꝛ clamauit, ꝛ dixit. Adhuc qua-
draginta dies, ꝛ Niniue ſubuer-
tetur. Et crediderunt viri Nini-
uitę in domino: ꝛ prędicauerunt
ieiuniũ, ꝛ veſtiti ſunt ſaccis a ma-
iore vſqꝫ ad minorẽ. Et perue-
nit verbum ad regem Niniue: ꝛ
ſurrexit de ſolio ſuo, ꝛ abiecit ve-
ſtimentum ſuum a ſe, ꝛ indutus
eſt ſacco, ꝛ ſedit in cinere. Et cla-
mauit, ꝛ dixit in Niniue ex ore re-
gis ꝛ principum eius, dicẽs. Ho-
mines, ꝛ iumenta, ꝛ boues, ꝛ pe-
cora non guſtent quicquam, nec
paſcantur, ꝛ aquam non bibant.
Et operiantur ſaccis homines ꝛ
iumenta, ꝛ clament ad dominũ
in fortitudine: ꝛ conuertatur vir
a via ſua mala ꝛ ab iniquitate quę
eſt in manibus eorum. Quis ſcit
ſi conuertatur, ꝛ ignoſcat deus: ꝛ
reuertatur a furore irę ſuę, ꝛ non
peribimus? Et vidit deus ope-
ra eorum quia conuerſi ſunt de
via ſua mala: ꝛ miſertus eſt po-
pulo ſuo, dominus deus noſter.

Oremus. Flectamus genua.
℟. Leuate.

Oratio.

Deus, qui diuerſitatẽ gẽtiũ
in confeſſione tui nominis
adunaſti: da nobis ꝛ velle ꝛ poſſe
quę pręcipis: vt populo ad ęter-
nitatem vocato, vna ſit fides men-
tiũ, ꝛ pietas actionũ. Per dñm.

Prophetia vndecima.

In diebus illis. Scripſit Deut.
Moyſes canticum: ꝛ do- 31.
cuit filios Iſrael. Pręcepitqꝫ do-
minus Joſue filio Nun: ꝛ ait.
Confortare, ꝛ eſto robuſtus. Tu
enim introduces filios Iſrael in
terram quam pollicitus ſum eis:
ꝛ ego ero tecum. Poſtquam er-
go ſcripſit Moyſes verba legis
huius in volumine, atqꝫ com-
pleuit: pręcepit leuitis qui por-
tabant arcam fęderis domini, di-
cens. Tollite librum iſtum, ꝛ po-
nite eum in latere arcę fęderis do-
mini dei veſtri: vt ſit ibi contra te
in teſtimonium. Ego enim ſcio
contentionem tuam: ꝛ ceruicem
tuam duriſſimam. Adhuc viuen-
te me ꝛ ingrediente vobiſcũ, ſem-
per contentioſe egiſtis cõtra do-
minum: quanto magis cum mor-
tuus fuero? Congregate ad me
omnes maiores natu per tribus
veſtras, atque doctores: ꝛ loquar
audientibus eis ſermones iſtos,
ꝛ inuocabo contra eos cęlum, ꝛ
terram. Noui enim quod poſt
mortem meam inique agetis: ꝛ
declinabitis cito de via quã pręe-
cepi vobis. Et occurrent vobis
mala in extremo tempore: quan-
do feceritis malum in conſpectu
domini: vt irritetis eum per ope-
ra manuum veſtrarum. Locutus
eſt ergo Moyſes, audiente vni-

uerſe

verſo cetu filiorum Iſrael ver/
ba carminis huius: ⁊ ad finem
vſque compleuit. Tractus.
De Attende celum, ⁊ loquar: ⁊ au/
ut. diat terra verba ex ore meo. ℣.
32. Expectetur ſicut pluuia eloquiū
meum: ⁊ deſcendat ſicut ros ver/
ba mea. ℣. Sicut imber ſuper
gramen: ⁊ ſicut nix ſuper fenum:
⁊ nomen domini inuocabo. ℣.
Date magnitudinē deo noſtro:
deus vera opera eius; ⁊ omnes
vię eius iudicia. ℣. Deus fidelis,
in quo non eſt iniquitas: iuſtus
⁊ ſanctus dominus. Oremus.
Flectamus genua. ℟. Leuate.

Oratio.

DEus celſitudo humilium
⁊ fortitudo rectorum: qui
per ſanctum Moyſen puerum
tuum, ita erudire populum tuū
ſacri carminis tui decantatione
voluiſti: vt illa legis iteratio fie/
ret etiam noſtra directio: excita
in omnem iuſtificatarum gentiū
plenitudinem potentiam tuam, ⁊
da letitiam mitigando terrorem:
vt omniū peccatis tua remiſſio/
ne deletis: quod denunciatū eſt
in vltionem, tranſeat in ſalutem.
Per dominum noſtrum.

Prophetia duodecima.

Da. IN diebus illis. Nabucho/
3. donoſor rex fecit ſtatuam
auream, altitudine cubitorum ſe/
xaginta, latitudine cubitorū ſex:
⁊ ſtatuit eam in cāpo Dura pro/
uincię Babylonis. Itaque Na/
buchodonoſor rex miſit ad con/
gregandos ſatrapas, magiſtratus,
⁊ iudices: duces ⁊ tyrannos: opti
mates ⁊ pręfectos, omneſq; prin
cipes regionum: vt conuenirent
ad dedicationem ſtatuę, quā ere/
xerat Nabuchodonoſor rex.
Tunc congregati ſunt ſatrapę,
magiſtratus ⁊ iudices, duces ⁊ ty
ranni, ⁊ optimates qui erant in
poteſtatibus conſtituti, ⁊ vniuer
ſi principes regionum: vt conue
nirent ad dedicationē ſtatuę quā
erexerat Nabuchodonoſor rex.
Stabant autem in conſpectu ſta
tuę quam poſuerat Nabuchodo
noſor rex: ⁊ pręco clamabat va/
lēter. Vobis dicitur populis, tri/
bubus, ⁊ linguis. In hora qua
audieritis ſonitum tubę, ⁊ fiſtulę,
⁊ citharę, ſambucę, ⁊ pſalterij, ⁊
ſymphonię, ⁊ vniuerſi generis
muſicorum: cadentes adorate ſta
tuam auream quā conſtituit Na/
buchodonoſor rex. Siquis au/
tem non proſtratus adorauerit,
eadem hora mittetur in fornacē
ignis ardentis. Poſt hęc igitur
ſtatim vt audierunt omnes popu
li ſonitum tubę, fiſtulę, ⁊ citharę,
ſambucę, ⁊ pſalterij, ⁊ ſympho
nię, ⁊ omnis generis muſicorum:
cadentes omnes populi, tribus,
⁊ linguę adorauerunt ſtatuam au
ream quam conſtituerat Nabu/
chodonoſor rex. Statimq; in ip
ſo tem/

ctumqꝫ eſt veſpere, ⁊ mane dies tertius. Dixit autem deus. Fiāt luminaria in firmamento cęli, ⁊ diuidant diem ac noctem: ⁊ ſint in ſigna ⁊ tempora, ⁊ dies ⁊ annos: vt luceant in firmamento cęli, ⁊ illuminent terram. Et factum eſt ita. Fecitque deus duo luminaria magna: luminare maius, vt pręeſſet diei: ⁊ luminare minus, vt pręeſſet nocti: ⁊ ſtellas. Et poſuit eas in firmamento cęli: vt lucerent ſuper terram, ⁊ pręeſſent diei ac nocti, ⁊ diuiderent lucem ac tenebras. Et vidit deus quod eſſet bonum. Et factum eſt veſpere, ⁊ mane dies quartus. Dixit etiam deus. Producant aquę reptile animę viuentis, ⁊ volatile ſuper terram, ſub firmamēto cęli. Creauitqꝫ deus cete grandia, ⁊ omnem animam viuentem atqꝫ motabilem, quaꝫ produxerāt aquę in ſpecies ſuas: ⁊ omne volatile ſecunduꝫ genus ſuum. Et vidit deus quod eſſet bonum: benedixitque eis, dicens. Creſcite, ⁊ multiplicamini, ⁊ replete aquas maris: aueſque multiplicentur ſuper terraꝫ. Et factum eſt veſpere, ⁊ mane dies quintus. Dixit quoqꝫ deus. Producat terra animam viuentem in genere ſuo: iumenta, ⁊ reptilia, ⁊ beſtias terrę ſecundū ſpecies ſuas. Factumque eſt ita. Et fecit deus beſtias terrę iuxta ſpecies ſuas: ⁊ iumenta ⁊ omne reptile terrę, in genere ſuo. Et vidit deus quod eſſet bonum: ⁊ ait. Faciamus hominem ad imaginem ⁊ ſimilitudinem noſtram: ⁊ pręſit piſcibus maris, ⁊ volatilibus cęli, ⁊ beſtijs, vniuerſęqꝫ terrę, omniqꝫ reptili quod mouetur in terra. Et creauit deus hominem ad imaginem, ⁊ ſimilitudinem ſuam: ad imaginem dei creauit illum: maſculum ⁊ fęminam creauit eos. Benedixitque illis deus: ⁊ ait. Creſcite, ⁊ multiplicamini: ⁊ replete terram, ⁊ ſubijcite eam: ⁊ dominamini piſcibus maris, ⁊ volatilibus cęli, ⁊ vniuerſis animantibus, quę mouentur ſuper terram. Dixitqꝫ deus. Ecce dedi vobis omnem herbam afferentem ſemen ſuper terram: ⁊ vniuerſa ligna quę habēt in ſemetipſis ſementem generis ſui: vt ſint vobis in eſcam, ⁊ cunctis animantibus terrę, omniqꝫ volucri cęli, ⁊ vniuerſis quę mouentur in terra, ⁊ in quibus eſt anima viuens: vt habeant ad veſcendum. Et factum eſt ita. Viditque deus cuncta quę fecerat: ⁊ erant valde bona. Et factum eſt veſpere, ⁊ mane dies ſextus. Igitur perfecti ſunt cęli ⁊ terra, ⁊ omnis ornatus eorum. Compleuitqꝫ deus die ſeptimo opus ſuum quod fecerat: ⁊ requieuit die ſeptimo ab vniuerſo opere

quod

quod patrarat. [illegible] remus.

[illegible] Flectamus genua.

[illegible] Leuate.

DEus, qui mirabiliter creaſti hominem, ⁊ mirabilius redemiſti: da nobis queſumus, cõtra oblectamenta peccati, mentis ratione perſiſtere: vt mereamur ad eterna gaudia peruenire. Per dominum noſtrum Jeſum Chriſtum filium tuum, qui tecum viuit ⁊ regnat, in vnitate ſpiritus ſancti deus: per omnia ſecula ſeculorum. ℞. Amen.

Prophetia ſecunda.

ge. ca. 5.6. NOe vero cum quingentorum eſſet annorum, genuit Sem, Cham, ⁊ Japheth. Cumque cepiſſent homines multiplicari ſuper terram, ⁊ filias procreaſſent: videntes filij dei filias hominum quod eſſent pulchre: acceperunt ſibi vxores ex omnibus quas elegerant. Dixitque deus. Non permanebit ſpiritus meus in homine in eternum, quia caro eſt: eruntque dies illius centum viginti annorum. Gigantes autem erant ſuper terram in diebus illis. Poſtquam enim ingreſſi ſunt filij dei ad filias hominũ, illeq; genuerunt: iſti ſunt potentes a ſeculo viri famoſi. Uidens autem deus quod multa malitia hominum eſſet in terra: ⁊ cuncta cogitatio cordis intenta eſſet ad malum omni tempore: penituit eum, quod hominem feciſſet in terra. Et precauens in futurum, ⁊ tactus dolore cordis intrinſecus, Delebo (inquit) hominem quem creaui, a facie terre, ab homine vſq; ad animantia: a reptili vſque ad volucres celi. Penitet enim me feciſſe eos. Noe vero inuenit gratiã corã deo. He ſunt generationes Noe. Noe vir iuſtus atq; perfectus fuit in generationibus ſuis, cum deo ambulauit. Et genuit tres filios, Sem, Cham, ⁊ Japheth. Corrupta eſt autem terra coram deo, ⁊ repleta eſt iniquitate. Cumq; vidiſſet deus terram eſſe corruptam (omnis quippe caro corruperat viam ſuam ſuper terrã) dixit ad Noe. Finis vniuerſe carnis venit corã me: repleta eſt tera iniquitate a facie eorum: ⁊ ego diſperdã eos cum terra. Fac tibi arcam de lignis leuigatis. Manſiunculas in arca facies: ⁊ bitumine linies intrinſecus, ⁊ extrinſecus. Et ſic facies eam. Trecentorum cubitorũ erit longitudo arce: quinquaginta cubitorum latitudo: ⁊ triginta cubitorum altitudo illius. Feneſtram in arca facies: ⁊ in cubito conſummabis ſummitatem eius. Oſtium autem arce pones ex latere deorſum. Cenacula ⁊ triſtega facies in ea. Ecce ego adducam diluuij aquas ſuper terram:

vt interficiam omnem carnez, in
qua ſpiritus vitę eſt ſubter cęluz:
⁊ vniuerſa quę in terra ſunt, con/
ſumentur. Ponamque fędus
meum tecum: ⁊ ingredieris arcā
tu ⁊ filij tui, vxor tua ⁊ vxores fi/
liorum tuorum tecum. Et ex cun
ctis animantibus vniuerſę carnis
bina induces in arcam, vt viuant
tecum: maſculini ſexus ⁊ femini/
ni. De volucribus iuxta genus
ſuum, ⁊ de iumētis in genere ſuo,
⁊ ex omni reptili terrę ſecundum
genus ſuum: bina de omnibus
ingredientur tecū, vt poſſint vi/
uere. Tolles igitur tecum ex om
nibus eſcis quę mandi poſſunt, ⁊
cōportabis apud te: ⁊ erunt tam
tibi, quam illis in cibuz. Fecit er/
go Noe omnia quę pręceperat
ca. illi deus. Eratqz ſexcentorūz an/
7. norūz, quādo diluuij aquę inun/
dauerunt ſuper terram. Rupti
ſunt autem omnes fontes abyſſi
magnę, ⁊ cataractę cęli apertę
ſunt: ⁊ facta eſt pluuia ſuper ter/
ram quadraginta diebus ⁊ qua/
draginta noctibus. In articulo
diei illius ingreſſus eſt Noe,
Sem, Chā, ⁊ Japheth filij eius,
vxor illius, ⁊ vxores filiorūz eius
cum eo in arcam: ipſi ⁊ omne ani
mal ſecundum genus ſuum, vni
uerſaqz iumenta in genere ſuo, ⁊
omne quod mouetur ſuper ter/
ram in genere ſuo, cunctumqz vo
latile ſecundū genus ſuum. Por
ro arca ferebatur ſuper aquas.
Et aquę pręualuerunt nimis ſu/
per terram: opertique ſunt om/
nes montes excelſi ſub vniuerſo
cęlo. Quindecim cubitis fuit al/
tior aqua ſuper mōtes quos ope
ruerat. Conſumptaque eſt om/
nis caro, quę mouebatur ſuper
terram, volucrum, animantium,
beſtiarum, omniumqz reptilium
quę reptant ſuper terram. Re/
manſit autem ſolus Noe ⁊ qui
cum eo erant, in arca. Obtinue/
runtqz aquę terram centūz quin/
quaginta diebus. Recordatus ca.
autem dominus Noe, cuncto/ 8.
rumque animantium, ⁊ omnium
iumentorum quę erant cuz eo in
arca: adduxit ſpiritum ſuper ter
ram, ⁊ imminutę ſunt aquę. Et
clauſi ſunt fontes abyſſi, ⁊ catara
ctę cęli: ⁊ prohibitę ſunt pluuię
de cęlo. Reuerſęqz ſunt aquę de
terra euntes ⁊ redeuntes: ⁊ cepe
runt minui poſt centum quinqua
ginta dies. Cumque tranſiſſent
quadraginta dies, aperiens Noe
feneſtram arcę quam fecerat, di/
miſit coruum. Qui egredieba/
tur, ⁊ non reuertebatur, donec
ſiccarentur aquę ſuper terram.
Emiſit quoque columbam poſt
eum, vt videret ſi iam ceſſaſſent
aquę ſuper faciē terrę. Quę cum
nō inueniret vbi requieſceret pes
eius, reuerſa eſt ad eum in arcaz.
Aquę enim erant ſuper vniuer/
ſam

ſam terram. Extenditq; manũ, ⁊ apprehenſam intulit in arcam. Expectatis autem vltra ſeptem diebus alijs, rurſum dimiſit columbam ex arca. At illa venit ad eum ad veſperã, portans ramum oliuę virentibus folijs in ore ſuo. Intellexit ergo Noe, quod ceſſaſſent aquę ſuper terram. Expectauitq; nihilominus ſeptẽ diebus alijs: ⁊ emiſit columbã, quę non eſt vltra reuerſa ad eum. Locutus eſt autem dñs ad Noe, dicens. Egredere de arca tu ⁊ vxor tua, filij tui ⁊ vxores filiorum tuorum tecum. Cuncta animantia quę ſunt apud te, ex omni carne tam in volatilibus quã in beſtijs ⁊ vniuerſis reptilibus quę reptãt ſuper terram, educ tecum, ⁊ ingredimini ſuper terram. Creſcite, ⁊ multiplicamini ſuper eã. Egreſſus eſt ergo Noe ⁊ filij eius: vxor illius, ⁊ vxores filiorum eius cum eo. Sed ⁊ omnia animantia, iumenta, ⁊ reptilia quę reptant ſuper terram ſecundũ genus ſuũ, de arca egreſſa ſunt. Aedificauit autem Noe altare domino: ⁊ tollens de cunctis pecoribus ⁊ volucribus mundis, obtulit holocauſta ſuper altare. Odoratuſq; eſt dominus odorem ſuauitatis. Oremus. Flectamus genua. Rx. Leuate. Oratio.

DEus incommutabilis virtus, ⁊ lumẽ ęternũ: reſpice propitius ad totius eccleſię tuę mirabile ſacramentũ, ⁊ opus ſalutis humanę, perpetuę diſpoſitionis effectu tranquillius operare: totuſq; mũdus experiatur, ⁊ videat: deiecta erigi, inueterata renouari, ⁊ per ipſum redire omnia in integrum, a quo ſumpſere principium. Per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuum.

Prophetia tertia.

IN diebus illis. Tentauit deus Abraham, ⁊ dixit ad eum. Abraham, Abraham. At ille reſpondit, Adſum. Ait illi. Tolle filium tuum vnigenitum quem diligis Iſaac, ⁊ vade in terram viſionis: ⁊ offeres eum ibi in holocauſtum ſuper vnũ montium quem mõſtrauero tibi. Igitur Abraham de nocte conſurgens, ſtrauit aſinum ſuum: ducens ſecũ duos iuuenes, ⁊ Iſaac filium ſuum. Cumq; concidiſſet ligna in holocauſtum: abijt ad locum quem pręceperat ei deus. Die autem tertio, eleuatis oculis, vidit locum procul: dixitque ad pueros ſuos. Expectate hic cũ aſino: ego ⁊ puer illuc vſque properantes, poſtquam adorauerimus, reuertemur ad vos. Tulit quoque ligna holocauſti, ⁊ impoſuit ſuper Iſaac filium ſuum: ipſe vero portabat in manibus ignẽ ⁊ gladium. Cumque duo pergerent ſimul, dixit Iſaac patri ſuo. ge. 22.

Pater mi? At ille reſpondit.
Quid vis fili? Ecce (inquit) ignis
⁊ ligna: vbi eſt victima holocau-
ſti? Dixit Abraham. Deus pro-
uidebit ſibi victimam holocauſti,
fili mi. Pergebant ergo pariter:
veneruntqꝫ ad locum quem oſten-
derat ei deus: in quo edificauit
altare, ⁊ deſuper ligna cõpoſuit.
Cumque colligaſſet Iſaac filium
ſuum, poſuit eum in altare ſuper-
ſtruem lignorum. Extenditque
manum ⁊ arripuit gladium, vt im-
molaret filium ſuum. Et ecce an-
gelus domini de celo clamauit, di-
cens. Abraham, Abraham. Qui
reſpondit. Adſum. Dixitque ei.
Ne extendas manũ tuam ſuper
puerum: neqꝫ facies illi quicquã.
Nũc cognoui quod timeas deũ:
⁊ non peperciſti filio tuo vnige-
nito propter me. Leuauit Abra-
ham oculos, viditque poſt ter-
gum arietem inter vepres, heren-
tem cornibus: quem aſſumens
obtulit holocauſtum pro filio.
appellauitque nomen loci illius:
dominus videt. Unde vſque ho-
die dicitur, In monte Dominus
videbit. Uocauit autem ange-
lus domini Abraham ſecundo
de celo, dicens. Per me metip-
ſum iuraui, dicit dominus: quia fe-
ciſti rem hanc, ⁊ non peperciſti
vnigenito filio tuo propter me:
benedicẽs benedicam tibi, ⁊ mul-
tiplicabo ſemen tuum ſicut ſtel-
las celi, ⁊ velut arenam que eſt in
littore maris. Poſſidebit ſemen
tuum portas inimicorum ſuorum:
⁊ benedicentur in ſemine tuo om-
nes gentes terre, quia obediſti
voci mee. Reuerſuſqꝫ eſt Abra-
ham ad pueros ſuos: abierunt-
que Berſabee ſimul, ⁊ habita-
uit ibi. Oremus. Flectamus ge-
nua. ℟. Leuate. Oratio.

Deus fideliũ pater ſumme:
qui in toto orbe terrarum,
ꝓmiſſionis tue filios diffuſa ado-
ptionis gratia multiplicas: ⁊ per
paſchale ſacramentum, Abra-
ham puerum tuum vniuerſarum,
ſicut iuraſti, gentium efficis pa-
trem: da populis tuis digne ad
gratiam tue vocationis introire.
Per dominum noſtrum Jeſum
Chriſtum filium tuum, qui tecum.

Prophetia quarta.

In diebus illis. Factum eſt ex. 14.
in vigilia matutina, ⁊ ecce
reſpiciens dominus ſuper caſtra
Aegyptiorũ per columnã ignis
⁊ nubis, interfecit exercitum eo-
rum: ⁊ ſubuertit rotas curruum,
ferebanturqꝫ in profundum. Di-
xerunt ergo Aegyptij. Fugia-
mus Iſraelem: dominus enim
pugnat pro eis contra nos. Et
ait dominus ad Moyſen. Exten-
de manum tuam ſuper mare: vt
reuertantur aque ad Aegyptios
ſuper currus ⁊ equites eorum.
Cumqꝫ extẽdiſſet Moyſes ma-
num

ſum contra mare, reuerſum eſt
primo diluculo ad priorem locũ.
Fugientibuſq; Aegyptijs occur
rerunt aquę: ⁊ inuoluit eos do/
minus in medijs fluctibus. Re/
uerſęq; ſunt aquę, ⁊ operuerunt
currus ⁊ equites cuncti exercitus
Pharaonis, qui ſequentes in/
greſſi fuerant mare: nec vnus qui/
dem ſuperfuit ex eis. Filij autem
Iſrael perrexerunt per medium
ſicci maris: ⁊ aquę eis erant qua
ſi pro muro a dextris ⁊ a ſiniſtris.
Liberauitque dominus in die illo
Iſrael de manu Aegyptiorum.
Et viderunt Aegyptios mortu
os ſuper littus maris: ⁊ manum
magnam quam exercuerat do/
minus contra eos. Timuitque
populus dominum: ⁊ credide/
runt domino, ⁊ Moyſi ſeruo
eius. Tunc cecinit Moyſes,
⁊ filij Iſrael, carmen hoc domi/
no, ⁊ dixerunt. Tractus.
Ex. Cantemus domino: glorioſe
15. enim honorificatus eſt: equum
⁊ aſcenſorem proiecit in mare:
adiutor ⁊ protector factus eſt mi
hi in ſalutem. ℣. Hic eſt deus
meus, ⁊ honorificabo eum: deus
patris mei, ⁊ exaltabo eum. ℣.
Dominus conterens bella: do/
minus nomen eſt illi. Oremus.
Flectamus genua. ℟. Leuate.

Oratio.

Deus, cuius antiqua mira/
cula etiã noſtris ſeculis co/
ruſcare ſentimus: dum quod vni
populo, a perſecutione Aegyp/
tiaca liberãdo, dexterę tuę poten
tia contuliſti: id in ſalutem gen/
tium per aquam regenerationis
operaris: preſta, vt in Abrahę
filios, ⁊ in Iſraeliticam dignita/
tem, totius mundi tranſeat pleni
tudo. Per dominum.

Prophetia quinta.

Haec eſt hereditas ſeruorũ Iſa.
dñi, ⁊ iuſtitia eorum apud ca.
me, dicit dominus. Omnes ſitien/ 55.
tes venite ad aquas: ⁊ qui non
habetis argentum, properate,
emite, ⁊ comedite. Venite, emite
abſq; argento, ⁊ abſq; vlla com/
mutatione vinum ⁊ lac. Quare
appenditis argentum non in pa/
nibus, ⁊ laborem veſtrum non in
ſaturitate? Audite audiẽtes me,
⁊ comedite bonum: ⁊ delectabi/
tur in craſſitudine anima veſtra.
Inclinate aurem veſtram, ⁊ veni
te ad me: audite, ⁊ viuet anima
veſtra: ⁊ feriam vobiſcum pa/
ctum ſempiternum, miſericordias
Dauid fideles. Ecce teſtem po/
pulis dedi eum, ducẽ ac precep/
torem gentibus. Ecce, gentem
quam neſciebas, vocabis: ⁊ gen/
tes quę nõ cognouerunt te, ad te
current propter dominum deum
tuum, ⁊ ſanctum Iſrael: quia glo/
rificauit te. Querite dominum
dum inueniri poteſt: inuocate
eũ dum prope eſt. Derelinquat

impius viã suam, ⁊ vir iniquus cogitationes ſuas: ⁊ reuertatur ad dominum, ⁊ miſerebitur eius, ⁊ ad deum noſtrũ, quoniam multus eſt ad ignoſcendũ. Non enim cogitationes meę, cogitationes veſtrę: neque vię meę, vię veſtrę, dicit dominus. Quia ſicut exaltãtur cęli a terra: ſic exaltatę ſunt vię meę a vijs veſtris, ⁊ cogitationes meę a cogitationib⁹ veſtris. Et quomodo deſcendit imber, ⁊ nix de celo, ⁊ illuc vltra nõ reuertitur, ſed inebriat terram, ⁊ infundit eam, ⁊ germinare eam facit, ⁊ dat ſemen ſerenti, ⁊ panem comedenti. Sic erit verbum meũ quod egredietur de ore meo. Nõ reuertetur ad me vacuum, ſed faciet quęcunque volui, ⁊ proſperabitur in his ad quę miſi illud: dicit dominus omnipotens.

Oremus. Flectamus genua. ℟. Leuate. Oratio.

Omnipotens ſempiterne deus, multiplica in honorem nominis tui quod patrum ſidei ſpopondiſti: ⁊ promiſſionis filios ſacra adoptione dilata: vt, quod priores ſancti non dubitauerunt futurũ, eccleſia tua iam ex parte cognoſcat impletũ. Per dominum noſtrum Jeſum.

Prophetia ſexta.

bar ca. 3.b. Audi Iſrael mãdata vitę: auribus percipe, vt ſcias prudentiã. Quid ẽ Iſrael: quod in terra inimicorum es? Inueteraſti in terra aliena: coinquinatus es cum mortuis: deputatus es cum deſcendentibus in infernum. Dereliquiſti fontem ſapiẽtię. Nam ſi in via dei ambulaſſes, habitaſſes vtique in pace ſuper terrã. Diſce vbi ſit ſapiẽtia, vbi ſit virtus, vbi ſit intellectus: vt ſcias ſimul vbi ſit lõgiturnitas vitę ⁊ victus, vbi ſit lumen oculorũ ⁊ pax. Quis inuenit locũ eius? Et quis introiuit in theſauros eius? Ubi ſunt principes gẽtium, ⁊ qui dominantur ſuper beſtias quę ſunt ſuper terram? Qui in auibus cęli ludunt, qui argentum theſaurizant, ⁊ aurum in quo confidunt homines: ⁊ non eſt finis acquiſitionis eorum? Qui argentum fabricant, ⁊ ſolliciti ſunt: nec eſt inuentio operum illorum? Exterminati ſunt, ⁊ ad inferos deſcenderunt: ⁊ alij in locum eorum ſurrexerunt. Iuuenes viderunt lumen: ⁊ habitauerunt ſuper terram. Uiam autem diſciplinę neſcierunt, neq; intellexerunt ſemitas eius, neque ſuſceperunt eam filij eorum. A facie eorum longe facta eſt. Non eſt audita in Chanaan: neque viſa eſt in Theman. Filij quoq; Agar, qui exquirunt prudentiam quę de terra eſt, negotiatores terrę, ⁊ Theman: ⁊ fabulatores, ⁊ exquiſitores prudentię ⁊ intelligentię: viam autem ſapientię

pientię neſcierunt: neqꝫ meminerunt ſemitarum eius. O Iſrael, quam magna eſt domus dei, ⁊ ingens locus poſſeſſionis eius? Magnus, ⁊ non habet conſummationem: excelſus ⁊ immenſus. Ibi fuerunt gigantes nominati illi qui ab initio fuerunt, ſtatura magna, ſcientes bellum. Non hos elegit dominus: neqꝫ viam diſciplinę dedit illis: propterea perierunt. Et quoniam non habuerunt ſapientiam, interierunt propter ſuam inſipientiam. Quis aſcendit in cęlum, ⁊ accepit eam, ⁊ eduxit eam de nubibus? Quis tranſfretauit mare, ⁊ inuenit eam, ⁊ attulit eaꝫ ſuper aurū electum? Non eſt, qui ſciat viam eius: neqꝫ qui excogitet ſemitas eius. Sed qui ſcit vniuerſa, nouit illā: ⁊ adinuenit eam prudentia ſua. Qui perfecit terrā in ſempiterno tempore: ⁊ adimpleuit eam pecudibus. Qui emittit lumen, ⁊ vadit: ⁊ vocauit illud, ⁊ obediuit illi in tremore. Stellę autem dederunt lumē in cuſtodijs ſuis: ⁊ lętatę ſunt. Vocatę ſunt, ⁊ dixerunt: adſumus. Et luxerunt ei cū iucunditate, qui fecit illas. Hic eſt deus noſter: ⁊ non ęſtimabitur alius ad eum. Hic adinuenit omnem viam diſciplinę: ⁊ dedit illam Iacob puero ſuo, ⁊ Iſrael dilecto ſuo. Poſt hęc ſuper terram viſus eſt: ⁊ cum hominibus conuerſatus eſt. Oremus. Flectamus genua. ℟. Leuate.

Oratio.

Deus, qui eccleſiā tuā ſemper gentiū vocatione multiplicas: concede propitius: vt quos aqua baptiſmatis abluis, continua protectione tuearis. Per dominum noſtrum.

Prophetia ſeptima.

In diebus illis. Facta eſt ſuper me manus dñi, ⁊ eduxit me in ſpiritu domini: ⁊ dimiſit me in medio campi qui erat plenus oſſibus: ⁊ circūduxit me per ea in gyrum. Erant autem multa valde ſuper faciem campi, ſiccaque vehementer. Et dixit ad me. Fili hominis, putaſne viuent oſſa iſta? Et dixi. Domine deus, tu noſti. Et dixit ad me. Vaticinare de oſſibus iſtis: ⁊ dices eis. Oſſa arida, audite verbum domini. Hęc dicit dominus deus oſſibus his. Ecce, ego intromittam in vos ſpiritum, ⁊ viuetis: ⁊ dabo ſuper vos neruos, ⁊ ſuccreſcere faciam ſuper vos carnes, ⁊ ſuperextendam in vobis cutem: ⁊ dabo vobis ſpiritum, ⁊ viuetis: ⁊ ſcietis quia ego dominus. Et prophetaui ſicut pręceperat mihi. Factus eſt autēꝫ ſonitus prophetante me, ⁊ ecce commotio. Et acceſſerunt oſſa ad oſſa: vnū quodqꝫ ad iuncturam ſuam. Et vidi: ⁊ ecce ſuper ea nerui, ⁊ car-

Ez. 37.

res aſcenderunt: ⁊ extenſa eſt in eis cutis deſuper: ⁊ ſpiritum non habebant. Et dixit ad me. Vaticinare ad ſpiritum, vaticinare fili hominis, ⁊ dices ad ſpiritū. Hec dicit dominus deus. A quatuor ventis veni ſpiritus: ⁊ inſuffla ſuper interfectos iſtos, ⁊ reuiuiſcāt. Et prophetaui, ſicut preceperat mihi. Et ingreſſus eſt in ea ſpiritus, ⁊ vixerunt: ⁊ ſteterunt ſuper pedes ſuos exercitus grandis nimis valde. Et dixit ad me. Fili hominis, oſſa hec vniuerſa, domus Iſrael eſt. Ipſi dicunt: aruerunt oſſa noſtra, periit ſpes noſtra, ⁊ abſciſſi ſumus. Propterea vaticinare, ⁊ dices ad eos. Hec dicit dominus deus. Ecce ego aperiam tumulos veſtros, ⁊ educam vos de ſepulchris veſtris populus meus: ⁊ inducam vos in terrā Iſrael. Et ſcietis, quia ego dominus, cū aperuero ſepulchra veſtra, ⁊ eduxero vos de tumulis veſtris popule meus: ⁊ dedero ſpiritum meum in vobis, ⁊ vixeritis: ⁊ requieſcere vos faciam ſuper humum veſtrā, dicit dñs omnipotens. Oremus. Flectamus genua. ℟. Leuate. Oratio.

Deus, qui nos ad celebrandū paſchale ſacramentū vtriuſque teſtamenti paginis inſtruis: da nobis intelligere miſericordiam tuam: vt ex perceptione preſentium munerum, firma ſit expectatio futurorum. Per dñm.

Prophetia octaua.

Apprehendent ſeptē mulieres virum vnum in die illa, dicentes. Panem noſtrum comedemus, veſtimentis noſtris operiemur: tantummodo inuocetur nomen tuum ſuper nos: aufer opprobrium noſtrum. In die illa erit germen domini in magnificentia, ⁊ in gloria: ⁊ fructus terre ſublimis: ⁊ exultatio his qui ſaluati fuerint de Iſrael. Et erit: omnis qui relictus fuerit in Siō, ⁊ reſiduus in Hieruſalem: ſanctus vocabitur, omnis qui ſcriptus eſt in vita in Hieruſalem. Si abluerit dominus ſordes filiarum Sion: ⁊ ſanguinem Hieruſalem lauerit de medio eius in ſpiritu iudicii ⁊ ſpiritu ardoris. Et creauit dominus deus ſuper omnem locum montis Sion, ⁊ vbi inuocatus eſt: nubē per diē, ⁊ fumum ⁊ ſplendorē ignis flammantis in nocte. Super omnē enim gloriā protectio. Et tabernaculum erit in vmbraculū diei ab eſtu: ⁊ in ſecuritatē ⁊ abſcōſionem a turbine ⁊ a pluuia. Tract.

Vinea facta eſt dilecto in cornu, in loco vberi. ℣. Et maceriam circundedit, ⁊ circunfodit: ⁊ plantauit vineam Sorec, ⁊ edificauit turrim in medio eius. ℣. Et torcular fodit in ea: vinea enim domini ſabaoth, domus Iſrael eſt.

Oremus

Iſa. 4.

Iſa. 5.

Oremus. Flectamus genua.
℟ Leuate. Oratio.

Iſa. 4 DEus, qui in omnibuꝫ eccleſie tue filijs, ſanctorum prophetarum voce manifeſtaſti, in omni loco dominationis tue, ſatorem te bonorum ſeminum, ⁊ electorum palmitum eſſe cultorem: tribue, queſumus, populis tuis: qui ⁊ vinearum apud te nomine cenſentur ⁊ ſegetum: vt, ſpinarũ ⁊ tribulorum ſqualore reſecato, digna efficiantur fruge fecundi. Per dominum noſtrum.

Prophetia nona.

ex. 12. IN diebus illis: Dixit dominus ad Moyſen ⁊ Aaron in terra Aegypti. Menſis iſte, vobis principium menſium: primus erit in menſibus anni. Loquimini ad vniuerſum cetum filiorum Iſrael, ⁊ dicite eis. Decima die menſis huius, tollat vnuſquiſqꝫ agnum per familias ⁊ domos ſuas. Sin autem minor eſt numerus vt ſufficere poſſit ad veſcendum agnuꝫ: aſſumet vicinum ſuum qui iunctus eſt domui ſue, iuxta numerũ animarum que ſufficere poſſunt ad eſuꝫ agni. Erit autem agnus abſqꝫ macula, maſculus, anniculus: iuxta quem ritum tolletis ⁊ hedum. Et ſeruabitis eum vſqꝫ ad quartam decimam diem menſis huius. Immolabitqꝫ eum vniuerſa multitudo filiorum Iſrael ad veſperaꝫ. Et ſument de ſanguine eius: ac ponent ſuper vtrumqꝫ poſtem, ⁊ in ſuperliminaribus domorũ, in quibus comedent illum. Et edent carnes nocte illa aſſas igni: ⁊ azymos panes, cum lactucis agreſtibus. Non comedetis ex eo crudum quid, nec coctum aqua: ſed aſſum tantum igni. Caput cum pedibus eius ⁊ inteſtinis vorabitis: ⁊ os eius non confringetis. Nec remanebit ex eo quicquam vſqꝫ mane. Si quid reſiduũ fuerit, igni comburetis. Sic autem comedetis illum. Renes veſtros accingetis: ⁊ calciamẽta habebitis in pedibus, tenentes baculos in manibus: ⁊ comedetis feſtinanter. Eſt enim phaſe (ideſt tranſitus) dñi. Oremus. Flectamus genua. ℟ Leuate. Oratio.

OMnipotens ſempiterne deus, qui in omniuꝫ operũ tuorum diſpenſatione mirabilis es: intelligant redempti tui non fuiſſe excellentius: quod initio factus eſt mundus, quam quod in fine ſeculorũ paſcha noſtrum immolatus eſt Chriſtus. Qui tecũ.

Prophetia decima.

IN diebus illis. Factum eſt
verbuꝫ domini ad Ionam Io
prophetam ſecundo, dicẽs. Sur ne.
ge, ⁊ vade in Niniuen ciuitatem 3.
magnaꝫ: ⁊ predica in ea predicationem quam ego loquar ad te. Et ſurrexit Ionas, ⁊ abijt in Niniuen

uerſo cetu filiorum Iſrael ver/
ba carminis huius: ⁊ ad finem
De vſque compleuit. Tractus.
u. De Attende celum, ⁊ loquar: ⁊ au/
31. ut. diat terra verba ex ore meo. ℣.
32. Expectetur ſicut pluuia eloquiũ
meum: ⁊ deſcendãt ſicut ros ver/
ba mea. ℣. Sicut imber ſuper
gramen: ⁊ ſicut nix ſuper fenum:
⁊ nomen domini inuocabo. ℣.
Date magnitudinē deo noſtro:
deus vera opera eius; ⁊ omnes
vię eius iudicia. ℣. Deus fidelis,
in quo non eſt iniquitas: iuſtus
⁊ ſanctus dominus. Oremus.
Flectamus genua. ℟. Leuate.

Oratio.

Deus celſitudo humilium
⁊ fortitudo rectorum: qui
per ſanctum Moyſen puerum
tuum, ita erudire populum tuuз
ſacri carminis tui decantatione
voluiſti: vt illa legis iteratio fie/
ret etiam noſtra directio: excita
in omnem iuſtificatarum gentiuз
plenitudinem potentiam tuam, ⁊
da letitiam mitigando terrorem:
vt omniuз peccatis tua remiſſio/
ne deletis: quod denunciatuз eſt
in vltionem, tranſeat in ſalutem.
Per dominum noſtrum.

Prophetia duodecima.

Da. In diebus illis. Nabucho/
3. donoſor rex fecit ſtatuam
auream, altitudine cubitorum ſe/
xaginta, latitudine cubitoruз ſex:
⁊ ſtatuit eam in cãpo Dura pro/
uincię Babylonis. Itaque Na/
buchodonoſor rex miſit ad con/
gregandos ſatrapas, magiſtratus,
⁊ iudices: duces ⁊ tyrannos: opti
mates ⁊ pręfectos, omneſqз prin
cipes regionum: vt conuenirent
ad dedicationem ſtatuę, quã ere/
xerat Nabuchodonoſor rex.
Tunc congregati ſunt ſatrapę,
magiſtratus ⁊ iudices, duces ⁊ ty
ranni, ⁊ optimates qui erant in
poteſtatibus conſtituti, ⁊ vniuer
ſi principes regionum: vt conue
nirent ad dedicationē ſtatuę quã
erexerat Nabuchodonoſor rex.
Stabant autem in conſpectu ſta
tuę quam poſuerat Nabuchodo
noſor rex: ⁊ pręco clamabat va/
lēter. Uobis dicitur populis, tri/
bubus, ⁊ linguis. In hora qua
audieritis ſonitum tubę, ⁊ fiſtulę,
⁊ citharę, ſambucę, ⁊ pſalterij, ⁊
ſymphonię, ⁊ vniuerſi generis
muſicorum: cadentes adorate ſta
tuam auream quã conſtituit Na/
buchodonoſor rex. Siquis au/
tem non proſtratus adorauerit,
eadem hora mittetur in fornaceз
ignis ardentis. Poſt hęc igitur
ſtatim vt audierunt omnes popu
li ſonitum tubę, fiſtulę, ⁊ citharę,
ſambucę, ⁊ pſalterij, ⁊ ſympho
nię, ⁊ omnis generiз muſicorum:
cadentes omnes populi, tribus,
⁊ linguę adorauerunt ſtatuam au
ream quam conſtituerat Nabu/
chodonoſor rex. Statimqз in ip
ſo tem/

mus genua. Oratio.

O Mnipotẽs ſempiterne deus, ſpes unica mundi, qui prophetarum tuorum preconio preſentium temporum declaraſti myſteria: auge populi tui vota placatus: quia in nullo fidelium niſi ex tua inſpiratione proueniũt quarumlibet incrementa virtutum. Per dominum noſtrum. His expletis ſi eccleſia habuerit fontẽ baptiſmalez, Sacerdos benedicturus fontem, accipit pluuiale violaceum, & procedit vſqz ad fontem, precedentibus miniſtris cum cruce, & cereo benedicto acceſo. Interea, dum deſcenditur ad fontem, cantatur ſequẽs

Tractus. Sicut ceruus deſide-
ps. rat ad fontem aquarum: ita deſi-
41. derat anima mea ad te deus. ℣. Sitiuit anima mea ad deum fontem viuum: quando veniam, & apparebo ante faciẽ dei? ℣. Fuerunt mihi lachrymę meę panes die ac nocte, duz dicitur mihi per ſingulos dies, vbi eſt deus tuus? Deinde Sacerdos [illegible] tinet ad benedictionem fontis, [illegible] orationem ibi [illegible] ℣. Dominus vobiſcuz. ℟. Et cum ſpiritu tuo. Oremus.

O Mnipotẽs ſempiterne deus, reſpice propitius ad deuotionem populi renaſcẽtis, qui, ſicut ceruus, aquarum tuarum expetit fontem: & concede propitius: vt fidei ipſius ſitis, baptiſmatis myſterio animaz corpuſqz ſanctificet. Per dñm. ℟. Amẽ. Poſtea procedit ad benedictionem fontis, dicens: ℣. Dominus vobiſcuz. ℟. Et cuz ſpiritu tuo. Oremus. Oratio.

O Mnipotẽs ſempiterne deus, adeſto magnę pietatis tuę myſterijs, adeſto ſacramentis: & ad recreandos nouos populos, quos tibi fons baptiſmatis parturit, ſpiritum adoptionis emitte: vt quod noſtrę humilitatis gerendum eſt miniſterio, virtutis tuę impleatur effectu. Per dominum. Eleuãs vocem in modum Pręfationis proſequitur.




P er omnia ſecula ſeculorum. ℟. Amen. ℣. Dominus vo-



biſcum. ℟. Et cũ ſpiritu tuo. ℣. Surſum corda. ℟. Habe-

mus


mus ad dominum. ℣. Gratias agamus domino deo noſtro.
℟. Dignū ⁊ iuſtum eſt. Vere dignū ⁊ iuſtū eſt, ęquum ⁊
ſalutare: nos tibi ſemꝑ ⁊ vbique gratias agere, domine
ſancte, pater omnipotēs, ęterne deus. Qui inuiſibili poten-
tia ſacramentorū tuorum mirabiliter operaris effectum.
Et licet nos tātis myſterijs exequendis ſimus indigni: tu ta-
men gratię tuę dona nō deſerens, etiam ad preces noſtras
aures tuę pietatis inclinas. Deus, cuius ſpiritus ſuper aquas,



inter ipſa mūdi pͥmordia ferebatur: vt iam tūc virtutē ſan/
ctificationis aquarum natura cōciperet. Deus, qui nocen/
tis mūdi crimina per aquas abluens, regenerationis ſpe/
ciem in ipſa diluuij effuſione ſignaſti: vt vnius eiuſ/
demq; elementi myſterio, ⁊ finis eſſent vitijs, ⁊ origo
virtutibus. Reſpice domine in faciem eccleſię tuę, ⁊ mul/
tiplica in ea regenerationes tuas. qui gratię tuę affluen/
tis impetu lętificas ciuitatem tuam, fontē q; baptiſmatis a/


peris




Sacerdos diuidit aquam manu in modum crucis, dicens.

iubente



iubente te domine, omnis ſpiritus im̄mūdus abſcedat: ꝑcul
tota nequitia diabolicę fraudis abſiſtat. Nihil hic loci habeat
contrarię virtutis admiſtio: non inſidiando circumuolet:
non latendo ſurrepat: non inficiendo corrumpat.
Sit hęc ſancta ⁊ innocens creatura, libera ab omni im-
pugnatoris incurſu, ⁊ totius nequitię purgata diſcuſſu.
Sit fons viuus, aqua regenerans vnda purificans: vt om-
nes, hoc lauacro ſalutifero diluendi, operante in
M. N. R. Q. eis


eis ſpiritu ſancto, perfectę purgationis indulgẽtiam
conſequãtur.
Facit cruces ſupra fontem dicens.
Unde bñ ✠ dico te creatura
aquę: per deũ ✠ viuũ: per deuȝ ✠ verũ: per deuȝ ✠
ſanctuȝ: per deum, qui te in principio, verbo ſeparauit
Diuidit aquã ⁊ effundit in quatuor mũdi partes dicẽs
ab arida: cuius ſpiritus ſuper te ferabantur.
Qui te de paradiſi fõte manare fecit, ⁊ in quatuor fluminib/
bus diuidẽs, totam terraȝ rigare pręcepit. Qui te in deſerto
amaram ſuauitate indita fecit eſſe potabilẽ, ⁊ ſitienti po-


pulo de petra produxit. Bñ ✠ dico te ꝛ per Jeſū Chriſtū fi-
lium eius vnicum dñm noſtrū: qui te in Chana Galileę ſigno ad-
mirabili, ſua potētia cōuertit in vinū. Qui pedibꝰ ſuper te am-
bulauit, ꝛ a Joāne in Jordane in te baptizatus eſt. Qui te
vna cū ſanguine de latere ſuo produxit, ꝛ diſcipulis ſuis
iuſſit, vt credentes baptizarētur in te dicēs. Jtē do-
cete omnes gētes, baptizantes eos, in nomine patris,
ꝛ filij, ꝛ ſpiritus ſancti.

Mutat vocem, et proſequitur in modum lectionis.

Haec nobis præcepta ſeruantibus tu deus omnipotens, clemens adeſto: tu benignus adſpira. [illegible] Tu has ſimplices aquas tuo ore benedicito: vt præter naturalem emundationem, quam lauandis poſſunt adhibere corporibus, ſint etiam purificandis mentibus efficaces. Hic ſacerdos ponit cereum parum intus in aquam: et reſumens tonum præfationis dicit.



Deſcendat in hanc plenitudinem fontis, virtus ſpiritus ſancti.

Deinde extractum cereum de aqua iterum profundius mergit, aliquanto altius repetens. Deſcēdat in hāc. Poſtea extractū rurſus cereū de aqua, tertio immergens vſq; ad fundū, altiori adhuc voce repetit, Deſcēdat. vt ſupra. Et deinde ſufflans ter in aquā, proſequitur,



Totamq; huius aquæ ſubſtantiam regenerandi



fecundet effectu.

Hic tollitur cereus de aqua, et proſequitur.



Hic, omniū peccato-



rū; maculæ deleātur: hic, natura ad imaginem tuam condi-



ta, et ad honorem ſui reformata principij, cunctis vetu-

ſtatis



Sequentia dicit legendo. Per dominum noſtrum Jeſum Chriſtum filium tuum, qui venturus eſt iudicare viuos ⁊ mortuos, ⁊ ſeculum per ignem. ℟. Amen.

Deinde per aſsiſtẽtes Sacerdotes ſpargitur de ipſa aqua benedicta ſuper populū. Et interim vnus ex miniſtris eccleſię accipit in vaſe aliquo de eadē aqua, ad aſpergendum in domibus, ⁊ alijs locis. His peractis, Sacerdos qui benedixit fontē: infundit de oleo Catechumenorū in aquam in modū crucis intelligibili voce dicẽs. Sanctificetur ⁊ fecundetur fons iſte oleo ſalutis renaſcẽtib⁹ ex eo, in vitã ęternã. ℟. Amen.

Deinde infundit de Chriſmate, modo quo ſupra dicens.

Infuſio Chriſmatis domini noſtri Jeſu Chriſti, ⁊ ſpiritus ſancti paracliti, fiat in nomine ſanctę Trinitatis. ℟. Amen.

Poſtea accipit ambas ampullas dicti olei ſancti ⁊ chriſmatis, ⁊ de vtroque ſimul in modum crucis infundendo dicit.

Commiſtio Chriſmatis ſanctificationis, ⁊ olei vnctionis, ⁊ aquę baptiſmatis, pariter fiat, in nomine pa ✠ tris, ⁊ fi ✠ lij, ⁊ ſpiritus ✠ ſancti. ℟. Amen.

Tunc miſcet ipſum oleum cum aqua, ⁊ ſpargit cum manu ſua per omnem fontem. Si aderunt baptizandi, eos baptizat more conſueto. Deinde dicuntur litanię. Poſtea rediens, preparat ſe pro Miſſa ſollenniter celebranda.

¶ Ubi vero non ſunt fontes baptiſmales, finita vltima prophetia cū ſua oratione, celebrãs caſula depoſita, cum miniſtris ante


altare procumbit: ꝛ alijs omnibus genuflexis, cantantur Letanie prime in choro a duobus cantoribus, vtroqȝ choro idẽ ſimul reſpondente. Circa finem Letaniarum, Sacerdos ꝛ miniſtri induuntur paramentis albi coloris: ꝛ interim accenduntur luminaria in altari. In fine Letaniarum, cantatur ſolenniter, Ky rie eleiſon: ꝛ repetuntur, vt in miſſa moris eſt.




Sancta dei genitrix ora.
Sancta virgo virginum ora.
Sancte Michael ora.
Sancte Gabriel ora.
Sancte Raphael ora.
Omnes ſancti angeli ꝛ archangeli, orate pro nobis.
Omnes ſancti beatorum ſpirituum ordines, orate.
Sancte Joannes baptiſta, ora.

Omnes


Omnes ſancti patriarchę ⁊ pro/phetę, orate pro nobis.
Sancte Petre ora.
Sancte Paule ora.
Sancte Joannes ora.
Omnes ſancti apoſtoli ⁊ euan/geliſtę, orate pro nobis,
Omnes ſancti diſcipuli Domi/ni, orate pro nobis.
Sancte Stephane ora.
Sancte Laurenti ora.
Sancte Uincenti ora.
Omnes ſancti Martyres, ora/te pro nobis.
Sancte Silueſter ora.
Sancte Gregori ora.
Sancte Auguſtine ora.
Omnes ſancti pontifices ⁊ con/feſſores, orate pro nobis.
Omnes ſancti Doctores, ora/te pro nobis.
Sancte Benedicte ora.
Sancte Dominice ora.
Sancte Franciſce ora.
Omnes ſancti ſacerdotes ⁊ le/uite, orate pro nobis.
Omnes ſancti Monachi ⁊ Ere/mitę, orate pro nobis.
Sancta Maria Magdale/na, ora pro nobis
Sancta Agnes ora.
Sancta Agatha ora.
Sancta Anaſtaſia ora.
Omnes ſanctę virgines ⁊ viduę, orate pro nobis.
Omnes ſancti ⁊ ſanctę dei, in/tercedite pro nobis.



Propitiꝰ eſto: parce no. dñe.
Propitius eſto, exaudi nos dñe.
Ab omni malo libera nos dñe.
Ab oĩ peccato, libera nos dñe.
A morte perpetua, libera nos.
Per myſterium ſanctę incarna/tionis tuę, libera nos dñe.
Per aduentum tuum, libera.
Per natiuitatem tuam, libera nos domine.
Per baptiſmum ⁊ ſanctum ieiu/nium tuum, libera nos dñe.
Per crucem ⁊ paſſionem tuam, libera nos domine.
Per mortem ⁊ ſepulturam tuã, libera nos domine.
Per ſanctã reſurrectionem tuã, libera nos domine.
Per admirabilem aſcenſionem tuam, libera nos domine.
Per aduentũ ſpiritus ſancti pa/racliti, libera nos domine.
In die iudicij, libera nos dñe.



Pctõres, te rogamus audi nos.



Ut nobis parcas, te ro. au. nos.

Ut eccleſiam tuam ſanctam regere ⁊ conſeruare digneris, te rogamus audi nos.
Ut domnum apoſtolicũ ⁊ omnes eccleſiaſticos ordines in ſancta religione conſeruare digneris, te rogamus audi nos.
Ut inimicos ſanctę Eccleſię humiliare digneris, te rog. audi.
Ut regibus ⁊ principibus chriſtianis, pacem ⁊ veraꝫ concordiam donare digneris, te rog.
Ut noſmetipſos in tuo ſancto ſeruitio confortare ⁊ conſeruare digneris, te rog. audi nos.
Ut omnibus benefactoribuſ noſtris ſempiterna bona retribuas, te rogamus audi nos.
Ut fructuſ terrę dare ⁊ cõſeruare digneris, te rog. audi nos.
Ut omnibus fidelibuſ defunctiſ requiem ęternã donare digneris, te rogamus audi nos.
Ut noſ exaudire digneriſ, te ro.



Agnus Dei, qui tolliſ peccata




ta mũdi, parce nobis domine.
Agnus dei, qui tollis peccata mundi, exaudi nos domine.
Agnus dei, qui tollis peccata mundi, miſerere nobis.
Chriſte audi nos. Chriſte exaudi nos. Hic cãtores ſollemniter incipiunt: Kyrie eleiſon, Chriſte eleiſon, Kyrie eleiſon: ⁊ ter ſingula repetitur. Interim Sacerdos cũ miniſtris in paramentis albis, accedit ad altare, ⁊ facit confeſſionem vt moris eſt in loco conſueto: deinde aſcendẽs, oſculatur altare incẽſat more ſolito, ⁊ finitis a choro, Kyrie eleiſon, incipit ſollẽniter. Gloria in excelſis, ⁊ pulſantur cãpane. Quo finito, dicit. Dominus vobiſcuꝫ. R. Et cum ſpiritu tuo. Oremus.
DEus, qui hanc ſacratiſſimã noctem gloria Dominicę reſurrectionis illuſtras: conſerua in noua familię tuę progenie adoptionis ſpiritum quem dediſti: vt corpore ⁊ mente renouati, puram tibi exhibeant ſeruitutem. Per dominum.

Lectio epiſtolę beati Pauli apoſtoli ad Coloſſenſes.

FRatres. Si conſurrexiſtis cum Chriſto: quę ſurſum c. 3.
ſunt quęrite, vbi Chriſtus eſt in dextera dei ſedens. Quę ſurſum ſunt ſapite: non quę ſuper terrã. Mortui enim eſtis: ⁊ vita veſtra abſcõdita eſt cuꝫ Chriſto in deo. Cum autem Chriſtus apparuerit vita veſtra: tunc ⁊ vos apparebitis cum ipſo in gloria.

Finit.

Finita epiſtola celebrans incipit.



Et totum decantat ter, eleuãdo vocem gradatim: ⁊ Chorus poſt quamlibet vicem, in eadem voce repetit illud idem. Poſtea chorus proſequitur, ℣. Confitemini domino quoniam bonus: quoniam in ſeculũ miſericordia eius. Deinde dicitur. Tract. Laudate dominum omnes gentes, ⁊ collaudate eum omnes populi. ℣. Quoniam confirmata eſt ſuper nos miſericordia eius, ⁊ veritas domini manet in ęternum. Ad Euangelium non portantur luminaria: ſed tantum incenſum: ⁊ petitur benedictio.

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Mattheum.




ca. 28.


VEſpere autẽ ſabbati, quę luceſcit in prima ſabbati: venit Maria Magdalene, ⁊ altera Maria videre ſepulchrum. Et ecce, terręmotus factus eſt magnus. Angelus enim dñi deſcendit de cęlo: ⁊ accedẽs, reuoluit lapidẽ, ⁊ ſedebat ſuper eũ. Erat autẽ aſpectus eius, ſicut fulgur: ⁊ veſtimentum eius, ſicut nix. Prę timore autem eius, exterriti ſunt cuſtodes: ⁊ facti ſunt velut mortui. Reſpondens autẽ angelus, dixit mulieribus. Nolite timere vos. Scio enim quod Jeſum qui crucifixus eſt, quęritis. Non eſt hic. Surrexit enĩ, ſicut dixit. Venite, ⁊ videte locũ, vbi poſitus erat dominus. Et cito euntes dicite diſcipulis eius quia ſurrexit. Et ecce, pręcedet vos in Galilęã. Ibi eum videbitis. Ecce prędixi vobis. Non dicitur, Credo. ſed finito Euangelio Sacerdos dicit. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo. ⁊ poſtea, Oremus. Nõ dicitur Offertorium. Secreta.

SVſcipe dñe, quęſumus, preces populi tui, cũ oblationibus hoſtiarum: vt paſchalibus initiata myſterijs, ad ęternitatis nobis medelam te operãte proficiant. Per dñm. Prefatio.



Et cum


Et cum ſpiritu tuo. Sur ſum corda. Habe muꝫ ad do/
minum. Gratias agamus, domino deo noſtro.
Di gnũ ꝛ iuſtum eſt, Vere dignum ꝛ iuſtum eſt,
ęquum ꝛ ſalutare, Te quidẽ dñe omni tempore,
ſed in hac potiſſimum nocte glorioſius prędicare, cum
paſcha noſtruꝫ immolatus eſt Chriſtus. Ipſe enim verus
eſt agnus, qui ab ſtulit peccata mundi. Qui mortẽ noſtrã
moriendo deſtruxit, ꝛ vi tam reſurgendo reparauit.
Et



Et ideo, cum angelis ⁊ archãgelis, cũ thronis ⁊ domi/



nationibus, cũqʒ omni militia celeſtis exercitus, hymnum



glorię tuę canimus, ſi ne ſine dicentes.

Infra actionem.


Communicantes, ⁊ nocteʒ ſacratiſſimam celebrantes reſurrectionis domini noſtri Je/ſu Chriſti ſecundum carnem, ſed ⁊ memoriam venerantes, ⁊c.

Alia infra actionem.

Hanc igitur oblationeʒ ſeruitutis noſtrę, ſed ⁊ cunctę familię tuę, quam tibi offerimus: pro his quoqʒ quos regenerare dignatus es ex aqua ⁊ ſpiritu ſancto, tribuens eis remiſſioneʒ om/nium peccatorum, quęſumus domine, vt placatus accipias ⁊c.

Dicitur. Pax dñi ſit ſemper vobiſcum: Sed pacis oſculũ non datur: nec Agnus dei. nec Poſt cõmunio. dicuntur. Poſt ſumptionem ſacramenti, pro veſperis in Choro cantatur Antiphona. Alleluia, alleluia, alleluia.

Pſalmus. Laudate dominum omnes gentes: cum Gloria patri. in fine, poſt quem repetitur eadem Antiphona. Capitulum, Hymnus, ⁊ verſus non dicuntur, ſed ſtatim Sacerdos cantu incipit Antiphonam ad Magnificat.



Veſpere autem ſab bati.

Et proſequitur Chorus.

quę luceſcit in prima ſabbati: venit Maria Magdalene, ⁊ altera Maria, videre ſepulchrũ, allelu/ia.

Deinde cantatur, Magnificat, cum Gloria patri in fine, ⁊ repetita Antiphona Sacerdos dicit, Dominus vobiſcũ. ℟. Et cum ſpiritu tuo. Oremus.

Spirituʒ nobis domine, tuę charitatis infunde: vt, quos ſacramentis

ſacramentis paſchalibus ſatiaſti, tua facias pietate concordes. Per dominum noſtrum. in vnitate eiuſdez ſpiritus ſancti deus. Deinde dicit. Dominus vobiſcum, ℟. Et cum ſpiritu tuo.

Poſtea Diaconus cantat



I te miſſa eſt: alleluia,



alle luia.

℟. Deo gratias, Alleluia, all'a.

ORDINARIVM MISSAE.

Sacerdos cum ingreditur, inclinet caput ad altare, & ſignans ſe ſigno crucis clara voce dicit.

In nomine patris & filij & ſpiritus ſancti, Amen.

Deinde iunctis manibus ante pectus, incipit cũ miniſtris.

Introibo ad altare dei. miniſtri. ℟. Ad deum qui letificat iuuentutẽ meã. Poſtea alternatim cũ miniſtris dicit ſequentẽ Pſalmũ.

Pſalmus.

Iudica me deus, & diſcernẽ cauſam meam de gẽte non ſancta: ab homine iniquo & doloſo erue me.

Quia tu es deus fortitudo mea, quare me repuliſti, & quare triſtis incedo dum affligit me inimicus?

Emitte lucem tuam, & veritatem tuam: ipſa me deduxerunt & adduxerunt in montem ſanctum tuum, & in tabernacula tua.

Et introibo ad altare dei, ad deũ qui letificat iuuentutem meam.

Confitebor tibi in cithara deus deus meus: quare triſtis es anima mea, & quare conturbas me?

Spera in deo, quoniam adhuc confitebor illi, ſalutare vultus mei & deus meus.

Gloria patri & filio & ſpiritui ſancto. Sicut erat in principio, & nunc & ſemper, & in ſecula ſeculorum, Amen.

Repetit cũ miniſtris antiphonã. Introibo ad altare dei. ℟. Ad deum qui letificat iuuentutẽ meam. Signat ſe dicens. ℣. Adiutorium noſtrum in nomine dñi. ℟. Qui fecit celum & terrã.

Deinde iunctis manibus inclinatus facit cõfeſſionẽ. ¶ In miſſis defunctorũ & in miſſis de Tempore a Dominica Paſſionis vſque ad Sabbatum ſanctũ excluſiue omittitur pſalmus. Iudica. cum Gloria patri. & repetitione ãñe, ita dicto, In nomine patris. Introibo. & Adiutorium. fit confeſſio, vt ſequitur.

Confiteor

Confiteor deo omnipotēti beate Marie ſemꝑ virgini, beato Michaeli archangelo, beato Joanni Baptiſte, ſanctis apoſtolis Petro ⁊ Paulo, omnibus ſanctis, ⁊ vobis, fratres: quia peccaui nimis cogitatione, verbo ⁊ opere, percutit ſibi pectus, dicēs mea culpa, mea culpa mea maxima culpa. Ideo precor beatam Mariam ſemper virginē, beatū Michaelem archangelū, beatum Joannem Baptiſtā, ſanctos apoſtolos Petrū ⁊ Paulū, omnes ſanctos, ⁊ vos, fratres orare pro me ad dominum deū noſtrum. Miniſtri reſpondent.

Miſereatur tui omnipotens deus, ⁊ dimiſſis peccatis tuis, perducat te ad vitam eternam. Sacerdos dicit, Amen.

Deinde miniſtri repetunt Confeſſionem: ⁊ vbi a ſacerdote dicebatur, Vobis fratres, ⁊ Vos, fratres, a miniſtris dicitur, ⁊ tibi pater, ⁊ Te pater. Poſtea Sacerdos iunctis manibus facit abſolutionem, dicens.

Miſereatur veſtri omnipotens deus, ⁊ dimiſſis peccatis veſtris perducat vos ad vitam eternam. ℟. Amen. Signat ſe ſigno crucis, dicens.

Indulgentiā, abſolutionē, ⁊ remiſſionē omniū peccatorū noſtrorū, tribuat nobis omnipotēs ⁊ miſericors dominus. ℟. Amen. Inclinatus proſequitur. ℣. Deus tu conuerſus viuificabis nos. ℟. Et plebs tua letabitur in te. ℣. Oſtēde nobis dñe miſericordiam tuam. ℟. Et ſalutare tuū da nobis. ℣. Dñe exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dñs vobiſcū. ℟. Et cū ſpiri. Aſcendens ad altare dicit. Oremus.

Aufer a nobis, queſumus domine, cunctas iniquitates noſtras, vt ad ſancta ſanctorum, puris mereamur mētibus introire. Per Chriſtum dominum noſtrum. Amen. Manibus iunctis ſuper altare, inclinatus dicit.

Oramus te domine per merita ſanctorū tuorū, oſculatur altare dicens, quorum reliquie hic ſunt, ⁊ omnium ſanctorum: vt indulgere digneris omnia peccata mea, Amē. In miſſa ſollemni, celebrans antequam legat Introitum, benedicit incenſum, dicēs. Ab illo bene ✠ dicaris, in cuius honore cremaberis, Amen. Et accepto thuribulo a Diacono incēſat altare, dicens.

Dirigatur domine oratio mea ſicut incenſum in conſpectu tuo: eleuatio manuum mearum ſacrificium veſpertinum. Pone domine cuſtodiam ori meo, ⁊ oſtium circumſtantie labijs meis: vt non declinet cor meum in verba malitie ad excuſandas excuſationes in

peccatis,

Peccatis. Deinde Diaconus recepto thuribulo a celebrante, incenſet illum tantum. Poſtea celebrans ſignat ſe ſigno crucis, incipit Introitum, quo finito, iunctis manibus alternatim cũ miniſtris dicit.

Kyrie eleiſon, Kyrie eleiſon Kyrie eleiſon. Chriſte eleiſon. Chriſte eleiſon. Chriſte eleiſon. Kyrie eleiſon. Kyrie eleiſon. Kyrie eleiſon.


Poſtea ad medium altaris extendens & iungens manus, caputq; aliquantulum inclinans, dicit ſi dicendum eſt, Gloria in excelſis deo: & proſequitur iunctis manibus tum dicit, Adoramus te, Gratias agimus tibi, & Ieſu Chriſte, & Suſcipe deprecationem, inclinat caput: & in fine dicens, Cum ſancto ſpiritu, ſignat ſe.

In duplicibus & ſollemnibus diebus.




Gloria in excelſis de o.

In Miſſis beate Marie.



Glo ria in excelſis de o.

In Dominicis, feſtis ſemiduplicibus, & infra octauas, que non ſunt B. Marie.



Gloria in excelſis deo.

In feſtis ſimplicibus.



Gloria in excelſis deo.

Gloria in excelſis deo. Et in terra pax hominibus bone voluntatis. Laudamus te. Benedicimus te. Adoramus te. Glorificamus te. Gratias agimus tibi propter magnã gloriam tuam. Domine deus, rex celeſtis, deus pater omnipotens. Dñe fili vnigenite Ieſu Chriſte. Domine deus, agnus dei, filius patris. Qui tollis peccata mundi, miſerere nobis. Qui tollis peccata mundi, ſuſcipe deprecationem noſtrã. Qui ſedes ad dexterã patris, miſerere nobis, Quoniam tu ſolus ſanctus. Tu ſolus dñs. Tu ſolus altiſſimus Ieſu Chriſte. Cum ſancto ſpiritu, in gloria dei patris. Amen. Sic dicitur Gloria in excelſis. etiam in miſſis beate Marie. Deinde oſculatur altare in medio, & verſus populum dicit. ℣. Dominus

minus vobiſcum. ℟. Et cũ ſpiritu tuo. Poſtea dicit, Oremus. Deinde, Orationes, vnam aut plures vt ordo officij poſtulat: ſequitur. Epiſtola, Graduale, Alleluia, vel Tractus, Sequentia, vt tempus poſtulat.


His finitis ſi eſt miſſa ſollennis Diaconus deponit librum euangeliorum ſuper altare, ⁊ benedicto incenſo vt ſupra, genuflexus manibus iunctis ante medium altaris dicit.

Munda cor meum ac labia mea omnipotẽs deus, qui labia Iſaie prophete calculo mũdaſti ignito: ita me tua grata miſeratione dignare mundare, vt ſanctum euangelium tuum digne valeam nunciare. Per Chriſtum dominum noſtrum. Amen.

Poſtea accipit librum, ⁊ rurſus genuflexus petit benedictionẽ a Sacerdote dicẽs: Iube domne benedicere. Sacerdos reſpõdet.

Dominus ſit in corde tuo ⁊ in labijs tuis, vt digne ⁊ cõpetenter annuncies euangelium ſuum: In nomine patris ⁊ filij ✠ ⁊ ſpiritus ſancti. Deinde accepta benedictione oſculatur manum Sacerdotis: ⁊ cũ alijs miniſtris incenſo ⁊ luminaribus accedens ad locum euangelij ſtans iunctis manibus dicit, ℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo. Pronuncians, Sequentia ſancti euangelij ſecundum N. ſiue Initium. Pollice dextre manus ſignat librum euangelij, deinde frontem, labia, ⁊ pectus: ⁊ dum miniſtri reſpondent, Gloria tibi domine, incenſat ter librum, poſtea dicit euangelium iunctis manibus. Quo finito Subdiaconus defert librum ſacerdoti, qui oſculatur euangelium, dicens. Per euangelica dicta deleantur noſtra delicta: deinde a diacono Sacerdos incenſatur. Si vero Sacerdos ſine Diacono ⁊ Subdiacono celebrat, delato libro ad aliud cornu altaris, ſtans ad medium altaris iunctis manibus inclinatus, dicit. Munda cor meũ, ⁊ Iube domne benedicere, vt ſupra ⁊ Dominus ſit in corde meo ⁊ in labijs meis, vt digne ⁊ competenter annunciem euangeliũ ſuũ. Deinde ad librum conuerſus iunctis manibus dicit, ℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo: ⁊ pronuncians, Initium ſiue Sequẽtia ſancti euãgelij, ⁊c. ſignat ſe, ⁊ legit euangelium, vt dictum eſt. Quo finito, reſpondet miniſter. Laus tibi Chriſte: ⁊ Sacerdos oſculatur euãgeliũ, vt ſupra. In miſſis defunctorum dicitur, Munda cor meũ, ſed nõ petitur benedictio, nõ deferũtur luminaria, nec celebrãs oſculatur librum. Deinde ad medium altaris extendens ⁊ iungens manus,

nas, dicit ſi dicendum eſt: Credo in vnum deum: ⁊ proſequitur ſanctis in ambone. Quando autem ventum eſt ad illud Et incarnatus eſt, genuflectit vſque dum dicitur. Crucifixus etiam pro nobis. In fine ad Et vitā venturi, ſignat ſe ſigno crucis.



Credo in vnum deum.

Patrem omnipotentem, factorem cęli ⁊ terrę, viſibilium omnium ⁊ inuiſibilium. Et in vnū dominum Jeſum Chriſtum, filium dei vnigenitum. Et ex patre natum, ante omnia ſecula. Deum de deo, lumen de lumine, deum verum de deo vero. Genitum, non factum, conſubſtantialem patri: per quem omnia facta ſunt. Qui propter nos homines, ⁊ propter noſtram ſalutem deſcendit de cęlis. Et incarnatus eſt de ſpiritu ſancto ex Maria virgine: ⁊ homo factus eſt. Crucifixus etiam pro nobis: ſub Pontio Pilato paſſus ⁊ ſepultus eſt. Et reſurrexit tertia die, ſecundum ſcripturas: Et aſcendit in cęlum: ſedet ad dexteram patris. Et iterum venturus eſt cum gloria iudicare viuos ⁊ mortuos: cuius regni non erit finis. Et in ſpiritum ſanctum dominū ⁊ viuificantem: qui ex patre filioque procedit. Qui cum patre ⁊ filio ſimul adoratur, ⁊ conglorificatur: qui locutus eſt per prophetas. Et vnam ſanctā catholicam ⁊ apoſtolicam eccleſiam. Confiteor vnum baptiſma in remiſſionem peccatorum. Et expecto reſurrectionem mortuorum. Et vitam venturi ſeculi. Amen. Deinde oſculatur altare, ⁊ verſus populū dicit. ℣. Dominus vobiſcū. ℟. Et cū ſpiritu tuo. Poſtea dicit, Oremus. Offertorium. Quo dicto, ſi eſt miſſa ſollemnis, Diaconus porrigit celebranti patenā cum hoſtia: ſi priuata, Sacerdos ipſe accipit patenā cū hoſtia, quam offerens dicit.

Suſcipe, ſancte pater omnipotens, ęterne deus, hanc immaculatam hoſtiam, quā ego indignus famulus tuus offero tibi deo meo viuo ⁊ vero, pro innumerabilibus peccatis ⁊ offenſionibus ⁊ negligentiis meis, ⁊ pro omnibus circunſtantibus, ſed ⁊ pro omnibus fidelibus Chriſtianis viuis atque defunctis: vt mihi ⁊ illis proficiat ad ſalutem in vitam ęternam. Amen. Deinde repoſita hoſtia ſuper corporale, miniſtrat Diaconus vinū, Subdiaconus aquam in calice: vel ſi priuata eſt miſſa, vtrunque infundit Sacerdos, ⁊ aquam miſcendam in calice benedicit dicens.

Deus,

DEus, qui humanę ſubſtantię dignitatem mirabiliter condidiſti, ⁊ mirabilius reformaſti: da nobis per huius aquę ⁊ vini myſterium, eius diuinitatis eſſe conſortes, qui humanitatis noſtrę fieri dignatus eſt particeps, Jeſus Chriſtus filius tuus dominus noſter. Qui tecū viuit ⁊ regnat in vnitate ſpiritus ſancti, deus: per omnia ſecula ſeculorum Amen.

In miſſis pro defunctis dicitur predicta oratio: ſed aqua non benedicitur. Accipiens calicem [illegible] dicens.

OFferimus tibi domine calicem ſalutaris, tuam deprecantes clementiam: vt in conſpectu diuinę maieſtatis tuę pro noſtra ⁊ totius mundi ſalute cum odore ſuauitatis aſcendat. Amen

Deinde poſito calice ſuper corporale ⁊ palla cooperto, iunctis manibus aliquantulum inclinatus dicit.

IN ſpiritu humilitatis, ⁊ in animo contrito ſuſcipiamur a te domine: ⁊ ſic fiat ſacrificium noſtrum in conſpectu tuo hodie, vt placeat tibi dñe deus.

Erectus expanſis manibus calicem in altum porrectum iungens eleuatis ad celum oculis, ⁊ ſtatim [illegible].

VEni ſanctificator, omnipotens ęterne deus: benedicit oblata proſequendo: ⁊ bene✠dic hoc ſacrificium tuo ſancto nomini pręparatum. Poſtea ſi ſolenniter celebrat, benedicit incenſum, dicens.

PEr itercesſionē beati Michaelis archāgeli ſtantis a dextris altaris incenſi, ⁊ omnium electorū ſuorum, incēſum iſtud dignetur dñs bene✠dicere, ⁊ in odorē ſuauitatis accipere. Per Chriſtum dñm noſtrum. Amen.

Et accepto thuribulo a diacono, incenſat oblata, dicens.

INcenſum iſtud a te benedictum, aſcēdat ad te domine, ⁊ deſcendat ſuper nos miſericordia tua. Deinde incenſat altare, dicens.

DIrigatur dñe oratio mea ſicut incenſum in conſpectu tuo: eleuatio manuum mearum ſacrificium veſpertinum. Pone dñe cuſtodiam ori meo, ⁊ oſtium circunſtantię labijs meis: vt non declinet cor meum in uerba malitię ad exculandas exculationes in peccatis. Dum reddit thuribulum diacono dicit

ACcendat i nobis dominus ignem ſui amoris, ⁊ flāmam ęternę charitatis. Amen.

Poſtea incenſatur ſacerdos a diacono, deinde alij per ordinem. Interim ſacerdos lauat manus, dicens.

LAuabo inter inocentes manus meas: ⁊ circundabo altare

tare tuum domine. Ut audiam vocem laudis: ⁊ enarrem vniuerſa mirabilia tua. Domine dilexi decorem domus tuę, ⁊ locum habitationis glorię tuę. Ne perdas cum impijs animam meam: ⁊ cum viris ſanguinum vitam meam. In quorum manibus iniquitates ſunt: dextera eorum repleta eſt muneribus. Ego autem in innocentia mea ingreſſus ſum: redime me, ⁊ miſerere mei. Pes meus ſtetit in directo: in eccleſijs benedicam te domine. Gloria patri, ⁊ filio ⁊ ſpiritui ſancto. Sicut erat in principio, ⁊ nunc ⁊ ſemper, ⁊ in ſecula ſeculorum. Amen.

In miſſis pro defunctis, ⁊ tempore Paſſionis in miſſis de tempore omittitur, Gloria patri. Deinde ad mediū altaris, ⁊ aliquantulum inclinatus iunctis manibus, dicit.

Suſcipe, ſancta Trinitas, hanc oblationem, quam tibi offerimus ob memoriam paſſionis, reſurrectionis, aſcenſionis Jeſu Chriſti domini noſtri: ⁊ in honore beatę Marię ſemper virginis, ⁊ beati Joannis Baptiſtę, ⁊ ſanctorum apoſtolorum Petri ⁊ Pauli, ⁊ iſtorum, ⁊ omnium ſanctorum: vt illis proficiat ad honorem, nobis autem ad ſalutem: ⁊ illi pro nobis intercedere dignentur in cęlis, quorum memoriam agimus in terris. Per eundem Chriſtum dominum noſtrum. Amen.

Poſtea oſculatur altare, ⁊ verſus populum dicit.

Orate fratres: vt meum ac veſtrū ſacrificium acceptabile fiat apud deum patrē omnipotentē. (Miniſter ſeu circūſtantes reſpondent: alioquin ipſemet ſacerdos)

Suſcipiat dominus ſacrificium de manibus tuis vel meis, ad laudem ⁊ gloriam nominis ſui: ad vtilitatem quoque noſtram, totiuſque eccleſię ſuę ſanctę. Amen. Deinde manibus extenſis abſolute ſubiungit orationes ſecretas. Quibus dictis, cum peruentum fuerit ad concluſionem clara voce dicit. Per omnia ſecula ſeculorum. cum Præfatione, vt in ſequentibus. Præfatio incipitur ambabus manibus poſitis hinc inde ſuper altare: quas aliquantulum eleuat, cum dicit, Surſum corda. Iungit manus ⁊ caput inclinat, cum dicit, Gratias agamus domino deo noſtro. Deinde disiungit manus, ⁊ diſiunctas tenet vſque ad finem Præfationis, ⁊ iterum iungit cum dicit, Sanctus, ⁊c.

Sequens

Sequens Præfatio cum ſuo cantu dicitur a Natiuitate Domini, vſq; ad Epiphaniam. Et in Purificatione B. Marie virginis. Et in feſto Corporis Chriſti, & per octauam.





Infra actionem.

Communicantes & diem vel noctem ſacratiſſimam vel ſacratiſſimum celebrantes: qua vel quo beatę Marię intemerata virginitas, huic mundo edidit ſaluatorem. Sed & memoriam venerantes in primis eiuſdem glorioſę ſemperq; virginis Marię genitricis eiuſdem dei & domini noſtri Jeſu Chriſti. Sed, & beatorum apoſtolorum, &c. In prima Miſſa nocturna dicitur, noctem ſacratiſſimam: deinde ſemper dicitur, diem ſacratiſſimum uſque ad octauam Natiuitatis Domini incluſiue, & non vltra.

Sequens

Sequens Prefatio cum ſuo cantu dicitur in Epiphania Domini ⁊ per octauam.






Infra actionem.


COmmunicantes, ꝛ diem ſacratiſſimum celebrantes: quo vni/genitus tuus in tua tecum gloria coęternus in veritate carnis noſtrę viſibiliter corporalis apparuit. Sed ꝛ memoriam venerãtes, in primis glorioſę ſemperqꝫ virginis Marię, genitricis eiuſdem dei, ꝛ domini noſtri Jeſu Chriſti: ſed ꝛ beatorum apoſtolorum, ac marty/rum tuorum Petri ꝛ Pauli ꝛc. Et dicitur per totam octauam.

Sequẽs Prefatio cũ ſuo cãtu dicitur in Dñicis ꝛ in feſtis dup. ꝛ ſemid. Quadrageſimę in ea occurrẽtibus. vſqꝫ ad Dñi cam Paſſionis, niſi in feſtis propria aſſignetur.




℟. Et


℟. Et cũm ſpiritu tuo. ℣. Surſum corda. ℟. Habemus
ad dominum. ℣. Gratias aga mus domino deo
noſtro. ℟. Dignum ⁊ iuſtum eſt.
Præfa
tio.
Vere dignũ ⁊ iuſtuz eſt, ęquũ ⁊ ſalutare, nos tibi
ſemper ⁊ vbiqz gratias agere: domine ſancte, pater omni-
potẽs ęterne deus. Qui corporali ieiunio vitia
comprimis, mẽtem eleuas, virtutez largiris ⁊ pręmia: per
Chriſtũ dominũ noſtrũ. Per quẽ maieſtatem tuam lau-




Sequens Prefatio cum ſuo cantu dicitur in Dominica Paſſionis in Dominica Palmarum in Feria quinta in Cena domini, ⁊ in feſtis duplicibus ⁊ ſemiduplicibus eo tempore occurrentibus, niſi in feſtis propria aſſignetur.

Et in ſolempnitatibus ſancte Crucis.




biſcuȝ R. Et cũ ſpiritu tu o V. Surſum corda R. Ha-
be mus ad dominum. V. Gratias aga mus domino
deo noſtro. R. Di gnuȝ ꝛ iuſtum eſt.
Præfatio.
Vere dignũ ꝛ iuſtũ eſt, equũ ꝛ ſalu tare.
nos tibi ſemper ꝛ vbiqȝ gratias a gere: domine
ſãcte, pater omnipotẽs, eterne deus. Qui ſalutem hu-
mani generis in ligno crucis conſtitu i ſti vt
vnde mors orie batur, inde vita reſurgeret. Et qui
in


in ligno vincebat, in ligno quoqꝫ vinceretur:
per Chriſtuꝫ dominū noſtrū. Per quē maieſtatē tuam
laudāt angeli, adorant domina ti o nes, tremūt
poteſtates. Celi celorumqꝫ virtutes ac bea ta ſe-
raphin, ſo cia exul ta ti o ne concelebrant. Cum
quib⁹ ꝛ noſtras voces, vt admitti iubeas depre-
camur, ſup plici confeſſi one dicentes.

Sequens Prefatio cum ſuo cantu dicitur a vigilia Paſche vſque ad octauam: & in Dominicis vſq; ad Aſcenſioné. & in feſtis duplicibus, & ſemiduplicibus eo tempore occurrentibus, niſi propria in feſtis aſſignetur. Cum in miſſa ſabbati ſancti dicitur. In hac potiſſimum nocte: in die paſche vſq; ad ſabbatum in Albis incluſiue dicitur, In hac potiſſimum die: deinceps dicitur. In hoc potiſſimum tempore.




cte glori o ſius prędica re, cū Paſcha noſtrū
immola tus eſt Chriſtus. Ipſe enim verus eſt agnus
qui ab ſtulit peccata mundi. Qui mortē noſtram
moriendo deſtruxit, & vi tam reſurgendo repa
rauit. Et ideo cum angelis & archangelis,
cū thronis & dominatio nibus: cumq; omni mi
litia cęleſtis exercitus, hymnū glorię tuę canimus
ſi ne fine dicentes,

Infra actionem.


COmmunicantes ⁊ diem ſacratiſſimum celebrantes Reſurrectionis domini noſtri Jeſu Chriſti ſecundum carnem. Sed ⁊ memoriam venerantes in primis glorioſe ſemperq; virginis Marie genitricis eiuſdem dei ⁊ domini noſtri Jeſu Chriſti: ſed ⁊ beatorum apoſtolorum, ⁊c. ſequitur. Hanc igitur oblationem ſeruitutis noſtre, ſed ⁊ cuncte familie tue quā tibi offerimus, pro his quoq; quos regenerare dignatus es ex aqua ⁊ Spiritu ſancto, tribuens eis remiſſionem omnium peccatorum: queſumus domine, vt placatus, ⁊c. Sic dicitur a vigilia Paſche vſque ad ſabbatum in albis incluſiue.

¶ Sequens Prefatio cum ſuo cantu dicitur a die Aſcenſionis vſq; ad vigiliam Pentecoſtes excluſiue, ⁊ in feſtis tunc occurrentibus.



nos


nos tibi ſemper ⁊ vbiqꝫ gratias a gere: domine
ſācte, pater omnipotēs, ęterne deus. Per Chri/
ſtum do mi num noſtrum Qui poſt reſurrectio nem
ſuam omnibus diſcipulis ſuis manifeſtus apparuit,
⁊ ipſis cernentibus eſt eleuatus in cęlum, vt nos diuinitatis
ſuę tribueret eſſe participes. Et ideo cū angelis
⁊ archangelis, cū thronis ⁊ dominātionibus, cūque omni
militia cęleſtis exercitus hymnū glorię tuę ca/
nimus



nimus ſi ne ſi ne dicentes.


Infra actionem.

COmmunicantes, & diem ſacratiſſimum celebrantes: quo dominus noſter vnigenitus filius tuus vnitam ſibi fragilitatis noſtrę ſubſtantiam, in glorię tuę dextera collocauit. Sed & memoriam venerantes, in primis glorioſę ſemperque virginis Marię genitricis eiuſdem dei & domini noſtri Ieſu Chriſti, &c. Et dicitur per totam octauam.

Sequens Pręfatio cum ſuo cantu dicitur a Vigilia Pentecoſtes vſque ad ſequentem ſabbatum incluſiue.



Per omnia ſecula ſeculorũ. ℟. Amen. ℣. Dñs vobiſcũ.



℟. Et cum ſpiritu tuo. ℣. Surſum corda. ℟. Ha



bemus ad dominum. ℣. Gratias aga mus domi



Pręfatio.

no deo noſtro. ℟. Dignum & iuſtum eſt.

Vere


V ere dignū τ iuſtuȝ eſt, ęquū τ ſalutare, nos tibi
ſemper τ vbiqȝ gratias agere: domine ſancte, pater omni-
potēs ęter ne deus. Per Chriſtū dn̄m noſtrū, Q ui a-
ſcēdes ſuper omnes cęlos, ſedēſqȝ ad dexteram tuam
promiſſum ſpiritum ſanctū hodierna die in filios ado-
ptio nis effudit. Qua propter profuſis gaudijs
totus in orbe terrarum mūdus e xultat. Sed τ ſu-
pernę virtutes, atque angelicę poteſtates hymnum

glorię



glorię tuę concinunt, ſi ne fine dicentes.

Infra actionem.

Communicantes, ⁊ diem ſacratiſſimum Pentecoſtes celebrã-tes: quo Spiritus ſanctus apoſtolis innumeris linguis ap-paruit. Sed ⁊ memoriam, ⁊c. Sequitur. Hanc igitur oblatio-nem ſeruitutis noſtrę: ſed ⁊ cunctę familię tuę quam tibi offerimus: pro his quoq; quos regenerare dignatus es ex aqua ⁊ Spiritu ſancto, tribuens eis remiſſionem omnium peccatorum, quęſumus domi-ne vt placatus accipias, ⁊c. Et dicitur vſque ad ſequens Sabba-tum excluſiue.

Sequens Præfatio cum ſuo cantu dicitur in feſto Sanctę Trinitatis.




Per omnia ſecula ſeculorum. ℟. Amen. ℣. Dominus vo-



biſcũ. ℟. Et cũ ſpiritu tuo. ℣. Surſuz corda. ℟. Ha-




be mus ad dominũ. ℣. Gratias aga mus domino




Præfa tio.


deo noſtro. ℟. Dignuz ⁊ iuſtum eſt,


M. N. R, S Vere



Vere dignum ⁊ iuſtū eſt, ęquū ⁊ ſalutare, nos tibi ſemper
⁊ vbiqȝ gratias agere: domine ſancte, pater om-
nipotēs, ęterne deus. Qui cum vnigenito filio
tuo, ⁊ ſpiritu ſancto, vnus es deus, vnus es dominus.
Nō in vnius ſingularitate perſonę, ſed in vnius Trini-
tate ſubſtantię. Quod enim de tua gloria reuelante
te credimus, hoc de filio tuo, hoc de ſpiritu ſancto,
ſine differentia diſcretionis ſentimus: vt in confeſſio-
ne



Sequens Præfatio cum ſuo cantu dicitur in feſtis S. Mariæ & per eius octauas (excepto feſto Purificationis in quo dicitur de Natiuitate) etiam in feſtis infra eius octauam occurrentibus ſi propriam non habuerint, & in Miſſis votiuis de B. Maria in quibus dicitur, & te in veneratione: in feſtis autem dicitur, & te in Annunciatione, vel Viſitatione, vel Aſſumptione, vel Natiuitate, vel Conceptione, ſecundum denominationem feſti, & in feſto ſanctæ Mariæ ad Niues, dicitur, & te in feſtiuitate.




biſcuꝫ. ℟. Et cū ſpiritu tuo. ℣. Surſum corda.
℟. Habemus ad dominum. ℣. Gratias aga mus domi-
no deo noſtro. ℟. Dignum ⁊ iuſtum eſt.
Præfatio.
Vere dignum ⁊ iuſtū eſt, ęquū ⁊ ſalutare, nos tibi
ſemper ⁊ vbiqꝫ gratias agere: domine ſancte, pater
omnipotēs, ęterne deus. Et te in veneratione Bea-
tę Marię ſemper virginis collaudare, benedicere, ⁊
prędicare. Que ⁊ vnigenitum tuum ſancti ſpiritus
obum-



obumbratione concepit: ⁊ virginitatis gloria perma
nēte, lumen ęternū mūdo effudit, Jeſuꝫ Chriſtū do-
minum noſtrum. Per quem maieſtatem tuam laudant
Angeli, adorant domina ti o nes, tremūt pote-
ſtates. Celi celorum q̄ue virtutes, ac bea ta Sera-
phim ſo cia exul tatione concelebrant. Cū quibus
⁊ noſtras voces vt admitti iubeas deprecamur ſup-
plici confeſſi o ne dicentes.

M. N. R.

Sequens Præfatio cum ſuo cantu dicitur in feſtis Apoſtolorum, & Euangeliſtarum, & per octauas eorum, & in feſtis infra eas occurrentibus niſi propria aſſignetur.



ſtodias



Sequens Pręfatio cum ſuo cantu dicitur in omnibus feſtis duplicibus, ⁊ per octauas eorū, ⁊ in omnibus ſemiduplicibus, ⁊ Dominicis diebus, vbi propria nō habetur.




R. Habemus ad dominum. V. Gratias aga mus domi/
no deo noſtro. R. Dignum ⁊ iuſtum eſt.
Prefa/
tio.
Vere dignum ⁊ iuſtū eſt, equū ⁊ ſalutare, nos tibi ſemper
⁊ vbiqꝫ gratias agere: domine ſancte, pater omnipotēs,
eterne deus.: per Chriſtū dominū noſtrū. Per quē maie/
ſtatē tuam laudāt Angeli, adorant dominationes, tremūt po/
teſtates. Celi celorūqꝫ virtutes ac beata Seraphiʒ, ſo cia
exultatione cōcelebrāt. Cū quib⁹ ⁊ noſtras voces vt admitti
iubeas


iubeas deprecamur ſupplici confeſſione dicentes.

Sanctus, Sanctus, Sanctus dominus deus ſabaoth. Pleni ſunt celi ⁊ terra gloria tua. Oſanna in excelſis. Benedictus qui venit in nomine domini. Oſanna in excelſis.

Sequitur Prefatio cum ſuo cantu dicitur [illegible] Quadrageſime, a quarta feria Cinerum [illegible] ſabbatum ante dominicam Paſſionis incluſiue.

Per omnia ſecula ſeculorum. Amen. Dominus vobiſcū. Et cū ſpiritu tuo. Surſuz corda. Habemuz ad dominum. Gratias agamus domino deo noſtro. Dignuz ⁊ iuſtum eſt.

Uere dignū ⁊ iuſtū eſt, ęquū ⁊ ſalutare: nos tibi ſemper ⁊ vbiqꝫ


⁊ vbiqꝫ gratias agere: domine ſācte, pater omnipotēs,
ęterne deus. Qui corporali ieiunio vitia comprimis,
mētez eleuas, virtutem largiris ⁊ pręmia: per Chriſtū do-
minū noſtrū. Per quē maieſtatem tuam laudāt Angeli,
adorant dominationes, tremunt poteſtates. Cęli cęlo-
rumqꝫ virtutes ac beata Seraphim, ſocia exultatione
concelebrant. Cum quibus ⁊ noſtras voces vt admitti
iubeas deprecamur ſupplici confeſſione dicentes,

Sequens

Sequens Præfatio cum ſuo cantu dicitur in diebus ferialibus, a Dominica Paſſionis vſqȝ ad feriam quintam in Cęne Domini Et in Miſſis votiuis ſancte Crucis.



Crucis


Crucis conſtituiſti, vt vnde moꝛs oꝛiebatur, inde vita
reſurgeret. Et qui in ligno vincebat, in ligno quoq; vin-
ceretur, Per Chꝛiſtũ dominum noſtrũ. Per quẽ maie-
ſtatem tuam laudãt Angeli, adoꝛãt dominationes tre-
mũt poteſtates. Celi celoꝛumque virtutes, ac beata Sera-
phim, ſocia exultatione cõcelebꝛãt. Cum quibꝰ ⁊
noſtras voces, vt admitti iubeas depꝛecamur, ſupplici
confeſſione dicentes.

Sequentia

Sequens Prefatio cum ſuo cantu dicitur in diebus ferialibus ab octaua Paschę vſqȝ ad Aſcenſionem Domini. Et in feſtis ſimplicibus eo tempore occurrentibus.

Per omnia ſecula ſeculorum. ℟. Amen. ℣. Dominus vo-

biſcuȝ. ℟. Et cũ ſpiritu tuo. ℣. Surſuȝ corda. ℟. Habe-

muſ ad dominum ℣. Gratias agamus domino deo no-

ſtro. ℟. Dignũ ⁊ iuſtum eſt.


Prefatio.

Vere dignũ ⁊ iuſtũ eſt, ęquũ ⁊ ſalutare: Te quidem domi-


ne omni tempore, ſed in hoc potiſſimum glorioſius prę-

dicare, cũ Paſcha noſtrũ immolatus eſt Chriſtus. Ip-

ſe enim




Sequens Pręfatio cum ſuo cantu dicitur in Miſſis votiuis de ſancta Trinitate.






℟. Habemus ad dominum. ℣. Gratias agamus domi-
no deo noſtro. ℟. Dignũ ⁊ iuſtum eſt.
Præfa-tio.
Vere dignũ ⁊ iuſtũ eſt, ęquũ ⁊ ſalutare: nos tibi ſemper,
⁊ vbiqꝫ gratias agere, domine ſãcte, pater omnipotens
ęterne deus. Qui cũ vnigenito filio tuo. ⁊ ſpiritu
ſancto, vnus es deus, vnus es domin⁹. Nõ in vnius
ſingularitate perſonę, ſed in vnius trinitate ſubſtãtię.
Quod enim de tua gloria reuelante te credim⁹, hoc de

filio



Sequens Pręfatio cum ſuo cantu dicitur in Miſſis votiuis de Spiritu ſancto.





biſcum. ℟. Et cũ ſpiritu tuo. ℣. Surſũ corda. ℟.
Habemus ad dominum. ℣. Gratias agamus domino
Præfatio.
deo noſtro. ℟. Dignũ ⁊ iuſtum eſt.
Vere dignũ ⁊ iuſtũ eſt, æquũ ⁊ ſalutare, nos tibi
ſemper, ⁊ vbique gratias agere, domine ſancte, pater
omnipotens, æterne deus. Per Chriſtũ dominũ noſtrũ.
Qui aſcẽdens ſuper oĩs cælos: ſedẽſq; ad dexteram tuam,
promiſſum Spiritum ſanctum in filios adoptionis effudit.
T Quo

Quapropter profuſis gaudijs, totus in orbe terrarũ mundus exultat. Sed ⁊ ſupernę virtutes, atqꝫ angelicę poteſtates: hymnũ glorię tuę concinunt, ſine fine dicentes.

Sequens Præfatio cum ſuo cantu dicitur in Miſſis votiuis de Apoſtolis.

Per omnia ſecula ſeculorum. ℟. Amen. ℣. Dominus vobiſcuꝫ. ℟. Et cũ ſpiritu tuo. ℣. Surſũ corda ℟. Habemus ad dominum. ℣. Gratias agamus domino deo noſtro. ℟. Dignũ ⁊ iuſtum eſt.


Præfatio. Uere


Vere dignū & iuſtū eſt, ęquū & ſalutare, Te domine
ſuppliciter exorare, vt gregem tuum paſtor ęterne non de-
ſeras: ſed per beatos apoſtolos tuos cōtinua protectio-
ne cuſtodias. Vt iiſdē rectoribus gubernetur: quos ope-
ris tui vicarios eidem contuliſti pręeſſe paſtores. Et
ideo cum angelis, & archangelis, cum thronis & domina-
tionibus, cumque omni militia cęleſtis exercitus,
hymnum glorię tuę canimus, ſine fine dicentes.

Sequens Præfatio cum ſuo cantu dicitur in feſtis ſimplicibus, & diebus ferialibus, vbi propria non habetur.



Per



Sanctus, Sanctus, Sanctus dominus deus ſabaoth. Pleni ſunt cęli & terra gloria tua. Oſanna in excelſis. Benedictus qui venit in nomine domini. Oſanna in excelſis.


INRI

SACERDOS
extendens ⁊ iungens manus,
eleuans ad cęlum oculos
& ſtatim demittens,
inclinatus ante
altare dicit.



Te igitur clemẽtiſſime Pater, per Jeſuz Chriſtum filium tuum dominum noſtrum, ſupplices rogamus, ac petimus, Oſculatur altare, Uti accepta habeas, ⁊ benedicas, Signet ter ſuper oblata. Hęc ✠ dona, hęc ✠ munera, hęc ✠ ſancta ſacrificia illibata. Extenſis mani

bus proſequitur. In
primis quę tibi offeri-
mus pro Eccleſia tua
ſancta catholica: quam
pacificare, cuſtodire,
adunare, ⁊ regere digne
ris toto orbe terraruꝫ:
una cũ famulo tuo Pa
pa noſtro N. ⁊ antiſtite
noſtro N. ⁊ omnibus
orthodoxis, atqꝫ catho
licę ⁊ apoſtolicę fidei
cultoribus.

Cõmemorat. pro viuis.

MEmento domine
famulorũ famula-
rũqꝫ tuarũ N. ⁊ N. iun
git manus orat aliquan
tulũ pro quibus orare
intendit: deinde extenſis
manibus proſequitur.
Et omnium circumſtan
tium, quorum tibi fides
cognita eſt ⁊ nota deuo
tio, pro quibus tibi offe-
rimus: vel qui tibi offe-
runt hoc ſacrificiuꝫ lau-
dis, pro ſe, ſuiſqꝫ omni-
bus: pro redẽptione ani
marũ ſuaruꝫ, pro ſpe ſa-
lutis, ⁊ incolumitatis ſuę:
tibique reddũt vota ſua
ęterno deo viuo ⁊ vero.

Infra actionem.

COmmunicantes, ⁊
memoriã veneran
tes: in primis glorioſę
ſemperque virginis Ma
rię genitricis dei ⁊ domi
ni noſtri Jeſu Chriſti.
Sed ⁊ beatorũ apoſto
lorũ, ac martyrũ tuorũ:
Petri ⁊ Pauli, An-
dreę, Jacobi, Joãnis,
Thomę, Jacobi, Phi
lippi, Bartholomęi,
Matthęi, Simonis ⁊
Thadęi: Lini, Cleti,
Clemẽtis, Xiſti, Corne-
lij, Cypriani, Laurẽtij,
Chryſogoni, Joãnis ⁊
Pauli, Coſmę ⁊ Da-
miani:

miani. Et omniũ ſãctorũ tuorũ: quorũ meritis precibuſque cõcedas, vt in omnib⁹ protectionis tuę muniamur auxilio. iungit manus. Per eundem Chriſtũ dominuz noſtrum. Amen.

Leuẽs manus expãſas ſuper oblata dicit.

HAnc igitur oblationẽ ſeruitutis noſtrę, ſed & cũctę familię tuę, quęſumus domine vt placatus accipias: dieſq; noſtros in tua pace diſponas, atque ab ęterna dãnatione nos eripi, & in electorũ tuorum iubeas grege numerari. iũgit man⁹. Per Chriſtũ dominũ noſtrũ. Amẽ.

QVaz oblationẽ tu deus in omnibus, quęſumus: ſignat ter ſuper oblata, bene ✠ dictam, aſcri ✠ ptam, ra ✠ tam, rationabilẽ, acceptabilẽque facere digneris: ſignat ſemel ſuper hoſtiã: & ſemel ſuper calicẽ: vt nobis Cor ✠ pus, & ſan ✠ guis fiat dilectiſſimi filij tui dñi noſtri Jeſu Chriſti.

QVi pridie, quaz pateretur: accipit hoſtiam: accepit panẽ in ſãctas ac venerabiles manus ſuas: eleuat oculos ad cęlũ: Et eleuatis oculis in cęlum ad te deum patrem ſuũ omnipotentem: tibi gratias agens: ſignat ſuper hoſtiam, bene ✠ dixit, fregit, deditque diſcipulis ſuis dicens. Accipite & mãducate ex hoc omnes.

Tenens ambabus manibus hoſtiam, profert verba cõſecrationis diſtincte

ſtincte, ſecrete, ⁊ attente.

Hoc eſt enim cor-
pus meum.

Prolatis verbis cōſecrationis, ſtatim hoſtiam conſecratam genuflexus adorat: ſurgit, oſtēdit populo: reponit ſuper corporale, iterū adorat: ⁊ non disiungit pollices ⁊ indices, niſi quando hoſtia tractanda eſt, vſque ad ablutionem digitorum. Tunc adorato Sacramento, ⁊ detecto calice dicit.

Simili modo poſtquam cęnatum eſt: ambabus manibus accipit calicem: accipiens ⁊ hunc prę clarum calicem in ſanctas ac venerabiles manus ſuas: item tibi gratias agens, ſiniſtra tenēs calicem, dextra ſignat ſuper eū. Bene ✠ dixit, deditque diſcipulis ſuis, dicens. Accipite ⁊ bibite ex eo omnes. Profert verba cōſecrationis ſuper calicē tenēs illum parum eleuatum.

Hic eſt enim calix ſan-
guinis mei: noui & æter-
ni teſtamenti: myſteri-
um fidei: qui pro uobis
& pro multis effunde-
tur in remiſſionem pec-
catorum.

Prolatis verbis cōſecrationis deponit calicem ſuper corporale, ⁊ dicēs. Hęc quotieſcūque feceritis, in mei memoriā facietis. genuflexꝰ adorat: ſurgit, oſtendit populo: deponit, cooperit, ⁊ iterum

iterū adorat. Deinde diſiunctis manibus dicit.

Unde ⁊ memores dñe nos ſerui tui, ſed ⁊ plebs tua ſancta eiuſdem Chriſti filij tui dñi noſtri, tã beatę paſſionis, necnon ⁊ ab inferis Reſurrectionis, ſed ⁊ in cęlos glorioſę Aſcenſionis, offerimus pręclarę maieſtati tuę, de tuis donis ac datis, ſignat ter ſuper hoſtiã ⁊ calicē ſimul, hoſtiã ✠ purã: hoſtiã ✠ ſanctã: hoſtiã ✠ immaculatã, ſignat ſemel ſuper hoſtiam, ⁊ ſemel ſuper calicē. panē ✠ ſanctum vitę ęternę, ⁊ calicem ✠ ſalutis perpetuę. extēſis manibus proſequitur.

Supra quę propitio ac ſereno vultu reſpicere digneris: ⁊ accepta habere, ſicuti accepta habere dignatus es munera pueri tui iuſti Abel, ⁊ ſacrificiū patriarchę noſtri Abrahę: ⁊ quod tibi obtulit ſummus ſacerdos tuus Melchiſedec, ſanctū ſacrificiū, immaculatã hoſtiã. Profunde inclinatus iūctis manibus dicit.

Supplices te rogamus omnipotens deus: iube hęc perferri per manus ſancti Angeli tui in ſublime altare tuū in conſpectu diuinę maieſtatis tuę. Ut quotquot, oſculatur altare, ex hac altaris participatione, ſacroſanctū filij tui, ſignat ſemel ſup̱ hoſtiã, ⁊ ſemel ſup̱ calicē, Cor ✠ pus ⁊ ſan ✠ guinē ſūpſerimus, ſeipſū ſignat, omni benedictio

ne cęleſti, ⁊ gratia repleamur. Per eundē Chriſtū dñm noſtrū. Amē.

Commemoratio pro defunctis.

MEmēto etiam dñe famulorū famularūq₃ tuarū N. ⁊ N. qui nos pręceſſerūt cū ſigno fidei, ⁊ dormiūt in ſomno pacis. *iūgit manus, orat aliquātulū pro his defunctis pro quib⁹ orare intēdit: deinde extēſis manibus proſequitur.*

Ipſis domine, ⁊ omnibus in Chriſto quieſcētibus, locū refrigerij, lucis, ⁊ pacis, vt indulgeas, deprecamur. Per eundē Chriſtū dñz noſtrū. Amē. *Percutit pectus clara parū voce dicens.*

NObis quoq₃ peccatoribus famulis tuis, de multitudine miſerationū tuarū ſperātibus, partē aliquā ⁊ ſocietatē donare digneris, cū tuis ſanctis apoſtolis, ⁊ martyribus: cū Ioāne, Stephano, Mathia, Barnaba, Ignatio, Alexādro, Marcellino, Petro, Felicitate, Perpetua, Agatha, Lucia, Agnete, Cęcilia, Anaſtaſia: ⁊ omnibus ſanctis tuis. Intra quorū nos conſortiū, non ęſtimator meriti, ſed venię, quęſumus, largitor admitte. Per Chriſtum dominum noſtrum


PEr quē hęc omnia domine ſemper bona creas: *ſignat ter ſuper hoſtiā ⁊ calicem ſimul, dicēs.* Sancti✠ficas: viui✠ficas: bene✠dicis, ⁊ pręſtas nobis, *diſcooperit calicem, genuflectit*

nuflectit, accipit ſacra-
mentum dextera, tenēs
ſiniſtra calicem: ſignat
cū hoſtia ter a labio ad
labium calicis dicens.
**Per ip✠ſum: ⁊ cum
ip✠ſo: ⁊ in ip✠ſo:** bis
ſignat inter pectus ⁊ ca


lice, **eſt tibi deo patri** ✠
**omnipotenti, in vnitate
ſpiritus ✠ ſancti:** eleuās
parum calicem cum ho-
ſtia dicit. **omnis honoꝛ
⁊ gloria,** deponit hoſtiā,
cooperit calicem, genu-
flectit, ſurgit ⁊ dicit.




ſicut




Sequens cantus dicitur in feſtis ſimplici-
bus, & ferialibus diebus.





uina inſtitutione formati audemus dicere.



PAter noſter, qui es in cęlis. Sanctificetur nomen




tuum. Adueniat regnũ tuum. Fiat voluntas tua



ſicut in cęlo ⁊ in terra. Panem noſtrũ quotidianum



da nobis hodie. Et dimitte nobis debita noſtra, ſicut ⁊



nos dimittimus debitoribus noſtris. Et ne nos inducas



[illegible]

Amen.

in tentationem. ℟. Sed libera nos a malo.


Deinde accipit patenam inter indicem ⁊ medium digitos, ⁊ dicit.

LIbera nos quęſumus domine, ab omnibus malis, pręteritis, pręſentibus, ⁊ futuris: ⁊ intercedente beata ⁊ glorioſa ſemper

ſemper virgine dei genitrice maria, cum beatis apoſtolis tuis Petro ⁊ Paulo, atq; Andrea ⁊ omnibus ſanctis: ſignat ſe cum patena a fronte ad pectus. Da propitius pacem in diebus noſtris: vt ope miſericordię tuę adiuti, ⁊ a peccato ſimus ſemper liberi, ⁊ ab omni perturbatione ſecuri. Submittit patenā hoſtię, diſcooperit calicem, genuflectit, ſurgit, accipit hoſtiam, frangit eam ſuper calicem per medium, dicēs. Per eundem dominum noſtrū Jeſum Chriſtum filium tuum. Partem quę in dextera eſt, ponit ſuper patena. Deinde ex parte quę in ſiniſtra remanſerat frangit particulam dicens. Qui tecum viuit ⁊ regnat in vnitate ſpiritus ſancti deus. Aliam mediam partē cum ipſa ſiniſtra ponit ſuper patenam, ⁊ dextera tenens particulam per unam ſuper calice, ſiniſtra calicem, dicit.




Per omnia ſecula ſecu-




lorum. ℞. Amen.

Cum ipſa particula ſignat ter ſuper calicem, dicens.



Pax ✠ domini, ſit ✠ ſem-



per vobiſ ✠ cum ℞.



Et cū ſpiritu tuo.

Particulam ipſam imponit in calicem, dicens ſecrete.

Haec commiſtio ⁊ cōſecratio corporis ⁊ ſanguinis domini noſtri Jeſu Chriſti, fiat accipientibus nobis in vitam ęternam. Amen. cooperit calicem, genuflectit, ſurgit, ⁊ inclinatus ſacramento, iunctis manibus, ⁊ ter pectus percutiens dicit.

Agnus dei, qui tollis peccata mundi, miſerere nobis.

Agnus dei, qui tollis peccata mundi, miſerere nobis.

Agnus dei, qui tollis peccata mundi, dona nobis pacem.

In miſſis pro defunctis omiſſo miſerere nobis, dicitur dona eis requiem: ⁊ tertio additur, ſempiternam: Deinde iunctis

manibus inclinatus, dicit ſequen/
tes orationes.

Domine Jeſu Chriſte, qui dixiſti apoſtolis tuis: Pa/
cem relinquo vobis, pacem meã do vobis: ne reſpicias peccata mea, ſed fidem eccleſię tuę, eam/
que ſecundum voluntatem tuam pacificare ⁊ coadunare digneris. Qui viuis ⁊ regnas deus: per omnia ſecula ſeculorum. Amen.

Ut data eſt pax, oſculatur altare, ⁊ dans pacem dicit. Pax tecuʒ
℟. Et cum ſpiritu tuo. In mil/
ſis defunctorum non datur pax, neque dicitur precedens Oratio.

Domine Jeſu Chriſte, fili dei viui, qui ex voluntate patris, cooperante ſpiritu ſancto per mortem tuam mundum viui/
ficaſti: libera me per hoc ſacro/
ſanctum corpus, ⁊ ſanguinem tuũ, ab omnibus iniquitatibus meis, ⁊ vniuerſis malis: ⁊ fac me tuis ſemper inhęrere mandatis, ⁊ a te nunquam ſeparari permittas. Qui cum eodem deo patre ⁊ ſpi/
ritu ſancto viuis ⁊ regnas deus in ſecula ſeculorum. Amen.

Perceptio corporis tui do/
mine Jeſu Chriſte, quod ego indignus ſumere prȩſumo, non mihi proueniat in iudicium ⁊ condemnationem, ſed pro tua pietate proſit mihi ad tutamen/
tum mentis ⁊ corporis, ⁊ ad me/
delam percipiendam. Qui vi/
uis ⁊ regnas cum deo patre, in vnitate ſpiritus ſancti deus: per omnia ſecula ſeculorum. Amen.

Genuflectit, ſurgit ⁊ dicit.

Panem celeſtem accipiam, ⁊ nomẽ domini inuocabo.

Accipit ambas partes hoſtie in/
ter pollicem ⁊ indices ſiniſtre ma/
nus, ⁊ patenam inter eundem in/
dicem ⁊ medium, ⁊ dextera per/
cutiens pectus, dicit ter.

Domine nõ ſum dignus, vt intres ſub tectum meũ: ſed tantuʒ dic verbo, ⁊ ſanabitur ani/
ma mea. Poſtea dextera ſe ſi/
gnans cum hoſtia ſuper patena, dicit.

Corpus domini noſtri Je/
ſu Chriſti cuſtodiat animã meam in vitam ęternam. Amen.

Sumit ambas partes hoſtie, iun/
git manus, ⁊ quieſcit aliquantu/
lum. Deinde diſcooperit calicem, genuflectit, extergit patenam ſu/
per illum, ⁊ dicit.

Quid retribuaʒ domino pro omnibus, quę retribuit mi/
hi? Calicem ſalutaris accipiam, ⁊ nomen domini inuocabo. Lau/
dans inuocabo dominum, ⁊ ab inimicis meis ſaluus ero. Accipit Calicem, ⁊ eo ſe ſignans dicit.

Sanguis domini noſtri Je/
ſu Chriſti cuſtodiat animaʒ meam in vitam ęternam. Amen.

Sumit totum ſanguinem, cum particula. Quo ſumpto, ſi qui

ſunt communicandi, eos communicet, antequam ſe purificet. Poſtea dicit.

Quod ore ſumpſimus domine, pura mente capiamus: & de munere temporali fiat nobis remedium ſempiternum.

Interim porrigit calicē miniſtro, qui infundit ei parum vini, quo ſe purificet: deinde proſequitur.

Corpus tuū, domine quod ſumpſi, & ſanguis quē potaui, adhereat viſceribus meis, & preſta: vt in me non remaneat ſcelerum macula: quem pura & ſancta refecerunt ſacramenta. Qui viuis & regnas in ſecula ſeculorum, Amen. Abluit digitos, extergit, & ſumit ablutionem: extergit calicem, & plicato corporali operit more ſolito, deinde proſequitur Miſſam. Dicto poſt vltimam orationem. Dominus vobiſcū. ℟. Et cum ſpiritu tuo. dicit Ite Miſſa eſt. Vel ſi Miſſa requirit. Benedicamus domino ℟. Deo gratias. In miſſis defunctorum, dicit. Requieſcant in pace. ℟. Amen.

[illegible] Paſchali hoc eſt a Miſſa ſabbati ſancti vſque ad ſabbatum in Albis incluſiue.



I te miſſa eſt, Alleluia,




alle luia:

In feſtis duplicibus.



I te




miſſa eſt,

In miſſis beate Marie.



I te



miſſa eſt.


In feſtis ſemiduplicibus: infra octauas, que non ſunt B. Marie: & Dominicis diebus infra annū.



I te miſſa




In feſtis ſimplicibus.



In Dominicis diebus tempore Aduentus & Quadrageſime.






In Feriis.



In miſſis defunctorum.



Dicto. Ite Miſſa eſt, vel Benedicamus domino, inclinat ſe ante medium Altaris, & dicit.

Placeat tibi ſancta Trinitas obſequium ſeruitutis meę, & pręſta: vt ſacrificiū quod oculis tuę maieſtatis indignus obtuli, tibi ſit acceptabile, mihique, & omnibus pro quibus illud obtuli, ſit te miſerāte propitiabile. Per Chriſtum dominum noſtrum. Amen.

Deinde benedicit populum. Benedicat vos omnipotens Deus, Pater: & filius: ✠ & Spiritus ſanctus. In miſſa Pontificaliter benedicitur, vt in Pontificali habetur, Deinde in cornu euā gelij, dicto, Dominus vobiſcū. ✠ Initium, vel Sequentia ſancti euangelij, ſignans ſe vt ſupra in euangelio Miſſe, legit euangelium ſecundum Ioannem.

In principio erat verbum, vel aliud euangelium, vt dictum eſt in rubricis generalibus. In miſſis defunctorum non datur benedictio, ſed dicto Requieſcant in pace: dicit, Placeat, deinde euangelium ſancti Ioannis. Finito euangelio, ſancti Ioannis diſcedens, pro gratiarum actione dicit antiphonam. Trium puerorum, vt habetur in principio Miſſalis.

¶ Dominica Resurrectionis Domini. Statio ad sanctam Mariam maiorem. Introitus.

9. R Esurrexi, & adhuc
38, tecuȝ sum, alleluia: posuisti super me manuȝ tuam, Alleluia: mirabilis facta est scientia tua, Alleluia, alleluia. Psalmus. Domine probasti me, & cognouisti me: tu cognouisti sessionem meam, & resurrectionem meam. ℣. Gloria.

Oratio.

D Eus, qui hodierna die, per vnigenituȝ tuum, ęternitatis nobis aditum deuicta morte reserasti: vota nostra, quę preueniendo aspiras, etiam adiuuando prosequere. Per eundem.

Lectio epistolę beati Pauli apostoli ad Corinthios.

F Ratres. Expurgate vetuȝ
1. fermentum: vt sitis noua
co. conspersio, sicut estis azymi. Et
5. enim pascha nostrum immolatus est Christus. Itaque epulemur: non in fermento veteri, neque in fermento malitię & nequitię: sed in azymis synceritatis & ve-
ps. ritatis. Graduale. Hęc dies
117: quam fecit dominus, exultemus & lętemur in ea. ℣. Confitemini domino, quoniam bonus: quoniam in seculum misericordia eius. Alleluia, alleluia. ℣.

Pascha nostrum immolatus est Christus.

Sequentia.

V Ictimę paschali laudes immolēt Christiani. Agnus redemit oues: Christus innocens patri reconciliauit peccatores. Mors, & vita, duello conflixere mirando: dux vitę, mortuus regnat viuus. Dic nobis Maria, quid vidisti in via? Sepulchruȝ Christi viuentis: & gloriam vidi resurgentis. Angelicos testes, sudariũ, & vestes. Surrexit Christus spes mea: pręcedet vos in Galilęam. Scimus Christũ surrexisse a mortuis vere: tu nobis victor rex miserere. Amen. Alla.

Sequentia dicitur vsque ad sabbatum in albis inclusiue.

Sequentia sancti euangelij secundum Marcum.



I N illo tempo- ca.
re. Maria 16.
Magdalene, & Maria Iacobi, & Salome, emerunt aromata: vt venientes, ungerent Iesum. Et valde mane vna sabbatorum, veniunt ad monumentum orto iam sole. Et dicebant ad inuicem. Quis reuoluet nobis lapidem ab ostio monumẽti? Et respicientes, viderũt reuolutum lapidem. Erat quippe magnus valde. Et introeuntes in monumentum,

mentum viderũt iuuenem ſeden-
tem in dexteris, coopertum ſto-
la candida: ⁊ obſtupuerunt. Qui
dixit illis. Nolite expaueſcere. Je
ſum queritis Nazarenum, cruci-
fixum: ſurrexit, non eſt hic: ecce
locus, vbi poſuerunt eũ. Sedite,
dicite diſcipulis eius, ⁊ Petro:
quia precedet vos in Galileam.
Ibi eum videbitis: ſicut dixit vo-
bis. Credo. Offerto. Terra
tremuit, ⁊ quieuit, dum reſurge-
ret in iudicio deus, All'a. Secre.

Suſcipe, queſumus domine,
preces populi tui cum obla-
tionibus hoſtiarum: vt paſchali-
bus initiata myſterijs, ad eterni-
tatis nobis medelam te operan-
te proficiant. Per dominum.

Communio. Paſcha noſtrum
immolatus eſt Chriſtus, Alleluia:
itaq; epulemur in azymis ſynce-
ritatis ⁊ veritatis, Alleluia, alle-
luia, alleluia. Poſtcom.

Spiritũ nobis dñe tue chari-
tatis infunde: vt quos ſacra-
mentis paſchalibus ſatiaſti, tua fa-
cias pietate concordes. Per do-
minum. in vnitate eiuſdem. poſt
Dominus vobiſcum, dicitur Ite
miſſa eſt, alleluia, alleluia. R.
Deo gratias, alleluia, alleluia.
Sic dicitur vſque ad ſabbatum
in Albis incluſiue.

Infra octauam paſche non fit
de aliquo feſto duplici vel ſemi-
duplici, ſed poſt octauam celebra-
tur. De ſimplici autem fit tantum
commemoratio poſt tradeum

Feria ij. Statio ad ſanctum
Petrum. Introitus.

Introduxit vos do-
minus in terram flu-
entez lac ⁊ mel, Al-
leluia: ⁊ vt lex dñi
ſemper ſit in ore
veſtro, All'a, all'a.

Pſalm. Confitemini dño, ⁊ inuo- ps.
cate nomen eius: annunciate inter 104
gentes opera eius. V. Gloria pa-
tri ⁊ filio, ⁊ ſpiritui ſancto. Ora.

Deus, qui ſolemnitate pa-
ſchali mundo remedia con-
tuliſti: populuz tuum, queſumus,
celeſti dono proſequere: vt ⁊ per-
fectam libertatem conſequi me-
reatur: ⁊ ad vitam proficiat ſem-
piternam. Per dominum.

Lectio Actuum apoſtolorum.

In diebus illis: Stans Pe- ca.
trus in medio plebis, dixit. 10.
Viri fratres, vos ſcitis, quod factũ
eſt verbuz per vniuerſam Judeã:
incipiens enim a Galilea, poſt ba-
ptiſmum quod predicauit Joan-
nes, Jeſuz a Nazareth: quomodo
vnxit euz deus ſpiritu ſancto ⁊ vir-
tute: qui pertranſijt benefaciẽdo,
⁊ ſanando omnes oppreſſos a dia-
bolo: quoniaz deus erat cum illo.
Et nos teſtes ſumus omniũ que
fecit in regione Judeoruz, ⁊ Hie-
ruſalem: quem occiderunt ſuſpen-
dentes in ligno. Nunc Deus ſu-

ſcitauit tertia die: ⁊ dedit eum manifeſtum fieri, non omni po/pulo, ſed teſtibus pręordinatis a deo, nobis qui manducauimus, ⁊ bibimus cum illo poſtquã ſur/rexit a mortuis. Et pręcepit no/bis prędicare populo, ⁊ teſtifi/cari quia ipſe eſt qui conſtitutus eſt a deo iudex viuorum ⁊ mor/tuorum. Huic omnes prophe/tę teſtimonium perhibent, remiſ/ſionem peccatorum accipere per nomen eius, omnes qui credunt in eum. Graduale.

ps. Hęc dies, quam fecit dominus:
117. exultemus, ⁊ letemur in ea. ℣.
Dicat nunc Iſrael, quoniam bo/nus: quoniam in ſeculum miſeri/cordia eius. Alleluia, alleluia. ℣.
ma. Angelus dñi deſcendit de celo: ⁊
28. accedẽs reuoluit lapidem, ⁊ ſede/bat ſuper eũ. Sequentia. Victi/mę paſchali, cum alleluia. in fine, vt ſupra in Dominica Paſchę.

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Lucam.



ca. In illo tem/
24. pore: Duo ex diſcipulis Ieſu ibant ipſa die in caſtellum, quod erat in ſpatio ſtadiorũ ſexaginta ab Hieruſalem, nomine Emmaus. Et ipſi loquebantur ad inuicem de his omnibus quę acciderant. Et factum eſt: dum fabularen/tur ⁊ ſecum quęrerent, ⁊ ipſe Ie/ſus appropinquans ibat cum il/lis. Oculi autem eorum tene/bantur, ne eum agnoſcerent. Et ait ad illos. Qui ſunt hi ſermo/nes quos confertis ad inuicem ambulantes, ⁊ eſtis triſtes? Et reſpondens vnus, cui nomen Cleophas, dixit ei. Tu ſolus pe/regrinus es in Hieruſalem, ⁊ nõ cognouiſti quę facta ſunt in illa, his diebus? Quibus ille dixit. Quę? Et dixerunt, De Ieſu Nazareno, qui fuit vir prophe/ta, potens in opere ⁊ ſermone co/ram deo ⁊ omni populo. Et quo/modo tradiderunt eum ſummi ſacerdotes ⁊ principes noſtri in damnationem mortis: ⁊ crucifi/xerunt eum. Nos autem ſpera/bamus, quia ipſe eſſet redemptu/rus Iſrael. Et nunc ſuper hęc omnia, tertia dies eſt hodie quod hęc facta ſunt. Sed ⁊ mulieres quędam ex noſtris, terruerunt nos, quę ante lucem fuerunt ad monumentum: ⁊ non inuẽto cor/pore eius, venerunt, dicentes ſe etiam viſionem angelorum vidiſ/ſe, qui dicunt eũ viuere. Et abie/runt quidam ex noſtris ad monu/mentum: ⁊ ita inuenerunt, ſicut mulieres dixerunt: ipſum vero non inuenerunt. Et ipſe dixit ad eos. O ſtulti, ⁊ tardi corde ad cre/dendum in omnibus quę locuti ſunt prophetę. Nonne hęc opor/

tulit pati Chriſtum, ⁊ ita intrare
in gloriam ſuam? Et incipiens a
Moyſe ⁊ omnibus prophetis,
interpretabatur illis in omnibus
ſcripturis quę de ipſo erant. Et
appropinquauerũt caſtello quo
ibant: ⁊ ipſe finxit ſe longius ire.
Et coegerunt illum, dicentes.
Mane nobiſcum, quoniam ad-
ueſperaſcit, ⁊ inclinata eſt iam
dies. Et intrauit cum illis. Et
factum eſt: dum recumberet cũ
illis, accepit panem, ⁊ benedixit
ac fregit, ⁊ porrigebat illis. Et
aperti ſunt oculi eorum, ⁊ cogno-
uerunt eũ: ⁊ ipſe euanuit ex ocu-
lis eorum. Et dixerunt ad inui-
cem. Nonne cor noſtrum ardẽs
erat in nobis, dum loqueretur
in via, ⁊ aperiret nobis ſcriptu-
ras? Et ſurgentes eadem ho-
ra regreſſi ſunt in Hieruſalem:
⁊ inuenerunt congregatos vnde-
cim, ⁊ eos qui cum ipſis erant, di-
centes: quia ſurrexit dominus
vere, ⁊ apparuit Simoni. Et ipſi
narrabant quę geſta erãt in via:
⁊ quomodo cognouerunt eum
ma in fractione panis. Credo.
28. Offertorium. Angelus domini
deſcendit de celo, ⁊ dixit mulieri
bus: quem quęritis, ſurrexit, ſicut
dixit, Alleluia. Secreta.
Suſcipe, quęſumus domine,
preces populi tui cũ obla-
tionibus hoſtiarum: vt paſchali-
bus initiata myſterijs, ad ęterni-
tatis nobis medelam te operan-
te proficiant. Per dominum.
Communio. Surrexit domi- Lu
nus, ⁊ apparuit Petro, Alleluia. 16.

Poſtcom.

Spiritũ nobis domine tuę
charitatis infunde: vt quos
ſacramentis paſchalibus ſatiaſti,
tua facias pietate concordes.
Per dominum noſtrum Ieſum.
in vnitate eiuſdem.

¶ Feria iij. Statio ad ſanctum
Paulum. Introitus.

Aqua ſapientię po- nu.
tauit eos: Alleluia: 20.
firmabitur in illis, ⁊ ecc.
non flectetur, Alle- 15.
luia: ⁊ exaltauit eos
in ęternum, Alle-
luia, alleluia. pſalmus. Confi-
temini domino, ⁊ inuocate nomẽ ps.
eius: annunciate inter gentes 104
opera eius. ℣. Gloria patri, ⁊
filio. Oratio.
Deus, qui eccleſiam tuam
nouo ſemper fetu multi-
plicas: concede famulis tuis: vt
ſacramentum viuendo teneant,
quod fide perceperunt. Per
dominum noſtrũ Ieſuz Chriſtũ.

Lectio Actuum apoſtolorũ.

In diebus illis. Surgens ca.
Paulus, ⁊ manu ſilentium 13.
indicens, ait. Viri fratres, filij ge
neris Abraham, ⁊ qui in vobis
timent deum: vobis verbum ſa-
lutis huius miſſuz eſt, Qui enim

habitant Hieruſalem, ⁊ princi-
pes eius ignorantes Jeſum, ⁊ vo-
ces prophetarum que per omne
ſabbatū leguntur, iudicantes im-
pleuerunt: ⁊ nullam cauſam mor-
tis inuenientes in eo, petierunt
a Pilato, vt interficerent eum.
Cumque conſummaſſent omnia
que de eo ſcripta erant: deponen-
tes eum de ligno, poſuerunt eum
in monumento. Deus autem ſu-
ſcitauit eum a mortuis tertia die.
Qui viſus eſt per dies multos
his, qui aſcenderant ſimul cum eo
de Galilea in Hieruſalem: qui
vſq; nunc ſunt teſtes eius ad ple-
bem. Et nos vobis annuncia-
mus eam, que ad patres noſtros
repromiſsio facta eſt: quoniam
hanc deus adimpleuit filijs veſtris,
reſuſcitans Jeſum Chriſtum do-
minum noſtrum. Graduale.
9. Hec dies quam fecit dominus:
7. exultemus ⁊ letemur in ea. ℣. Di-
8. cant nunc qui redempti ſunt a do-
6. mino: quos redemit de manu ini-
mici: ⁊ de regionibus congre-
gauit eos. Alleluia, alleluia. ℣.
Surrexit dominus de ſepulchro,
qui pro nobis pependit in ligno.
Sequentia. Victime paſchali, vt
in Dominica Paſche.

Sequentia ſancti euangelij
ſecundum Lucam

In illo tempore. Stetit
3. Jeſus in medio diſcipulo-
4. rum ſuorum, ⁊ dicit eis. Pax vo-
bis. Ego ſum: nolite timere. Con-
turbati vero ⁊ conterriti, exiſti-
mabant ſe ſpiritum videre. Et
dixit eis. Quid turbati eſtis, ⁊ co-
gitationes aſcendunt in corda ve-
ſtra? Videte manus meas, ⁊ pe-
des meos: quia ego ipſe ſum.
Palpate ⁊ videte: quia ſpiritus
carnē, ⁊ oſſa nō habet, ſicut me vi-
detis habere. Et cū hoc dixiſſet,
oſtendit eis manus ⁊ pedes. Ad-
huc autē illis non credentibus ⁊
mirantibus pre gaudio, dixit. Ha-
betis hic aliquid quod manduce-
tur? At illi obtulerunt ei partem
piſcis aſſi, ⁊ fauum mellis. Et cū
manducaſſet corā eis, ſumens re-
liquias dedit eis. Et dixit ad eos.
Hec ſunt verba que locutus ſum
ad vos, cū adhuc eſſē vobiſcū:
quoniam neceſſe eſt impleri om-
nia que ſcripta ſunt in lege Moy-
ſi, ⁊ prophetis, ⁊ pſalmis de me.
Tunc aperuit illis ſenſum, vt intel-
ligerent ſcripturas. Et dixit eis.
Quoniā ſic ſcriptū eſt, ⁊ ſic opor-
tebat Chriſtum pati, ⁊ reſurgere
a mortuis die tertia: ⁊ predicari in
nomine eius penitentiā ⁊ remiſ-
ſionem peccatorū in omnes gen-
tes. Credo. Offertorium.
Intonuit de celo dominus: ⁊ Pſal.
altiſsimus dedit vocem ſuam: ⁊ 17.
apparuerunt fontes aquarum,
Alleluia. Secreta.
Suſcipe domine fideliū pre-
ces cum oblationibus ho-
ſtiarum:

ſtianum: vt per hęc pię deuotionis officia, ad cęleſtem gloriam tranſeamus. Per dominum.

col. 3. Communio. Si cōſurrexiſtis cum Chriſto, quę ſurſum ſunt quęrite, vbi Chriſtus eſt in dextera dei ſedens, Alleluia: quę ſurſum ſunt ſapite, Alleluia. Poſt com.

Concede, quęſumus omnipotens deus: vt paſchalis perceptio ſacramenti, continua in noſtris mentibus perſeueret. Per dominum noſtrum Jeſum Chriſtum filium tuum.

¶ Feria iiij. Statio ad ſanctum Laurentium extra muros.

Introitus.

ma 25. Venite benedicti patris mei: percipite regnum. Alleluia: quod vobis paratum eſt ab origine mundi, Alleluia, alleluia, alleluia. Pſalmus. Can-
ps. 95. tate domino canticum nouū: cantate dn̄o omnis terra. ℣. Gloria patri, & filio, & ſpiritui ſancto.

Oratio.

Deus, qui nos reſurrectionis dominicę annua ſolemnitate lętificas: concede propitius: ut per temporalia feſta quę agimus, peruenire ad gaudia ęterna mereamur. Per eundem dominum noſtrum.

Ab hac die vſq; ad octauā poſt orationem diei dicitur vna ex ſequentibus orationibus tantum.

Contra perſecutores Eccleſię. Oratio.

Eccleſię tuę, quęſumus domine, preces placatus admitte: vt deſtructis aduerſitatibus, & erroribus vniuerſis, ſecura tibi ſeruiat libertate. Per dominum noſtrum Jeſum Chriſtum.

Vel pro Papa.

Deus omnium fidelium paſtor & rector, famulum tuū N. quē paſtorem eccleſię tuę preeſſe voluiſti, propitius reſpice: da ei, quęſumus, verbo & exemplo quibus pręeſt, proficere: vt ad vitam, vna cum grege ſibi credito, perueniat ſempiternam. Per dominum noſtrum Jeſum Chriſtū.

Lectio Actuum apoſtolorum.

In diebus illis: Aperiens Petrus os ſuum, dixit. Vi- ca. 3.
ri Iſraelitę, & qui timetis deum, audite. Deus Abraham, & deus Iſaac, & deus Jacob, deus patrum noſtrorum glorificauit filiū ſuum Jeſum, quem vos quidem tradidiſtis & negaſtis ante faciem Pilati, iudicāte illo dimitti. Vos autem ſanctum & iuſtum negaſtis, & petiſtis virum homicidam donari vobis: authorem vero vitę interfeciſtis, quem deus ſuſcitauit a mortuis, cuius nos teſtes ſumus. Et nunc fratres ſcio quia per ignorantiam feciſtis, ſicut & principes veſtri. Deus autem qui prenunciauit per os omnium

nium prophetarum, pati Chri/
ſtum ſuum: impleuit ſic. Penite/
mini igitur, ⁊ conuertimini: vt de/
leantur peccata veſtra. Gradua
ps. le. Hęc dies quã fecit dominus:
117 exultemus, ⁊ lętemur in ea. ℣.
Dextera domini fecit virtutem:
dextera domini exaltauit me, dex
tera domini fecit virtutem. Al/
lu. leluia, alleluia. ℣. Surrexit do/
16. minus vere: ⁊ apparuit Petro.
Sequẽtia Victimę paſchali, vt
in Dominica Paſchę.

Sequentia ſancti euangelij
ſecundum Joannem.

ca.
21.



IN illo tẽpo/re. Manife/ſtauit ſe iterũ Je/ſus diſcipulis ſuis ad mare Tiberia/dis. Manifeſtauit autẽ ſic. Erãt ſi/mul Simõ Petrus, ⁊ Thomas qui dicitur didymus, ⁊ Natha/nael qui erat a Cana Galilęę, ⁊ filij Zebedęi, ⁊ alij ex diſcipulis eius duo. Dicit eis Simon Pe/trus. Vado piſcari. Dicunt ei. Venimus ⁊ nos tecum. Et exie/runt ⁊ aſcenderunt in nauim: ⁊ il/la nocte nihil prendiderunt. Ma/ne autem facto, ſtetit Jeſus in lit/tore: non tamen cognouerunt diſcipuli quia Jeſus eſt. Dicit er/go eis Jeſus. Pueri, nunquid pulmentarium habetis? Reſpon/derũt ei: Non. Et dixit eis. Mit/tite in dexteram nauigij rete: ⁊ in/uenietis. Miſerunt ergo: ⁊ iam non valebant illud trahere pre multitudine piſcium. Dicit ergo diſcipulus ille quẽ diligebat Je/ſus, Petro. Dñs eſt. Simon er/go Petrus cũ audiſſet qꝛ dñs eſt: tunicã ſuccinxit ſe (erat enim nu/dus) ⁊ miſit ſe in mare. Alij autẽ diſcipuli nauigio venerũt (nõ enĩ longe erant a terra, ſed quaſi cu/bitis ducentis) trahentes rete pi/ſcium. Ut ergo deſcenderunt in terram, viderunt prunas poſitas, ⁊ piſcem ſuperpoſitum, ⁊ panem. Dicit eis Jeſus. Afferte de piſci/bus quos prendidiſtis nunc. Aſcendit Simon Petrus, ⁊ tra/xit rete in terram, plenum magnis piſcibus, centum quinquaginta tribus. Et cum tanti eſſent, non eſt ſciſſum rete. Dicit eis Jeſus. Venite, prandete. Et nemo au/debat diſcumbentium interroga/re eum, Tu quis es? ſcientes quia dominus eſt. Et venit Je/ſus, ⁊ accepit panem, ⁊ dabat eis: ⁊ piſcem ſimiliter. Hoc iam ter/tio manifeſtatus eſt Jeſus diſci/pulis ſuis, cũ reſurrexiſſet a mor/
tuis. Credo. Offertorium ps.
Portas cęli aperuit dominus: ⁊ 77.
pluit illis manna vt ederent: pa/nem cęli dedit eis: panem ange/lorũ mãducauit homo, Alleluia.

Secreta.

SAcrificia domine paſchali/bus

bus gaudijs immolamus: qui/
bus eccleſia tua mirabiliter ⁊ pa/
ſcitur ⁊ nutritur. Per dñm.

Alia ſecreta.

Protege nos dñe tuis my/
ſterijs ſeruiẽtes: vt diuinis
rebus inhęrentes, ⁊ corpore tibi
famulemur, ⁊ mente. Per dñm.

Vel pro Papa.

Oblatis, quęſumus, domi/
ne, placare muneribus: ⁊ fa
mulum tuũ N. quem paſtorem
eccleſię tuę eſſe voluiſti, aſſidua
protectione guberna. Per dñm.
ro. Communio. Chriſtus reſurgẽs
6. ex mortuis, iam non moritur, alle/
luia: mors illi vltra non domina/
bitur, Alleluia, alleluia. Poſtco.

Ab omni nos, quęſumus do
mine, vetuſtate purgatos:
ſacramenti tui veneranda perce/
ptio in nouam transferat creatu/
ram. Qui viuis ⁊ regnas.

Alia Poſtcom.

Quęſumus domine deus no
ſter: vt quos diuina tribuis
participatione gaudere, huma/
nis nõ ſinas ſubiacere periculis.
Per dominum noſtrum Ieſum.

Vel pro Papa.

Haec nos, quęſumus domi/
ne, diuini ſacramenti perce
ptio protegat: ⁊ famulum tuum
N. quẽ paſtorem eccleſię tuę eſſe
voluiſti, vnà cum commiſſo ſibi
grege, ſaluet ſemper ⁊ muniat.
Per dominum noſtrum Ieſum.

Feria v. Statio ad ſanctos duodecim apoſtolos.

Introitus.

Victricem manum tuã
domine laudauerunt ſap.
pariter, Alleluia: 10.
quia ſapientia ape/
ruit os mutum, ⁊ linguas infan/
tium fecit diſertas, Alleluia, alle/
luia. Pſalm. Cantate domino cã/
ticum nouum: quia mirabilia fe/ ps.
cit. ℣. Gloria patri. Oratio. 97.

Deus, qui diuerſitatem gen
tiũ in confeſsione tui nomi
nis adunaſti: da, vt renatis fonte
baptiſmatis, vna ſit fides mentiũ,
⁊ pietas actionum. Per dñm.
vel Eccleſię, vel Deus omniũ,
vt in feria pręcedenti.

Lectio actuum apoſtolorum.

In diebus illis: Angelus do ca.
mini locutus eſt ad Philip 8.
pum, dicens. Surge, ⁊ vade con
tra meridianum, ad viam quę de/
ſcendit ab Hieruſalẽ in Gazam:
hęc eſt deſerta. Et ſurgens abijt.
Et ecce, vir ęthiops eunuchus,
potens Cãdacis reginę Aethio/
pum, qui erat ſuper omnes gazas
eius: venerat adorare in Hieru/
ſalem: ⁊ reuertebatur ſedens ſu/
per currum ſuum, legenſq; Iſa/
iam prophetam. Dixit autem ſpi
ritus Philippo. Accede, ⁊ adiun
ge te ad currum iſtũ. Accurrens
autem Philippus, audiuit illum
legentem Iſaiam prophetam: ⁊
dixit

dixit. Putaſne intelligis que legis? Qui ait. Et quomodo poſſum, ſi non aliquis oſtenderit mihi? Rogauitque Philippum, vt aſcenderet, ⁊ ſederet ſecum. Locus autem ſcripture quam legebat hic erat. Tanquam ouis ad occiſionem ductus eſt: ⁊ ſicut agnus coram tondente ſe, ſine voce, ſic non aperuit os ſuum. In humilitate iudicium eius ſublatum eſt. Generationez eius quis enarrabit? quoniam tolletur de terra vita eius. Reſpondens autem eunuchus Philippo, dixit. Obſecro te, de quo propheta dicit hoc: de ſe, an de alio aliquo? Aperiens autem Philippus os ſuum, ⁊ incipiens a ſcriptura iſta, euāgelizauit illi Jeſum. Et dum irent per viam, venerūt ad quandam aquam: ⁊ ait eunuchus. Ecce aqua, quis prohibet me baptizari? Dixit autem Philippus. Si credis ex toto corde, licet. Et reſpondens, ait. Credo filium dei eſſe Jeſum Chriſtum. Et iuſſit ſtare currum: ⁊ deſcenderunt vterque in aquam, Philippus ⁊ eunuchus: ⁊ baptizauit eum. Cum autem aſcēdiſſent de aqua, Spiritus domini rapuit Philippum, ⁊ amplius non vidit eum eunuchus. Ibat autem per viam ſuam gaudens. Philippus autem inuentus eſt in Azoto. Et pertranſiens euangelizabat ciuitatibus cunctis (donec veniret Ceſaream) nomen domini Jeſu Chriſti. Graduale. Hec dies Ps.
quaz fecit dominus: exultemus ⁊ 117.
letemur in ea. ℣ Lapidem quez reprobauerunt edificantes, hic factus eſt in caput anguli: a domino factum eſt iſtud, ⁊ eſt mirabile in oculis noſtris.

Alleluia, alleluia. ℣ Surrexit Chriſtus, qui creauit omnia: ⁊ miſertus eſt humano generi. Sequentia. Victime paſchali. vt in Dominica Paſche.

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Joannem.



In illo tem- ca.
pore. Ma- 20.
ria ſtabat ad monumentum foris, plorans. Dum ergo fleret, inclinauit ſe, ⁊ proſpexit in monumentum. Et vidit duos angelos in albis, ſedentes, vnum ad caput ⁊ vnum ad pedes, vbi poſitum fuerat corpus Jeſu. Dicūt ei illi. Mulier, quid ploras? Dicit eis. Quia tulerunt dominum meum: ⁊ neſcio vbi poſuerunt eum. Hec cum dixiſſet, cōuerſa eſt retrorſum, ⁊ vidit Jeſum ſtantem: ⁊ non ſciebat quia Jeſus eſt. Dicit ei Jeſus. Mulier, quid ploras? Quem queris? Illa exiſtimans quia hortulanus eſſet, dicit ei. Domine, ſi tu ſuſtuliſti

liſti eum, dicito mihi vbi poſuiſti eum: ⁊ ego eũ tollam. Dicit ei Jeſus. Maria. Conuerſa illa, dicit ei. Rabboni (quod dicitur magiſter.) Dicit ei Jeſus. Noli me tangere. Nondum enim aſcendi ad patrem meum. Uade autem ad fratres meos, ⁊ dic eis. Aſcendo ad patrem meũ ⁊ patrem veſtrum, deum meum ⁊ deum veſtrum. Uenit Maria Magdalene annuncians diſcipulis: quia vidi dominum, ⁊ hec dixit mihi.
Ex. Credo. Offert. In die ſollem
13. nitatis veſtrę, dicit dominus, inducam vos in terram fluentem lac ⁊ mel, Alleluia. Secreta.

Suſcipe, queſumus domine, munera populorum tuorum propitius: vt confeſsione tui nominis, ⁊ baptiſmate renouati ſempiternam beatitudinem conſequantur. Per dominum noſtrum. vel Protege nos. vel Oblatis. vt in feria precedenti. Cõmunio.
1. Populus acquiſitionis annun
pe. ciate virtutes eius, Alleluia: qui
2. vos de tenebris vocauit in admirabile lumen ſuum, Alleluia.

Poſtcom.

Exaudi domine preces noſtras vt redemptionis noſtrę ſacroſancta commercia, ⁊ vitę nobis conferant preſentis auxilium, ⁊ gaudia ſempiterna concilient. Per dominum noſtrum. vel Queſumus. vel Hec nos. vt in feria precedenti.

¶ Feria ſexta. Statio ad ſanctam Mariam rotundam. Introitus.

Duxit eos dominus in ſpe, Alleluia: ⁊ ini Ps. 77.
micos eorũ operuit mare, Alleluia, alleluia, alleluia. Pſalm. Attendite popule meus legem meam: inclinate aurem veſtram in verba oris mei. ℣. Gloria patri. Oratio.

Omnipotens ſempiterne deus, qui paſchale ſacramẽtum in reconciliationis humanę fędere contuliſti: da mentibus noſtris: vt quod profeſsione celebramus, imitemur effectu. Per dominum noſtrum Jeſum. vel Eccleſię tuę. vel Deus omniũ. vt in quarta feria precedenti.

Lectio epiſtolę beati Petri apoſtoli.

Chariſsimi. Chriſtus ſe 1.
mel pro peccatis noſtris pe.
mortuus eſt, iuſtus pro iniuſtis: vt 3.
nos offerret deo, mortificatos quidem carne, viuificatos autem ſpiritu. In quo ⁊ his qui in carcere erant ſpiritibus, veniens prędicauit: qui increduli fuerant aliquando, quando expectabant dei patientiam in diebus Noe, cum fabricaretur arca: in qua pauci, ideſt octo animę ſaluę facte ſunt per aquam. Quod ⁊ vos nunc ſimilis

ſimilis forme ſaluos facit baptiſ-
ma: non carnis depoſitio ſordiū,
ſed conſciētie bone interrogatio
in deum, per reſurrectionem Ie-
ſu Chriſti domini noſtri, qui eſt
ps. in dextera dei. Grad. Hec dies
117. quam fecit dominus: exultemus
⁊ letemur in ea. ℣. Benedictus
qui venit in nomine domini: deus
dominus ⁊ illuxit nobis. Allelu-
ia, alleluia. ℣. Dicite in gētibus:
quia dominus regnauit a ligno.
Sequentia Victime paſchali,
vt in Dominica Paſche.

Sequentia ſancti euangelij
ſecundum Matheum.



ca. In illo tem-
28. pore. Unde-
cim diſcipuli abie-
runt in Galileaȝ,
in monteȝ vbi cō-
ſtituerat illis Ie-
ſus. Et videntes
eum adorauerunt: quidā autē du
bitauerunt. Et accedens Ieſus
locutus eſt eis, dicens. Data eſt
mihi omnis poteſtas in celo ⁊ in
terra. Euntes ergo, docete om-
nes gentes baptizantes eos: in
nomine patris ⁊ filij ⁊ ſpiritusſan
cti: docentes eos ſeruare omnia
quecunqȝ mandaui vobis. Et ec
ce ego vobiſcum ſum omnibus
diebus, vſque ad conſummatio-
Le nem ſeculi. Credo. Offerto.
uit. Erit vobis hec dies memora-
23. bilis, Alleluia: ⁊ diem feſtuȝ cele
brabitis ſollemnē domino in pro-
genies veſtras: legitimum ſem-
piternū diem, Alleluia, alleluia,
alleluia. Secreta.

Hoſtias, queſumus domine,
placatus aſſume: quas ⁊
pro renatorū expiatione peccati
deferimus, ⁊ pro acceleratione ce
leſtis auxilij. Per dominum.
vel Protege nos. vel Oblatis,
vt in quarta feria precedenti.

Communio. Data eſt mihi omnis
poteſtas in celo ⁊ in terra, alleluia
euntes, docete omnes gētes, ba-
ptizantes eos, in nomine patris
⁊ filij ⁊ ſpiritus ſancti, Alleluia.

Poſtcom.

Reſpice, queſumus domine,
populum tuum: ⁊ quē eter
nis dignatus es renouare myſte-
rijs, a tēporalibus culpis dignan-
ter abſolue. Per dominum. vel
Queſumus dn̄e. vel Hec nos.
Ut in quarta feria precedenti.

¶ Sabbato in albis. Statio ad
ſanctum Iohannem in Late-
rano. Introitus.

Eduxit dominus po ps.
pulum ſuuȝ in exul 104.
tatione, Alleluia:
⁊ electos ſuos in le
titia, Alleluia, alle
luia. Pſalm. Cō-
fitemini domino, ⁊ inuocate no-
men eius: annunciate inter gen-
tes opera eius. ℣. Gloria pa-
tri, ⁊ filio.

Oratio.

Oratio.

Concede, queſumus omni-
potens deus, vt qui feſta
paſchalia venerãdo egimus: per
hec contingere ad gaudia eterna
mereamur. Per dominum.
vel Eccleſie tue. vel Deus om
nium. vt in iiij. feria precedenti.

Lectio epiſtole beati Pe-
tri apoſtoli.

1. Chariſſimi: Deponentes
c.2. omnem malitiam, ⁊ omnẽ
dolum, ⁊ ſimulationes, ⁊ inuidias,
⁊ omnes detractiones: ſicut mo-
do geniti infantes, rationabiles,
ſine dolo lac concupiſcite: vt in
eo creſcatis in ſalutem: ſi tamen
guſtatis, quoniam dulcis eſt do-
minus. Ad quem accedentes, la-
pidem viuũ, ab hominibus qui-
dem reprobatum, a deo autem
electum ⁊ honorificatum: ⁊ ipſi
tanquam lapides viui ſuperedi-
ficamini, domus ſpiritualis, ſacer
dotium ſanctum, offerentes ſpiri
tuales hoſtias, acceptabiles deo
per Jeſum Chriſtum. Propter
quod continet ſcriptura. Ecce
ponam in Sion lapidem ſummũ
angularem, probatum, electum,
pretioſum. Et qui crediderit in
illum, non confundetur. Uobis
igitur honor credentibus. Non
credentibus autem, lapis quem
reprobauerunt edificantes, hic
factus eſt in caput anguli: ⁊ lapis
offenſionis ⁊ petra ſcandali, his
qui offendunt verbo, nec credũt
in quo ⁊ poſiti ſunt. Uos autem
genus electum, regale ſacerdo-
tium, gens ſancta, populus ac-
quiſitionis: vt virtutes eius an-
nuncietis, qui de tenebris vos vo
cauit in admirabile lumen ſuum.
Qui aliquando nõ populus: nũc
autem populus Dei. Qui non
conſecuti miſericordiam: nũc au-
tem miſericordiam conſecuti.

¶ Ab hac die vſqz ad octauã
Penthecoſtes, tam in officio de
tempore, quam de ſanctis, non
dicitur Graduale: ſed eius loco
dicuntur duo verſus cũ quatuor
All'a, ordine infraſcripto: pre
terquam in miſſis Rogationum,
⁊ vigilie Penthecoſtes in quibus
dicitur vnum, Alleluia, cum vno
verſu: ſimiliter ⁊ poſt quamlibet
prophetias in ſabbato Quatuor
temporum poſt Penthecoſt. Alio
tẽpore vſqz ad Septuageſimã
quando dicitur Graduale dicun
tur tria Alleluia, poſt Gradua-
le, bis ante verſum ⁊ ſemel poſt
verſum: cũ autẽ dicitur Sequẽtia,
Alleluia, quod dicẽdũ eſſet poſt
verſum, dicitur poſt Sequentiam.

Alleluia, alleluia. ℣. Hec dies ps.
quam fecit dominus: exultemus 117.
⁊ letemur in ea. Alleluia. ℣. Lau ps.
date pueri dominum, laudate no 112.
men domini. Sequentia. Uicti-
me paſchali, vt ſupra in Domi-
nica Paſche. ⁊ in fine, Alleluia.

Sequen

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Joannem.



In illo tempore. Una ſabbati, Maria Magdalene venit mane cum adhuc tenebre eſſent, ad monumentum: ⁊ vidit lapidem ſublatum a monumento. Cucurrit ergo, ⁊ venit ad Simonem Petrum, ⁊ ad alium diſcipulum quem diligebat Jeſus: ⁊ dicit eis. Tulerunt dominum de monumento: ⁊ neſcimus vbi poſuerunt eum. Exijt ergo Petrus ⁊ ille alius diſcipulus, ⁊ venerunt ad monumentũ. Currebant autẽ duo ſimul: ⁊ ille alius diſcipulus precucurrit citius Petro, ⁊ venit primus ad monumentum. Et cum ſe inclinaſſet, vidit linteamina poſita: non tamen introiuit. Venit ergo Simon Petrus ſequens eum, ⁊ introiuit in monumentum: ⁊ vidit linteamina poſita, ⁊ ſudarium quod fuerat ſuper caput eius, non cum linteaminibus poſitum, ſed ſeparatim inuolutum in vnum locum. Tunc ergo introiuit ⁊ ille diſcipulus qui venerat primus ad monumentũ: ⁊ vidit, ⁊ credidit. Nondum enĩ ſciebãt ſcripturas, quia oportebat eum a mortuis reſur-
ps. gere. Credo. Offertorio. Bene-
117. dictus qui venit in nomine domini: benediximus vobis de domo domini: deus dominus ⁊ illuxit nobis, Alleluia, alleluia. Secreta.

Concede, queſumus domine, ſẽper nos per hec ſacra myſteria paſchalia gratulari: vt cõtinua noſtre reparationis operatio, perpetue nobis fiat cauſa letitie. Per dominum noſtrum. vel Protege. vel Oblatis. vt in feria precedenti. Communio.

Omnes qui in Chriſto baptizati eſtis, Chriſtũ induiſtis, Alleluia. gal. 3.

Poſt com.

Redemptionis noſtre munere vegetati, queſumus domine: vt hoc perpetue ſalutis auxilio, fides ſemper vera proficiat. Per dominum noſtrum Jeſum. vel Queſumus dñe. vel Hec nos. vt in feria precedenti.

Dominica in octaua Paſche. Statio ad ſanctum Pancratium. Introitus.

Quaſi modo geniti infantes, alleluia: rationabiles, ſine dolo lac concupiſcite, Alleluia, alleluia. Pſalmus: Exultate deo adiutori noſtro: iubilate Deo Jacob. V. Gloria. Oratio.
j. pe. 2. ps. 80.

Preſta, queſumus omnipotens deus: vt qui paſchalia feſta peregimus: hec te largiente, moribus ⁊ vita teneamus. Per dominum noſtrum.

Lectio

Lectio epiſtole beati Joannis apoſtoli.

1.c. 5. Chariſſimi. Omne quod natũ eſt ex deo: vincit mũdum. Et hec eſt victoria que vincit mundum: fides noſtra. Quis eſt autem, qui vincit mundum: niſi qui credit quoniam Jeſus eſt filius Dei? Hic eſt, qui venit per aquam ⁊ ſanguinem, Jeſus Chriſtus: Non in aqua ſolum: ſed in aqua ⁊ ſanguine. Et ſpiritus eſt, qui teſtificatur, quoniam Chriſtus eſt veritas. Quoniam tres ſunt, qui teſtimonium dant in celo: pater, verbum, ⁊ ſpiritus ſanctus: ⁊ hi tres, vnum ſunt. Et tres ſunt, qui teſtimoniũ dant in terra: ſpiritus, aqua, ⁊ ſanguis: ⁊ hi tres, vnum ſunt. Si teſtimonium hominum accipimus: teſtimonium dei maius eſt. Quoniaꝫ hoc eſt teſtimoniuꝫ dei quod maius eſt: quia teſtificatus eſt de filio ſuo. Qui credit in filium dei: habet teſtimonium dei in ſe. Alleluia. alleluia. ℣. In die reſurre-

Matth. 28. ctionis mee, dicit dominus, precedam vos in Galileam. Alleluia.

Jo. 20. ℣. Poſt dies octo, ianuis clauſis, ſtetit Jeſus in medio diſcipulorũ ſuorũ, ⁊ dixit: pax vobis. Alleluia.

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Joannem.

Ca. 20. In illo tempore. Cum eſſet ſero die illa, vna ſabbatorum, ⁊ fores eſſent clauſe, vbi erant diſcipuli congregati propter metum Judeorum: venit Jeſus, ⁊ ſtetit in medio eorum, ⁊ dixit eis. Pax vobis. Et cum hoc dixiſſet, oſtendit eis manus ⁊ latus. Gauiſi ſunt ergo diſcipuli viſo domino. Dixit ergo eis iterum. Pax vobis. Sicut miſit me pater, ⁊ ego mitto vos. Hec cũ dixiſſet, inſufflauit: ⁊ dicit eis. Accipite ſpiritum ſanctum: quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis: ⁊ quorum retinueritis, retenta ſunt. Thomas autem vnus de duodecim, qui dicitur Didymus, non erat cum eis, quando venit Jeſus. Dixerunt ergo ei alij diſcipuli. Vidimus dominum. Ille autem dixit eis. Niſi videro in manibus eius fixuram clauorum, ⁊ mittam digitum meum in locum clauorum, ⁊ mittam manũ meaꝫ in latus eius: non credam. Et poſt dies octo, iterum erant diſcipuli eius intus: ⁊ Thomas cuꝫ eis. Venit Jeſus ianuis clauſis, ⁊ ſtetit in medio, ⁊ dixit. Pax vobis. Deinde dicit Thome. Infer digitũ tuuꝫ huc, ⁊ vide manus meas, ⁊ affer manum tuã, ⁊ mitte in latus meuꝫ: ⁊ noli eſſe incredulus, ſed fidelis. Reſpondit Thomas, ⁊ dixit ei. Dñs meus, ⁊ deus meus. Dicit ei Jeſus. Quia vidiſti me Thoma, credidiſti: beati qui nõ viderũt, ⁊ crediderũt. Multa quidẽ ⁊

alia ſigna fecit Jeſus in cōſpectu
diſcipulorū ſuorum, quę non ſunt
ſcripta in libro hoc. Hęc autem
ſcripta ſunt, vt credatis quia Je/
ſus eſt Chriſtus filius dei: ⁊ vt cre
dentes, vitā habeatis in nomine
eius. Credo. Offerto. Ange/
ma, 28. lus dñi deſcendit de cęlo, ⁊ dixit
mulieribus: quem quęritis, ſurre/
xit ſicut dixit, Alleluia. Secreta.

Suſcipe munera, quęſumus
domine, exultātis eccleſię:
⁊ cui cauſam tanti gaudij pręſtiti/
ſti, perpetuę fructum concede lę/
titię. Per dominum noſtrum.
Jo, 20. Communio. Mitte manum
tuam, ⁊ cognoſce loca clauorum,
alleluia: ⁊ noli eſſe incredulus,
ſed fidelis, alleluia, alleluia.

Poſtcom.

Quęſumus, domine deus noſter: vt ſacroſancta myſteria, quę pro reparationis noſtrę munimine contuliſti, ⁊ pręſens nobis remedium eſſe facias ⁊ futurum. Per dominum noſtrum.

A feria ii post octa. Paſchę, vſq; ad Aſcenſionē poſt oratio. diei dicuntur orationes ſequentes, ſi non eſt feſtuȝ duplex. De beata virgine. Oratio.

Concede nos famulos tuos, quęſumus dñe deus, perpetua mentis ⁊ corporis ſanitate gaudere: ⁊ glorioſa beatę Marię ſemper virginis interceſſione, a pręſenti liberari triſtitia, ⁊ ęterna perfrui lętitia.

Contra perſecutores Eccleſię.

Eccleſię tuę, quęſumus domine, preces placatus admitte: vt, deſtructis aduerſitatibus ⁊ erroribus vniuerſis, ſecura tibi ſeruiat libertate. Per dñm.

Vel pro Papa.

Deus omnium fideliū paſtor ⁊ rector, famuluȝ tuuȝ N. quē paſtoreȝ eccleſię tuę pręeſſe voluiſti, propitiuȝ reſpice: da ei, quęſumus, verbo ⁊ exemplo quibus pręeſt, proficere: vt ad vitam, vna cum grege ſibi credito, perueniat ſempiternā. Per dñm.

De beata virgine. Secreta.

Tua domine propitiatione, ⁊ beatę Marię ſemper virginis interceſſione, ad perpetuā atq; pręſentē, hęc oblatio nobis proficiat, proſperitatem ⁊ pacē.

Contra perſecutores Eccleſię.

Secreta.

Protege nos domine tuis myſterijs ſeruientes: vt, diuinis rebus inhęrentes, ⁊ corpore tibi famulemur, ⁊ mente. Per dominum. Vel pro Papa.

Oblatis, quęſumuȝ dñe, placare muneribꝰ: ⁊ famulum tuum N. quem paſtoreȝ eccleſię tuę pręeſſe voluiſti, aſſidua protectione guberna. Per dominuȝ.

De beata virgine. Poſtcom.

Sumptis domine ſalutis noſtrę ſubſidijs, da quęſumus,

beatę

beatę Marię ſemper virginis patrocinijs nos vbiqꝫ protegi: in cuius veneratione, hęc tuę obtulimus maieſtati. Contra perſecutores Eccleſię. Poſtcom.

QUęſumus domine deus noſter: vt, quos diuina tribuis participatione gaudere, humanis non ſinas ſubiacere periculis. Per dñm. Vel pro Papa.

HAec nos, quęſumus domine, diuini ſacramēti perceptio protegat: ⁊ famulum tuum N. quem paſtorem Eccleſie tuę eſſe voluiſti: vnà cum cōmiſſo ſibi grege, ſaluet ſemper ⁊ muniat. Per dominum noſtrum.

¶ Dominica ſecunda poſt paſcha. Introitus.

ps. 32. MIſericordia domini plena eſt terra, alleluia: verbo domini celi firmati ſunt, alleluia, allia. Pſalm°.

Exultate iuſti in dño: rectos decet collaudatio. ℣. Gloria patri. Oratio.

DEus, qui in filij tui humilitate, iacentē mūdum erexiſti: fidelibus tuis perpetuam concede lętitiam: vt, quos perpetuę mortis eripuiſti caſibus, gaudijs facias ſempiternis perfrui. Per dominum noſtrum.

Alię orationes. Concede nos famulos tuos, ⁊ Eccleſię tuę, vel Deus omnium fidelium. vt ſupra poſt Dominicā in octaua Paſchę.

Lectio epiſtolę beati Petri apoſtoli.

CHariſſimi. Chriſtus paſ 1.
ſus eſt pro nobis, vobis re c. 2.
relinquēs exemplū, vt ſequamini veſtigia eius. Qui peccatū nō fecit: nec inuētus eſt dolus in ore ei⁹. Qui cum malediceretur, nō maledicebat. Cū pateretur, non cōminabatur. Tradebat autē iudicanti ſe iniuſte. Qui peccata noſtra ipſe pertulit in corpore ſuo ſuper lignū: vt peccatis mortui, iuſtitię viuam⁹. Cuius liuore ſanati eſtis. Eratis enim ſicut oues errantes: ſed conuerſi eſtis nūc ad paſtorē ⁊ epiſcopū animarū veſtrarum.
Alleluia, alleluia. ℣. Cognoue lu.
runt diſcipuli dñm Ieſum in fra 24.
ctione panis. Allia. ℣. Ego ſuꝫ paſtor bonus, ⁊ cognoſco oues meas, ⁊ cognoſcūt me meę, Allia.

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Ioannem.

IN illo tempore: Dixit Ie ca.
ſus Phariſęis. Ego ſuꝫ pa 10.
ſtor bonus. Bonus paſtor animam ſuam dat pro ouibus ſuis. Mercenarius autē, ⁊ qui nō eſt paſtor, cuius non ſunt oues proprię, videt lupum venientem, ⁊ dimittit oues, ⁊ fugit: ⁊ lupus rapit, ⁊ diſpergit oues. Mercenarius autem fugit, quia mercenarius eſt: ⁊ non pertinet ad eum

de ouibus. Ego ſum paſtor bo/
nus, ⁊ cognoſco oues meas, ⁊ co
gnoſcũt me meę. Sicut nouit me
pater, ⁊ ego agnoſco patrem: ⁊
animam meam pono pro ouibus
meis. Et alias oues habeo quę
non ſunt ex hoc ouili: ⁊ illas opor
tet me adducere, ⁊ vocem meam
audient: ⁊ fiet vnum ouile ⁊ vnus
paſtor. Credo. Offertorium.
ps. Deus deus meus ad te de luce
62. vigilo: ⁊ in nomine tuo leuabo
manus meas, alleluia. Secreta.
Benedictionem nobis dñe
conferat ſalutarē ſacra ſem
per oblatio: vt, quod agit myſte/
rio, virtute perficiat. Per dñm.
Tua domine. Protege. vel
Oblatis. vt ſupra poſt Domini
cam in octaua Paſchę. Com.
io. Ego ſuz paſtor bonus, allā, ⁊ co
10. gnoſco oues meas, ⁊ cognoſcunt
me meę. allā, alleluia. Poſtcom.
Preſta nobis, quęſumus om
nipotens deus, vt viuifica
tionis tuę gratiā conſequētes, in
tuo ſemper munere glorięmur.
Per dominum. Sumptis dñe.
Queſumus. vel Hęc nos. vt ſu
pra poſt Dñicā in octa. Paſchę.

¶ Dominica tertia poſt Pa
ſcha. Introitus.

ps. Iubilate deo omnis ter
65. ra, alleluia: pſalmum
dicite nomini eius, al/
leluia: date gloriam
laudi eius, alleluia, allā. Pſalm.
Dicite deo, quam terribilia ſunt
opera tua domine: in multitudi/
ne virtutis tuę mētientur tibi ini/
mici tui. ℣ Gloria pa. Oratio.
Deus, qui errantibus, vt in
viā poſſint redire iuſtitię,
veritatis tuę lumen oſtendis: da
cunctis, qui chriſtiana profeſſio/
ne cenſentur, ⁊ illa reſpuere quę
huic inimica ſunt nomini: ⁊ ea
quę ſunt apta ſectari. Per dñm.
Alię Orationes. Concede nos.
⁊ Eccleſię. vel Deus omnium
fidelium. vt ſupra poſt Domini/
cam in octaua Paſchę.

Lectio epiſtolę beati Pe
tri apoſtoli.

Chariſſimi: Obſecro vos 1.Pe.
tanquam aduenas ⁊ pere/ 2.
grinos, abſtinere vos a carnali/
bus deſiderijs quę militant aduer
ſus animam, conuerſationem ve/
ſtram inter gentes habentes bo/
nam: vt in eo quod detractant de
vobis tanquam de malefacto/
ribus, ex bonis operibus vos con/
ſiderantes, glorificent deuz in die
viſitationis. Subiecti igitur eſto/
te omni humanę creaturę ꝓpter
deum: ſiue regi quaſi precellenti:
ſiue ducibus, tanquam ab eo miſ/
ſis ad vindictam malefactorum,
laudem vero bonorum: quia ſic
eſt voluntas dei, vt bene faciētes
obmuteſcere faciatis imprudē/
tium hominum ignorantiaz: qua/
ſi liberi, ⁊ non quaſi velamen ha/
bentes

bentes malitię libertatem, ſed ſicut ſerui dei. Omnes honorate. Fraternitatem diligite. Deum timete. Regem honorificate. Serui, ſubditi eſtote in omni timore dominis, non tantum bonis ⁊ modeſtis, ſed etiam dyſcolis. Hęc eſt enim gratia: in Chriſto Jeſu domino noſtro.

p̄s. Alleluia, alleluia. ℣ Redem/
110. ptionem miſit dominus populo
lu. ſuo. Alleluia. ℣ Oportebat pa
24. ti Chriſtū, ⁊ reſurgere a mortuis:
⁊ ita intrare in gloriaʒ ſuam, all'ia.

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Joannem.



ca. In illo tem/
16. pore. Dixit
Jeſus diſcipulis ſuis. Modicuʒ ⁊ iam non videbitis me: ⁊ iterum, modicum ⁊ videbitis me, quia vado ad patreʒ. Dixerunt ergo ex diſcipulis eius ad inuiceʒ. Quid eſt hoc quod dicit nobis: Modicuʒ, ⁊ nō videbitis me: ⁊ iterum modicum, ⁊ videbitis me, ⁊ quia vado ad patrem? Dicebant ergo: Quid eſt hoc quod dicit nobis: Modicum? Neſcimus quid loquitur. Cognouit autem Jeſus, quia volebant euʒ interrogare: ⁊ dixit eis. De hoc queritis inter vos, quia dixi: Modicum, ⁊ non videbitis me: ⁊ iterum modicum, ⁊ videbitis me, Amen amen dico vobis, quia plorabitis ⁊ flebitis vos, mundus autem gaudebit: vos vero contriſtabimini, ſed triſtitia veſtra vertetur in gaudiū. Mulier cum parit, triſtitiam habet, quia venit hora eius: cuʒ auteʒ peperit puerum, iam non meminit preſſurę propter gaudium, quia natus eſt homo in mundum. Et vos igitur nunc quidem triſtitiam habetis. Iterum autem videbo vos, ⁊ gaudebit cor veſtrum: ⁊ gaudium veſtrum nemo tollet a vo/
bis. Credo, Offertorium. p̄s.
Lauda anima mea dominum: 145.
laudabo dominum in vita mea: pſallam deo meo, quandiu ero, alleluia.

Secreta.

His nobis domine myſterijs conferatur, quo terrena deſideria mitigātes, diſcamus amare celeſtia. Per dominum. Tua domine. Protege. vel
Oblatis. Communio. Jo.
Modicum ⁊ non videbitis me, 16.
alleluia: iterum modicum, ⁊ videbitis me, quia vado ad patrem, alleluia, alleluia.

Poſtcom.

Sacramenta quę ſumpſimus, quęſumus domine ⁊ ſpiritualibus nos inſtaurent alimentis, ⁊ corporalibus tueantur auxilijs. Per dominuʒ noſtruʒ. Sumptis dn̄e. Queſumus. vel Hęc nos quęſumus.

¶ Dominica quarta poſt Paſcha. Introitus.

ps. 97. Cantate dño canticũ nouum, alleluia: quia mirabilia fecit dñs, alleluia: ante conſpectuꝫ gentiuꝫ reuelauit iuſtitiam ſuam, Alleluia, alleluia, alleluia. Pſalmus. Saluauit ſibi dextera eius, ꝛ brachium ſanctum eius. ℣. Gloria patri, ꝛ filio ꝛ ſpiritui ſancto. Oratio.

Deus, qui fidelium mentes vnius efficis voluntatis: da populis tuis id amare quod prę-cipis, id deſiderare quod promittis: vt inter mundanas varietates, ibi noſtra fixa ſint corda, vbi vera ſunt gaudia. Per dominuꝫ noſtrum Ieſum Chriſtum.

Alię Orationes. Concede nos. ꝛ Eccleſię. vel Deus omnium fidelium. vt ſupra poſt Dominicam in octaua Paſchę.

Lectio epiſtolę beati Iacobi apoſtoli.

ca. 1. Chariſſimi. Omne datum optimum, ꝛ omne donum perfectum deſurſum eſt, deſcendens a patre luminũ: apud quem non eſt tranſmutatio, nec viciſſitudinis obumbratio. Voluntarie enim genuit nos verbo veritatis: vt ſimus initium aliquod creaturę eius. Scitis fratres mei dilectiſſimi. Sit autem omnis homo velox ad audiendum: tardus autem ad loquendum, ꝛ tardus ad iram. Ira enim viri, iuſtitiam dei non operatur. Propter quod abijcientes omnem immunditiam: ꝛ abundantiam malitię, in manſuetudine ſuſcipite inſitum verbum, quod poteſt ſaluare animas veſtras.

Alleluia, alleluia. ℣. Dextera ps. 17.
domini fecit virtutem: dextera domini exaltauit me, dextera domini fecit virtutem, Alleluia, ℣. Chriſtus reſurgens ex mortuis, iam non moritur: mors illi vltra non dominabitur, alleluia.

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Ioannem.



In illo tempore. Dixit Ie- ca. 16.
ſus diſcipulis ſuis. Vado ad eum, qui miſit me: ꝛ nemo ex vobis interrogat me, quo vadis? Sed quia hęc locutus ſum vobis, triſtitia impleuit cor veſtrũ. Sed ego veritatem dico vobis, expedit vobis, vt ego vadaꝫ. Si enim non abiero, paraclitus non veniet ad vos: ſi autem abiero, mittam eum ad vos. Et cum venerit ille, arguet mundum de peccato, ꝛ de iuſtitia, ꝛ de iudicio. De peccato quidem: quia non crediderunt in me. De iuſtitia vero: quia ad patrem vado: ꝛ iam non

vide-

videbitis me. De iudicio autem: quia princeps huius mundi iam iudicatus eſt. Adhuc habeo multa vobis dicere: ſed non poteſtis portare modo. Cum autem venerit ille ſpiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem. Non enim loquetur a ſemetipſo: ſed quęcunque audiet, loquetur: ⁊ quę ventura ſunt, annunciabit vobis. Ille me clarificabit: quia de meo accipiet, ⁊ annunciabit vobis. Credo. Offertorium.

Ps. 65. Iubilate deo omnis terra, iubilate deo vniuerſa terra: pſalmum dicite nomini eius: venite, ⁊ audite, ⁊ narrabo vobis omnes qui timetis deum, quanta fecit dñs animę meę, alleluia. Secreta.

Deus, qui nos per huius ſacrificij venerãda commercia, vnius, ſummęque diuinitatis participes eſſe feciſti: pręſta quęſumus: vt ſicut tuaȝ cognouimus veritatem, ſic eam dignis moribus aſſequamur. Per dominuȝ. Tua domine. Protege. vel

Io. Oblatis. Cõmunio. Cum ve-

16. nerit paraclitus ſpiritus veritatis, ille arguet mundum de peccato, ⁊ de iuſtitia, ⁊ de iudicio, alleluia, alleluia. Poſtcom.

Adeſto nobis domine deus noſter: vt per hęc, quę fideliter ſumpſimus, ⁊ purgemur a vitijs, ⁊ a periculis omnibus eruamur. Per dñm. Sumptis dñe. Quęſumus. vel Hęc nos.

¶ Dominica quarta poſt Paſcha. Introitus.

Ps. 65. Voceȝ iucunditatis annunciate, ⁊ audiatur, alleluia: annunciate vſque ad extremum terrę: liberauit dominus populuȝ ſuum, alleluia, all'a. Pſalmus. Iubilate deo omnis terra, pſalmuȝ dicite nomini eius, date gloriam laudi eius. ℣. Gloria patri.

Oratio.

Deus, a quo bona cũcta procedunt: largire ſupplicibus tuis: vt cogitemus te inſpirante quę recta ſunt: ⁊ te gubernante, eadem faciamus. Per dominuȝ. Alię Orationes. Concede nos. Eccleſię. vel Deus oiuȝ. vt ſupra poſt Dñicaȝ in oct. Paſchę.

Lectio epiſtolę beati Iacobi apoſtoli.

Chariſſimi. Eſtote factores verbi, ⁊ non auditores C. 1.
tantum: fallentes voſmetipſos. Quia ſiquis auditor eſt verbi, ⁊ non factor: hic, comparabitur viro conſideranti vultum natiuitatis ſuę in ſpeculo. Conſiderauit enim ſe, ⁊ abijt, ⁊ ſtatim oblitus eſt qualis fuerit. Qui autem perſpexerit in lege perfectę libertatis, ⁊ permanſerit in ea, non auditor obliuioſus factus, ſed factor operis: hic beatus in facto ſuo erit. Siquis autem putat ſe reli-

gioſum eſſe, nō refrenans linguaʒ
ſuaʒ, ſed ſeducens cor ſuuʒ: huius
vana eſt religio. Religio munda
⁊ immaculata apud deum ⁊ pa/
trem, hęc eſt. Uiſitare pupillos
⁊ viduas in tribulatione eorum:
⁊ immaculatum ſe cuſtodire ab
hoc ſeculo. Alleluia, allel. ℣.
Surrexit Chriſtus, ⁊ illuxit no/
bis, quos redemit ſanguine ſuo.
Io. Alleluia. ℣. Exiui a patre, ⁊ ve
19. ni in mundum: iterum relinquo
munduʒ, ⁊ vado ad patreʒ, Alla.

Sequentia ſancti euangelij
ſecundum Joannem.



ca. In illo tem/
16. pore. Dixit Jeſus diſcipulis ſuis, Amen, amen dico vobis: ſi quid petieritis patreʒ in nomine meo, dabit vobis. Uſqʒ modo non petiſtis quicquā in nomine meo. Petite, ⁊ accipietis: vt gaudium veſtruʒ ſit plenuʒ. Hęc in prouerbijs locutus ſuʒ vobis. Uenit hora cum iam non in prouerbijs loquar vobis, ſed palam de Patre annunciabo vobis. Illo die in nomine meo petetis. Et non dico vobis, quia ego rogabo patrem de vobis. Ipſe eniʒ pater amat vos, quia vos me amaſtis, ⁊ credidiſtis quia a deo exiui. Exiui a patre, ⁊ veni in mundum: iteruʒ relinquo munduʒ, ⁊ vado ad patrem. Dicunt ei diſcipuli eius. Ecce, nūc palaʒ loqueris, ⁊ prouerbiuʒ nullum dicis. Nunc ſcimus quia ſcis omnia, ⁊ nō eſt opus tibi vt quis te interroget. In hoc credim⁹, quia a deo exiſti. Credo. Offertoriū. ps.
Benedicite gentes dñm deum 65.
noſtruʒ, ⁊ obaudite voceʒ laudis eius: qui poſuit animam meam ad vitam, ⁊ non dedit commoueri pedes meos: benedictus dominus qui non amouit deprecationem meam, ⁊ miſericordiam ſuam a me, alleluia. Secreta.

Suſcipe domine fideliū preces cum oblationibus hoſtiaruʒ: vt per hęc pię deuotionis officia, ad celeſtem gloriam tranſeamus. Per dominum noſtrum Jeſum Chriſtum filium tuum.
Tua domine. Protege. vel Oblatis. Communio. Cantate domino, alleluia, cantate domino, ⁊ benedicite nomini eius: bene nunciate de die in diem ſalutare eius, alleluia, alleluia.

Poſtcom.

Tribue nobis domine celeſtis menſę virtute ſatiatis, ⁊ deſiderare quę recta ſunt, ⁊ deſiderata percipere. Per dominum noſtrum. Sumptis domine. Queſumus. vel Hęc nos.
¶ In letanijs maioribus in feſto ſancti Marci. Statio ad ſanctum Petrum. Et in minoribus ante Aſcenſionem Feria ij. Rogatio

nium ſtatio ad ſanctam Mariaꝫ maiorem. Feria iij. Ad ſanctum Joannem in Laterano. Feria iiij. Ad ſanctum Petrum. Quibus diebus ſi occurrerit feſtuꝫ nouem lectionum, in miſſa de feſto fiat commemoratio de feria litaniarum. Introitus.

ps. 17. EXaudiuit de templo ſancto ſuo vocem meaꝫ, all'a: ⁊ clamor meus in conſpectu eius introiuit in aures eius, alleluia, alleluia. Pſalmus. Diligam te domine fortitudo mea: dominus firmamentum meum, ⁊ refugium meuꝫ, ⁊ liberator meus. ℣. Gloria patri. In hac Miſſa non dicitur Gloria in excelſis. neque Credo. Oratio.

PReſta, queſumus omnipotens deus: vt, qui in afflictione noſtra de tua pietate confidimus, cōtra aduerſa omnia, tua ſemper protectione muniamur. Per dominuꝫ. Alie Orationes. Concede nos. Eccleſie. vel Deus omnium fideliū. vt ſupra poſt Dñicaꝫ in octaua Paſche.

Lectio epiſtole beati Jacobi apoſtoli.

c.5. CHariſſimi. Confitemini alterutruꝫ peccata veſtra: ⁊ orate pro inuiceꝫ vt ſaluemini. Multum enim valet deprecatio iuſti aſſidua. Elias, homo erat ſimilis nobis paſſibilis: ⁊ oratione orauit vt non plueret ſuper terrā ⁊ non pluit annos tres ⁊ menſes ſex. Et rurſuꝫ orauit: ⁊ celū dedit pluuiaꝫ, ⁊ terra dedit fructuꝫ ſuū. Fratres mei, ſi quis ex vobis errauerit a veritate, ⁊ conuerterit quis eum: ſcire debet, quoniam qui conuerti fecerit peccatorem ab errore vie ſue, ſaluabit animaꝫ eius a morte, ⁊ operiet multitudi-
neꝫ peccatorum. All'a. ℣. Con ps.
fitemini dño, quoniaꝫ bonus: quo 105
niam in ſeculuꝫ miſericordia eius.

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Lucam.



c.11 IN illo tempore. Dixit Jeſus diſcipulis ſuis. Quis veſtruꝫ habebit amicum, ⁊ ibit ad illum media nocte, ⁊ dicet illi. Amice, accommoda mihi tres panes: quoniaꝫ amicus meus venit de via ad me, ⁊ non habeo quod ponam ante illuꝫ. Et ille deintus reſpondens dicat. Noli mihi moleſtus eſſe: iaꝫ oſtium clauſum eſt, ⁊ pueri mei mecum ſunt in cubili: nō poſſuꝫ ſurgere ⁊ dare tibi. Et ſi ille perſeuerauerit pulſans: dico vobis, ⁊ ſi nō dabit illi ſurgens eo quod amicus ſit, propter improbitatem tamen eius ſurget, ⁊ dabit illi quotquot habet neceſſarios. Et ego dico vobis: Petite, ⁊ dabitur vobis: querite, ⁊ inuenietis:

tis: pulſate, ⁊ aperietur vobis.
Omnis enim qui petit, accipit: ⁊
qui quęrit, inuenit: ⁊ pulſanti ape
rietur. Quis autem ex vobis pa
trem petit panem: nunquid lapi
dem dabit illi? Aut piſcem: nun
quid pro piſce ſerpentem dabit
illi? Aut ſi petierit ouum: nũquid
porriget ei ſcorpionem? Si ergo
vos cum ſitis mali, noſtis bona
data dare filijs veſtris: quanto
magis pater veſter de cęlo dabit
ſpiritum bonum petentibus ſe?
ps. 108 Offertorium. Confitebor do
mino nimis in ore meo: ⁊ in me
dio multorum laudabo eum, qui
aſtitit a dextris pauperis, vt ſal
uam faceret a perſequẽtibus ani
mam meam, alleluia. Secreta.

Hęc munera, quęſumus do
mine, ⁊ vincula noſtrę pra
uitatis abſoluant, ⁊ tuę nobis
miſericordię dona concilient.
Per dominum. Tua domine.
luc. 11. Protege. vel Oblatis. Cõio.
Petite, ⁊ accipietis: quęrite, ⁊
inuenietis: pulſate, ⁊ aperietur
vobis: omnis enim qui petit, ac
cipit: ⁊ qui quęrit, inuenit, ⁊ pul
ſanti aperietur, alleluia. Poſtcõ.

Vota noſtra, quęſumus do
mine, pio fauore proſeque
re: vt dum dona tua in tribulatio
ne percipimus, de conſolatione
noſtra in tuo amore creſcamus.
Per dominum. Sumptis dñe.
Quęſumus dñe. vel Hęc nos.

In vigilia Aſcẽſionis. Si ho
die occurrat feſtũ ſimplex, fit de
ipſo tantum commemoratio in
miſſa. Si occurrat feſtũ duplex
vel ſemiduplex, miſſa dicitur de
feſto cum commemoratione vi
gilię. Sed in eccleſijs collegiatis
dicuntur duę miſſę, vna de feſto,
alia de vigilia. Introitus.

Vocem iucunditatis
annunciate, ⁊ au
diatur, alleluia: an
nunciate vſque ad
extremum terrę: li
berauit dominus populum ſuũ,
alleluia, alleluia. pſalmus. Iu ps. 65.
bilate deo omnis terra: pſalmũ
dicite nomini eius, date gloriam
laudi eius. ℣. Gloria patri. Et
dicitur Gloria in excelſis.

Oratio.

Deus, a quo bona cũcta pro
cedũt, largire ſupplicibus
tuis: vt cogitemus te inſpirante
quę recta ſunt: ⁊ te gubernante
eadem faciamus. Per dominũ.
Secũda oratio de Rogationibꝰ
Preſta quęſumus. tertia de ſan
cta Maria. Concede nos famu
los tuos. Ubi autem in Eccleſijs
collegiatis dicitur alia quoque
Miſſa de Rogationibus: ſecun
da oratio erit de ſancta Maria,
tertia contra perſecutores eccle
ſię, vel pro Papa, vt ſupra poſt
Dominicam in octaua Paſchę.

Lectio

Lectio epiſtole beati Pauli apoſtoli ad Epheſios.

ca. 4. FRatres. Vnicuiqʒ noſtruʒ data eſt gratia ſecundum menſuram donationis Chriſti. Propter quod dicit: Aſcendens in altuʒ, captiuam duxit captiuitatem: dedit dona hominibus. Quod autem aſcendit: quid eſt, niſi quia ⁊ deſcendit primum in inferiores partes terrę? Qui deſcendit: ipſe eſt ⁊ qui aſcendit ſuper omnes cęlos, vt adimpleret omnia. Et ipſe dedit quoſdam quidem Apoſtolos, quoſdam autem Prophetas, alios vero Euangeliſtas, alios autem paſtores ⁊ doctores ad conſummationem ſanctorum, in opus miniſterij, in ędificationē corporis Chriſti: donec occurramus omnes in vnitatem fidei ⁊ agnitionis filij dei, in virum perfectum, in menſuraʒ ętatis plenitudinis Chriſti.

10. 16. Alleluia, alleluia. ℣. Surrexit Chriſtus, ⁊ illuxit nobis, quos redemit ſanguine ſuo. Alleluia. ℣. Exiui a patre, ⁊ veni in mundum: iterum relinquo mundum, ⁊ vado ad patrem, alleluia.

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Joannem.

ca. 17. IN illo tempore. Subleuatis Jeſus oculis in celuʒ, dixit. Pater venit hora, clarifica filium tuum, vt filius tuus clarificet te, ſicut dediſti ei poteſtatem omnis carnis: vt omne quod dediſti ei, det eis vitam ęternam. Hęc eſt autem vita ęterna, Vt cognoſcant te, ſolum deum verum, ⁊ quem miſiſti Jeſum Chriſtum. Ego te clarificaui ſuper terram: opus conſummaui, quod dediſti mihi vt faciam. Et nunc clarifica me tu pater apud temetipſum, claritate quam habui, priuſquam mundus fieret, apud te. Manifeſtaui nomen tuum hominibus, quos dediſti mihi de mūdo. Tui erāt: ⁊ mihi eos dediſti: ⁊ ſermonem tuum ſeruauerunt. Nunc cognouerunt quia omnia quę dediſti mihi, abs te ſunt: quia verba quę dediſti mihi, dedi eis. Et ipſi acceperunt: ⁊ cognouerunt vere quia a te exiui: ⁊ crediderunt, quia tu me miſiſti. Ego pro eis rogo. Non pro mundo rogo, ſed pro his quos dediſti mihi: quia tui ſunt. Et mea omnia, tua ſunt: ⁊ tua, mea ſunt: ⁊ clarificatus ſum in eis. Et iam non ſum in mundo: ⁊ hi in mundo ſunt: ⁊ ego ad te venio. dicitur Prefatio paſchalis. Offertoriū.

Benedicite gentes dn̄m deum pſ.
noſtrum: ⁊ obaudite vocem lau- 65.
dis eius, qui poſuit animaʒ meaʒ ad vitam: ⁊ non dedit commoueri pedes meos: benedictus dominus qui non amouit deprecationem meam, ⁊ miſericordiam

ſuam

ſuam a me, alleluia. Secreta.

SUſcipe domine fideliũ preces cum oblationibus hoſtiarum: vt per hęc pię deuotionis officia, ad celeſtem gloriam tranſeamus. Per dominum.
Tua domine. Protege nos.
vel Oblatis. vt in Dominica in octaua paſche. Communio.
Cantate domino, alleluia: can-
ps. tate domino, & benedicite nomi-
95. ni eius, alleluia, alleluia.

Poſtcomm.

TRibue domine cęleſtis mẽſę virtute ſatiatis, & deſiderare quę recta ſunt, & deſiderata percipere. Per dominũ noſtrũ Jeſum Chriſtum filium tuum.
Sumptis domine. Queſumus. vel Hęc nos quęſumus. vt in Dominica in octaua paſche.

¶ In die Aſcenſionis Statio ad ſanctam Petrum.

Introitus.



act. 1. VIri Galilęi, quid admiramini aſpicientes in cęlum, alleluia: quemadmodum vidiſtis eum aſcendentẽ in cęlũ, ita veniet, alleluia, al-
ps. leluia, alleluia. Pſalm. Omnes
46. gentes plaudite manibus: iubilate deo in voce exultationis. ℣. Gloria patri & filio. Oratio.

COncede, quęſumus, omnipotens deus: vt qui hodierna die vnigenitum tuum redemptorem noſtrum ad cęlos aſcendiſſe credimus, ipſi quoque mente in cęleſtibus habitemus. Per eundem dominum noſtrũ Jeſum Chriſtum filium tuum.

Lectio Actuum apoſtolorum.

PRimum quidem ſermonẽ ca.
feci de omnibus, o Theo- 1.
phile, quę cepit Jeſus facere, & docere, vſque in diem qua pręcipiens apoſtolis per ſpiritum ſanctum, quos elegit, aſſumptus eſt: quibus & prębuit ſeipſum viuum poſt paſſionem ſuam in multis argumentis, per dies quadraginta apparens eis, & loquens de regno dei. Et conueſcens, pręcepit eis ab Hieroſolymis ne diſcederẽt, ſed expectarent promiſſionẽ patris, quã audiſtis (inquit) per os meum: quia Joannes quidem baptizauit aqua, vos autem baptizabimini ſpiritu ſãcto nõ poſt multos hos dies. Igitur qui conuenerant, interrogabant eum, dicentes. Domine, ſi in tempore hoc reſtitues regnum Iſrael? Dixit autẽ eis. Non eſt veſtrũ noſſe tempora vel momenta, quę pater poſuit in ſua poteſtate: ſed accipietis virtutem ſuperuenientis Spiritus ſancti in vos, & eritis mihi teſtes in Hieruſalem, & in omni Judęa, & Samaria, & vſque ad vltimum terrę. Et cum hoc dixiſſet, videntibus illis eleuatus

tiatus eſt: ⁊ nubes ſuſcepit eum
ab oculis eorum. Cumque intue
rentur in celum euntem illum, ec-
ce duo viri aſtiterunt iuxta illos
in veſtibus albis, qui ⁊ dixerunt:
Viri Galilei, quid ſtatis aſpicien-
tes in celum? Hic Jeſus, qui
aſſumptus eſt a vobis in celum,
ſic veniet, quemadmodum vidi-
ſtis eum euntē in celū. Allelu
ps. ia, alleluia. ℣. Aſcēdit deus in iu-
46. bilatione: ⁊ dñs in voce tube, al-
leluia. ℣. Dominus in Sina, in
ſancto, aſcendens in altū, captiuā
duxit captiuitatem, alleluia.

Sequentia ſancti euangelij
ſecundum Marcum.



In illo tēpo-
Mr. re. Recum-
16. bentibus vndecim
diſcipulis, apparu-
it illis Jeſus: ⁊ ex-
probrauit incredu-
litatem eorū ⁊ du-
ritiā cordis, quia his qui viderāt
eū reſurrexiſſe, nō crediderūt. Et
dixit eis. Euntes in mundū vni-
uerſum, predicate euāgeliū omni
creature. Qui crediderit: ⁊ bapti
zatus fuerit, ſaluus erit. Qui ve-
ro nō crediderit: cōdemnabitur.
Signa autē eos qui crediderint,
hec ſequētur. In nomine meo de
monia eijcient, Linguis loquētur
nouis, Serpētes tollēt, Et ſi mor
tiferū quid biberint, nō eis noce-
bit, Super egros manus impo-
nent, ⁊ bene habebunt. Et do-
minus quidem Jeſus, poſtquam
locutus eſt eis, aſſumptus eſt in
celum, ⁊ ſedet a dextris dei. Illi
autem profecti, predicauerunt
vbique: domino cooperante, ⁊
ſermonem confirmante, ſequen-
tibus ſignis. Dicto euāgelio ex-
tinguitur cereus paſchalis, nec vl-
terius accenditur, niſi in ſabbato
Pentecoſtes ad benedictionem
fontium. Credo. Offertorium.
Aſcendit deus in iubilatione, ⁊
dñs in voce tube, allā. Secreta.
Suſcipe dñe munera, que
pro filij tui glorioſa aſcen-
ſione deferimus: ⁊ concede pro-
pitius: vt a preſentibus periculis
liberemur, ⁊ ad vitā perueniā-
mus eternā. Per eundem dñm.
Prefatio. Per Chriſtū domi-
num noſtrum. Qui poſt reſurre-
ctionem ſuam. Et dicitur vſque
ad vigiliam Pentecoſtes exclu
ſiue. Infra actionem. Communi-
cantes, ⁊ diem ſacratiſſimum
celebrantes. Et dicitur per octa
uam tantum. Communio.
Pſallite domino, qui aſcendit ſu- ps.
per celos celorum ad orientem, 67.
alleluia. Poſtcom.
Preſta nobis, queſumus om
nipotens ⁊ miſericors de-
us: vt que viſibilibus myſterijs
ſumenda percepimus, inuiſibili
conſequamur effectu. Per do-
minum.

¶ Infra

¶ Infra octauam Aſcenſionis quotidie dicitur miſſa de Aſcenſione, niſi feſtum duplex, vel ſemiduplex occurrerit, de quo tūc fit cū commemoratione octaue: de ſimplici autem fit tantum cōmemoratio, & poſt orationem diei dicitur ſecunda oratio de ſancta Maria. Concede queſumus. tertia Eccleſie. vel pro papa. vel ſupra poſt Dominicam in octaua Paſche.

¶ Dominica infra octauam Aſcenſionis. Introitus.

pſ. 26. Exaudi domine vocem meã, qua clamaui ad te, alleluia: tibi dixit cor meum, queſiui vultuꝫ tuum, vultum tuum domine requiram: ne auertas faciem tuam a me, alleluia, alleluia. Pſalm⁹. Dominus illuminatio mea, & ſalus mea: quem timebo? ℣. Gloria pa. Oratio.

Omnipotens ſempiterne deus, fac nos tibi ſemper & deuotam gerere voluntatem, & maieſtati tue ſincero corde ſeruire. Per dominum. Et fit commemoratio de Aſcēſione tantū. Concede.

Lectio epiſtole beati Petri apoſtoli.

r. c. 4. Chariſſimi. Eſtote prudētes: & vigilate in orationibus. Ante omnia autem, mutuaꝫ in vobiſmetipſis charitatem cōtinuam habentes: quia charitas operit multitudinem peccatorū. Hoſpitales inuicē ſine murmuratione. Vnuſquiſqꝫ ſicut accepit gratiam, in alterutrum illam adminiſtrantes: ſicut boni diſpenſatores multiformis gratie dei. Si quis loquitur: quaſi ſermones dei. Si quis miniſtrat: tanquam ex virtute, quam adminiſtrat deus. Vt in omnibus honorificetur deus per Ieſuꝫ Chriſtum dominum noſtrum. Alleluia, alleluia. ℣. Regnauit dominus ſuper omnes gētes: deus ſedet ſuper ſedem ſanctam ſuam, alleluia. ℣. Non vos relinquam orphanos: vado, & venio ad vos: & gaudebit cor veſtrum, alleluia. pſ. 46. Io. 14.

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Ioannem.

In illo tempore. Dixit Ieſus diſcipulis ſuis. Cum venerit paraclitus, quē ego mittam vobis a patre ſpiritum veritatis, qui a patre procedit: ille teſtimonium perhibebit de me. Et vos teſtimoniū perhibebitis: quia ab initio mecum eſtis. Hec locutus ſum vobis, vt non ſcandalizemini. Abſqꝫ ſynagogis facient vos. Sed venit hora, vt omnis qui interficit vos, arbitretur obſequium ſe preſtare deo. Et hec facient vobis: quia non nouerūt ca. 15. & 16.

patrem,

patrem,neq͡z me. Sed hec locu
tus ſum vobis: vt cum venerit
hora eorum reminiſcamini, quia
ego dixi vobis. Credo.
Ps. Offertoriū. Aſcendit deus in iu/
46. bilatione: ⁊ dominus in voce tu/
be, alleluia. Secreta.

Sacrificia nos domine im/
maculata purificent,⁊ men
tibus noſtris ſuperne gratie dent
vigorem. Per dominum noſtrū
Ieſum Chriſtum filium tuum.
Pro Aſcenſione. Suſcipe do
mine munera. Communio.
Io. Pater cum eſſem cum eis, ego
17. ſeruabam eos,quos dediſti mihi,
alleluia:nunc autem ad te venio:
non rogo vt tollas eos de mun/
do:ſed vt ſerues eos a malo,alle
luia, alleluia. Poſtcom.

Repleti domine muneribus
ſacris, da queſumus, vt in
gratiarū ſemper actione manea/
mus. Per dominum noſtrum.
Pro Aſcēſione. Preſta nobis.
In octaua Aſcenſionis dicitur
Miſſa ſicut in die cum vna tan
tum oratione..

Feria vj. poſt octauam Aſcē
ſionis ſi feſtum duplex, vel ſemi
duplex non fuerit, Miſſa dicitur
de Dominica preterita cum ora/
tione de S. Maria. Concede.
⁊ Eccleſie tue. vel pro Papa.
Deus omnium fidelium.
de ſimplici fit tantum commemo
ratio. Et non dicitur, Credo.

In vigilia Pētecoſtes. Sta
tio ad ſanctum Ioannem
in Laterano.



Hora cōpetent
ti dicitur No/
na. Qua finita Sa
cerdos ⁊ miniſtri in/
duti veſtimentis vio/
laceis, facta reueren/
tia ante altare, in locis ſuis ſedēt:
poſtea leguntur prophetie ſine
titulo, candelis altaris extinctis
vſq͡z ad principium Miſſe, ſicut
in Sabbato Sancto. In fine
prophetiarū dicuntur orationes
ſine Flectamus genua. Prophe
tia prima. In diebus illis. Ten/
tauit deus Abraham. vt in ſab/
bato Sancto. f.227. qua finita
Sacerdos dicit. Oremus.

Deus,qui in Abrahe famu
li tui opere,humano gene
ri obedientie exempla prebuiſti:
concede nobis, ⁊ noſtre volun/
tatis prauitatem frangere,⁊ tuo/
rum preceptorum rectitudinem
in omnibus adimplere. Per do
minum. Prophetia ſecunda.
In diebus illis. Factum eſt in vi
gilia matutina. vt in Sabbato
Sancto f.228. Tractus. Can Ex.
temus domino:glorioſe enim ho 15.
norificatus eſt: equum ⁊ aſcenſo/
rem proiecit in mare: adiutor ⁊
protector factus eſt mihi in ſalu/
tem. ℣. Hic deus meus, ⁊ hono
rificabo eum: deus patris mei, ⁊
exaltabo

exaltabo eũ. ℣. Dñs conterens bella: dñs nomẽ eſt illi. Oremꝰ.

Deus qui in primis tẽporibus impleta miracula noui teſtamẽti luce reſeraſti, vt ⁊ mare rubrũ forma ſacri fontis exiſteret, ⁊ liberata plebs ab Aegyptiaca ſeruitute, Chriſtiani populi ſacramẽta proferret: da, vt omnes gẽtes, Iſraelis priuilegiuꝫ merito fidei cõſecute, ſpiritus tui participatione regenerẽtur. Per do.

Prophetia tertia. In diebꝰ illis. Scripſit Moyſes canticũ, ⁊ docuit filios Iſrael. vt in ſabbato ſancto f. 235. Tractus. Attende celũ, ⁊ loquar: ⁊ audiat terra verba ex ore meo. ℣. Expectetur ſicut pluuia eloquium meũ: ⁊ deſcendant ſicut ros verba mea. ℣. Sicut imber ſuper gramen, ⁊ ſicut nix ſuper fenum: quia nomen domini inuocabo. ℣. Date magnitudinem deo noſtro: deus verax: opera eius, ⁊ omnes vię eius iudicia. ℣. Deus fidelis, in quo non eſt iniquitas: iuſtus ⁊ ſanctus dominus. Oremus.

Deut. 32.

Deus glorificatio fideliũ, ⁊ vita iuſtorum, qui per Moyſen famuluꝫ tuũ nos quoque modulatione ſacri carminis tradiſti: vniuerſis gentibus miſericordię tuę munus operare tribuẽdo beatitudinẽ, auferẽdo terrorem: vt quod pronunciatum eſt ad ſupplicium, in remedium transferatur ęternuꝫ. Per dñm.

Prophetia quarta. Apprehendent ſeptem mulieres viruꝫ vnũ in die illa, dicentes. vt in ſabbato ſancto. fol. 212. Tractus.

Iſa. 5.

Vinea facta eſt dilecto meo in cornu in loco vberi. ℣. Et maceriaꝫ circundedit, ⁊ circunfodit, ⁊ plantauit vineam Sorec, ⁊ ędificauit turrim in medio eius. ℣. Et torcular fodit in ea: vinea enim domini ſabaoth, domus Iſrael eſt. Oremus.

Omnipotẽs ſempiterne deus, qui per vnicum filium tuum eccleſię tuę demonſtraſti te eſſe cultorem: vt omnem palmitem, fructum in eodem Chriſto tuo, qui vera vitis eſt afferenteꝫ, clementer excolens, fructus afferat ampliores: fidelibꝰ tuis, quos velut vineam ex Aegypto, per fontem baptiſmi trãſtuliſti, nullę peccatorum ſpinę pręualeant: vt ſpiritus tui ſanctificatione muniti, perpetua fruge ditentur. Per dominum. in vnitate eiuſdem.

Prophetia quinta. Audi Iſrael mandata vitę: auribus percipe, vt ſcias prudentiam. vt in ſabbato ſancto. fol. 230. Oremus.

Deus, qui nobis per prophetarũ ora pręcepiſti tẽporalia relinquere, atqꝫ ad ęterna feſtinare: da famulis tuis, vt quę a te iuſſa cognouimus, implere celeſti inſpiratione valeamꝰ. Per dominum

dominum. Prophetia sexta.
In diebus illis. Facta eſt ſuper
me manus domini. vt in ſabba-
to ſancto folio. 231. Oremus.

Domine deus virtutum,
qui collapſa reparas, ⁊ re-
parata conſeruas, auge populos
in tui nominis ſanctificatione re-
nouandos: vt omnes, qui ſacro
baptiſmate diluuntur, tua ſem-
per inſpiratione dirigātur. Per
dominū noſtrū Jeſum Chriſtū.
His expletis. presbyter accipit
pluuiale violaceum, ⁊ deſcenden-
do ad fontes cantatur Tractus.

Sicut ceruus deſiderat ad fon-
Ps. tes aquarum: ita deſiderat ani-
41. ma mea ad te deus. ℣. Sitiuit
anima mea ad deum fontem vi-
uum: quando veniam ⁊ appare-
bo ante faciem dei mei? ℣. Fue-
runt mihi lachrymę meę panes
die ac nocte, dū dicitur mihi per
ſingulos dies, vbi eſt deus tuus?
Deinde ad fontes antequam ſa-
cerdos intret ad benedictionem
fontium, dicit. Dominus vobi-
ſcum. Oremus.

Concede quęſumus omni-
potens deus, vt, qui ſol-
lemnitatem doni ſancti ſpiritus
colimus, cęleſtibus deſideriis ac-
cenſi, fontem vitę ſitiamus. Per
dominum noſtrum. in vnitate
eiuſdem ſpiritus ſancti deus.
Deinde procedit ad benedictio-
nē fontiū, vt in ſabbato ſancto.

¶ Ubi vero non fuerint fontes
Tractus Sicut ceruus, ⁊ oratio
ſequens tractum, ⁊ fontium be-
nedictio pretermittuntur, ſed fi-
nita oratione. Domine deus vir-
tutum, ſacerdos caſula depoſita,
cū miniſtris ante altare procum-
bit: ⁊ aliis omnibus genuflexis,
cantantur litanie a duobus can-
toribus in medio chori. vtroque
choro idem ſimul reſpondente.
Circa finem litaniarū ſacerdos
⁊ miniſtri, ſollemniter induun-
tur veſtimentis rubeis, ⁊ accen-
duntur luminaria circa altare.
Peruento autem ad Kyrie elei-
ſon, Litaniarum. Kyrie eleiſon,
pro Miſſa a cantoribus ſollem-
niter incipitur. Quo incepto, ſa-
cerdos cum miniſtris facit con-
feſsionem: ⁊ aſcendens ad alta-
re. finito, Kyrie eleiſon. incipit
ſollēniter, Gloria in excelſis deo.
Et campanę pulſantur. Oratio.

Preſta, quęſumus omnipo-
tens deus, vt claritatis tuę
ſuper nos ſplendor effulgeat: ⁊
lux tuę lucis, corda eorum qui per
gratiam tuam renati ſunt, ſancti
ſpiritus illuſtratione confirmet.
Per dominum noſtrum. in vni-
tate eiuſdē ſpiritus ſancti deus.
Lectio Actuum apoſtolorum.

In diebus illis. Factum eſt ca.
cū Apollo eſſet Corinthi, 19.
vt Paulus peragratis ſuperiori-
bus partibus veniret Epheſum,

ꝛ inueniret quoſdam de diſcipu-
lis: dixitque ad eos. Si ſpiritum
ſanctum accepiſtis credentes?
At illi dixerunt ad eum. Sed
neque ſi ſpiritus ſanctus eſt, au-
diuimus. Ille vero ait. In quo
ergo baptizati eſtis? Qui dixe-
runt. In Joannis baptiſmate.
Dixit autē Paulus. Joannes
baptizauit baptiſmo penitentię
populum, dicens, in eum qui ven-
turus eſſet poſt ipſum, vt crede-
rent, hoc eſt, in Jeſum. His au-
ditis, baptizati ſunt in nomine
domini Jeſu. Et cum impoſuiſ-
ſet illis manus Paulus, venit ſpi-
ritus ſanctus ſuper eos, ꝛ loque-
bantur linguis, ꝛ prophetabant.
Erant autem omnes viri fere
duodecim. Introgreſſus autem
Paulus in ſynagogam, cum fi-
ducia loquebatur per tres men-
ſes, diſputans ꝛ ſuadens de re-
Ps. gno dei. Alleluia. ℣. Confite-
106 mini domino quoniam bonus:
quoniam in ſeculū miſericordia
eius. non repetitur alleluia: ſed
immediate ſequitur. Tractus.
Ps. Laudate dominum omnes gen-
116. tes: ꝛ collaudate eum omnes po-
puli. ℣. Quoniam cōfirmata eſt
ſuper nos miſericordia eius: ꝛ ve-
ritas domini manet in ęternum.

¶ Ad euangelium non por-
tantur luminaria, ſed incenſum
tantum.

Sequentia ſancti euangelij
ſecundum Joannem.



In illo tem- ca.
pore. Dixit 14.
Jeſus diſcipulis
ſuis. Si diligitis
me: mandata mea
ſeruate. Et ego
rogabo patrem, ꝛ
alium paraclitum dabit vobis,
vt maneat vobiſcum in ęternum,
Spiritum veritatis, quem mun-
dus nō poteſt accipere, quia non
videt eum, nec ſcit eum. Vos au-
tem cognoſcetis eum: quia apud
vos manebit, ꝛ in vobis erit. Nō
relinquam vos orphanos: ve-
niam ad vos. Adhuc modicum:
ꝛ mundus me iam nō videt. Vos
autem videtis me: quia ego vi-
uo, ꝛ vos viuetis. In illo die vos
cognoſcetis, quia ego ſum in pa-
tre meo, ꝛ vos in me, ꝛ ego in vo-
bis. Qui habet mādata mea, ꝛ ſer-
uat ea: ille eſt qui diligit me. Qui
autē diligit me, diligetur a patre
meo: ꝛ ego diligā eū, ꝛ manifeſta-
bo ei meipſum. non dr. Credo.
Offertorium. Emitte ſpiritum Ps.
tuum ꝛ creabuntur, ꝛ renouabis 103.
faciem terrę: ſit gloria domini in
ſecula, alleluia. Secreta.

Munera, queſumus domine
oblata ſanctifica: ꝛ corda
noſtra ſancti ſpiritus illuſtratione
emunda. Per dominum. in vni-
tate eiuſdē ſpiritus ſancti deus.

Pꝛfa.

Prefatio. Per Chriſtum domi-
num noſtrum. Qui aſcendens ſu-
per omnes celos. Infra actionē.
Communicantes, ⁊ diem ſacra-
tiſſimum celebrantes. Alia infra
actionem. Hanc igitur oblatio-
nem ſeruitutis noſtre. Et dicun-
tur vſqȝ ad ſequens ſabbatuȝ in-
Jo. cluſiue. Cōmunio. Ultimo fe-
7. ſtiuitatis die dicebat Jeſus: qui
in me credit, flumina de ventre
eius fluent aque viue: hoc autem
dixit de ſpiritu, quem accepturi
erant credentes in eum, alleluia,
alleluia, alleluia. Poſtcom.
Sancti ſpiritus domine cor-
da noſtra mūdet infuſio, ⁊
ſui roris intima aſperſione fecun-
det. Per dominum noſtrum.
¶ In miſſis priuatis huius vigi-
lie omiſſis prophetijs, orationi-
bus, ⁊ litanijs vt ſupra: Miſſa
abſolute incipitur ab Introitu,
vt infra. Introitus.
Eze. Cum ſanctificatus
36. fuero in vobis: cō-
gregabo vos de
vniuerſis terris: ⁊
effundā ſuper vos
aquaȝ mundam, ⁊
mūdabimini ab omnibus inqui-
namentis veſtris: ⁊ dabo vobis
Ps. ſpiritum nouum. Pſalmus. Be-
37. nedicam dominum in omni tem-
pore: ſemper laus eius in ore
meo. ℣. Gloria patri. Deinde
dicitur, Kyrie eleiſon.

Gloria in excelſis. ⁊ alia vt ſup.
¶ In die Pentecoſtes. Sta-
tio ad ſanctum Petrum.
Introitus.



Spiritus domi- Sa.
ni repleuit orbē 1.
terrarum, alleluia: ⁊
hoc quod continet om-
nia, ſcientiam habet
vocis, alleluia, alleluia,
alleluia. Pſalmus. Exurgat Ps.
deus, ⁊ diſſipentur inimici eius, ⁊ 67.
fugiant qui oderunt eum a facie
eius. ℣. Gloria patri. Oratio.
Deus, qui hodierna die
corda fidelium ſancti ſpiri-
tus illuſtratione docuiſti: da no-
bis in eodem ſpiritu recta ſape-
re, ⁊ de eius ſemper conſolatio-
ne gaudere. Per dominum. in
vnitate eiuſdem.
Lectio Actuum apoſtolorum.
In diebus illis. Dum com- Ca.
plerētur dies Pētecoſtes, 2.
erant omnes diſcipuli pariter in
eodē loco. Et factus eſt repen-
te de celo ſonus, tanquam adue-
nientis ſpiritus vehementis, ⁊ re-
pleuit totā domum vbi erant ſe-
dentes. Et apparuerunt illis di-
ſpertite lingue tanquam ignis, ſe-
ditqȝ ſupra ſingulos eorum. Et
repleti ſunt omnes ſpiritu ſancto:
⁊ ceperunt loqui varijs linguis,
prout ſpiritus ſanctus dabat elo-
qui illis. Erant autem in Hieru-
ſalem habitantes Judei, viri reli-

gioſi ex omni natione que ſub ce/
lo eſt. Facta autem hac voce cõ/
uenit multitudo: ⁊ mente confu/
ſa eſt, quoniam audiebat vnuſ/
quiſque lingua ſua illos loquen/
tes. Stupebant autem omnes,
⁊ mirabantur, dicentes. Nonne,
ecce, omnes iſti qui loquuntur,
Galilei ſunt? Et quomodo nos
audiuimus vnuſquiſq; linguam
noſtram, in qua nati ſumus? Par
thi, ⁊ Medi, ⁊ Elamite, ⁊ qui ha
bitant Meſopotamiam, Judeã,
⁊ Cappadociam, Pontum, ⁊
Aſiam, Phrygiam, ⁊ Pamphy
liam, Aegyptum, ⁊ partes Libye
que eſt circa Cyrenem, ⁊ aduene
Romani: Judei quoq;, ⁊ Pro/
ſelyti, Cretes, ⁊ Arabes, audi/
uimus eos loquentes noſtris lin
guis magnalia dei. Alleluia, al/
ps: leluia. ℣. Emitte ſpiritum tuũ,
103: ⁊ creabuntur: ⁊ renouabis fa/
ciẽ terre. Alleluia. ℣. Ueni ſan/
cte ſpiritus, reple tuorum corda
fidelium, ⁊ tui amoris in eis ignẽ
accende. Sequentia.

Ueni ſancte ſpiritus, ⁊ emit
te celitus lucis tue radiũ.
Ueni pater pauperum, veni da
tor munerũ, veni lumen cordium.
Conſolator optime, dulcis ho/
ſpes anime, dulce refrigerium.
In labore requies, in eſtu tem/
peries, in fletu ſolatium.
O lux beatiſſima, reple cordis in
tima tuorum fidelium.
Sine tuo numine, nihil eſt in ho
mine, nihil eſt innoxium.
Laua quod eſt ſordidum, riga
quod eſt aridum, ſana quod eſt
ſaucium.
Flecte quod eſt rigidum, foue
quod eſt frigidum, rege quod eſt
deuium.
Da tuis fidelibus, in te confi/
dentibus, ſacrum ſeptenarium.
Da virtutis meritũ, da ſalutis exi
tum, da perenne gaudiũ. Amen.
Alleluia. Et dicit quotidie per
totam octauam, ⁊ dicitur vſque
ad ſabbatum incluſiue.

Sequentia ſancti euangelii
ſecundum Joannem.



In illo tem ca.
pore. Dixit 14.
Jeſus diſcipulis
ſuis. Si quis dili/
git me: ſermonem
meum ſeruabit: ⁊
pater meus dili/
get eum, ⁊ ad eum veniemus, ⁊
manſionem apud eum faciemus.
Qui non diligit me, ſermones
meos non ſeruat. Et ſermonem
quem audiſtis, non eſt meus: ſed
eius qui miſit me, patris. Hec
locutus ſum vobis, apud vos
manens. Paraclitus autem, ſpi/
ritus ſanctus, quem mittet pa/
ter in nomine meo: ille vos do/
cebit omnia, ⁊ ſuggeret vobis
omnia quecumque dixero vo
bis. Pacem relinquo vobis:

pacez meaz do vobis. Non quo/
modo mundus dat, ego do vo/
bis. Non turbetur cor veſtrum,
neque formidet. Audiſtis quia
ego dixi vobis: Uado ⁊ uenio
ad vos. Si diligeretis me: gau/
deretis vtique, quia vado ad pa
trem: quia pater maior me eſt.
Et nunc dixi vobis priuſquam
fiat: vt cum factum fuerit, cre/
datis. Iam non multa loquar
vobiſcum. Uenit enim princeps
mundi huius, ⁊ in me non habet
quicquam. Sed vt cognoſcat
mundus, quia diligo patrem: ⁊
ſicut mandatuz dedit mihi pater,
ſic facio. Credo. Offerto.
ps. Confirma hoc deus quod ope/
67. ratus es in nobis a templo tuo,
quod eſt in Hieruſalem: tibi
offerent reges munera, alleluia.

Secreta.

Munera, queſumus domi/
ne, oblata ſanctifica: ⁊ cor/
da noſtra ſancti ſpiritus illuſtra/
tione emunda. Per dominum.
in vnitate eiuſdem. Commu/
nio. Factus eſt repente de ce/
act. lo ſonus tanquam aduenientis
2, ſpiritus vehementis, vbi erant
ſedentes, alleluia: ⁊ repleti ſunt
omnes ſpiritu ſancto, loquentes
magnalia dei, alleluia, alleluia.

Poſtcom.

Sancti ſpiritus domine cor
da noſtra mundet infuſio:
⁊ ſui roris intima aſperſione fe/
cundet. Per dominum. in vni/
tate eiuſdem.

Infra octauam Pentec. non fit de aliquo feſto dup. vel ſemidup. ſed poſt octauam celebrantur: de ſimplici fit commemoratio poſt triduum.

¶ Feria ij. Statio ad ſanctum Petrum ad Uincula.

Introitus.

Cibauit eos ex adi
pe frumenti, alle ps.
luia: ⁊ de petra, 80.
melle ſaturauit eos,
alleluia, alleluia, al
leluia. Pſalmus.
Exultate deo adiutori noſtro: iu
bilate deo Iacob. ℣. Gloria
patri.

Oratio.

Deus, qui apoſtolis tuis
ſanctum dediſti ſpiritum:
concede plebi tuę pię petitionis
effectum: vt quibus dediſti fidez,
largiaris ⁊ pacem. Per dominũ
noſtrum. in vnitate eiuſdem.

Lectio Actuum apoſtolorum.

In diebus illis. Aperiens
Petrus os ſuum, dixit. Ui ca.
ri fratres, ⁊ patres: nobis pręce/ 10.
pit dominus prędicare populo, ⁊
teſtificari, quia ipſe eſt, qui conſti
tutus eſt a deo iudex viuorum ⁊
mortuorũ. Huic oẽs prophetę
teſtimonium perhibent: remiſſio
nem peccatoruz accipere per no
men eius omnes qui credunt in
eũ. Adhuc loquente Petro ver/

ba hęc, cecidit ſpiritus ſanctus ſu
per omnes qui audiebant verbū.
Et obſtupuerunt ex circunciſio
ne fideles qui venerant cum Pe
tro: quia ⁊ in nationes gratia ſpi
ritus ſancti effuſa eſt. Audiebant
enim illos loquentes linguis, ⁊
magnificantes deum. Tunc re
ſpondit Petrus. Nunquid aquā
quis prohibere poteſt, vt non ba
ptizentur hi, qui ſpiritū ſanctum
acceperunt, ſicut ⁊ nos? Et iuſſit
eos baptizari in nomine domini
v. Jeſu Chriſti. Alleluia, alleluia.
act. ℣. Loquebantur varijs linguis
2. apoſtoli magnalia dei. Alleluia.
℣. Veni ſancte ſpiritus: reple tuo
rum corda fidelium: ⁊ tui amoris
in eis ignē accende. Sequentia.
Veni Sancte Spiritus. Et in fi
ne, Alleluia, vt ſupra in Domini
ca Pentecoſtes.

Sequentia ſancti euangelij
ſecundum Joannem.



In illo tem
pore. Dixit
ca Jeſus Nicodemo,
3. Sic deus dilexit
mundum, vt filium
ſuum vnigenitum
daret: vt omnis qui
credit in ipſum, non pereat: ſed
habeat vitam ęternam. Non
enim miſit deus filium ſuum in
mundum, vt iudicet mundū: ſed
vt ſaluetur mundus per ipſum.
Qui credit in eū, non iudicatur.
Qui autem non credit, iam iudi
catus eſt: quia non credit in no
mine vnigeniti filij dei. Hoc eſt
autem iudiciū: quia lux venit in
mundum, ⁊ dilexerunt homines
magis tenebras, quam lucem.
Erant enim eorum mala opera.
Omnis enim qui male agit, odit
lucem: ⁊ non venit ad lucem, vt
non arguantur opera eius. Qui
autem facit veritatē, venit ad lu
cem, vt manifeſtētur opera eius:
quia in deo ſunt facta. Credo. pſ.
Offertorium. Intonuit de celo 17.
dominus: ⁊ altiſſimus dedit vo
cem ſuam: ⁊ apparuerunt fontes
aquarum, alleluia. Secreta.

Propitius, domine quęſu
mus, hęc dona ſanctifica: ⁊
hoſtię ſpiritualis oblatione ſuſce
pta, noſmetipſos tibi perfice mu
nus ęternum. Per dominum no
ſtrum Jeſum Chriſtum.

Communio. Spiritus ſanctus io.
docebit vos, alleluia, quęcunq; 14.
dixero vobis, alleluia, alleluia.

Poſtcom.

Adeſto, quęſumus domine,
populo tuo, ⁊ quem myſte
rijs cęleſtib⁹ imbuiſti, ab hoſtium
furore defende. Per dominum.

¶ Feria iij. Statio ad ſanctam
Anaſtaſiam. Introitus.

Accipite iucunditatem Jo.
glorię veſtrę, alleluia: 2.
gratias agentes deo,
alleluia: qui vos ad cę
leſtia

leſtia regna vocauit, alleluia, alleluia, alleluia. Pſalmus Attendite populus meus legem meam: inclinate aurem veſtram in verba oris mei. ℣. Gloria patri ꝛ filio.
Ps. 77.

Oratio.

Adſit nobis, quęſumus domine, virtus ſpiritus ſancti: quę ꝛ corda noſtra clementer expurget, ꝛ ab omnibus tueatur aduerſis. Per dominum noſtrum. in vnitate eiuſdem ſpiritus.

Lectio Actuum apoſtolorum.

ca. 8.
In diebus illis. Cum audiſſent apoſtoli qui erãt Hieroſolymis, quia recepiſſet Samaria verbum dei: miſerunt ad eos Petrum ꝛ Joannem. Qui cum veniſſent, orauerunt pro ipſis, vt acciperent ſpiritũ ſanctũ. Nondum enim in quenquam illorum venerat, ſed baptizati tantũ erãt in nomine domini Jeſu. Tunc imponebant manus ſuper illos, ꝛ accipiebant ſpiritum ſanctum.

io. 4.
Alleluia, alleluia. ℣. Spiritus ſanctus docebit vos, quęcunque dixero vobis. Alleluia. ℣. Ueni ſancte ſpiritus, reple tuorum corda fidelium: ꝛ tui amoris in eis ignem accende. Sequentia. Ueni ſancte Spiritus. vt ſupra in Dominica.

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Joannem.

ca. 10.
In illo tempore. Dixit Jeſus Phariſeis. Amen amen dico vobis: qui non intrat per oſtium in ouile ouium, ſed aſcendit aliũde: ille fur eſt ꝛ latro. Qui autem intrat per oſtium: paſtor eſt ouium. Huic oſtiarius aperit: ꝛ oues vocem eius audiunt: ꝛ proprias oues vocat nominatim, ꝛ educit eas. Et cũ proprias oues emiſerit, ante eas vadit: ꝛ oues illum ſequuntur, quia ſciunt vocem eius. Alienum autem non ſequuntur, ſed fugiunt ab eo: quia non nouerunt vocem alienorũ. Hoc prouerbiũ dixit eis Jeſus. Illi autẽ non cognouerunt quid loqueretur eis. Dixit ergo eis iterum Jeſus. Amen amen dico vobis, quia ego ſum oſtium ouium. Omnes quotquot venerunt, fures ſunt ꝛ latrones: ſed non audierunt eos oues. Ego ſum oſtium. Per me ſiquis introierit, ſaluabitur: ꝛ ingredietur ꝛ egredietur, ꝛ paſcua inueniet. Fur non venit, niſi vt furetur, ꝛ mactet, ꝛ perdat. Ego veni, vt vitam habeant: ꝛ abundantius habeant.

Credo. Offertorium.

Portas celi aperuit dominus: ꝛ pluit illis manna, vt ederent: panem celi dedit eis: panem angelorum manducauit homo, alleluia. Ps. 77.

Secreta.

Purificet nos, quęſumus domine, muneris preſentis oblatio: ꝛ dignos ſacra participatione efficiat. Per dominum.

Ja. Communio. Spiritus qui a pa/
15. tre procedit, alleluia, ille me cla/
16. rificabit, alleluia, alleluia.

Poſtcom.

Mentes noſtras, quęſumus domine, ſpiritus ſanctus diuinis reparet ſacramentis: quia ipſe eſt remiſſio omnium peccatorum. Per dominum noſtrum. in vnitate eiuſdem ſpiritus.

¶ Feria iiij. Quatuor temporū Pentec. Statio ad ſanctam Mariam Maiorem.

Introitus.

ps. Deus dum egre/
67 dereris coraꝫ populo tuo, iter faciēs eis, habitās in illis, alleluia: terra mota eſt ce/ diſtillauerunt, alleluia, alleluia.

Pſalmus. Exurgat deus, ⁊ diſſipentur inimici eius: ⁊ fugiant qui oderunt eū a facie eius. ℣. Gloria patri. Dicto Kyrie eleiſon. dicitur. Oremus. Et non dicitur. Flectamus genua.

Mentes noſtras, quęſumus domine, paraclitus, qui a te procedit, illuminet: ⁊ inducat in omnem, ſicut tuus promiſit filius, veritatem. Qui tecum viuit ⁊ regnat in vnitate eiuſdem.

Lectio actuum apoſtolorum.

ca. In diebus illis. Stās Pe/
2. trus cum vndecim, leuauit vocem ſuam, ⁊ locutus eſt eis. Uiri Iudęi, ⁊ qui habitatis Hieruſalem vniuerſi: hoc vobis notuꝫ ſit, ⁊ auribus percipite verba mea. Non enim, ſicut vos exiſtimatis, hi ebrij ſunt, cum ſit hora diei tertia: ſed hoc eſt quod dictū eſt per prophetaꝫ Ioel. Et erit, in nouiſſimis diebus, dicit dominus, effundam de ſpiritu meo ſuper omnem carneꝫ: ⁊ prophetabunt filij veſtri ⁊ filię veſtrę: iuuenes veſtri viſiones videbūt, ⁊ ſeniores veſtri ſomnia ſomniabūt. Et quidem ſuper ſeruos meos, ⁊ ſuper ancillas meas in diebus illis effundaꝫ de ſpiritu meo, ⁊ prophetabunt. Et dabo prodigia in cęlo ſurſum, ⁊ ſigna in terra deorſum, ſanguinem, ⁊ ignem, ⁊ vaporem fumi. Sol conuertetur in tenebras, ⁊ luna in ſanguinem, antequam veniat dies domini magnus ⁊ manifeſtus. Et erit: Omnis quicunque inuocauerit nomē
domini, ſaluus erit. Alleluia. ℣. ps.
Uerbo domini cęli firmati ſunt: 32.
⁊ ſpiritu oris eius omnis virtus eorum. Hic dicitur, Gloria in excelſis deo. Poſtea dicitur, Dominus vobiſcum. Oratio.

Preſta, quęſumus, omnipotens ⁊ miſericors deus: vt ſpiritus ſanctus adueniens, templuꝫ nos glorię tuę dignanter inhabitando perficiat. Per dñm.

¶ Ab hac die vſqꝫ ad dñicam ſequentē, poſt orōnē dicitur.

Contra

Contra perſecutores Eccleſie.

Oratio.

A Eccleſie tue, queſumus do-
mine, preces placatus ad-
mitte: vt deſtructis aduerſitatibus,
⁊ erroribus vniuerſis, ſecura tibi
ſeruiat libertate. Per dominum.

Vel pro papa.

D Eus omnium fideliũ pa-
ſtor ⁊ rector, famulum tuũ
N. quē paſtorē eccleſie tue pre-
eſſe voluiſti, propitius reſpice: da
ei queſumus, verbo ⁊ exemplo
quibus preeſt, proficere: vt ad vi-
tam, vnà cum grege ſibi credito,
perueniat ſempiternã. Per dñm.

Lectio Actuum apoſtolorum.

ca. I N diebus illis. Per manus
5. autem apoſtolorum fiebāt
ſigna ⁊ prodigia multa in plebe.
Et erant vnanimiter omnes in
portico Salomonis. Ceterorũ
autem nemo audebat ſe coniun-
gere illis: ſed magnificabat eos
populus. Magis autem augeba-
tur credentium in domino multi-
tudo virorum ac mulierum: ita vt
in plateis eijcerent infirmos, ⁊ po-
nerent in lectulis ⁊ grabatis: vt
veniente Petro, ſaltem vmbra
illius obumbraret quenquam il-
lorum: ⁊ liberarentur omnes ab
infirmitatibus ſuis. Cōcurrebat
autem ⁊ multitudo vicinarum ci-
uitatum ⁊ Hieruſalem, afferentes
egros ⁊ vexatos a ſpiritibus im-
mundis: qui curabantur omnes.

A lleluia, alleluia. ℣. Veni ſan-
cte ſpiritus, reple tuorum corda
fidelium: ⁊ tui amoris in eis ignē
accende. Sequentia. Veni ſan-
cte Spiritus, vt ſupra in Dñica.

Sequentia ſancti euangelij
ſecundum Joannem.



I N illo tempo- ca.
re. Dixit Jeſus 6.
turbis Judeorum.
Nemo poteſt veni-
re ad me, niſi pater
qui miſit me, traxe-
rit eum: ⁊ ego reſu-
ſcitabo eũ in nouiſſimo die. Eſt
ſcriptum in prophetis. Et erunt
omnes docibiles dei. Omnis qui
audiuit a patre, ⁊ didicit: venit ad
me. Nō quia patrē vidit quiſquā
niſi is qui eſt a deo: hic vidit pa-
trem. Amen amen dico vobis:
qui credit in me, habet vitã eter-
nam. Ego ſum panis vite. Pa-
tres veſtri manducauerunt man-
na in deſerto: ⁊ mortui ſunt. Hic
eſt panis de celo deſcendēs: vt ſi-
quis ex ipſo manducauerit, non
moriatur. Ego ſum panis viuus,
qui de celo deſcendi. Siquis mā-
ducauerit ex hoc pane, viuet in e-
ternum. Et panis, quem ego da-
bo, caro mea eſt pro mundi vita.

Credo. Offertorium.

M editabor in mādatis tuis que
dilexi valde: ⁊ leuabo manus ps.
meas ad mandata tua que dilexi, 118.
alleluia. Secreta.

ACcipe, quęſumus domine, munus oblatū: ⁊ dignanter operare: vt quod myſterijs agimus, pijs effectibus celebremus. Per dominum noſtrum.

Alia Secreta.

PRotege nos domine tuis myſterijs ſeruientes: vt diuinis rebus inhęrentes, ⁊ corpore tibi famulemur, ⁊ mente. Per dominum.

Vel pro Papa.

OBlatis, quęſumus, domine, placare muneribus: ⁊ famulum tuum N. quem paſtorē eccleſię tuę eſſe voluiſti, aſſidua protectione guberna. Per dñm.

Io. Communio. Pacem relinquo
vobis, alleluia: pacem meam do
14. vobis, alleluia, allā. Poſtcom.

SUmentes dñe cęleſtia ſacramenta, quęſumus clementiam tuam, vt quod temporaliter gerimus, ęternis gaudijs conſequamur. Per dominum.

Alia poſtcom.

QUęſumus domine deus noſter: vt quos diuina tribuis participatione gaudere, humanis non ſinas ſubiacere periculis. Per dominum. Vel pro papa.

HAec nos, quęſumus dñe, diuini ſacramēti perceptio protegat: ⁊ famulū tuū N. quē paſtorē eccleſię tuę eſſe voluiſti, vna cū commiſſo ſibi grege, ſaluet ſemper ⁊ muniat. Per dñm.

¶ Feria v. Statio ad ſanctum Laurentium extra muros.

Introitus.

SPiritus domini Sa.
repleuit orbem 1.
terrarum, allā: ⁊
hoc quod continet omnia, ſcientiā habet vocis, alleluia, alleluia, allā. Pſalmus.
Exurgat deus, ⁊ diſſipentur ini Ps.
mici eius, ⁊ fugiant qui oderunt 67.
eum a facie eius. ℣. Gloria.

Oratio.

DEus, qui hodierna die corda fidelium ſancti ſpiritus illuſtratione docuiſti: da nobis in eodem ſpiritu recta ſapere, ⁊ de eius ſēper conſolatione gaudere. Per dñm. in vnitate eiuſdem. vel Eccleſię. vel Deus omniū. vt ſupra in feria quarta.

Lectio Actuum apoſtolorum.

IN diebus illis. Philippus ca.
deſcēdens in ciuitatē Sa 8.
marię, prędicabat illis Chriſtum. Intendebant autem turbę his quę dicebātur a Philippo, vnanimiter audientes ⁊ videntes ſigna quę faciebat. Multi enim eorum qui habebāt ſpiritus immundos, clamantes voce magna, exibant. Multi autem paralytici ⁊ claudi curati ſunt. Factū eſt ergo gaudium magnū in illa ciuitate.
Alleluia, allā. ℣. Emitte ſpiri Ps.
tum tuū, ⁊ creabuntur: ⁊ renoua 103.

bis faciem terre. Alleluia. ℣ Ueni ſancte ſpiritus, reple tuorū corda fideliū, ⁊ tui amoris in eis ignē accēde. Sequentia. Ueni ſancte Spiritus. vt ſupra in Dominica.

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Lucam.



IN illo tempore. Con-
ca. 9. uocatis Jeſus duodecim apoſtolis, dedit illis virtutem ⁊ poteſtatem ſuper omnia demonia: ⁊ vt languores curarent. Et miſit illos predicare regnum dei: ⁊ ſanare infirmos. Et ait ad illos. Nihil tuleritis in via: neque virgam, neque peram, neqȝ panem, neque pecuniam, neque duas tunicas habeatis. Et in quamcunque domum intraueritis, ibi manete: ⁊ inde ne exeatis. Et quicunqȝ non receperint vos: exeuntes de ciuitate illa, etiam puluerem pedum veſtrorū excutite in teſtimonium ſupra illos. Egreſſi autem circuibant per caſtella euangelizantes, ⁊ curantes vbique. Credo. Offertorium.
ps. Confirma hoc deus, quod ope-
67. ratus es in nobis: a templo tuo, quod eſt in Hieruſalem, tibi offerent reges munera, alleluia.

Secreta.

MUnera, queſumus domine, oblata ſanctifica: ⁊ corda noſtra ſancti ſpiritus illuſtratione emunda. Per dominum. in vnitate eiuſdem. vel Protege nos dñe. vel Oblatis queſumus. vt ſupra in feria quarta.

Communio. Factus eſt repen- act.
te de celo ſonus aduenientis ſpi- 2.
ritus vehementis, vbi erant ſedentes, alleluia: ⁊ repleti ſunt omnes ſpiritu ſancto, loquentes magnalia dei, alleluia, alleluia.

Poſtcom.

SAncti ſpiritus domine corda noſtra mundet infuſio: ⁊ ſui roris intima aſperſione fecundet. Per dominum noſtrū Jeſum Chriſtum filium tuum. in vnitate eiuſdem. vel Queſumus domine. vel Hec nos queſumus. vt ſupra in feria quarta.

¶ Feria vj. Quatuor temporū Pentec. Statio ad ſanctos duodecim apoſtolos.

Introitus.

REpleatur os meū ps.
laude tua, alła: vt 70.
poſſim cantare, alleluia: gaudebunt labia mea, dum cantauero tibi, alleluia, alła. Pſalmus. In te domine ſperaui, non confundar in eternum: in iuſtitia tua libera me, ⁊ eripe me. ℣. Gloria patri ⁊ filio. Oratio.

DA, queſumus, eccleſie tue miſericors deus: vt ſpiritu ſancto congregata, hoſtili nulla-

tenus

tenus incurſione turbetur. Per
dominum. in vnitate eiuſdem.
vel Eccleſię tuę. vel Deus
omniū. vt ſupra in feria quarta.

Lectio Joelis prophete.

ca. 2. Haec dicit dominus deus.
Exultate filię Syon, ⁊ lę/
tamini in domino deo veſtro: q̄a
dedit vobis doctorem iuſtitię, ⁊
deſcendere faciet ad vos imbrē
matutinum ⁊ ſerotinum ſicut in
principio. Et implebuntur areę
frumento, ⁊ redundabunt torcu/
laria vino ⁊ oleo. Et comedetis
veſcentes, ⁊ ſaturabimini: ⁊ lau/
dabitis nomen domini dei veſtri
qui fecit vobiſcum mirabilia: ⁊
non confundetur populus meus
in ſempiternum. Et ſcietis, quia
in medio Iſrael ego ſum: ⁊ ego
dominus deus veſter, ⁊ non eſt
amplius: ⁊ non confundetur po/
pulus meus in ęternum. Ait do/
minus omnipotens.
ſa. 12. Alleluia, alleluia. ℣. O quā bo
nus ⁊ ſuauis eſt, domine, ſpiritus
tuus in nobis. Alleluia. ℣. Ueni
ſancte ſpiritus, reple tuorū corda
fidelium, ⁊ tui amoris in eis ignē
accēde. Sequētia. Ueni ſancte
Spiritus. vt in Dnica Pentec.

Sequentia ſancti euāgelij
ſecundum Lucam.

ca. 5. In illo tempore. Factum
eſt in vna dierum, ⁊ Jeſus
ſedebat docens. Et erant phari/
ſei ſedentes ⁊ legiſdoctores qui
venerant ex omni caſtello Gali/
lęę ⁊ Judęę ⁊ Hieruſalem: ⁊
virtus domini erat ad ſanandum
eos. Et ecce viri portantes in
lecto hominem qui erat paraly/
ticus: ⁊ quęrebant eum infer/
re, ⁊ ponere ante illum. Et
non inuenientes qua parte il/
lum inferrent prę turba. aſcen/
derunt ſupra tectum, ⁊ per re/
gulas ſubmiſerunt illum cum le/
cto in medium, ante Jeſum.
Quorum fidem vt vidit, dixit.
Homo, remittuntur tibi pec/
cata tua. Et cęperunt cogita/
re ſcribę ⁊ phariſęi, dicentes.
Quis eſt hic, qui loquitur blaſ/
phemias? Quis poteſt dimitte/
re peccata, niſi ſolus deus? Ut
cognouit autem Jeſus cogitatio
nes eorum, reſpondens, dixit ad
illos. Quid cogitatis in cordi/
bus veſtris? Quid eſt facilius,
dicere, Dimittuntur tibi pecca/
ta tua: an dicere, Surge ⁊ am/
bula? Ut autem ſciatis quia filius
hominis habet poteſtatem in ter
ra dimittendi peccata, ait paraly/
tico. Tibi dico, ſurge, tolle lectū
tuum, ⁊ vade in domum tuam.
Et confeſtim ſurgens corā illis,
tulit lectū in quo iacebat: ⁊ abijt
in domū ſuā, magnificans deum.
Et ſtupor apprehendit omnes: ⁊
magnificabant deum. Et repleti
ſunt timore, dicentes: quia vidi/
mus mirabilia hodie. Credo.

Offer.

ps. Offerto. Lauda anima mea do
145. minum: laudabo dominum in vi/
ta mea: pſallam deo meo quan/
diu ero, alleluia. Secre.

Sacrificia domine tuis obla
ta conſpectibus, ignis ille
diuinus aſſumat, qui diſcipulo/
rum Chriſti filij tui per ſpiritum
ſanctum corda ſuccendit. Per
eundem dominum. in vnitate
eiuſdem. vel Protege nos. vel
Oblatis. vt in fer. iiij. Lcio.
Io. Non vos relinquam orphanos:
14. veniam ad vos iterum, alleluia,
ꝛ gaudebit cor veſtrum, alleluia.

Poſtcom.

Sumpſimus domine ſacri
dona myſterij humiliter de
precantes: vt, que in tui comme/
moratione nos facere precepiſti,
in noſtre proficiant infirmitatis
auxilium. Qui viuis ꝛ regnas.
in vnitate ſpiritus ſancti deus.
vel Queſumus domine. vel
Nec nos queſumus. vt in feria
quarta.

¶ Sabbato Quatuor tempo/
rum Pentecoſtes Statio
ad ſanctum Petrum.

Introitus.

Charitas dei diffuſa
eſt in cordibus no/
ſtris, alleluia, per in/
habitantem ſpiritū
eius in nobis, alleluia, alleluia.
ps. Pſalmus. Benedic anima mea
102. domino; ꝛ omnia que intra me
ſunt nomini ſancto eius. ℣. Glo
ria patri. Orationes ſequentes
dicuntur ſine Flectamus genua.

Oremus.

Mentibus noſtris, queſu/
mus domine, ſpiritum ſan
ctum benignus infunde: cuius ꝛ
ſapientia conditi ſumus, ꝛ proui/
dentia gubernamur. Per domi/
num. in vnitate eiuſdem.

Lectio Joelis prophete.

Hec dicit dominus deus: C.2.
Effundam ſpiritum meū
ſuper omnem carnem: ꝛ prophe
tabunt filij veſtri, ꝛ filie veſtre.
Senes veſtri ſomnia ſomnia/
bunt: ꝛ iuuenes veſtri viſiones
videbunt. Sed ꝛ ſuper ſeruos
meos ꝛ ancillas meas, in diebus
illis effundam ſpiritum meum.
Et dabo prodigia in celo ſurſū,
ꝛ ſigna in terra deorſum: ſangui/
nem, ꝛ ignem, ꝛ vaporem fumi.
Sol conuertetur in tenebras, ꝛ
Luna in ſanguinem: antequam
veniat dies domini magnus, ꝛ
horribilis. Et erit. Omnis, qui/
cunque inuocauerit nomen do/
mini, ſaluus erit. Alleluia. ℣.
Spiritus eſt, qui viuificat: caro Jo.
autem non prodeſt quicquam. 16.

Oratio.

Illo nos igne, queſumus
domine, ſpiritus ſanctus in
flammet, quem dominus noſter
Jeſus Chriſtus miſit in terram:
ꝛ voluit vehementer accendi.

Qui

ꝛ inueniret quoſdam de diſcipu-
lis: dixitque ad eos. Si ſpiritum
ſanctum accepiſtis credentes?
At illi dixerunt ad eum. Sed
neque ſi ſpiritus ſanctus eſt, au-
diuimus. Ille vero ait. In quo
ergo baptizati eſtis? Qui dixe-
runt. In Joannis baptiſmate.
Dixit autẽ Paulus. Joannes
baptizauit baptiſmo penitentię
populum, dicens, in eum qui ven-
turus eſſet poſt ipſum, vt crede-
rent, hoc eſt, in Jeſum. His au-
ditis, baptizati ſunt in nomine
domini Jeſu. Et cum impoſuiſ-
ſet illis manus Paulus, venit ſpi-
ritus ſanctus ſuper eos, ꝛ loque-
bantur linguis, ꝛ prophetabant.
Erant autem omnes viri fere
duodecim. Introgreſſus autem
Paulus in ſynagogam, cum fi-
ducia loquebatur per tres men-
ſes, diſputans ꝛ ſuadens de re-
Ps. gno dei. Alleluia. ℣. Confite-
106 mini domino quoniam bonus:
quoniam in ſeculuꝫ miſericordia
eius. non repetitur alleluia: ſed
immediate ſequitur. Tractus.
Ps. Laudate dominum omnes gen-
116. tes: ꝛ collaudate eum omnes po-
puli. ℣. Quoniam cõfirmata eſt
ſuper nos miſericordia eius: ꝛ ve-
ritas domini manet in ęternum.
¶ Ad euangelium non po-
nuntur luminaria, ſed incenſum
tantum.

Sequentia ſancti euangelij
ſecundum Joannem.



In illo tem- ca.
pore. Dixit 14.
Jeſus diſcipulis
ſuis. Si diligitis
me: mandata mea
ſeruate. Et ego
rogabo patrem, ꝛ
alium paraclitum dabit vobis,
vt maneat vobiſcum in ęternum,
Spiritum veritatis, quem mun-
dus nõ poteſt accipere, quia non
videt eum, nec ſcit eum. Vos au-
tem cognoſcetis eum: quia apud
vos manebit, ꝛ in vobis erit. Nõ
relinquam vos orphanos: ve-
niam ad vos. Adhuc modicum:
ꝛ mundus me iam nõ videt. Vos
autem videtis me: quia ego vi-
uo, ꝛ vos viuetis. In illo die vos
cognoſcetis, quia ego ſum in pa-
tre meo, ꝛ vos in me, ꝛ ego in vo-
bis. Qui habet mãdata mea, ꝛ ſer-
uat ea: ille eſt qui diligit me. Qui
autẽ diligit me, diligetur a patre
meo: ꝛ ego diligaꝫ eũ, ꝛ manifeſta-
bo ei meipſum. non dr̄. Credo.
Offertorium. Emitte ſpiritum
tuum ꝛ creabuntur, ꝛ renouabis Ps.
faciem terrę: ſit gloria domini in 103.
ſecula, alleluia. Secreta.
Munera, queſumus domine
oblata ſanctifica: ꝛ corda
noſtra ſancti ſpiritus illuſtratione
emunda. Per dominum. in vni-
tate eiuſdẽ ſpiritus ſancti deus.
Præfa.

Prefatio. Per Chriſtum domi-
num noſtrum. Qui aſcendens ſu-
per omnes cęlos. Infra actionē.
Communicantes, ⁊ diem ſacra-
tiſſimum celebrantes. Alia infra
actionem. Hanc igitur oblatio-
nem ſeruitutis noſtrę. Et dicun-
tur vſq; ad ſequens ſabbatū in-
Io. cluſiue. Cōmunio. Vltimo fe-
7. ſtiuitatis die dicebat Ieſus: qui
in me credit, flumina de ventre
eius fluent aquę viuę: hoc autem
dixit de ſpiritu, quem accepturi
erant credentes in eum, alleluia,
alleluia, alleluia. Poſtcom.

SAncti ſpiritus domine cor-
da noſtra mūdet infuſio, ⁊
ſui roris intima aſperſione fęcun-
det. Per dominum noſtrum.

¶ In miſſis priuatis huius vigi-
lie omiſſis prophetijs, orationi-
bus, ⁊ litanijs vt ſupra: Miſſa
abſolute incipitur ab Introitu,
vt infra. Introitus

Eze. Cum ſanctificatus
36. fuero in vobis: cō-
gregabo vos de
vniuerſis terris: ⁊
effundā ſuper vos
aquā mundam, ⁊
inūdabimini ab omnibus inqui-
namentis veſtris: ⁊ dabo vobis
Ps. ſpiritum nouum. pſalmus. Be-
nedicam dominum in omni tem-
37. pore: ſemper laus eius in ore
meo. ℣. Gloria patri. Dein-
de dicitur, Kyrie eleiſon.

Gloria in excelſis. ⁊ alia vt ſup.

¶ In die Pentecoſtes. Sta-
tio ad ſanctum Petrum.

Introitus.



SPiritus domi- Sa.
ni repleuit orbē 1.
terrarum, alleluia: ⁊
hoc quod continet om-
nia, ſcientiam habet
vocis, alleluia, alleluia,
alleluia. Pſalmus. Exurgat Ps.
deus, ⁊ diſſipentur inimici eius, ⁊ 67.
fugiant qui oderunt eum a facie
eius. ℣. Gloria patri. Oratio.

DEus, qui hodierna die
corda fidelium ſancti ſpiri-
tus illuſtratione docuiſti: da no-
bis in eodem ſpiritu recta ſape-
re, ⁊ de eius ſemper conſolatio-
ne gaudere. Per dominum. in
vnitate eiuſdem.

Lectio Actuum apoſtolorum.

IN diebus illis. Dum com- ca.
plerētur dies Pētecoſtes, 2.
erant omnes diſcipuli pariter in
eodē loco. Et factus eſt repen-
te de cęlo ſonus, tanquam adue-
nientis ſpiritus vehementis, ⁊ re-
pleuit totā domum vbi erant ſe-
dentes. Et apparuerunt illis di-
ſpertitę linguę tanquam ignis, ſe-
ditq; ſupra ſingulos eorum. Et
repleti ſunt omnes ſpiritu ſancto:
⁊ ceperunt loqui varijs linguis,
prout ſpiritus ſanctus dabat elo-
qui illis. Erant autem in Hieru-
ſalem habitantes Iudęi, viri reli-

gioſi ex omni natione quę ſub celo eſt. Facta autem hac voce cõuenit multitudo: ⁊ mente confuſa eſt, quoniam audiebat vnuſquiſque lingua ſua illos loquentes. Stupebant autem omnes, ⁊ mirabantur, dicentes. Nonne, ecce, omnes iſti qui loquuntur, Galilęi ſunt? Et quomodo nos audiuimus vnuſquiſqz linguam noſtraz, in qua nati ſumus? Parthi, ⁊ Medi, ⁊ Elamitę, ⁊ qui habitant Meſopotamiam, Judęã, ⁊ Cappadociam, Pontum, ⁊ Aſiam, Phrygiam, ⁊ Pamphyliam, Aegyptum, ⁊ partes Libyę quę eſt circa Cyrenem, ⁊ aduenę Romani: Judęi quoqz, ⁊ Proſelyti, Cretes, ⁊ Arabes, audiuimus eos loquentes noſtris linguis magnalia dei. Alleluia, al-
ps. leluia. ℣. Emitte ſpiritum tuũ,
103. ⁊ creabuntur: ⁊ renouabis faciẽ terrę. Alleluia. ℣. Veni ſancte ſpiritus, reple tuorum corda fidelium, ⁊ tui amoris in eis ignẽ accende. Sequentia.

Veni ſancte ſpiritus, ⁊ emitte celitus lucis tuę radiũ.

Veni pater pauperum, veni dator munerũ, veni lumen cordiuz.

Conſolator optime, dulcis hoſpes animę, dulce refrigerium.

In labore requies, in ęſtu temperies, in fletu ſolatium.

O lux beatiſſima, reple cordis intima tuorum fidelium.

Sine tuo numine, nihil eſt in homine, nihil eſt innoxium.

Laua quod eſt ſordidum, riga quod eſt aridum, ſana quod eſt ſaucium.

Flecte quod eſt rigidum, foue quod eſt frigidum, rege quod eſt deuium.

Da tuis fidelibus, in te confidentibus, ſacrum ſeptenarium.

Da virtutis meritũ, da ſalutis exitum, da perenne gaudiũ. Amen. Alleluia. Et dicit quotidie per totam octauam, ⁊ dicitur vſque ad ſabbatum incluſiue.

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Joannem. ca. 14.



In illo tempore. Dixit Jeſus diſcipulis ſuis. Si quis diligit me: ſermonem meum ſeruabit: ⁊ pater meus diliget eum, ⁊ ad eum veniemus, ⁊ manſionem apud eum faciemus. Qui non diligit me, ſermones meos non ſeruat. Et ſermonem quem audiſtis, non eſt meus: ſed eius qui miſit me, patris. Hęc locutus ſum vobis, apud vos manens. Paraclitus autem, ſpiritus ſanctus, quem mittet pater in nomine meo: ille vos docebit omnia, ⁊ ſuggeret vobis omnia quęcumque dixero vobis. Pacem relinquo vobis: pacem

pacē meā do vobis. Non quo-
modo mundus dat, ego do vo-
bis. Non turbetur cor veſtrum,
neque formidet. Audiſtis quia
ego dixi vobis: Uado ꝛ uenio
ad vos. Si diligeretis me: gau-
deretis vtique, quia vado ad pa
trem: quia pater maior me eſt.
Et nunc dixi vobis priuſquam
fiat: vt cum factum fuerit, cre-
datis. Jam non multa loquar
vobiſcum. Uenit enim princeps
mundi huius, ꝛ in me non habet
quicquam. Sed vt cognoſcat
mundus, quia diligo patrem: ꝛ
ſicut mandatū dedit mihi pater,
ſic facio. Credo. Offerto.
Ps. 67. Confirma hoc deus quod ope-
ratus es in nobis a templo tuo,
quod eſt in Hieruſalem: tibi
offerent reges munera, alleluia.

Secreta.

Munera, queſumus domi-
ne, oblata ſanctifica: ꝛ cor-
da noſtra ſancti ſpiritus illuſtra-
tione emunda. Per dominum.
in vnitate eiuſdem. Commu-
nio. Factus eſt repente de ce-
act. 2. lo ſonus tanquam aduenientis
ſpiritus vehementis, vbi erant
ſedentes, alleluia: ꝛ repleti ſunt
omnes ſpiritu ſancto, loquentes
magnalia dei, alleluia, alleluia.

Poſtcom.

Sancti ſpiritus domine cor
da noſtra mundet infuſio:
ꝛ ſui roris intima aſperſione fe-
cundet. Per dominum. in vni-
tate eiuſdem.

Infra octauam Pentec. non fit
de aliquo feſto dup. vel ſemidup.
ſed poſt octauam celebrantur: de
ſimplici fit commemoratio poſt
triduum.

Feria ij. Statio ad ſanctum
Petrum ad Uincula.

Introitus.

Cibauit eos ex adi-
pe frumenti, alle- Ps. 80.
luia: ꝛ de petra,
melle ſaturauit eos,
alleluia, alleluia, al
leluia. Pſalmus.
Exultate deo adiutori noſtro: iu
bilate deo Jacob. ℣. Gloria
patri. Oratio.

Deus, qui apoſtolis tuis
ſanctum dediſti ſpiritum:
concede plebi tuę pię petitionis
effectum: vt quibus dediſti fidē,
largiaris ꝛ pacem. Per dominū
noſtrum. in vnitate eiuſdem.

Lectio Actuum apoſtolorum.

In diebus illis. Aperiens
Petrus os ſuum, dixit. Ui ca. 10.
ri fratres, ꝛ patres: nobis præce-
pit dominus prędicare populo, ꝛ
teſtificari, quia ipſe eſt, qui conſti
tutus eſt a deo iudex viuorum ꝛ
mortuorū. Huic oēs prophetę
teſtimonium perhibent: remiſſio-
nem peccatorū accipere per no
men eius omnes qui credunt in
eū. Adhuc loquente Petro ver-

ba hec, cecidit ſpiritus ſanctus ſu
per omnes qui audiebant verbū.
Et obſtupuerunt ex circunciſio-
ne fideles qui venerant cum Pe
tro: quia ⁊ in nationes gratia ſpi-
ritus ſancti effuſa eſt. Audiebant
enim illos loquentes linguis, ⁊
magnificantes deum. Tunc re-
ſpondit Petrus. Nunquid aquā
quis prohibere poteſt, vt non ba
ptizentur hi, qui ſpirituꝫ ſanctum
acceperunt, ſicut ⁊ nos? Et iuſſit
eos baptizari in nomine domini
i. Jeſu Chriſti. Alleluia, alleluia.
act. ℣. Loquebantur varijs linguis
2. apoſtoli magnalia dei. Alleluia.
℣. Veni ſancte ſpiritus: reple tuo
rum corda fidelium: ⁊ tui amoris
in eis igneꝫ accende. Sequentia.
Veni Sancte Spiritus. Et in fi
ne, Alleluia. vt ſupra in Domini
ca Pentecoſtes.

Sequentia ſancti euangelij
ſecundum Joannem.



IN illo tem-
pore. Dixit
ca 3. Jeſus Nicodemo,
Sic deus dilexit
mundum, vt filium
ſuum vnigenitum
daret: vt omnis qui
credit in ipſum, non pereat: ſed
habeat vitam ęternam. Non
enim miſit deus filium ſuum in
mundum, vt iudicet munduꝫ: ſed
vt ſaluetur mundus per ipſum.
Qui credit in euꝫ, non iudicatur.
Qui autem non credit, iam iudi-
catus eſt: quia non credit in no-
mine vnigeniti filij dei. Hoc eſt
autem iudiciuꝫ: quia lux venit in
mundum, ⁊ dilexerunt homines
magis tenebras, quam lucem.
Erant enim eorum mala opera.
Omnis enim qui male agit, odit
lucem: ⁊ non venit ad lucem, vt
non arguantur opera eius. Qui
autem facit veritateꝫ, venit ad lu-
cem, vt manifeſtētur opera eius:
quia in deo ſunt facta. Credo.
Offertorium. Intonuit de celo ps.
dominus: ⁊ altiſſimus dedit vo- 17.
cem ſuam: ⁊ apparuerunt fontes
aquarum, alleluia. Secreta.

PRopitius, domine queſu-
mus, hec dona ſanctifica: ⁊
hoſtię ſpiritualis oblatione ſuſce-
pta, noſmetipſos tibi perfice mu
nus ęternum. Per dominum no
ſtrum Jeſum Chriſtum.

Communio. Spiritus ſanctus io.
docebit vos, alleluia, quęcunqꝫ 14.
dixero vobis, alleluia, alleluia.

Poſtcom.

ADeſto, quęſumus domine,
populo tuo, ⁊ quem myſte
rijs cęleſtib⁹ imbuiſti, ab hoſtium
furorē defende. Per dominum.

¶ Feria iij. Statio ad ſanctam
Anaſtaſiam. Introitus.

ACcipite iucunditatem Io.
glorię veſtrę, alleluia: 2.
gratias agentes deo,
alleluia: qui vos ad ce
leſtia

leſtia regna vocauit, alleluia, al-
ps. leluia, alleluia. Pſalmus Attendi
77. te popule meus legem meam: in-
clinate aurem veſtram in verba
oris mei. ℣. Gloria patri ꝛ filio.

Oratio.

Adſit nobis, queſumus do-
mine, virtus ſpiritus ſancti:
que ꝛ corda noſtra clementer ex-
purget, ꝛ ab omnibus tueatur ad-
uerſis. Per dominum noſtrum.
in vnitate eiuſdem ſpiritus.

Lectio Actuum apoſtolorum.

ca. In diebus illis. Cum audiſ-
8. ſent apoſtoli qui erãt Hie-
roſolymis, quia recepiſſet Sama-
ria verbum dei: miſerunt ad eos
Petrum ꝛ Joannem. Qui cum
veniſſent, orauerunt pro ipſis, vt
acciperent ſpiritũ ſanctũ. Non-
dum enim in quenquam illorum
venerat, ſed baptizati tantũ erãt
in nomine domini Jeſu. Tunc
imponebant manus ſuper illos,
ꝛ accipiebant ſpiritum ſanctum.
Io. Alleluia, alleluia. ℣. Spiritus
4. ſanctus docebit vos, quecunque
dixero vobis. Alleluia. ℣. Ueni
ſancte ſpiritus, reple tuorum cor-
da fidelium: ꝛ tui amoris in eis
ignem accende. Sequentia.
Ueni ſancte Spiritus. vt ſupra
in Dominica.

Sequentia ſancti euangelij
ſecundum Joannem.

ca. In illo tempore. Dixit Je-
10. ſus Phariſeis. Amen amen
dico vobis: qui non intrat per
oſtium in ouile ouium, ſed aſcen-
dit aliũde: ille fur eſt ꝛ latro. Qui
autem intrat per oſtium: paſtor
eſt ouium. Huic oſtiarius aperit:
ꝛ oues vocem eius audiunt: ꝛ
proprias oues vocat nominatim,
ꝛ educit eas. Et cũ proprias oues
emiſerit, ante eas vadit: ꝛ oues
illum ſequuntur, quia ſciunt vo-
cem eius. Alienum autem non ſe-
quuntur, ſed fugiunt ab eo: quia
non nouerunt vocem alienorũ.
Hoc prouerbiũ dixit eis Jeſus.
Illi autẽ non cognouerunt quid
loqueretur eis. Dixit ergo eis ite-
rum Jeſus. Amen amen dico vo-
bis, quia ego ſum oſtium ouium.
Omnes quotquot venerunt, fu-
res ſunt ꝛ latrones: ſed non audie-
runt eos oues. Ego ſum oſtium.
Per me ſiquis introierit, ſalua-
bitur: ꝛ ingredietur ꝛ egredie-
tur, ꝛ paſcua inueniet. Fur non
venit, niſi vt furetur, ꝛ mactet,
ꝛ perdat. Ego veni, vt vitam ha-
beant: ꝛ abundantius habeant.
Credo. Offertorium.
Portas celi aperuit dominus: ps.
ꝛ pluit illis manna, vt ederent: 77.
panem celi dedit eis: panem an-
gelorum manducauit homo, al-
leluia. Secreta.

Purificet nos, queſumus do-
mine, muneris preſentis
oblatio: ꝛ dignos ſacra partici-
patione efficiat. Per dominum.

Jo. 15. 16. Communio. Spiritus qui a pa tre procedit, alleluia, ille me cla rificabit, alleluia, alleluia.

Poſtcom.

Mentes noſtras, queſumus domine, ſpiritus ſanctus diuinis reparet ſacramentis: quia ipſe eſt remiſſio omnium peccatorum. Per dominum noſtrum. in vnitate eiuſdem ſpiritus.

¶ Feria iiij. Quatuor temporũ Pentec. Statio ad ſanctam Mariam Maiorem.

Introitus.

pſ. 67 Deus dum egredereris coraȝ populo tuo, iter faciẽs eis, habitãs in illis, alleluia: terra mota eſt ce- diſtillauerunt, alleluia, alleluia. Pſalmus. Exurgat deus, & diſſipentur inimici eius: & fugiant qui oderunt euȝ a facie eius. ℣. Gloria patri. dicto Kyrie eleiſon. dicitur: Oremus. Et non dicitur. Flectamus genua.

Mentes noſtras, queſumus domine, paraclitus, qui a te procedit, illuminet: & inducat in omnem, ſicut tuus promiſit filius, veritatem. Qui tecum viuit & regnat in vnitate eiuſdem.

Lectio Actuum apoſtolorum.

ca. 2. In diebus illis. Stãs Petrus cum vndecim, leuauit vocem ſuam, & locutus eſt eis. Viri Iudei, & qui habitatis Hieruſalem vniuerſi: hoc vobis notuȝ ſit, & auribus percipite verba mea. Non enim, ſicut vos exiſtimatis, hi ebrij ſunt, cum ſit hora diei tertia: ſed hoc eſt quod dictũ eſt per prophetaȝ Joel. Et erit, in nouiſſimis diebus, dicit dominus, effundam de ſpiritu meo ſuper omnem carneȝ: & prophetabunt filij veſtri & filię veſtrę: iuuenes veſtri viſiones videbũt, & ſeniores veſtri ſomnia ſomniabũt. Et quidem ſuper ſeruos meos, & ſuper ancillas meas in diebus illis effundaȝ de ſpiritu meo, & prophetabunt. Et dabo prodigia in cęlo ſurſum, & ſigna in terra deorſũm, ſanguinem, & ignem, & vaporem fumi. Sol conuertetur in tenebras, & luna in ſanguinem, antequam veniat dieſ domini magnus & manifeſtus. Et erit: Omnis quicunque inuocauerit nomẽ domini, ſaluus erit. Alleluia. ℣. pſ. 32.
Verbo domini cęli firmati ſunt: & ſpiritu oris eius omnis virtus eorum. Hic dicitur, Gloria in excelſis deo. Poſtea dicitur, Dominus vobiſcum. Oratio.

Preſta, queſumus, omnipotens & miſericors deus: vt ſpiritus ſanctus adueniens, templuȝ nos glorię tuę dignanter inhabitando perficiat. Per dñm.

¶ Ab hac die vſqȝ ad Dñicam ſequentẽ, poſt orõnẽ dici dicitur.

Contra

Contra perſecutores Eccleſie.

Oratio.

Eccleſie tue, queſumus domine, preces placatus admitte: vt deſtructis aduerſitatibꝰ, ⁊ erroribus vniuerſis, ſecura tibi ſeruiat libertate. Per dominum.

Vel pro papa.

Deus omnium fideliũ paſtor ⁊ rector, famulum tuũ N. quẽ paſtorẽ eccleſie tue preeſſe voluiſti, propitius reſpice: da ei queſumus, verbo ⁊ exemplo quibus preeſt, proficere: vt ad vitam, vnà cum grege ſibi credito, perueniat ſempiternã. Per dñm.

Lectio Actuum apoſtolorum.

ca. In diebus illis. Per manus
5. autem apoſtolorum fiebãt
ſigna ⁊ prodigia multa in plebe. Et erant vnanimiter omnes in porticu Salomonis. Ceterorũ autem nemo audebat ſe coniungere illis: ſed magnificabat eos populus. Magis autem augebatur credentium in domino multitudo virorum ac mulierum: ita vt in plateis eijcerent infirmos, ⁊ ponerent in lectulis ⁊ grabatis: vt veniente Petro, ſaltem vmbra illius obumbraret quenquam illorum, ⁊ liberarentur omnes ab infirmitatibus ſuis. Cõcurrebat autem ⁊ multitudo vicinarum ciuitatum Hieruſalem, afferentes egros ⁊ vexatos a ſpiritibus immundis: qui curabantur omnes.

Alleluia, alleluia. ℣. Veni ſancte ſpiritus, reple tuorum corda fidelium: ⁊ tui amoris in eis ignẽ accende. Sequentia. Veni ſancte Spiritus, vt ſupra in Dñica.

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Joannem.



In illo tempo- ca.
re. Dixit Jeſus 6.
turbis Judeorum. Nemo poteſt venire ad me, niſi pater qui miſit me, traxerit eum: ⁊ ego reſuſcitabo eũ in nouiſſimo die. Eſt ſcriptum in prophetis. Et erunt omnes docibiles dei. Omnis qui audiuit a patre, ⁊ didicit: venit ad me. Nõ quia patrẽ vidit quiſquã niſi is qui eſt a deo: hic vidit patrem. Amen amen dico vobis: qui credit in me, habet vitã eternam. Ego ſum panis vite. Patres veſtri manducauerunt manna in deſerto: ⁊ mortui ſunt. Hic eſt panis de celo deſcendẽs: vt ſi quis ex ipſo manducauerit, non moriatur. Ego ſum panis viuus, qui de celo deſcendi. Siquis mãducauerit ex hoc pane, viuet in eternum. Et panis, quem ego dabo, caro mea eſt pro mundi vita.

Credo. Offertorium.

Meditabor in mãdatis tuis que
dilexi valde: ⁊ leuabo manus ps.
meas ad mandata tua que dilexi, 118.
alleluia. Secreta.

ACcipe, quęſumus domine, munus oblatuꝫ: ⁊ dignanter operare: vt quod myſterijs agimus, pijs effectibus celebremus. Per dominum noſtrum.

Alia Secreta.

PRotege nos domine tuis myſterijs ſeruientes: vt diuinis rebus inhęrentes, ⁊ corpore tibi famulemur, ⁊ mente. Per dominum.

Uel pro Papa.

OBlatis, quęſumus, domine, placare muneribus: ⁊ famulum tuum N. quem paſtoreꝫ eccleſię tuę eſſe voluiſti, aſſidua protectione guberna. Per dn̄m.

io. Communio. Pacem relinquo
14. vobis, alleluia: pacem meam do vobis, alleluia, alla. Poſtcom.

SUmentes dn̄e cęleſtia ſacramenta, quęſumus clementiam tuam, vt quod temporaliter gerimus, ęternis gaudijs conſequamur. Per dominum.

Alia poſtcom.

QUęſumus domine deus noſter: vt quos diuina tribuis participatione gaudere, humanis non ſinas ſubiacere periculis. Per dominum. Uel pro papa.

HAec nos, quęſumus dn̄e, diuini ſacramēti perceptio protegat: ⁊ famulū tuuꝫ N. queꝫ paſtoreꝫ eccleſię tuę eſſe voluiſti, vnā cuꝫ commiſſo ſibi grege, ſaluet ſemper ⁊ muniat. Per dn̄m.

¶ Feria v. Statio ad ſanctum Laurentium extra muros.

Introitus.

SPiritus domini repleuit orbem terrarum, alla: ⁊ hoc quod continet omnia, ſcientiaꝫ habet vocis, alleluia, alleluia, alla. Pſalmus. sa. 1.

Exurgat deus, ⁊ diſſipentur inimici eius, ⁊ fugiant qui oderunt eum a facie eius. ℣. Gloria. ps. 67.

Oratio.

DEus, qui hodierna die corda fidelium ſancti ſpiritus illuſtratione docuiſti: da nobis in eodem ſpiritu recta ſapere, ⁊ de eius ſēper conſolatione gaudere. Per dn̄m. in vnitate eiuſdem. vel Eccleſię. vel Deus omniū. vt ſupra in feria quarta.

Lectio Actuum apoſtolorum.

IN diebus illis. Philippus deſcēdens in ciuitateꝫ Samarię, prędicabat illis Chriſtum. ca. 8.
Intendebant autem turbę his quę dicebātur a Philippo, vnanimiter audientes ⁊ videntes ſigna quę faciebat. Multi enim eorum qui habebāt ſpiritus immundos, clamantes voce magna, exibant. Multi autem paralytici ⁊ claudi curati ſunt. Factū eſt ergo gaudium magnuꝫ in illa ciuitate.
Alleluia, alla. ℣. Emitte ſpiritum tuū, ⁊ creabuntur: ⁊ renoua- ps. 103.

bis

bis faciem terrę. Alleluia. ℣. Ueni ſancte ſpiritus, reple tuorũ corda fideliũ, ⁊ tui amoris in eis ignẽ accẽde. Sequentia. Ueni ſancte Spiritus. vt ſupra in Dominica.

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Lucam.



IN illo tem-
ca. pore. Con-
9. uocatis Jeſus duodecim apoſtolis, dedit illis virtutem ⁊ poteſtatem ſuper omnia dęmonia: ⁊ vt languores curarent. Et miſit illos prędicare regnum dei: ⁊ ſanare infirmos. Et ait ad illos. Nihil tuleritis in via: neque virgam, neque peram, neq; panem, neque pecuniam, neque duas tunicas habeatis. Et in quamcunque domum intraueritis, ibi manete: ⁊ inde ne exeatis. Et quicunq; non receperint vos: exeuntes de ciuitate illa, etiam puluerem pedum veſtrorũ excutite in teſtimonium ſupra illos. Egreſſi autem circuibant per caſtella euangelizantes, ⁊ curantes vbique. Credo. Offertorium.
ps. Confirma hoc deus, quod ope-
67. ratus es in nobis: a templo tuo, quod eſt in Hieruſalem, tibi offerent reges munera, alleluia.

Secreta.

MUnera, quęſumus domine, oblata ſanctifica: ⁊ corda noſtra ſancti ſpiritus illuſtratione emunda. Per dominum in vnitate eiuſdem. vel Protege nos dñe. vel Oblatis quęſumus. vt ſupra in feria quarta.

Communio. Factus eſt repen- act.
te de cęlo ſonus aduenientis ſpi- 2.
ritus vehementis, vbi erant ſedentes, alleluia: ⁊ repleti ſunt omnes ſpiritu ſancto, loquentes magnalia dei, alleluia, alleluia.

Poſtcom.

SAncti ſpiritus domine corda noſtra mundet infuſio: ⁊ ſui roris intima aſperſione fęcundet. Per dominum noſtrũ Jeſum Chriſtum filium tuum. in vnitate eiuſdem. vel Quęſumus domine. vel Hęc nos quęſumus. vt ſupra in feria quarta.

¶ Feria vj. Quatuor temporũ Pentec. Statio ad ſanctos duodecim apoſtolos.

Introitus.

REpleatur os meũ ps.
laude tua, all'a: vt 70.
poſſim cantare, alleluia: gaudebunt labia mea, dum cantauero tibi, alleluia, all'a. pſalmus. In te domine ſperaui, non confundar in ęternum: in iuſtitia tua libera me, ⁊ eripe me. ℣. Gloria patri ⁊ filio. Oratio.

DA, quęſumus, eccleſię tuę miſericors deus: vt ſpiritu ſancto congregata, hoſtili nulla-

tenus

ſenus incurſione turbetur. Per dominum. in vnitate eiuſdem. vel Eccleſie tue. vel Deus omniū. vt ſupra in feria quarta.

Lectio Joelis prophete.

ca. 2. Haec dicit dominus deus. Exultate filie Sion, & le-
tamini in domino deo veſtro: qa
dedit vobis doctorem iuſtitie, & deſcendere faciet ad vos imbrez matutinum & ſerotinum ſicut in principio. Et implebuntur aree frumento, & redundabunt torcularia vino & oleo. Et comedetis veſcentes, & ſaturabimini: & laudabitis nomen domini dei veſtri qui fecit vobiſcum mirabilia: & non confundetur populus meus in ſempiternum. Et ſcietis, quia in medio Iſrael ego ſum: & ego dominus deus veſter, & non eſt amplius: & non confundetur populus meus in eternum. Ait do-
minus omnipotens.

ſa. 12. Alleluia, alleluia. ℣. O quā bo-
nus & ſuauis eſt, domine, ſpiritus tuus in nobis. Alleluia. ℣. Veni ſancte ſpiritus, reple tuorū corda fidelium, & tui amoris in eis ignez accēde. Sequētia. Veni ſancte Spiritus. vt in Dnica Pentec.

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Lucam.

ca. In illo tempore. Factum
5. eſt in vna dierum, & Jeſus
ſedebat docens. Et erant phariſei ſedentes & legiſdoctores qui venerant ex omni caſtello Galilee & Judee & Hieruſalem: & virtus domini erat ad ſanandum eos. Et ecce viri portantes in lecto hominem qui erat paralyticus: & querebant eum inferre, & ponere ante illum. Et non inuenientes qua parte illum inferrent pre turba. aſcenderunt ſupra tectum, & per regulas ſubmiſerunt illum cum lecto in medium, ante Jeſum. Quorum fidem vt vidit, dixit. Homo, remittuntur tibi peccata tua. Et ceperunt cogitare ſcribe & pharisei, dicentes. Quis eſt hic, qui loquitur blaſphemias? Quis poteſt dimittere peccata, niſi ſolus deus? Ut cognouit autem Jeſus cogitationes eorum, reſpondens, dixit ad illos. Quid cogitatis in cordibus veſtris? Quid eſt facilius, dicere, Dimittuntur tibi peccata tua: an dicere, Surge & ambula? Ut autem ſciatis quia filius hominis habet poteſtatem in terra dimittendi peccata, ait paralytico. Tibi dico, ſurge, tolle lectuz tuum, & vade in domum tuam. Et confeſtim ſurgens coraz illis, tulit lectuz in quo iacebat: & abijt in domū ſuaz, magnificans deum. Et ſtupor apprehendit omnes: & magnificabant deum. Et repleti ſunt timore, dicentes: quia vidimus mirabilia hodie. Credo. Offer.

ps. 145. Offerto. Lauda anima mea dominum: laudabo dominum in vita mea: pſallam deo meo quandiu ero, alleluia. Secre.

Sacrificia domine tuis oblata conſpectibus, ignis ille diuinus aſſumat, qui diſcipulorum Chriſti filij tui per ſpiritum ſanctum corda ſuccendit. Per eundem dominum. in vnitate eiuſdem. vel Protege nos. vel Oblatis. vt in fer. iiij. Cōio.

Io. 14. Non vos relinquam orphanos: veniam ad vos iterum, alleluia; & gaudebit cor veſtrum, alleluia.

Poſtcom.

Sumpſimus domine ſacri dona myſterij humiliter deprecantes: vt, que in tui commemoratione nos facere precepiſti, in noſtre proficiant infirmitatis auxilium. Qui viuis & regnas. in vnitate ſpiritus ſancti deus. vel Queſumus domine. vel Nec nos queſumus. vt in feria quarta.

¶ Sabbato Quatuor temporum Pentecoſtes Statio ad ſanctum Petrum.

Introitus.

Charitas dei diffuſa eſt in cordibus noſtris, alleluia, per inhabitantem ſpiritum eius in nobis, alleluia, alleluia.

ps. 102. Pſalmus. Benedic anima mea domino; & omnia que intra me ſunt nomini ſancto eius. ℣. Gloria patri. Orationes ſequentes dicuntur ſine Flectamus genua.

Oremus.

Mentibus noſtris, queſumus domine, ſpiritum ſanctum benignus infunde: cuius & ſapientia conditi ſumus, & prouidentia gubernamur. Per dominum. in vnitate eiuſdem.

Lectio Joelis prophete.

Hec dicit dominus deus: c. 2. Effundam ſpiritum meū ſuper omnem carnem: & prophetabunt filij veſtri, & filie veſtre. Senes veſtri ſomnia ſomniabunt: & iuuenes veſtri viſiones videbunt. Sed & ſuper ſeruos meos & ancillas meas, in diebus illis effundam ſpiritum meum. Et dabo prodigia in celo ſurſum, & ſigna in terra deorſum: ſanguinem, & ignem, & vaporem fumi. Sol conuertetur in tenebras, & Luna in ſanguinem: antequam veniat dies domini magnus, & horribilis. Et erit. Omnis, quicunque inuocauerit nomen domini, ſaluus erit. Alleluia. ℣. Spiritus eſt, qui viuificat: caro Jo. 16. autem non prodeſt quicquam.

Oratio.

Illo nos igne, queſumus domine, ſpiritus ſanctus inflammet, quem dominus noſter Jeſus Chriſtus miſit in terram: & voluit vehementer accendi.

Qui

oct. tibi. Alleluia. ℣. Dum cōplerentur dies Pentecoſtes, erant om
2. nes pariter ſedentes. Oratio.

Preſta, queſumus, omnipotens deus: vt ſalutaribus ieiunijs eruditi, ab omnibus etiā vitijs abſtinentes, propitiationem tuam facilius impetremus. Per dominum noſtrum.

Lectio libri Leuitici.

ca. In diebus illis. Dixit domi
26. nus ad Moyſen. Loquere filijs Iſrael, ⁊ dices ad eos. Si in preceptis meis ambulaueritis, ⁊ mandata mea cuſtodieritis, ⁊ feceritis ea: dabo vobis pluuiam temporibus ſuis, ⁊ terra gignet germen ſuum: ⁊ pomis arbores replebuntur. Apprehendet meſſiuʒ tritura vindemiam, ⁊ vindemia occupabit ſementem: ⁊ comedetis panem veſtrum in ſaturitate, ⁊ abſque pauore habitabitis in terra veſtra. Dabo paceʒ in finibus veſtris: dormietis, ⁊ non erit qui exterreat. Auferam malas beſtias: ⁊ gladius non tranſibit terminos veſtros. Perſequimini inimicos veſtros: ⁊ corruent coram vobis. Perſequentur quinqʒ de veſtris centuʒ alienos, ⁊ centum de vobis decem millia: cadent inimici veſtri gladio in conſpectu veſtro. Reſpiciam vos ⁊ creſcere faciam: multiplicabimini, ⁊ firmabo pactum meum vobiſcuʒ. Comedetis vetuſtiſſima veterum, ⁊ vetera nouis ſuperuenientibus proijcietis. Ponam tabernaculum meuʒ in medio veſtri, ⁊ non abijciet vos vltra anima mea. Ambulabo inter vos, ⁊ ero veſter deus, voſqʒ eritis populus meus: dicit dominus omnipotens. Alleluia. ℣. Veni ſancte ſpiritus, reple tuorum corda fidelium: ⁊ tui amoris in eis ignem accende.

Oratio.

Preſta queſumus omnipotens deus, ſic nos ab epulis carnalibus abſtinere: vt a vitijs irruentibus pariter ieiunemus. Per dominum noſtrum Jeſum Chriſtum filium tuum.

Lectio Danielis prophete.

In diebus illis. Angelus domini deſcendit cum Azaria ca.
⁊ ſocijs eius in fornacem: ⁊ excuſ 3.
ſit flammam ignis de fornace: ⁊ fecit medium fornacis quaſi ventum roris flantem. Flamma autem diffuſa eſt ſuper fornacem, cubitis quadragintanouem: ⁊ incendit quos reperit iuxta fornacem de Chaldeis miniſtros regis qui eam incendebant. Illos autem omnino non tetigit ignis, neque contriſtauit, nec quicquam moleſtie intulit. Tunc hi tres quaſi ex vno ore laudabant, ⁊ glorificabant, ⁊ benedicebant deum in fornace, dicentes. Alleluia. ℣. Benedictus es domine deus patrum

patrum noſtrorum, ⁊ laudabilis in ſecula. Finito verſu, dicitur. Gloria in excelſis. Sequitur. Dominus vobiſcum. ℟. Et cū ſpiritu tuo. Oratio.

DEus, qui tribus pueris mitigaſti flammas ignium, concede propitius: vt nos famulos tuos non exurat flamma vitiorum. Per dominum noſtrū.

Pro Papa. Oratio.

DEus omnium fideliū paſtor ⁊ rector, famulū tuum N. quē paſtorem eccleſię tuę pręeſſe voluiſti, propitius reſpice: da ei, quęſumus, verbo ⁊ exemplo quibus pręeſt, proficere: vt ad vitā vna cū grege ſibi credito, perueniat ſempiternam. Per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum. vel Eccleſię tuę. vt ſupra feria quarta.

Lectio epiſtole beati Pauli apoſtoli ad Romanos.

ca. 5. FRatres. Iuſtificati igitur ex fide, pacē habeamus ad deum per Ieſum Chriſtū dominum noſtrum: per quem ⁊ acceſſum habemus per fidem in gratiam iſtam, in qua ſtamus, ⁊ gloriamur in ſpe glorię filiorum dei. Non ſolum autem: ſed ⁊ gloriamur in tribulationibus, ſcientes quod tribulatio patientiam operatur: patientia autem probationem: probatio vero ſpem. Spes autem non confundit: quia charitas dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per ſpiritum ſanctum, qui datus eſt nobis. Tractus.

LAudate dominum omnes gentes: ⁊ collaudate eum omnes populi. ℣. Quoniam cōfirmata eſt ſuper nos miſericordia eius: ⁊ veritas domini manet in ęternum. Pſal. 116

Sequentia. Veni ſancte Spiritus. vt ſupra in Dominica ſine, Alleluia, In fine.

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Lucam.



IN illo tempore. Surgens Ieſus de ſynagoga, introiuit in domum Simonis. Socrus autem Simonis tenebatur magnis febribus: ⁊ rogauerunt illum pro ea. Et ſtans ſuper illam, imperauit febri: ⁊ dimiſit illam. Et continuo ſurgens, miniſtrabat illis. Cum ſol autem occidiſſet, omnes qui habebant infirmos varijs languoribus, ducebant illos ad Ieſum. At ille ſingulis manus imponens, curabat eos. Exibant autem dęmonia a multis, clamantia ⁊ dicentia: quia tu es filius dei. Et increpans, non ſinebat ea loqui, quia ſciebant ipſum eſſe Chriſtum. Facta autem die, egreſſus ibat in deſertum locum: ⁊ turbę requirebant eum, ⁊ vene-

venerunt vſque ad ipſum: ⁊ deti-
nebant illu;, ne diſcederet ab eis.
Quibus ille ait. Quia ⁊ aliis ciui
tatibus oportet me euangelizare
regnū dei: quia ideo miſſus ſum.
Et erat prędicans in ſynagogis
Galileę. Credo. Offertorium.
Pſ. 87. Domine deus ſalutis meę, in die
clamaui ⁊ nocte coram te: intret
oratio mea in conſpectu tuo do-
mine, alleluia. Secreta.

UT accepta tibi ſint domi-
ne noſtra ieiunia: pręſta no
bis, quęſumus, huius munere ſacra
menti, purificatum tibi pectus
offerre. Per dominum noſtrum
Jeſum Chriſtum filium tuum.
Altera Secreta. vel Oblatis
quęſumus. vel Protege nos.
vt in feria quarta. Communio.
Io. 3. Spiritus, vbi vult, ſpirat: ⁊ vo-
cem eius audis, alleluia, alleluia:
ſed neſcis vnde veniat, aut quo
vadat, alleluia, alleluia, alleluia.

Poſtcom.

PRębeant nobis domine di-
uinum tua ſancta feruore;,
quo eorum pariter ⁊ actu dele-
ctemur ⁊ guſtu. Per dominum
noſtrum Jeſum Chriſtu; filium
tuum, qui tecum viuit ⁊ regnat.
Altera Poſtcom. vel Hęc
nos quęſumus. vel Quęſumus
domine. vt in feria quarta.

¶ In feſto ſancte Trinitatis.

Introitus.

BEnedicta ſit ſan-
cta Trinitas, atq;
indiuiſa vnitas, cō
fitebimur ei, quia
fecit nobiſcum mi-
ſericordiam ſuam.
Pſalmus. Domine dn̄s noſter
quā admirabile eſt nomē tuu; in
vniuerſa terra. ℣ Gloria. Oro.

OMnipotēs ſempiterne de-
us, qui dediſti famulis tuis
in confeſſione verę fidei, ęternę
Trinitatis gloriam agnoſcere, ⁊
in potētia maieſtatis adorare vni
tatem: quęſumus, vt eiuſdem fi-
dei firmitate ab omnibus ſemper
muniamur aduerſis. Per dn̄m.
Deinde fit cōmemoratio de Do
minica prima poſt Pentec. ora-
tio. Deus in te ſperantium. vt
inferius habetur in eius Miſſa.
Lectio epiſtole beati Pauli apo
ſtoli ad Romanos.

O altitudo diuitiarum ſapien c. 2.
tię ⁊ ſcientię dei: quam in-
comprehenſibilia ſunt iudicia
eius, ⁊ ininueſtigabiles vię eius.
Quis enim cognouit ſenſum do-
mini? Aut quis conſiliarius eius
fuit? Aut quis prior dedit illi,
⁊ retribuetur ei? Quoniam ex
ipſo, ⁊ per ipſum, ⁊ in ipſo ſunt
omnia. Ipſi honor, ⁊ gloria, in ſe
cula ſeculorum, Amen. Graduale.
Benedictus es dn̄e, qui intueris

abyſſos, ⁊ ſedes ſuper Cherubin, ℣. Benedictus es dñe in firmamento celi, ⁊ laudabilis in ſecula. Alleluia, all'a. ℣. Benedictus es domine deus patrum noſtrorum, ⁊ laudabilis in ſecula, alleluia.

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Mattheum.

ca. 26.



In illo tempore. Dixit Jeſus diſcipulis ſuis. Data eſt mihi omnis poteſtas in celo ⁊ in terra. Euntes ergo, docete omnes gentes, baptizantes eos, in nomine patris, ⁊ filij, ⁊ ſpiritus ſancti: docentes eos ſeruare omnia quecũque mandaui vobis. Et ecce, ego vobiſcum ſum vſque ad conſummationem ſeculi. Credo. Offerto. Benedictus ſit deus pater, vnigenituſq; dei filius, ſanctus quoque ſpiritus: quia fecit nobiſcum miſericordiam ſuam. Secreta.

Sanctifica, queſumus domine deus noſter, per tui ſancti nominis inuocationem, huius oblationis hoſtiam: ⁊ per eam noſmetipſos tibi perfice munus eternum. Per dominum.

Prefatio. Qui cum vnigenito. Comunio. Benedicimus deum celi, ⁊ coram omnibus viuẽtibus cõfitebimur ei: quia fecit nobiſcum miſericordiam ſuam.

Poſtcom.

Proficiat nobis ad ſalutem corporis ⁊ anime, dñe deus noſter, huius ſacramenti ſuſceptio: ⁊ ſempiterne ſancte Trinitatis, eiuſdemq; indiuidue vnitatis confeſſio. Per dominum.

¶ Dominica prima poſt Pentecoſtem. Introitus.

Domine in tua miſericordia ſperaui: exultauit cor meum in ſalutari tuo: cantabo dño, qui bona tribuit mihi. ps. 12.

Pſal. Vſquequo domine obliuiſceris me in finem? vſquequo auertis faciem tuam a me? ℣. Gloria patri. Oratio.

Deus in te ſperantium fortitudo, adeſto propitius inuocationibus noſtris: ⁊ quia ſine te nihil poteſt mortalis infirmitas, preſta auxilium gratie tue: vt in exequendis mandatis tuis, ⁊ voluntate tibi, ⁊ actione placeamus. Per dñm. Ad poſcenda ſuffragia ſanctorum. Oratio.

A cunctis nos, q̃s dñe, mentis ⁊ corporis defende periculis: ⁊ intercedente glorioſa ſemperq; virgine dei genitrice Maria, cũ beatis apoſtolis tuis Petro ⁊ Paulo, atque beato N. ⁊ omnibus ſanctis: ſalutem nobis tribue benignus ⁊ pacem: vt deſtructis aduerſitatibus, ⁊ erroribus

ribus vniuerſis, eccleſia tua ſecura tibi ſeruiat libertate.

¶ Et dicit in Miſſa tam de tẽpore, quã de ſancto vſque ad Aduentum, niſi ſit duplex, vel infra octauã. ¶ Tertia vero oratio dicatur ad libitum ſacerdotis.

Lectio epiſtole beati Joannis apoſtoli.

I.C. 4. Chariſſimi. Deus charitas eſt. In hoc apparuit charitas dei in nobis: quoniã filium ſuũ vnigenitũ miſit deus in mundũ, vt viuamus per eũ. In hoc eſt charitas: nõ quaſi nos dilexerimus deũ: ſed quoniã ipſe prior dilexit nos, ⁊ miſit filiũ ſuum propitiatorem pro peccatis noſtris. Chariſſimi, ſi deus dilexit nos, ⁊ nos debemus alterutrũ diligere. Deum nemo vidit vnquam. Si diligamus inuicem, deus in nobis manet: ⁊ charitas eius in nobis perfecta eſt. In hoc cognoſcimus, quoniam in eo manemus, ⁊ ipſe in nobis: quoniam de ſpiritu ſuo dedit nobis. Et nos vidimus, ⁊ teſtificamur: quoniam pater miſit filiuꝫ ſuũ ſaluatorẽ mundi. Quiſquis confeſſus fuerit, quoniã Jeſus eſt filius dei: deus in eo manet, ⁊ ipſe in deo. Et nos cognouimus, ⁊ credidimus charitati, quaꝫ habet deus in nobis. Deus charitas eſt: ⁊ qui manet in charitate, in deo manet, ⁊ deus in eo. In hoc perfecta eſt charitas dei nobiſcum, vt fiduciam habeamus in die iudicij: quia ſicut ille eſt, ⁊ nos ſumus in hoc mundo. Timor non eſt in charitate: ſed perfecta charitas foras mittit timorem: quoniam timor penam habet. Qui autem timet, nõ eſt perfectus in charitate. Nos ergo diligamus deũ: quoniã deus prior dilexit nos. Si quis dixerit, quoniam diligo deum: ⁊ fratrem ſuuꝫ oderit: mẽdax eſt. Qui enim non diligit fratrem ſuum, quem videt: deum, quem non videt, quomodo poteſt diligere? Et hoc mandatum habemus a deo: vt qui diligit deum, diligat ⁊ fratrem ſuum. Graduale.

Ego dixi domine, miſerere mei: ſana animaꝫ meam, quia peccaui tibi. ℣. Beatus vir, qui intelligit ſuper egenum, ⁊ pauperem: in die mala liberabit euꝫ dominus. Ps. 40.

Alleluia, allia. ℣. Verba mea auribus percipe domine: intellige clamorem meum, alleluia.

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Lucam.



In illo tempore. Dixit Jeſus diſcipulis ſuis. Eſtote miſericordes, ſicut ⁊ pater veſter miſericors eſt. Nolite iudicare, ⁊ nõ iudicabimini. Nolite condemnare, ⁊ nõ condemnabimini. c. 6.

mini. Dimittite, ⁊ dimittemini. Date, ⁊ dabitur vobis. Menſuram bonam, ⁊ confertam, ⁊ coagitatam, ⁊ ſuperfluentem dabunt in ſinum veſtrum. Eadem quippe menſura qua menſi fueritis, remetietur vobis. Dicebat autē illis ⁊ ſimilitudinem. Nunquid poteſt cecus cecum ducere? Nonne ambo in foueā cadunt? Non eſt diſcipulus ſuper magiſtrum. Perfectus autem omnis erit, ſi ſit ſicut magiſter eius. Quid autem vides feſtucam in oculo fratris tui: trabem autem que in oculo tuo eſt, non conſideras? Aut quomodo potes dicere fratri tuo: frater, ſine eijciam feſtucam de oculo tuo: ipſe trabem in oculo tuo non vides? Hypocrita, eijce primum trabem de oculo tuo: ⁊ tunc perſpicies vt educas feſtucam de oculo fratris tui. Offertorium.

ps. 5. Intende voci orationis mee, rex meus, ⁊ deus meus: quoniā ad te orabo domine. Secreta.

Hoſtias noſtras, queſumus domine, tibi dicatas placatus aſſume, ⁊ ad perpetuum nobis tribue prouenire ſubſidium. Per dominum noſtrum Jeſum Chriſtum filium tuū, qui tecum.

Ad poſcenda ſuffragia ſanctorum. Secreta.

Exaudi nos deus ſalutaris noſter: vt per huius ſacramenti virtutem, a cunctis nos mentis ⁊ corporis hoſtibus tuearis: gratiam tribuens in preſenti ⁊ gloriam in futuro. Per dominum noſtrum Jeſum Chriſtum.

Communio. Narrabo omnia mirabilia tua: letabor, ⁊ exultabo in te: pſallam nomini tuo altiſſime. ps. 9. Poſtcom.

Tantis domine repleti muneribus, preſta, queſumus: vt ⁊ ſalutaria dona capiamus, ⁊ a tua laude nunquam ceſſemus. Per dominum noſtrum Jeſum Chriſtum filium tuum, qui tecū.

Ad poſcenda ſuffragia ſanctorum: Poſtcom.

Muniat ⁊ muniat nos, queſumus domine, diuini ſacramenti munus oblatum: ⁊ intercedente beata virgine dei genitrice Maria, cum beatis apoſtolis tuis Petro ⁊ Paulo, atque beato N. ⁊ omnibus ſanctis: a cunctis nos reddat ⁊ peruerſitatibus expiatos, ⁊ aduerſitatibus expeditos. Per dominum.

ℂ In ſollemnitate ſacratiſſimi Corporis Chriſti.

Introitus.

ps. 80. Cibauit eos ex adipe frumenti, alleluia: ⁊ de petra, melle ſaturauit eos, alleluia, alleluia, alleluia. pſal. Exultate deo adiutori noſtro: iubilate deo

deo Jacob. ℣. Gloria pa. Oro. ps. 144

Deus, qui nobis ſub ſacra/mento mirabili paſſionis, tuę memoriam reliquiſti: tribue, queſumus, ita nos corporis ⁊ ſanguinis tui ſacra myſteria venerari: vt redemptionis tuę fructum in nobis iugiter ſentiamus. Qui viuis ⁊ regnas.

Lectio epiſtole beati Pauli apoſtoli ad Corinthios.

1.C. 11. Fratres. Ego enim accepi a domino quod ⁊ tradidi vobis: quoniam dominus Jeſus in qua nocte tradebatur, accepit panem: ⁊ gratias agens fregit, ⁊ dixit. Accipite, ⁊ manducate: Hoc eſt corpus meum, quod pro vobis tradetur. Hoc facite in meam cõmemorationem. Similiter ⁊ calicem poſtquaȝ cęnauit, dicens: Hic calix nouum teſtamentum eſt in meo ſanguine. Hoc facite, quotieſcunque biberis, in meam cõmemorationem. Quotieſcumqȝ enim manducabitis panem hunc, ⁊ calicem bibetis: mortem domini annunciabitis: donec veniat. Itaqȝ quicũqȝ manducauerit panem, ⁊ biberit calicem domini indigne: reus erit corporis ⁊ ſanguinis dñi. Probet autem ſeipſum homo: ⁊ ſic de pane illo edat, ⁊ de calice bibat. Qui enim manducat ⁊ bibit indigne: iudicium ſibi manducat ⁊ bibit, non diiudicans corpus dñi.

Graduale. Oculi omnium in te ſperant dñe: ⁊ tu das illis eſcam in tempore opportuno. ℣. Aperis tu manum tuam: ⁊ imples omne animal benedictione.

Alleluia, alleluia. ℣. Caro mea vere eſt cibus: ⁊ ſanguis meus vere eſt potus: qui manducat meaȝ carnem ⁊ bibit meum ſanguineȝ, in me manet, ⁊ ego in eo.

Sequentia.

Lauda Sion ſaluatorẽ, lauda ducẽ ⁊ paſtoreȝ, in hymnis, ⁊ canticis. Quantum potes, tantũ aude: quia maior omni laude, nec laudare ſufficis. Laudis thema ſpecialis, panis viuus ⁊ vitalis, hodie proponitur. Quem in ſacrę menſa cenę, turbę fratruȝ duodenę, datum non ambigitur. Sit laus plena, ſit ſonora, ſit iucunda, ſit decora mẽtis iubilatio. Dies enim ſollemnis agitur, in qua menſę primo recolitur huius inſtitutio. In hac menſa noui regis, nouũ paſcha nouę legis, phaſe vetus terminat. Vetuſtatem nouitas, vmbram fugat veritas, noctem lux eliminat. Quod in cęna Chriſtus geſſit faciendum hoc expreſſit in ſui memoriam. Docti ſacris inſtitutis paneȝ vinũ in ſalutis cõſecramus hoſtiaȝ. Dogma datur chriſtianis, quod in carnem tranſit panis, ⁊ vinum in ſanguinem. Quod non capis, quod non vides, animoſa firmat

fides, pꝛeter rerum oꝛdinem:
Sub diuerſis ſpeciebus, ſignis
tantum, ⁊ non rebus, latent res
eximię. Caro cibus, ſanguis po-
tus: manet tamen Chꝛiſtus to-
tus ſub vtraqꝫ ſpecie. A ſumen-
te non conciſus, non confractus,
non diuiſus: integer accipitur.
Sumit vnus, ſumūt mille: quan-
tum iſti, tantum ille: nec ſumptus
conſumitur. Sumunt boni, ſu-
munt mali: ſoꝛte tamen inęquali
vitę vel interitus. Moꝛs eſt ma-
lis, vita bonis: vide paris ſum-
ptionis quam ſit diſpar exitus.
Fracto demum ſacramento, ne
vacilles: ſed memento, tantum
eſſe ſub fragmento, quantum to-
to tegitur. Nulla rei fit ſciſſura:
ſigni tantum fit fractura: qua nec
ſtatus, nec ſtatura ſignati minuit.
Ecce panis angeloꝛum factus
cibus viatoꝛum: vere panis fi-
lioꝛum non mittendus canibus.
In figuris pręſignatur, cū Iſaac
immolatur: agnus paſchę depu-
tatur: datur manna patribus.
Bone paſtoꝛ, panis vere, Ieſu
noſtri miſerere: tu nos paſce, nos
tuere: tu nos bona fac videre in
terra viuentium. Tu qui cuncta
ſcis ⁊ vales: qui nos paſcis hic
moꝛtales: tuos ibi commenſales
cohęredes ⁊ ſodales fac ſancto
rum ciuium. Amen. Alleluia.

Sequentia ſancti euangelij
ſecundum Ioannem.



In illo tem- ca.
pore. Dixit 16
Ieſus turbis Iu-
dęoꝛū. Caro mea,
vere eſt cibus: ⁊
ſanguis meus vere
eſt potus. Qui man
ducat meam carnem, ⁊ bibit
meum ſanguinem: in me manet,
⁊ ego in illo. Sicut miſit me vi-
uens pater, ⁊ ego viuo pꝛopter
patrem: ⁊ qui mãducat me, ⁊ ipſe
viuet pꝛopter me. Hic eſt panis,
qui de celo deſcendit. Non ſicut
mãducauerunt patres veſtri man
na: ⁊ moꝛtui ſunt. Qui mãducat
hunc panem, viuet in ęternum.
Credo. Offertoꝛium. le.
Sacerdotes domini incenſum 21
⁊ panes offerunt deo: ⁊ ideo ſan-
cti erunt deo ſuo, ⁊ non polluent
nomen eius, alleluia. Secreta.
Eccleſię tuę, quęſumus do
mine, vnitatis ⁊ pacis pꝛo
pitius dona cōcede: quę ſub obla
tis muneribus myſtice deſignan-
tur. Per dominum noſtrum.
Pręfatio. Quia per incarnati.
Et dicitur per totam octauam.
Cōmunio. Quotieſcunqꝫ man 1.
ducabitis panem hunc, ⁊ calicē cor.
biberis, moꝛtem dñi annunciabi- 11.
tis, donec veniat: itaqꝫ quicunqꝫ
manducauerit panē, ⁊ biberit ca
licem dñi indigne, reus erit coꝛ-
poꝛis

poris, ⁊ ſanguinis domini, allꝫa.

Poſtcom.

FAc nos, quęſumus domine, diuinitatis tuę ſempiterna fruitione repleri: quam pretioſi corporis ⁊ ſanguinis tui temporalis perceptiõ prefigurat. Qui viuis ⁊ regnas cum Deo patre in vnitate.

¶ Infra octauam non fit de aliquo ſancto, niſi fuerit duplex: in die octauę non fit niſi de feſto ſancti Joannis Baptiſtę, ⁊ ſanctorũ apoſtolorũ Petri ⁊ Pauli ſi occurrat: ⁊ tunc fit de feſto cum cõmemoratione octauę. Secunda oratio infra octauam de ſancta Maria. Concede nos. tertia, Eccleſię tuę. vel pro Papa.

¶ Dominica ij. poſt Pentec. quę eſt infra octa. Corporis Chriſti. Introitus.

ps. 17. FActus eſt dñs protector meus: ⁊ eduxit me in latitudinem: ſaluum me fecit: quoniam voluit me. Pſalmus. Diligã te domine fortitudo mea: dominus firmamentum meum, ⁊ refugium meum, ⁊ liberator meus. ℣. Gloria patri, ⁊ filio ⁊ ſpiritui ſancto. Oratio.

SAncti nominis tui domine timorem pariter ⁊ amorem fac nos habere perpetuum: quia nunquã tua gubernatione deſtituis, quos in ſoliditate tuę dilectionis inſtituis. Per dominum noſtrum Jeſum Chriſtum.

Deinde fit commemo. de octa. Corporis Chriſti totaliũ. Deus qui nobis. vt ſupra.

Lectio epiſtolę beati Joannis apoſtoli.

CHariſſimi. Nolite mirari ſi odit vos mundus. Nos 1.
ſcimus, quoniam tranſlati ſumus ca.
de morte ad vitam: quoniam di 3.
ligimus fratres. Qui non diligit: manet in morte. Omnis qui odit fratrem ſuum: homicida eſt. Et ſcitis, quoniam omnis homicida non habet vitam ęternam in ſe manentem. In hoc cognouimus charitatem dei, quoniam ille pro nobis animam ſuã poſuit: ⁊ nos debemus pro fratribus animas ponere. Qui habuerit ſubſtantiam huius mundi, ⁊ viderit fratrem ſuum neceſſitatem habere, ⁊ clauſerit viſcera ſua ab eo: quomodo charitas dei manet in eo? Filioli mei, non diligamus verbo, neque lingua: ſed opere ⁊ veritate. Graduale. Ad dominum cum tribularer clamaui, ⁊ ps. 119.
exaudiuit me. ℣. Domine, libere animam meam a labijs iniquis, ⁊ a lingua doloſa. Alleluia, alleluia. ℣. Domine deus in te ſperaui, ſaluũ me fac ex omnibus perſequentibus me, ⁊ libera me, alleluia.

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Lucam.



ca. 14. IN illo tem/pore. Dixit Jeſus diſcipulis ſuis parabolam hanc. Homo quidã fecit cenam magnam: ꝛ vocauit multos. Et miſit ſeruuꝫ ſuuꝫ hora cenę dicere inuitatis vt venirent: quia iaꝫ parata ſunt omnia. Et ceperunt omnes ſimul excuſare. Primus dixit ei. Villam emi: ꝛ neceſſe habeo exire, ꝛ videre illam. Rogo te habe me excuſatum. Et alter dixit. Juga bouum emi quinqꝫ: ꝛ eo probare illa. Rogo te, habe me excuſatum. Et alius dixit. Vxorem duxi: ꝛ ideo non poſſuꝫ venire. Et reuerſus ſeruus nunciauit hęc domino ſuo. Tunc iratus paterfamilias, dixit ſeruo ſuo. Exi cito in plateas ꝛ vicos ciuitatis: ꝛ pauperes ac debiles: ꝛ cęcos ꝛ claudos introduc huc. Et ait ſeruus. Domine, factuꝫ eſt vt imperaſti: ꝛ adhuc locus eſt. Et ait dominus ſeruo. Exi in vias ꝛ ſepes: ꝛ compelle intrare, vt impleatur domus mea. Dico autem vobis, quod nemo virorum illorum qui vocati ſunt, guſtabit cenaꝫ meaꝫ.

ps. Credo. Offertorium.
6. Domine conuertere, ꝛ eripe animaꝫ meaꝫ: ſaluuꝫ me fac propter miſericordiam tuam.

Secreta.

Oblatio nos, quęſumus domine, tuo nomini dicanda purificet: ꝛ de die in diem ad cęleſtis vitę transferat actionem. Per dominum noſtrum.

Communio. Cantabo domi/ ps.
no, qui bona tribuit mihi: ꝛ pſal/ 12.
lam nomini domini altiſſimi.

Poſtcom.

Sumptis muneribus ſacris, quęſumus domine, vt cum frequentatione myſterij, creſcat noſtrę ſalutis effectus. Per dominum noſtrum Jeſum Chriſtum.

¶ Dominica tertia poſt Pentecoſtẽ. Introitus.

Reſpice in me, ꝛ mi ps.
ſerere mei domine: 14.
quoniam vnicus, ꝛ pauper ſum ego: vide humilitatem meam, ꝛ laborem meum: ꝛ dimitte omnia peccata mea deus meus. Pſalmus. Ad te domine leuaui animam meam: deus meus in te confido non erubeſcam. ℣. Gloria patri.

Oratio.

Protector in te ſperantium deus, ſine quo nihil eſt validum, nihil ſanctum: multiplica ſuper nos miſericordiam tuam: vt te rectore, te duce, ſic tranſeamus per bona temporalia, vt nõ amittamus ęterna. Per dominum.

Ad poſcenda ſuffragia ſanctorũ.

Oratio.

Oratio.

A Cunctis nos, quęſumus domine, mentis ⁊ corporis defende periculis: ⁊ intercedente glorioſa ſemperque virgine dei genitrice Maria, cum beatis apoſtolis tuis Petro ⁊ Paulo, atque beato N. ⁊ omnibus ſanctis: ſalutem nobis tribue benignus ⁊ pacem: vt deſtructis aduerſitatibus ⁊ erroribus vniuerſis, eccleſia tua ſecura tibi ſeruiat libertate. Cetera ad libitum.

Lectio epiſtole beati Petri apoſtoli.

1. c. Chariſſimi. Humiliamini
5. ſub potenti manu dei, vt vos exaltet in tempore viſitationis. Omnem ſolicitudinem veſtram proijcientes in eum: quoniam ipſi eſt cura de vobis. Sobrij eſtote, ⁊ vigilate: quia aduerſarius veſter diabolus, tanquam leo rugiēs, circuit quęrens quem deuoret. Cui reſiſtite fortes in fide: ſcientes eandem paſſionem eis que in mundo eſt, veſtrę fraternitati fieri. Deus autem omnis gratię, qui vocauit nos in ęternam ſuam gloriam in Chriſto Jeſu, modicum paſſos ipſe perficiet, confirmabit, ſolidabitque. Ipſi
Ps. gloria, ⁊ imperium in ſecula ſecu-
54. lorum. Amen. Graduale.

Iacta cogitatum tuum in domino: ⁊ ipſe te enutriet. ℣. Dum clamarem ad dominum, exaudiuit vocem meam ab his, qui ap- Ps.
propinquāt mihi. Alleluia, alleluia. 7.
℣. Deus iuſtus, fortis, ⁊ patiens, nunquid iraſcetur per ſingulos dies? alleluia.

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Lucam.



In illo tem- ca.
pore. Erant 15.
appropinquantes ad Jeſum publicani ⁊ peccatores, vt audirent illum. Et murmurabāt phariſei ⁊ ſcribę, dicentes. Quia hic peccatores recipit, ⁊ manducat cum illis. Et ait ad illos parabolam iſtam, dicens. Quis ex vobis homo qui habet centum oues: ⁊ ſi perdiderit vnam ex illis, nonne dimittit nonagintanouem in deſerto, ⁊ vadit ad illam quę perierat, donec inueniat illam? Et cum inuenerit eam, imponit in humeros ſuos gaudens: ⁊ veniens domum, conuocat amicos ⁊ vicinos, dicens illis. Congratulamini mihi: quia inueni ouem meam quę perierat. Dico vobis, quod ita gaudium erit in cęlo ſuper vno peccatore penitentiam agente, quam ſupra nonagintanouem iuſtis, qui non indigent penitentia. Aut quę mulier habēs drachmas decem: ſi perdiderit drachmam vnam, nonne accendit lucernam, ⁊ euerrit domum, ⁊ quęrit diligenter,

genter, donec inueniat eam? Et
cum inuenerit, conuocat amicas,
& vicinas, dicens. Congratula-
mini mihi: quia inueni drachmā
quam perdideram. Ita, dico vo-
bis: gaudium erit coram angelis
dei ſuper vno peccatore penitē
tiam agente. Credo. Offerto.
Sperent in te omnes, qui noue-
ps. runt nomen tuum domine: quo-
9. niam non derelinquis querentes
te, pſallite domino: qui habitat in
Sion: quoniam non eſt oblitus
orationem pauperum. Secreta.
Reſpice, queſumus domine,
munera ſupplicantis eccle-
ſie: & ſaluti credentium perpetua
ſanctificatione ſumenda cōcede.
Per dominum noſtrum.
Ad poſcenda ſuffragia ſancto-
rum. Secreta.
Exaudi nos deus ſalutaris
noſter: vt per huius ſacra
menti virtutē, a cunctis nos men-
tis & corporis hoſtibus tuearis:
gratiam tribuens in preſenti, &
gloriā in futuro. Per dominum.
Communio. Dico vobis, gaudiū
lu. eſt angelis dei ſuper vno peccato
15. re penitentiam agente. Poſtco.
Sancta tua dñe nos ſumpta
viuificent: & miſericordie
ſempiterne preparent expiatos.
Per dominum. Ad poſcenda
ſuffragia ſanctorum. Poſtcom.
Mundet & muniat nos, que-
ſumus domine, diuini ſacra
menti munus oblatum: & interce-
dente beata virgine dei genitri-
ce Maria, cum beatis apoſtolis
tuis Petro & Paulo, atque bea
to N. & omnibus ſanctis: a cun-
ctis nos reddat & peruerſitatibus
expiatos, & aduerſitatibus expe-
ditos. Per dominum noſtrum.

¶ Dominica iiij. poſt Pente-
coſtem. Introitus.

Dominus illumina ps.
tio mea, & ſalus 26.
mea, quem time-
bo? dominus de-
fenſor vite mee, a
quo trepidabo?
qui tribulant me inimici mei, ipſi
infirmati ſunt, & ceciderunt. Pſal-
mus. Si conſiſtant aduerſum
me caſtra, nō timebit cor meum.
℣. Gloria. Oratio.
Da nobis queſumus domi
ne, vt & mundi curſus paci-
fice nobis tuo ordine dirigatur:
& eccleſia tua tranquilla deuotio-
ne letetur. Per dominum.
A cunctis nos. vt in ſuperiori
dñica, & tertia oratio ad libitū.
Lectio epiſtole beati Pauli
apoſtoli ad Romanos. ca.
Fratres. Exiſtimo, quod 8.
non ſunt condigne paſſio-
nes huius temporis, ad futuram
gloriam que reuelabitur in no-
bis. Nam expectatio creature,
reuelationem filiorum dei expe-
ctat. Vanitati enim creatura ſu-
biecta

biecta eſt, nō volens, ſed propter
eum qui ſubiecit eam in ſpe: quia
⁊ ipſa creatura liberabitur a ſer-
uitute corruptionis, in libertatem
glorię filiorum dei. Scimus
enim, quod omnis creatura inge-
miſcit, ⁊ parturit vſque adhuc.
Non ſolum autem illa, ſed ⁊ nos
ipſi primitias ſpiritus habentes,
⁊ ipſi intra nos gemimus, adoptio
nem filiorum dei expectantes, re-
demptionem corporis noſtri. In
Chriſto Jeſu domino noſtro.
Graduale. Propitius eſto do-
ps. mine peccatis noſtris: ne quan-
78. do dicant gentes, vbi eſt deus eo
rum? ℣. Adiuua nos deus ſalu
taris noſter, ⁊ propter honorem
nominis tui domine libera nos.
Alleluia, alleluia. ℣. Deus,
qui ſedes ſuper thronum, ⁊ iudi-
cas ęquitatē, eſto refugium pau-
perum in tribulatione, alleluia.

Sequentia ſancti euangelij
ſecundum Lucam.



In illo tem-
ca. pore. Cum
5. turbę irruerent in
Jeſum, vt audirēt,
verbum dei: ⁊ ipſe
ſtabat ſecus ſtagnū
Geneſareth. Et
vidit duas naues ſtantes ſecus
ſtagnum. Piſcatores autem de-
ſcenderant, ⁊ lauabant retia.
Aſcendens autem in vnam na-
uim quę erat Simonis, rogauit
eum a terra reducere puſillum.
Et ſedens, docebat de nauicula
turbas. Ut autem ceſſauit loqui,
dixit ad Simonem. Duc in al-
tū, ⁊ laxate retia veſtra in captu-
ram. Et reſpondens Simon,
dixit illi. Pręceptor, per totam
noctem laborantes, nihil cepi-
mus: in verbo autem tuo laxabo
rete. Et cum hoc feciſſent, con-
cluſerunt piſcium multitudinem
copioſam. Rumpebatur autem
rete eorum. Et annuerunt ſocijs
qui erant in alia naui: vt venirēt,
⁊ adiuuarent eos. Et venerunt,
⁊ impleuerunt ambas nauiculas:
ita vt pene mergerentur. Quod
cum videret Simon Petrus,
procidit ad genua Jeſu, dicens.
Exi a me, quia homo peccator
ſum, domine. Stupor enim cir-
cundederat eum ⁊ omnes qui cū
illo erant, in captura piſcium quā
ceperant. Similiter autez ⁊ Ja
cobum ⁊ Joannem filios Zebe-
dei, qui erant ſocij Simonis.
Et ait ad Simonem Jeſus. No
li timere: ex hoc iam eris homi-
nes capiens. Et ſubductis ad
terram nauibus, relictis omnibus
ſecuti ſunt eū. Credo. Offertorium. ps.
Illumina oculos meos, ne vn- 12.
quam obdormiam in morte: ne
quando dicat inimicus meus, pręualui aduerſus eum. Secreta.
Oblationibus noſtris, quę-
ſumus domine, placare ſu-
ſceptis:

ſceptis: ⁊ ad te noſtras etiam re
belles compelle propitius volun
tates. Per dñm. [illegible] xaudi nos.
[illegible]
ps. 17. Dominus firmamentum meuȝ,
⁊ refugiuȝ meũ, ⁊ liberator meus,
adiutor meus. Poſtcom.

Myſteria nos, domine, que
ſumus, ſumpta purificent:
⁊ ſuo munere tueãtur. Per domi
num noſtrũ. [illegible] undet ⁊ muniat.
[illegible] Dominica.

Dominica v. poſt Penteco
ſten. Introitus.

ps. 26. Exaudi dñe voceȝ
meam, qua clama
ui ad te: adiutor
meus eſto, ne dere
linquas me: ne
que deſpicias me
deus ſalutaris meus. pſalmus:
Dominus illuminatio mea, ⁊ ſa
lus mea, quem timebo? Glo
ria. Oratio.

Deus, qui diligentibus te
bona inuiſibilia prepara
ſti: infunde cordibus noſtris tui
amoris affectum: vt te in omni
bus ⁊ ſuper omnia diligentes:
promiſſiones tuas, que omne de
ſiderium ſuperant, cõſequamur.
Per dominum. Ad poſcenda
ſuffragia ſanctorum. Oratio.

A Cunctis nos, queſumus
domine, mentis ⁊ corporis
defende periculis: ⁊ interceden
te glorioſa ſemperqȝ virgine dei
genitrice Maria, cuȝ beatis apo
ſtolis tuis Petro ⁊ Paulo, atqȝ
beato [illegible] ⁊ omnibus ſanctis: ſa
lutem nobis tribue benignus ⁊
pacem: vt deſtructis aduerſitati
bus ⁊ erroribus vniuerſis, eccleſia
tua ſecura tibi ſeruiat libertate.
Tertia oratio [illegible].

Lectio epiſtole beati Pe
tri apoſtoli.

Chariſſimi. Omnes vna 1. c. 3.
nimes in oratione eſtote,
cõpatiẽtes, fraternitatis amato
res, miſericordes, modeſti, humi
les. Nõ reddẽtes malũ pro malo:
nec maledictũ pro maledicto, ſed
ecõtrario, benedicentes: quia in
hoc vocati eſtis, vt benedictio
nẽ hereditate poſſideatis. Qui
enim vult vitã diligere, ⁊ dies vi
dere bonos: coerceat linguã ſuaȝ
a malo ⁊ labia eius ne loquantur
dolum. Declinet a malo, ⁊ faciat
bonum: inquirat pacem, ⁊ ſequa
tur eam. Quia oculi dñi ſuper iu
ſtos, ⁊ aures eius in preces eorũ.
Vultus autem dñi ſuper faciẽtes
mala. Et quis eſt, qui vobis no
ceat, ſi boni emulatores fueritis?
Sed ⁊ ſiquid patimini propter
iuſtitiã: beati. Timorẽ autem eo
rum ne timueritis, vt non contur
bemini. Dñm autẽ Jeſum Chri
ſtũ ſanctificate in cordib⁹ veſtris.
Graduale. Protector noſter ps. 83.
aſpice deus: ⁊ reſpice ſuper ſer
uos tuos. V. Dñe deus virtutuȝ
exaudi

exaudi preces ſeruorum tuorū.
ps. Alleluia, alleluia. ℣. Domine
28. in virtute tua letabitur rex: & ſuper ſalutare tuum exultabit vehementer, alleluia.

Sequentia ſancti euangelii ſecundum Mattheum.



c.5. In illo tempore. Dixit Jeſus diſcipulis ſuis. Amen dico vobis: niſi abundauerit iuſtitia veſtra plus quã ſcribarum & phariſeorum, non intrabitis in regnum celorum. Audiſtis, quia dictum eſt antiquis. Non occides. Qui autem occiderit, reus erit iudicio. Ego autem dico vobis: quia omnis qui iraſcitur fratri ſuo, reus erit iudicio. Qui autem dixerit fratri ſuo, raca: reus erit concilio. Qui autem dixerit, fatue: reus erit gehenne ignis. Si ergo offers munus tuum ad altare: & ibi recordatus fueris quia frater tuus habet aliquid aduerſum te: relinque ibi munus tuum ante altare, & vade prius reconciliari fratri tuo: & tunc veniens offeres munus tuū.
Credo. Offerto. Benedicam
ps. dominum, qui tribuit mihi intel-
15. lectum: prouidebã deum in conſpectu meo ſemper: quoniam a dextris eſt mihi, ne commouear.

Secreta.

Propitiare domine ſupplicationibus noſtris: & has oblationes famulorum, famularumque tuarum benignus aſſume: vt, quod ſinguli obtulerunt ad honorem nominis tui, cunctis proficiat ad ſalutem. Per dñm.
Ad poſcenda ſuffragia ſanctorum. Secreta.

Exaudi nos deus ſalutaris noſter: vt per huius ſacramenti virtutem, a cunctis nos mentis & corporis hoſtibus tuearis, gratiam tribuens in preſenti & gloriam in futuro. Communio.
Unam petii a domino, hanc re- ps.
quirã: vt inhabitem in domo do- 26.
mini omnibus diebus vite mee.

Poſtcom.

Quos domine celeſti dono ſatiaſti: preſta queſumus: vt a noſtris mundemur occultis: & ab hoſtium liberemur inſidiis. Per dominum noſtrum. Ad poſcenda ſuffragia ſanctorum.

Poſtcom.

Mundet & muniat nos, queſumus domine, diuini ſacramenti munus oblatum: & intercedente beata virgine dei genitrice Maria, cum beatis apoſtolis tuis Petro & Paulo, atque beato N. & omnibus ſanctis, a cunctis nos reddat, & peruerſitatibus expiatos, & aduerſitatibus expeditos. Per dominum.

¶ Domi-

Dominica vi. poſt Pentec.
Introitus.

Dominus ſoꝛtitudo
plebis ſuę: ⁊ protec
Ps. ctoꝛ ſalutariuʒ Chꝛi
27. ſti ſui eſt: ſaluuʒ fac
populuʒ tuuʒ dñe, ⁊
benedic hereditati tuę, ⁊ rege eos
vſqʒ in ſeculuʒ. Pſal's. Ad te do
mine clamabo: deus meus ne ſi
leas a me: ne quando taceas a me:
⁊ aſſimilaboꝛ deſcendentibus in
lacum. ℣. Gloria pa. Oratio.

Deus virtutuʒ, cuius eſt to
tuʒ, quod eſt optimum, in
ſere pectoꝛibus noſtris amo
rem tui nominis: ⁊ pręſta in no
bis religionis augmentum: vt
quę ſunt bona nutrias: ac pietatis
ſtudio, quę ſunt nutrita, cuſto
dias. Per dominum.

A cunctis. vt in ſuperioꝛi Do
minica. Tertia oratio ad libituʒ.
Lectio epiſtolę beati Pauli apo
ſtoli ad Romanos.

Fratres. Quicũqʒ baptiza
ca. ti ſumus in Chꝛiſto Jeſu,
6. in moꝛte ipſius baptizati ſumus.
Conſepulti enim ſumus cum illo
per baptiſmuʒ in moꝛte: vt quo
modo ſurrexit Chꝛiſtus a moꝛ
tuis per gloꝛiã patris, ita ⁊ nos in
nouitate vitę ambulemus. Si
enim cõplãtati facti ſumus ſimili
tudini moꝛtis eius: ſimul ⁊ reſurre
ctionis erimus. Hoc ſciẽtes, quia
vetus homo noſter ſimul crucifi
xus eſt: vt deſtruatur coꝛpus pec
cati, vt vltra non ſeruiamus pec
cato. Qui enim moꝛtuus eſt, iuſti
ficatus eſt a peccato. Si autem
moꝛtui ſumus cum Chꝛiſto: cre
dimus quia ſimul etiam viuemus
cum illo. Scientes, quia Chꝛi
ſtus reſurgens ex moꝛtuis, iam
non moꝛitur: moꝛs illi vltra non
dominabitur. Quod enim moꝛ
tuus eſt, peccato moꝛtuus eſt ſe
mel: quod autem viuit, viuit deo.
Jta ⁊ vos exiſtimate, vos moꝛtu
os quidem eſſe peccato: viuen
tes autem deo in Chꝛiſto Jeſu
domino noſtro. Graduale.

Conuertere domine aliquantu Ps.
lum: ⁊ depꝛecare ſuper ſeruos 89.
tuos. ℣. Domine refugiũ factus
es nobis, a generatione in gene
ratione. Alleluia, alleluia. ℣.
Jn te dñe ſperaui, non confundar Ps.
in ęternũ: in iuſtitia tua libera me, 30.
⁊ eripe me: inclina ad me aurem
tuam: accelera, vt eripias me, all'a.

Sequentia ſancti euangelij
ſecundum Marcum.



In illo tem
pore. Cum
turba multa eſſet ca.
cuʒ Jeſu, nec habe 8.
rent quod mandu
carent: conuocatis
diſcipulis ſuis, ait il
lis. Miſereoꝛ ſuper turbam: quia
ecce iã triduo ſuſtinent me, nec ha
bent quod mãducent. Et ſi dimi
ſero

ſero eos ieiunos in domuz ſuã, deficient in via. Quidaz enim ex eis de longe venerunt. Et responderunt ei diſcipuli ſui. Unde iſtos poterit quis hic ſaturare panibus in ſolitudine? Et interrogauit eos. Quot panes habetis? Qui dixerunt, Septem. Et precepit turbę diſcumbere ſuper terram. Et accipiens ſeptem panes, gratias agens fregit, ⁊ dabat diſcipulis ſuis vt apponerent: ⁊ appoſuerunt turbę. Et habebant piſciculos paucos: ⁊ ipſos benedixit, ⁊ iuſſit apponi. Et manducauerunt, ⁊ ſaturati ſunt. Et ſuſtulerunt quod ſuperauerat de fragmentis, ſeptem ſportas. Erant autem qui manducauerant, quaſi quatuor millia: ⁊ dimiſit eos.

ps. 16. Credo. Offert. Perfice greſſus meos in ſemitis tuis, vt non moueantur veſtigia mea: inclina aurem tuaz, ⁊ exaudi verba mea: mirifica miſericordias tuas, qui ſaluos facis ſperantes in te, domine. Secreta.

PRopitiare domine ſupplicationibus noſtris: ⁊ has populi tui oblationes benignus aſſume: ⁊ vt nullius ſit irritum votum, nullius vacua poſtulatio, pręſta quęſumus: vt, quod fideliter petimus, efficaciter conſequamur. Per dominuz noſtruz. Exaudi nos deus. vt in ſuperiori Dominica. Communio

Circuibo, ⁊ immolabo in tabernaculo eius hoſtiam iubilationis: cantabo, ⁊ pſalmum dicam dño. ps. 26.

Postcom.

REpleti ſumus dñe muneribus tuis: tribue quęſumus: vt eorum mundemur effectu, ⁊ muniamur auxilio. Per dñm n. Gaudeat ⁊ muniat. vt in ſuperiori Dominica.

¶ Dominica viij. poſt Pentec.

Introitus.

OMnes gentes plaudite manibus: iubilate deo in voce exultationis. Psalm. Quoniam dñs excelſus, terribilis, rex magnus ſuper omnem terram. ℣. Gloria patri ⁊ filio. ps. 46.

Oratio.

DEus, cuius prouidentia in ſui diſpoſitione non fallitur: te ſupplices exoramus: vt noxia cuncta ſubmoueas: ⁊ omnia nobis profutura concedas. Per dominum.

Ad poſcenda ſuffragia ſanctorum. Oratio.

A Cunctis nos, quęſumus domine, mentis ⁊ corporis defende periculis: ⁊ intercedente beata glorioſa ſemperq; virgine dei genitrice Maria, cum beatis apoſtolis tuis Petro ⁊ Paulo, atque beato N. ⁊ omnibus ſanctis: ſalutem nobis tribue benignus

gnis ⁊ pacem: vt deſtructis ad/
uerſitatibus, ⁊ erroribus vniuer/
ſis, eccleſia tua ſecura tibi ſeruiat
libertate. Tertia oratio dicitur
ad libitum ſacerdotis.

Lectio epiſtole beati Pauli
apoſtoli ad Romanos.

ca. FRatres. Humanum dico,
6. propter infirmitatẽ carnis
veſtrę. Sicut enim exhibuiſtis
membra veſtra ſeruire immundi
tię ⁊ iniquitati ad iniquitatez: ita
⁊ nunc exhibete membra veſtra
ſeruire iuſtitię, in ſanctificationẽ.
Cum enim ſerui eſſetis peccati,
liberi fuiſtis iuſtitię. Quem ergo
fructum habuiſtis tunc in illis, in
quibus nunc erubeſcitis? Nam
finis illorum, mors eſt. Nunc ve/
ro liberati a peccato, ſerui autem
facti deo, habetis fructum ve/
ſtrum in ſanctificationem, finem
vero vitaz ęternam. Stipendia
enim peccati, mors. Gratia au/
tem dei, vita ęterna, in Chriſto
Jeſu dño noſtro. Graduale.

ps. VEnite filij, audite me: timo/
33. rem domini docebo vos. ℣. Ac
cedite ad eum, ⁊ illuminamini: ⁊
facies veſtrę non confundentur.
ps. ALleluia, alleluia. ℣. Omnes
46. gentes plaudite manibus, iubila
te deo in voce exultationis, alla.

Sequentia ſancti euangelij
ſecundum Mattheum.

ca. IN illo tempore. Dixit Je
7. ſus diſcipulis ſuis. Atten/
dite a falſis prophetis, qui ve/
niunt ad vos in veſtimentis ouiũ,
intrinſecus autem ſunt lupi rapa
ces. A fructibus eorum cogno/
ſcetis eos. Nunquid colligunt de
ſpinis vuas, aut de tribulis ficus?
Sic, omnis arbor bona, bonos
fructus facit: mala autem arbor,
malos fructus facit. Non poteſt
arbor bona, malos fructus face/
re: neqꝫ arbor mala, fructus bo/
nos facere. Omnis arbor, quę
non facit fructum bonum, exci/
detur, ⁊ in ignem mittetur. Igi/
tur ex fructibus eorum cognoſce/
tis eos. Non omnis qui dicit mi/
hi, Domine domine, intrabit in
regnum cęlorum: ſed qui facit vo
luntatem patris mei qui in cęlis
eſt, ipſe intrabit in regnum cęlo/
rum. Credo. Offertorium.

SIcut in holocauſtis arietum ⁊
taurorũ, ⁊ ſicut in millibus agno da.
rum pinguium: ſic fiat ſacrificiuz 3.
noſtrum in conſpectu tuo hodie,
vt placeat tibi, quia non eſt confu
ſio confidentibus in te domine.

Secreta.

DEus, qui legaliũ differen/
tiam hoſtiaruz vnius ſacri
ficij perfectione ſanxiſti: accipe
ſacrificium a deuotis tuis famu/
lis: ⁊ pari benedictione, ſicut mu
nera Abel, ſanctifica: vt, quod
ſinguli obtulerunt ad maieſtatis
tuę honorem, cunctis proficiat
ad ſalutem. Per dominum.

Ad

Ad poſcenda ſuffragia ſanctorum. Secreta.

EXaudi nos deus ſalutaris noſter: vt per huius ſacramenti virtutem, a cunctis nos mentis ⁊ corporis hoſtibus tuearis, gratiam tribuens in pręſenti ⁊ gloriam in futuro. Cõmunio.

Ps. 30. Inclina aurem tuam., accelera, vt eruas me. Poſtcom.

TUa nos domine medicinalis operatio, ⁊ a noſtris peruerſitatibus clementer expediat, ⁊ ad ea quę ſunt recta perducat. Per dñm. Ad poſcenda ſuffragia ſanctorum. Poſtcom.

MUndet ⁊ muniat nos, quęſumus dñe, diuini ſacramẽti munus oblatum: ⁊ intercedẽte beata virgine dei genitrice Maria, cũ beatis apoſtolis tuis Petro ⁊ Paulo, atque beato N. ⁊ omnibus ſanctis: a cũctis nos reddat ⁊ peruerſitatibus expiatos, ⁊ aduerſitatibus expeditos.

¶ Dominica viij. poſt Pentec. Introitus.

Ps. 47. SUſcepimus deus miſericordiã tuã in medio templi tui: ſecundũ nomen tuum deus, ita ⁊ laus tua in fines terrę: iuſtitia plena eſt dextera tua. Pſalmus. Magnus dominus, ⁊ laudabilis nimis: in ciuitate dei noſtri, in mõte ſancto eius. ℣. Gloria patri, ⁊ filio ⁊ ſpiritui ſancto. Oratio.

LArgire nobis, quęſumus domine, ſemper ſpiritum cogitandi quę recta ſunt propitius ⁊ agendi: vt, qui ſine te eſſe non poſſumus, ſecundum te viuere valeamus. Per dominum.

A cunctis. vt in ſuperiori Dominica, ⁊ tertia oratio ad libitũ.

Lectio epiſtolę beati Pauli apoſtoli ad Romanos.

FRatres. Debitores ſumus:
non carni, vt ſecũdum car- ca. 8.
nem viuamus. Si enim ſecundũ carnem vixeritis: moriemini. Si autem ſpiritu facta carnis mortificaueritis: viuetis. Quicunque enim ſpiritu dei aguntur: hi filij dei ſunt. Non enim accepiſtis ſpiritum ſeruitutis iterum in timore: ſed accepiſtis ſpiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus, Abba, pater. Ipſe enim ſpiritus teſtimonium reddit ſpiritui noſtro, quod ſumus filij dei. Si autem filij: ⁊ hęredes. Hęredes quidem dei: cohęredes autem Chriſti. Gradua. Eſto mihi in
deum protectorem, ⁊ in locũ refugij, vt ſaluũ me facias. ℣. Deus in te ſperaui: domine non cõfundar in ęternũ. Alleluia, alleluia. Ps. 30.
℣. Magnus dominus, ⁊ laudabilis valde, in ciuitate dei noſtri, in monte ſancto eius, alleluia. Ps. 47.

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Lucam.



ca. 16. In illo tem-pore. Dixit Jeſus diſcipulis ſu-is parabolam hanc. Homo quidā erat diues, qui habebat villicum: & hic diſ-ſamatus eſt apud illum, quaſi diſ-ſipaſſet bona illius. Et vocauit illum, & ait illi. Quid hoc audio de te? Redde rationem villica-tionis tuę: iam enim non poteris villicare. Ait autem villicus intra ſe. Quid faciam, quia dominus meus aufert a me villicationem? Fodere nō valeo: mendicare eru-beſco. Scio quid faciam: vt cum amotus fuero a villicatione, reci-piant me in domos ſuas. Conuo-catis itaque ſingulis debitoribus domini ſui, dicebat primo. Quan-tum debes domino meo? At ille dixit. Centum cados olei. Dixit-que illi. Accipe cautionem tuam: & ſede cito, & ſcribe quinquagin-ta. Deinde alio dixit. Tu vero quantum debes? Qui ait. Cen-tum coros tritici. Ait illi. Accipe litteras tuas, & ſcribe octoginta. Et laudauit dominus villicum iniquitatis, quia prudenter feciſ-ſet: quia filij huius ſeculi pruden-tiores filijs lucis in generatione ſua ſunt. Et ego dico vobis. Fa-cite vobis amicos de mammona iniquitatis: vt cum defeceritis, re-cipiant vos in ęterna tabernacu-la. Credo.

Offertorium.

Populum humilem ſaluum fa- ps.
cies domine: & oculos ſuperborū 17.
humiliabis: quoniam quis deus preter te domine?

Secreta.

Suſcipe, quęſumus domine, munera, quę tibi de tua lar-gitate deferimus, vt hęc ſacroſan-cta myſteria, gratię tuę operan-te virtute, & preſentis vitę nos conuerſatione ſanctificent, & ad gaudia ſempiterna perducant. Per dominum. Exaudi nos. vt in ſuperiori Dnica.

Communio.

Guſtate, & videte, quoniam ſua- ps.
uis eſt dominus: beatus vir qui 33.
ſperat in eo.

Poſtcom.

Sit nobis domine repara-tio mentis & corporis cęle-ſte myſterium: vt, cuius exequi-mur cultum, ſentiamus effectum. Per dnm. Mundet & muniat, vt in ſuperiori Dominica.

Dominica ix. poſt Pentec.

Introitus.

Ecce deus adiuuat ps.
me: & dominus ſuſce- 53.
ptor eſt animę meę: auerte mala inimi-cis meis: & in verita-te tua diſperde illos protector meus domine. Pſalmus Deus in nomine tuo ſaluū me fac, & in vir-tute tua libera me. ℣. Gloria pa-tri, & filio.

Oratio.

Oratio.

Pateant aures miſericordię tuę domine precibus ſupplicantium: ⁊ vt petentibus deſiderata concedas, fac eos quę tibi ſunt placita poſtulare. Per dominuz noſtruz Jeſum Chriſtuz.

Ad poſcenda ſuffragia ſanctorum. Oratio.

A Cunctis nos, queſumus domine, mẽtis ⁊ corporis defende periculis: ⁊ intercedẽte beata glorioſa ſemperque virgine dei genitrice Maria, cuz beatis apoſtolis tuis Petro ⁊ Paulo, atque beato N. ⁊ omnibus ſanctis: ſalutem nobis tribue benignus ⁊ pacem: vt deſtructis aduerſitatibus ⁊ erroribus vniuerſis, eccleſia tua ſecura tibi ſeruiat libertate. Tertia oratio dicitur ad libitum ſacerdotis.

Lectio epiſtolę beati Pauli apoſtoli ad Corinthios.

1.c. 10. Fratres. Non ſimus cõcupiſcentes malorum, ſicut ⁊ illi concupierunt. Neqz idololatrę efficiamini, ſicut quidam ex ipſis: quemadmodum ſcriptuz eſt. Sedit populus manducare ⁊ bibere, ⁊ ſurrexerunt ludere. Neqz fornicemur: ſicut quidam ex ipſis fornicati ſunt, ⁊ ceciderunt vna die vigintitria millia. Neqz tentemus Chriſtum: ſicut quidam eorum tentauerunt, ⁊ a ſerpentibus perierunt. Neqz murmuraueritis: ſicut quidam eorum murmurauerunt, ⁊ perierunt ab exterminatore. Hęc autem omnia in figura contingebant illis: ſcripta ſunt autem ad correptionem noſtram, in quos fines ſeculorum deuenerunt. Itaque qui ſe exiſtimat ſtare, videat ne cadat. Tentatio vos non apprehendit, niſi humana. Fidelis autem deus eſt, qui non patietur vos tentari ſupra id quod poteſtis: ſed faciet cum tentatione etiam prouentuz: vt poſſitis ſuſtinere. Graduale.

Domine dñs noſter, quaz admirabile eſt nomen tuum in vniuerſa terra! ℣. Quoniaz eleuata eſt magnificentia tua ſuper cęlos. ps. 8.

Alleluia, alleluia. ℣. Eripe me de inimicis meis deus meus: ⁊ ab inſurgẽtib⁹ in me libera me, all'a. ps. 17.

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Lucam.



In illo tempore. Cũ appropinquaret Jeſus Hieruſalez, videns ciuitatem, fleuit ſuper illam, dicens. Quia ſi cognouiſſes ⁊ tu, ⁊ quidẽ in hac die tua, quę ad pacem tibi. Nunc autẽ abſcondita ſunt ab oculis tuis. Quia venient dies in te: ⁊ circundabunt te inimici tui vallo: ⁊ circundabunt te, ⁊ coanguſtabunt te vndique: ⁊ ad terram proſter- ca. 19.

nent te, ⁊ filios tuos qui in te ſunt: ⁊ non relinquent in te lapidē ſuper lapidem: eo quod nō cognoueris tempus viſitationis tuę. Et ingreſſus in templum, cepit eijcere vendentes in illo ⁊ emētes, dicens illis. Scriptum eſt: quia domus mea domus orationis eſt. Uos autem feciſtis illam ſpeluncam latronum. Et erat docens quotidie in templo. Credo.
Offertorio. Iuſtitię domini rectę
Ps. lętificantes corda, ⁊ iudicia eius
18. dulciora ſuper mel ⁊ fauum: nam
⁊ ſeruus tuus cuſtodit ea.

Secreta.

Concede nobis, quęſumus domine, hęc digne frequentare myſteria: quia quoties huius hoſtię commemoratio celebratur, opus noſtrę redemptionis exercetur. Per dominum.

Ad poſcenda ſuffragia ſanctorum. Secreta.

Exaudi nos deus ſalutaris noſter: vt per huius ſacramenti virtutem, a cunctis nos mentis ⁊ corporis hoſtibus tuearis, gratiam tribuens in pręſenti ⁊ gloriam in futuro. Communio.
Qui manducat meā carnem, ⁊
Jo. bibit meum ſanguinē, in me ma-
6. net, ⁊ ego in eo, dicit dominus.

Poſtcom.

Tui nobis, quęſumus domine, communio ſacramenti, ⁊ purificationem conferat, ⁊ tribuat vnitatem. Per dominum.

Ad poſcenda ſuffragia ſanctorum. Poſtcom.

Mundet ⁊ muniat nos, quęſumus domine, diuini ſacramenti munus oblatum: ⁊ intercedente beata virgine dei genitrice Maria, cum beatis apoſtolis tuis Petro ⁊ Paulo, atque beato N. ⁊ omnibus ſanctis: a cunctis nos reddat ⁊ peruerſitatibus expiatos, ⁊ aduerſitatibus expeditos.

¶ Dominica x. poſt Pentec.

Introitus.

Dum clamarem ad Ps.
dominū, exaudiuit
vocem meā ab his 54.
qui appropinquāt
mihi: ⁊ humiliauit
eos qui eſt ante ſecula: ⁊ manet in ęternum: iacta cogitatum tuū in domino, ⁊ ipſe te enutriet. Pſalm. Exaudi deus orationem meam: ⁊ ne deſpexeris deprecationem meam: intende mihi, ⁊ exaudi me. ℣. Gloria patri.

Oratio.

Deus, qui omnipotentiā tuā parcēdo maxime ⁊ miſerando manifeſtas: multiplica ſuper nos gratiam tuam: vt, ad tua promiſſa currentes, cęleſtiū bonorum facias eſſe conſortes. Per dominum. A cunctis nos. vt in ſuperiori Dominica. Tertia oratio dicitur ad libitum.

Lectio

Lectio epiſtole beati Pauli apoſtoli ad Corinthios.

1.c. 12. Fratres. Scitis quoniaꝫ cum gentes eſſetis, ad ſimulachra muta prout ducebamini, euntes. Ideo notuꝫ vobis facio, quod nemo in ſpiritu dei loquẽs, dicit anathema Ieſu. Et nemo poteſt dicere, dominus Ieſus: niſi in ſpiritu ſancto. Diuiſiones vero gratiarum ſunt, ideꝫ auteꝫ ſpiritus. Et diuiſiones miniſtrationum ſunt: idem autem dominus. Et diuiſiones operationuꝫ ſunt: ideꝫ vero deus, qui operatur omnia in omnibus. Unicuique auteꝫ datur manifeſtatio ſpirit⁹, ad vtilitatem. Alij quideꝫ per ſpirituꝫ datur ſermo ſapientię: alij autem ſermo ſcientię, ſecundum eundeꝫ ſpiritum. Alteri fides in eodem ſpiritu: alij gratia ſanitatum in vno ſpiritu: alij operatio virtutum: alij prophetia: alij diſcretio ſpirituum: alij genera linguaruꝫ: alij interpretatio ſermonuꝫ. Hęc autem omnia operatur vnus atque idem ſpiritus, diuidens ſingulis prout vult. Graduale.

Ps. 16. Cuſtodi me domine vt pupillaꝫ oculi: ſub vmbra alarum tuarum protege me. ℣. De vultu tuo iudicium meum prodeat: oculi tui videant ęquitatem. Alleluia, alleluia. ℣. Te decet hymnus deus in Sion: ⁊ tibi reddetur votum in Hieruſalem, alleluia.

M. N. K.

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Lucam.



In illo tempore. Dixit Ieſus ad quoſdaꝫ qui in ſe confidebant tanquaꝫ iuſti, ⁊ aſpernabantur cęteros, parabolam iſtam. ca. 18. Duo homines aſcenderũt in templuꝫ vt orarent: vnus Phariſeus, ⁊ alter Publicanus. Phariſeus ſtans, hęc apud ſe orabat. Deus, tibi gratias ago, quia non ſuꝫ ſicut cęteri hominuꝫ: raptores, iniuſti, adulteri: velut etiã hic Publicanus. Ieiuno bis in ſabbato: decimas do omniũ quę poſſideo. Et Publicanus a longe ſtans nolebat nec oculos ad celuꝫ leuare: ſed percutiebat pectus ſuum, dicens. Deus propitius eſto mihi peccatori. Amen dico vobis: deſcendit hic iuſtificatus in domum ſuaꝫ ab illo. Quia oĩs qui ſe exaltat humiliabitur: ⁊ qui ſe humiliat exaltabitur. Credo. Offertoriũ.

Ad te domine leuaui animam Ps. 24. meam: deus meus in te confido, non erubeſcam: neque irrideant me inimici mei: etenim vniuerſi qui te expectant non confundentur. Secreta.

Tibi domine ſacrificia dicata reddantur: quę ſic ad honorem nominis tui deferenda tribuiſti: vt eadem remedia fieri no-

ſtra preſtares. Per dominum.

Exaudi nos deus. vt in ſuperiori Dominica. Communio.

s. Acceptabis ſacrificium iuſtitie, oblationes, et holocauſta, ſu-

o. per altare tuum, domine.

Poſtcom.

Quęſumus domine deus noſter: vt quos diuinis reparare nō deſinis ſacramentis, tuis non deſtituas benignus auxiliis. Per dominum noſtrum Jeſum.

Mundet et muniat. vt in ſuperiori Dominica.

Dominica xi. poſt Pentec.

Introitus.

68. Deus in loco ſancto ſuo: deus, qui in-

67. habitare facit vnanimes in domo: ipſe dabit virtutem, et fortitudinē plebi ſuę. Pſalmus. Exurgat deus, et diſſipentur inimici eius: et fugiant, qui oderunt eum, a facie eius. ℣. Gloria patri. Oratio.

Omnipotens ſempiterne deus: qui abundantia pietatis tuę, et merita ſupplicum excedis, et vota: effunde ſuper nos miſericordiam tuam: vt dimittas quę conſcientia metuit: et adiicias quod oratio non pręſumit. Per dominum. Ad poſcenda ſuffragia ſanctorum. Oratio.

A Cunctis nos, quęſumus domine, mentis et corporis defende periculis: et intercedente beata glorioſa ſemperque virgine dei genitrice Maria, cum beatis apoſtolis tuis Petro et Paulo, atque beato N. et omnibus ſanctis: ſalutem nobis tribue benignus et pacem: vt deſtructis aduerſitatibus et erroribus vniuerſis, eccleſia tua ſecura tibi ſeruiat libertate. Tertia oratio dicitur ad libitum ſacerdotis.

Lectio epiſtolę beati Pauli apoſtoli ad Corinthios.

Fratres. Notū vobis facio 1.

euangeliū, quod prędicaui cor.

vobis, quod et accepiſtis, in 15.

quo et ſtatis, per quod et ſaluamini: qua ratione prędicauerim vobis, ſi tenetis, niſi fruſtra crediditis. Tradidi enim vobis in primis quod et accepi: quoniā Chriſtus mortuus eſt pro peccatis noſtris ſecundū ſcripturas: et quia ſepultus eſt: et quia reſurrexit tertia die, ſecundum ſcripturas: et quia viſus eſt Cephę: et poſt hoc, vndecim. Deinde viſus eſt pluſquā quingentis fratribus ſimul: ex quibus multi manent vſque adhuc, quidam autē dormierunt. Deinde viſus eſt Jacobo: deinde Apoſtolis omnibus. Nouiſſime autē omnium, tanquam abortiuo, viſus eſt et mihi. Ego enim ſum minimus Apoſtolorum: qui non ſum dignus vocari Apoſtolus, quoniam perſecutus ſum eccleſiam dei.

dei. Gratia autẽ dei, ſuz id quod
ſum: ꝛ gratia eius in me, vacua
non fuit. Graduale. In deo ſpe
Pſ. 8. rauit cor meũ, ꝛ adiutus ſum: ꝛ
27. refloruit caro mea: ꝛ ex volunta
te mea confitebor illi. ℣. Ad te
domine clamaui: deus meus ne
ſileas: ne diſcedas a me. Alleluia,
alla. ℣. Exultate deo adiutori no
ſtro: iubilate deo Jacob: ſumite
pſalmũ iucundũ cũ cithara, alla.

Sequentia ſancti euangelij
ſecundum Marcum.



ca. 7. In illo tẽpore. Exiẽs Jeſus de finibus Thyri, venit per Sidonem ad mare Galileę, inter medios fines Decapoleos. Et adducunt ei ſurdũ ꝛ mutum: ꝛ deprecabantur eum, vt imponat illi manum. Et apprehendens eum de turba ſeorſum, miſit digitos ſuos in auriculas eius: ꝛ expuens, tetigit linguã eius. Et ſuſpiciens in cęluz, ingemuit: ꝛ ait illi. Ephphetha, quod eſt, adaperire. Et ſtatim apertę ſunt aures eius: ꝛ ſolutũ eſt vinculum linguę eius, ꝛ loquebat̃ recte. Et pręcepit illis, ne cui dicerẽt. Quãto autẽ eis pręcipiebat, tãto magis plus prędicabãt: ꝛ eo amplius admirabantur, dicẽtes. Bene oia fecit: ꝛ ſurdos fecit audire, ꝛ mutos loq. Credo. Offertorio.

Exaltabo te dñe, quoniã ſuſcepiſti me: nec delectaſti inimicos meos ſuper me: domine clamaui ad te, ꝛ ſanaſti me. Secreta.

Reſpice, domine, quęſumus, ad noſtram propitius ſeruitutem: vt, quod offerimus, ſit, tibi munus acceptum: ꝛ ſit noſtrę fragilitatis ſubſidium. Per dñm.

Ad poſcenda ſuffragia ſanctorum. Secreta.

Exaudi nos deus ſalutaris noſter: vt per huius ſacramenti virtutem, a cunctis nos mẽtis ꝛ corporis hoſtibus tuearis, gratiaz tribuens in pręſenti ꝛ gloriam in futuro. Communio.

Honora dominum de tua ſubſtantia, ꝛ de primitijs frugum tuarum: ꝛ implebuntur areę tuę ſaturitate, ꝛ uino torcularia redundabunt. Poſtcom.

Sentiamus, quęſumus domine, tui perceptione ſacramenti, ſubſidium mentis ꝛ corporis: ut in utroque ſaluati, cęleſtis remedij plenitudine glorięmur. Per dominum noſtrum.

Ad poſcenda ſuffragia ſanctorum. Poſtcom.

Mundet ꝛ muniat nos, quęſumus domine, diuini ſacramenti munus oblatum: ꝛ intercedente beata virgine dei genitrice Maria, cum beatis apoſtolis tuis Petro ꝛ Paulo, atqꝫ beato N. ꝛ omnibus ſanctis: a

cunctis nos reddat ⁊ peruerſitatibus expiatos, ⁊ aduerſitatibus expeditos.

¶ Dominica xij. poſt Pentec.

Introitus.

ps. 69. DEus in adiutoriũ meum intende: domine ad adiuuandum me feſtina: confundantur ⁊ reuereantur inimici mei, qui quęrunt animã meã. Pſalmus. Auertantur retrorſuz ⁊ erubeſcant, qui volunt mihi mala. ℣. Gloria patri. Oratio.

OMnipotens ⁊ miſericors deus: de cuius munere venit, vt tibi a fidelibus tuis digne ⁊ laudabiliter ſeruiatur: tribue nobis, quęſumus: vt ad promiſſiones tuas, ſine offenſione curramus. Per dominum noſtrum.

A cunctis. vt in ſuperiori Dñica

Tertia oratio dicitur ad libitum.

Lectio epiſtolę beati Pauli apoſtoli ad Corinthios.

2. c. 3. FRatres. Fiduciam talem habemus per Chriſtuz ad deum: non quod ſufficientes ſimus cogitare aliquid a nobis, quaſi ex nobis: ſed ſufficientia noſtra ex deo eſt. Qui ⁊ idoneos nos fecit miniſtros noui teſtamenti: non littera, ſed ſpiritu. Littera enim occidit: ſpiritus autem viuificat. Quod ſi miniſtratio mortis, litteris deformata in lapidibus, fuit in gloria, ita vt non poſſent intendere filij Iſrael in faciẽ Moyſi, propter gloriam vultus eius, quę euacuatur: quomodo non magis miniſtratio ſpiritus erit in gloria? Nam ſi miniſtratio damnationis in gloria eſt: multo magis abundat miniſterium iuſtitię in gloria. Graduale.

ps. 33. Benedicam dominum in omni tempore: ſemper laus in ore meo. ℣. In domino laudabitur anima mea: audiant manſueti, ⁊ lętentur.

ps. 87. Alleluia, alleluia. ℣. Domine deus ſalutis meę, in die clamaui ⁊ nocte coram te, alleluia.

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Lucam.



ca. 10. IN illo tempore. Dixit Ieſus diſcipulis ſuis. Beati oculi, qui vident quę vos videtis. Dico eniz vobis, quod multi prophetę ⁊ reges voluerũt videre quę vos videtis, ⁊ non viderũt: ⁊ audire quę auditis, ⁊ non audierunt. Et ecce, quidam legiſperitus ſurrexit, tentans illum, ⁊ dicens. Magiſter, quid faciẽdo vitam ęternam poſſidebo? At ille dixit ad eum. In lege quid ſcriptum eſt? Quomodo legis? Ille reſpondens, dixit. Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo, ⁊ ex tota anima tua, ⁊ ex omnibus

omnibus viribus tuis, ⁊ ex omni mente tua: ⁊ proximum tuum ſicut teipſum. Dixitque illi. Recte reſpondiſti: hoc fac, ⁊ viues. Ille autem volens iuſtificare ſeipſum dixit ad Ieſum. Et quis eſt meus proximus? Suſcipiēs autem Ieſus, dixit. Homo quidam deſcendebat ab Hieruſalem in Iericho, ⁊ incidit in latrones, qui etiam deſpoliauerunt eum: ⁊ plagis impoſitis abierunt ſemiuiuo relicto. Accidit autem, vt ſacerdos quidam deſcenderet eadē via: ⁊ viſo illo preteriit. Similiter ⁊ leuita cum eſſet ſecus locum, ⁊ videret eum, pertranſiit. Samaritanus autem quidam, iter faciens, venit ſecus eum: ⁊ videns eum, miſericordia motus eſt. Et appropians, alligauit vulnera eius, infundens oleum ⁊ vinum: ⁊ imponens illum in iumentum ſuum, duxit in ſtabulum, ⁊ curam eius egit. Et altera die protulit duos denarios, ⁊ dedit ſtabulario, ⁊ ait. Curam illius habe: ⁊ quodcunque ſupererogaueris, ego cum rediero, reddam tibi. Quis horum trium videtur tibi proximus fuiſſe illi qui incidit in latrones? At ille dixit, Qui fecit miſericordiam in illum. Et ait illi Ieſus. Uade, ⁊ tu fac ſimiliter. Credo. Offert.

Exo 2. Precatus eſt Moyſes in cōſpectu domini dei ſui, ⁊ dixit: quare domine iraſceris in populo tuo? parce ire anime tue: memento Abraham, Iſaac, ⁊ Iacob, quibus iuraſti dare terram fluentem lac ⁊ mel: ⁊ placatus eſt dominus de malignitate, quam dixit facere populo ſuo. Secreta.

Hoſtias, queſumus domine, propitius intende, quas ſacris altaribus exhibemus: vt nobis indulgentiam largiendo, tuo nomini dent honorē. Per dn̄m. Exaudi nos deus. vt in ſuperiori Dominica. Communio.

De fructu operum tuorum domine ſatiabitur terra: vt educas panem de terra, ⁊ vinum letificet cor hominis: vt exhilaret faciem in oleo, ⁊ panis cor hominis confirmet. Ps. 103. Poſtcom.

Viuificet nos, queſumus domine, huius participatio ſancta myſterii: ⁊ pariter nobis expiationem tribuat, ⁊ munimen. Per dn̄m. Mundet ⁊ muniat, vt in ſuperiori Dominica.

Dominica xiiij. poſt Pentec.

Introitus.

Reſpice domine in teſtamentum tuum, ⁊ animas pauperum tuorum ne derelinquas in finem: exurge domine, ⁊ iudica cauſam tuam: ⁊ ne obliuiſcaris voces querentium te. Ps. 73. Pſalm. Ut quid deus repuliſti in finem: iratus eſt furor tuus ſuper oues paſcue Ps. 72.

paſcue tue? ℣. Gloria. Oratio.

OMnipotens ſempiterne deus: da nobis fidei, ſpei, ⁊ charitatis augmentum: ⁊ vt mereamur aſſequi quod promittis, fac nos amare quod precipis. Per dominuz noſtrum Jeſum.

Ad poſcenda ſuffragia ſanctorum. Oratio.

A Cunctis nos, queſumus domine, mentis ⁊ corporis defende periculis: ⁊ intercedente beata glorioſa ſemperque virgine dei genitrice Maria, cuz beatis apoſtolis tuis Petro ⁊ Paulo, atque beato N. ⁊ omnibus ſanctis: ſalutem nobis tribue benignus ⁊ pacem: vt deſtructis aduerſitatibus ⁊ erroribus vniuerſis, eccleſia tua ſecura tibi ſeruiat libertate. Tertia oratio dicitur ad libitum ſacerdotis.

Lectio epiſtole beati Pauli apoſtoli ad Galathas.

c. 3. FRatres. Abrahe dicte ſunt promiſſiones: ⁊ ſemini eius. Non dicit, Et ſeminibus, quaſi in multis: ſed quaſi in vno, Et ſemini tuo, qui eſt Chriſtus. Hoc autem dico, teſtamentum confirmatum a deo: que poſt quadringentos ⁊ triginta annos facta eſt lex, non irritum facit ad euacuandam promiſſionem. Nam ſi ex lege hereditas, iam non ex promiſſione. Abrahe autem per repromiſſionem donauit deus. Quid igitur lex? Propter tranſgreſſionem poſita eſt, donec veniret ſemen cui promiſerat: ordinata per angelos in manu mediatoris. Mediator autem, vnius non eſt: deus autem vnus eſt. Lex ergo aduerſus promiſſa dei? Abſit. Si enim data eſſet lex que poſſet viuificare: vere ex lege eſſet iuſtitia. Sed concluſit ſcriptura omnia ſub peccato, vt promiſſio ex fide Jeſu Chriſti daretur credentibus. Graduale. R. eſpice domine in teſtamentum tuum: ⁊ animas pauperum tuorum ne obliuiſcaris in finem. ℣. Exurge domine, ⁊ iudica cauſam tuã: memor eſto opprobrij ſeruorum tuorum. Alleluia, alleluia. ℣. Domine refugium factus es nobis a generatione in generationem, alleluia. pſ. 89.

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Lucam.



IN illo tempore. Dum iret Jeſus in Hieruſalem, tranſibat per mediam Samariaz ⁊ Galileã. Et cum ingrederetur quoddam caſtellum, occurrerunt ei decem viri leproſi. Qui ſteterunt a longe: ⁊ leuauerunt vocem, dicentes. Jeſu preceptor, miſerere noſtri. Quos vt vidit, dixit. Jte, oſtendite vos ſacerdo- ca. 17.

ſacerdotibus. Et factum eſt: dum irent, mundati ſunt. Unus autem ex illis, vt vidit quia mundatus eſt: regreſſus eſt, cum magna voce magnificans deum: ⁊ cecidit in faciem ante pedes eius, gratias agens. Et hic erat Samaritanus. Reſpondens autem Jeſus, dixit. Nonne decem mundati ſunt? ⁊ nouem vbi ſunt? Nõ eſt inuentus qui rediret, ⁊ daret gloriam deo, niſi hic alienigena. Et ait illi. Surge, vade: quia fides tua te ſaluum fecit. Credo.
Ps. 30. do. Offerto. In te ſperaui domine: dixi, tu es deus meus, in manibus tuis tempora mea.

Secreta.

Propitiare, quęſumus domine, populo tuo, propitiare muneribus: vt hac oblatione placatus, ⁊ indulgentiam nobis tribuas, ⁊ poſtulata concedas. Per dominum noſtrum Jeſum Chriſtum filium tuum, qui tecū.

Ad poſcenda ſuffragia ſanctorum. Secreta.

Exaudi nos deus ſalutaris noſter: vt per huius ſacramenti virtutem, a cunctis nos mentis ⁊ corporis hoſtibus tuearis, gratiam tribuens in preſenti, ⁊ gloriam in futuro. Comunio.
Sa. 16. Panem de celo dediſti nobis domine, habentem omne delectamentum, ⁊ omnem ſaporem ſuauitatis.

Poſtcom.

Sumptis domine celeſtibus ſacramētis, ad redemptionis ęterne, quęſumus, proficiamus augmentum. Per dominū.

Ad poſcenda ſuffragia ſanctorum. Poſtcom.

Mundet ⁊ muniat nos, quęſumus domine, diuini ſacramenti munus oblatum: ⁊ intercedente beata virgine dei genitrice Maria, cum beatis apoſtolis tuis Petro ⁊ Paulo, atq; beato N. ⁊ omnibus ſanctis: a cunctis nos reddat ⁊ peruerſitatibus expiatos, ⁊ aduerſitatibus expeditos.

¶ Dominica xiiij. poſt Pentec. Introitus.

Protector noſter aſpice deus, ⁊ reſpice in faciem Chriſti tui: quia melior eſt dies vna in atrijs tuis ſuper millia. Ps. 83. Pſalmus. Quam dilecta tabernacula tua domine virtutum? concupiſcit, ⁊ deficit anima mea in atria domini. ℣. Gloria patri. Oratio.

Cuſtodi, quęſumus domine, eccleſiam tuam propitiatione perpetua: ⁊ quia ſine te labitur humana mortalitas, tuis ſemper auxilijs ⁊ abſtrahatur a noxijs, ⁊ ad ſalutaria dirigatur. Per dominum noſtrū Jeſum.

A cunctis, vt in ſuperiori Dñica. ⁊ tertia oratio ad libitum.

Lectio epiſtole beati Pauli apoſtoli ad Galathas.

ca. 5. Fratres. Spiritu ambula-
te, ⁊ deſideria carnis non
perficietis. Caro enim concupi-
ſcit aduerſus ſpiritum: ſpiritus
autem aduerſus carnem. Hęc
enim ſibi inuicem aduerſantur:
vt non quęcunque vultis, illa fa-
ciatis. Quod ſi ſpiritu ducimini:
non eſtis ſub lege. Manifeſta au-
tem ſunt opera carnis, quę ſunt,
fornicatio, immunditia, impudi-
citia, luxuria, idolorum ſeruitus,
veneficia, inimicitię, contentio-
nes, ęmulationes, irę, rixę, diſſen-
ſiones, ſectę, inuidię, homicidia,
ebrietates, comeſſationes, ⁊ his
ſimilia. Quę prędico vobis, ſicut
prędixi: quoniaꝫ qui talia agunt,
regnum dei non conſequentur.
Fructus autem ſpiritus eſt, cha-
ritas, gaudiuꝫ, pax, patientia, lon-
ganimitas, bonitas, benignitas,
manſuetudo, fides, modeſtia, con-
tinentia, caſtitas. Aduerſus hu-
ps. iuſmodi non eſt lex. Qui autem
117. ſunt Chriſti, carnem ſuaꝫ crucifi-
xerunt cũ vitijs ⁊ cõcupiſcentijs.
Graduale. Bonum eſt confide-
re in domino, quam confidere in
homine. ℣ Bonuꝫ eſt ſperare in
dño, quam ſperare in principib⁹.
ps. Alleluia, allel. ℣ Venite exul-
94. temus domino: iubilemus deo
ſalutari noſtro, alleluia.

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Matthęum.



In illo tem- c. 6.
pore. Dixit
Ieſus diſcipulis
ſuis. Nemo poteſt
duobus dominis
ſeruire. Aut enim
vnũ odio habebit,
⁊ alterum diliget: aut vnum ſuſti-
nebit, ⁊ alterum contemnet. Non
poteſtis deo ſeruire, ⁊ mammo-
nę. Ideo dico vobis: ne ſoliciti
ſitis animę veſtrę quid manduce-
tis, neque corpori veſtro quid in-
duamini. Nonne anima plus eſt,
quam eſca: ⁊ corpus plus, quam
veſtimentuꝫ? Reſpicite volatilia
cęli, quoniam non ſerunt, neque
metunt, neqꝫ congregant in hor-
rea: ⁊ pater veſter cęleſtis paſcit
illa. Nõne vos magis pluris eſtis
illis? Quis autem veſtrum cogi-
tans, poteſt adijcere ad ſtaturam
ſuam cubitum vnum? Et de ve-
ſtimento quid ſoliciti eſtis? conſi-
derate lilia agri quomodo cre-
ſcunt: non laborant, neque nent.
Dico autem vobis, quoniam nec
Salomõ in omni gloria ſua coo-
pertus eſt ſicut vnum ex iſtis. Si
autem fenum agri, quod hodie
eſt, ⁊ crãs in clibanum mittitur,
deus ſic veſtit: quãto magis vos
modicę fidei? Nolite ergo ſolici-
ti eſſe, dicentes. Quid manduca-
bimus,

bimus, aut quid bibemus, aut
quo operiemur? hęc enim om-
nia gentes inquirunt. Scit enim
pater veſter cęleſtis, quia his om
nibus indigetis. Quęrite ergo
primum regnum dei ⁊ iuſtitiam
eius: ⁊ hęc omnia adiicientur vo-
bis. Credo. Offertorium.
ps. Immittit angelus domini in cir
33. cuitu timentium eum, ⁊ eripiet
eos: guſtate, ⁊ videte, quoniam
ſuauis eſt dominus. Secreta.
Concede nobis, quęſumus
domine, vt hęc hoſtia ſalu
taris, ⁊ noſtrorum fiat purgatio
delictorum, ⁊ tuę propitiatio po-
teſtatis. Per dominum noſtruʒ.
Exaudi nos. vt in ſuperiori
Dominica. Communio.
mat Primum quęrite regnum dei: ⁊
6. omnia adiicientur vobis, dicit
dominus. Poſtcom.
Purificēt ſemper, ⁊ muniāt
tua ſacramenta nos deus:
⁊ ad perpetuę ducant ſaluationis
effectū. Per dominum noſtruʒ.
Mundet ⁊ muniat. vt in ſupe
riori Dominica.

¶ Dominica xv. poſt Pentec.
Introitus.

ps. Inclina domine
85. aureʒ tuaʒ ad me,
⁊ exaudi me: ſaluū
fac ſeruum tuum
deus meus ſperan
tem in te: miſerere
mihi domine, quoniam ad te cla-
maui tota die. Pſalmus. Lętifica
animam ſerui tui: quia ad te do-
mine animam meam leuaui. ℣.
Gloria patri. Oratio.
Eccleſiam tuam domine
miſeratio continuata mun
det, ⁊ muniat: ⁊ quia ſine te non
poteſt ſalua conſiſtere, tuo ſem-
per munere gubernetur. Per
dominum. Ad poſcenda ſuffra-
gia ſanctorum. Oratio.
A cunctis nos, quęſumus
domine, mentis ⁊ corpo-
ris defende periculis: ⁊ interce-
dente beata glorioſa ſemperque
virgine dei genitrice Maria, cuʒ
beatis apoſtolis tuis Petro ⁊
Paulo, atque beato N. ⁊ omni-
bus ſanctis: ſalutem nobis tribue
benignus ⁊ pacem: vt deſtructis
aduerſitatibus ⁊ erroribus vni-
uerſis, eccleſia tua ſecura tibi ſer-
uiat libertate. Tertia oratio di-
citur ad libitum ſacerdotis.
Lectio epiſtolę beati Pauli apo
ſtoli ad Galathas.
Fratres. Si ſpiritu viui c. 5.
mus: ſpiritu ⁊ ambulemus. 26.
Non efficiamur inanis glorię cu-
pidi: inuicem prouocantes, inui-
cem inuidentes. Fratres, ⁊ ſi prę-
occupatus fuerit homo in aliquo
delicto: vos, qui ſpirituales eſtis,
huiuſmodi inſtruite in ſpiritu le-
nitatis: cōſiderans teipſum, ne ⁊
tu tenteris. Alter alterius onera
portate: ⁊ ſic adimplebitis legeʒ
Chriſti.

Chriſti. Nã ſi quis exiſtimat ſe
aliquid eſſe, cum nihil ſit: ipſe ſe
ſeducit. Opus autem ſuum pro/
bet vnuſquiſque: ⁊ ſic, in ſeme/
tipſo tantum gloriam habebit, ⁊
non in altero. Unuſquiſque eniȝ
onus ſuum portabit. Commu/
nicet autem is qui catechizatur
verbo, ei qui ſe catechizat, in
omnibus bonis. Nolite errare.
Deus non irridetur. Quę enim
ſeminauerit homo: hęc ⁊ metet.
Quoniã qui ſeminat in carne ſua:
de carne ⁊ metet corruptionem.
Qui autem ſeminat in ſpiritu: de
ſpiritu metet vitam ęternam.
Bonum autem facientes, non
deficiamus: tempore enim ſuo
metemus, non deficientes. Er/
go, dum tempus habemus, ope/
remur bonum ad omnes: maxi/
me autem ad domeſticos fidei.
Ps. 91. Grad. Bonum eſt confiteri do
mino: ⁊ pſallere nomini tuo, al/
tiſſime. ℣. Ad annunciandum
mane miſericordiam tuam, ⁊ ve/
ritatem tuam per noctem. Al/
leluia, alleluia. ℣. Quoniã deus
magnus dominus, ⁊ rex magnus
ſuper omnem terram, alleluia.

Sequentia ſancti euangelij
ſecundum Lucam.

In illo tempore. Ibat Je/
ca. ſus in ciuitatem quę voca/
7. tur Naim: ⁊ ibant cum illo diſci/
puli eius ⁊ turba copioſa. Cum
autem appropinquaret portę ci/
uitatis: ecce, defunctus effereba/
tur, filius vnicus matri ſuę: ⁊ hęc,
vidua erat: ⁊ turba ciuitatis mul/
ta cum illa. Quam cum vidiſſet
dominus, miſericordia motus ſu
per eam, dixit illi. Noli flere.
Et acceſſit, ⁊ tetigit loculum.
Hi autem qui portabant, ſtete/
runt. Et ait. Adoleſcens, tibi
dico, ſurge. Et reſedit qui erat
mortuus, ⁊ cepit loqui. Et de/
dit illum matri ſuę. Accepit au/
tem omnes timor: ⁊ magnifica/
bant deum, dicentes. Quia pro/
pheta magnus ſurrexit in nobis:
⁊ quia deus viſitauit plebem ſuã.
Credo. Offerto. Expectans Ps.
expectaui dominum, ⁊ reſpexit 39.
me: ⁊ exaudiuit deprecationem
meam, ⁊ immiſit in os meum can
ticum nouum, hymnum deo no/
ſtro. Secreta.

Tua nos domine ſacramen
ta cuſtodiant: ⁊ contra dia/
bolicos ſemper tueantur incur/
ſus. Per dominum noſtrum.

Ad poſcendũ ſuffragia ſancto/
rum. Secreta.

Exaudi nos deus ſalutaris
noſter: vt per huius ſacra/
menti virtutem, a cũctis nos men
tis ⁊ corporis hoſtibus tuearis,
gratiam tribuens in preſenti, ⁊
gloriam in futuro. Communio.
Panis, quem ego dedero, ca/ Io.
ro mea eſt pro ſeculi vita. 6.

Poſtcom.

M Entes noſtras ⁊ corpora
poſſideat, queſumus do/
mine, doni celeſtis operatio: vt
non noſter ſenſus in nobis, ſed
iugiter eius preueniat effectus.
Per dominum noſtrum Jeſum.
Ad poſcenda ſuffragia ſancto/
rum. [illegible] Poſtcom.

M Undet ⁊ muniat nos, que/
ſumus domine, diuini ſa/
cramenti munus oblatum: ⁊ in
tercedente beata virgine dei ge
nitrice Maria, cũ beatis apoſto
lis tuis Petro ⁊ Paulo, atq₃ bea
to N. ⁊ oibus ſanctis: a cũctis nos
reddat ⁊ peruerſitatibus expia/
tos, ⁊ aduerſitatibus expeditos.

¶ Dominica xvj. poſt Pẽtec.

Introitus.

ps. 85. M Iſerere mei domi/
ne, quoniam ad te
clamaui tota die:
quia tu domine ſua
uis ac mitis es, ⁊ co/
pioſus in miſericordia omnibus
inuocantibus te. Pſalmus. In
clina domine aurem tuam mihi,
⁊ exaudi me: quoniam inops ⁊
pauper ſum ego. ℣. Gloria pa/
tri, ⁊ filio ⁊ ſpiritui ſancto. Oro

T Ua nos, queſumus domi/
ne, gratia ſemper preue
niat ⁊ ſequatur: ac bonis operi/
bus iugiter preſtet eſſe intentos.
Per dominum. A cunctis.
vt in ſuperiori Dominica. Ter
tia oratio dicitur ad libitum.

Lectio epiſtole beati Pauli
apoſtoli ad Epheſios.

F Ratres. Obſecro vos, ne
deficiatis in tribulationib⁹ c. 3.
meis pro vobis, que eſt gloria ve
ſtra. Huius rei gratia, flecto ge/
nua mea ad patrem domini no/
ſtri Jeſu Chriſti ex quo omnis
paternitas in celis ⁊ in terra no/
minatur, vt det vobis ſecundum
diuitias glorie ſue, virtutem, cor/
roborari per ſpiritum eius in in/
teriori homine: habitare Chriſtũ
per fidem in cordibus veſtris: in
charitate radicati ⁊ fundati, vt
poſſitis comprehendere cũ₃ om
nibus ſanctis, que ſit latitudo lon
gitudo, ſublimitas, ⁊ profundum:
ſcire etiam ſupereminente₃ ſcien
tie charitatem Chriſti, vt implea
mini in omnem plenitudine₃ dei.
Ei autem, qui potens eſt omnia
facere ſuperabundanter quam
petimus aut intelligimus, ſecun/
dum virtutẽ que operatur in no/
bis: ipſi gloria in eccleſia, ⁊ in
Chriſto Jeſu in omnes genera/
tiones ſeculi ſeculorum. Amen.

Gradua. T imebunt gentes no ps. 101.
men tuum domine: ⁊ omnes re
ges terre gloria₃ tuam. ℣. Quo
niam edificauit dominus Sion:
⁊ videbitur in maieſtate ſua. Al
leluia, alleluia. ℣. Cantate do/ ps. 97.
mino canticum nouum: quia mi
rabilia fecit dominus, alleluia.

Sequen/

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Lucam.

ca. 14. In illo tempore. Cum intraret Jeſus in domum cuiuſdam principis phariſeorū ſabbato mā ducare panem, ⁊ ipſi obſeruabant eum. Et ecce, homo quidam hydropicus erat ante illum. Et reſpondens Jeſus dixit ad legiſperitos ⁊ phariſeos, dicens. Si licet ſabbato curare? At illi tacuerunt. Ipſe vero apprehenſum ſanauit eum: ac dimiſit. Et reſpondens ad illos, dixit. Cuius veſtrum aſinus aut bos in puteum cadet: ⁊ non continuo extrahet illum die ſabbati? Et non poterant ad hęc reſpondere illi. Dicebat autem ⁊ ad inuitatos parabolam, intendens quomodo primos accubitus eligerent, dicens ad illos. Cuꝫ inuitatus fueris ad nuptias non diſcumbas in primo loco, ne forte honoratior te ſit inuitatus ab illo: ⁊ veniens is qui te ⁊ illum vocauit, dicat tibi. Da huic locū: ⁊ tunc incipias cuꝫ rubore nouiſſimum locum tenere. Sed cum vocatus fueris, vade, ⁊ recumbe in nouiſſimo loco: vt cuꝫ venerit qui te inuitauit, dicat tibi. Amice, aſcende ſuperius. Tunc erit tibi gloria coram ſimul diſcumbentibus. Quia omnis qui ſe exaltat, humiliabitur: ⁊ qui ſe humiliat, exaltabitur. Credo. Offerto.

Domine in auxilium meum reſpice: confundantur, ⁊ reuereantur qui quęrunt animam meam vt auferant eam: domine in auxilium meum reſpice. ps. 39.

Secreta.

Munda nos, quęſumus domine, ſacrificij pręſentis effectu, ⁊ perfice miſeratus in nobis: vt eius mereamur eſſe participes. Per dominum noſtrum.

Exaudi nos deus. vt in ſuperiori Dominica. Communio.

Domine memorabor iuſtitię tuę ſolius: deus docuiſti me a iuuentute mea: ⁊ vſque in ſenectaꝫ ⁊ ſeniū, deus ne derelinquas me. ps. 70.

Poſtcom.

Purifica, quęſumus domine, mentes noſtras benignus; ⁊ renoua cęleſtibus ſacramentis: vt conſequenter ⁊ corporum pręſens pariter ⁊ futurum capiamus auxilium. Per dominum. Mundet ⁊ muniat. vt in ſuperiori Dominica.

¶ Dominica xvij. poſt Pentec. Introitus.

Iuſtus es domine, ⁊ rectum iudiciuꝫ tuum: fac cum ſeruo tuo ſecundum miſericordiaꝫ tuā. ps. 118. pſalmus. Beati immaculati in via. qui ambulant in

in legē domini. ℣. Gloria patri.

Oratio.

DA quęſumus domine, populo tuo diabolica vitare contagia: & te ſolum deum pura mente ſectari. Per dominum noſtrum Jeſum Chriſtum.

Ad poſcenda ſuffragia ſanctorū.

Oratio.

A Cunctis nos, quęſumus dn̄e, mentis & corporis defende periculis: & intercedente beata glorioſa ſemperq; virgine dei genitrice Maria, cum beatis apoſtolis tuis Petro & Paulo, atque beato N. & omnibus ſanctis: ſalutem nobis tribue benignus & pacem: vt deſtructis aduerſitatibus, & erroribus vniuerſis, eccleſia tua ſecura tibi ſeruiat libertate. Tertia oratio dicitur ad libitum ſacerdotis.

Lectio epiſtolę beati Pauli apoſtoli ad Epheſios.

c.4. FRatres. Obſecro vos ego vinctus in domino: vt digne ambuletis vocatione qua vocati eſtis, cum omni humilitate, & manſuetudine, cum patientia, ſupportantes inuicem in charitate, ſoliciti ſeruare vnitatem ſpiritus in vinculo pacis. Vnū corpus, & vnus ſpiritus: ſicut vocati eſtis in vna ſpe vocationis veſtrę. Vnus dominus, vna fides, vnum baptiſma. Vnus deus & pater omnium, qui eſt ſuper omnes, & per omnia, & in omnibus nobis. Qui
eſt benedictus in ſecula ſeculorū, ps.
Amen. Graduale. Beata gens, 32.
cuius eſt dominus deus eorum: populus, quem elegit dominus
in hęreditatem ſibi. ℣. Verbo ps.
domini celi firmati ſunt, & ſpiritu 101
oris eius omnis virtus eorum. Alleluia, alla. ℣. Domine exaudi orationem meam: & clamor meus ad te perueniat, alleluia.

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Mattheum.



IN illo tempore. Accel ca.
ſerunt ad Jeſum 22.
phariſęi: & interrogauit eum vnus ex eis legis doctor, tentans eum. Magiſter, quod eſt mandatum magnum in lege? Ait illi Jeſus. Diliges dominū deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua. Hoc eſt maximum, & primum mandatū. Secundum autē ſimile eſt huic. Diliges proximum tuū ſicut te ipſum. In his duobus mādatis vniuerſa lex pēdet, & prophetę. Cōgregatis autē phariſęis, interrogauit eos Jeſus, dicens. Quid vobis videtur de Chriſto? Cuius filius eſt? Dicunt ei: Dauid. Ait illis: Quomodo ergo Dauid in ſpiritu vocat eum dominum, dicens? Dixit dominus domino

meo, ſede a dextris meis, donec ponam inimicos tuos ſcabellum pedum tuorū? Si ergo Dauid vocat eum dominum: quomodo filius eius eſt? Et nemo poterat reſpondere ei verbum: neque auſus fuit quiſquam ex illa die eum amplius interrogare. Credo.

Da. Offerto. Oraui dominum deum
9. meum ego Daniel, dicens: exaudi domine preces ſerui tui: illumina faciem tuam ſuper ſanctuariū tuum: ꝛ propitius intende populum iſtum, ſuper quem inuocatuꝫ eſt nomen tuum, deus. Secreta.

Maieſtatē tuā domine ſupplicitér deprecamur: vt hęc ſancta quę gerimus, ꝛ a pręteritis delictis nos exuāt, ꝛ futuris. Per dominum noſtrum Jeſum.

Ad poſcenda ſuffragia ſanctorum. Secreta.

Exaudi nos deus ſalutaris noſter: vt per huius ſacramenti virtutem, a cūctis nos mentis ꝛ corporis hoſtibus tuearis, gratiam tribuens in preſenti, ꝛ gloriam in futuro. Communio.

Ps. Uouete, ꝛ reddite domino deo
5. veſtro omnes, qui in circuitu eius affertis munera: terribili, ꝛ ei qui aufert ſpiritum principum: terribili, apud omnes reges terrę.

Poſtcom.

Sanctificationibus tuis omnipotens deus, ꝛ vitia noſtra curentur, ꝛ remedia nobis ęterna proueniant. Per dominum noſtrum.

Ad poſcenda ſuffragia ſanctorum. Poſtcom.

Gaudet ꝛ muniat nos, quęſumus dn̄e, diuini ſacramēti munus oblatum: ꝛ intercedente beata virgine dei genitrice Maria, cuꝫ beatis apoſtolis tuis Petro ꝛ Paulo, atqꝫ beato N. ꝛ omnibus ſanctis: a cunctis nos reddat ꝛ peruerſitatibus expiatos, ꝛ aduerſitatibus expeditos.

¶ Feria iiij. Quatuor temporū Septembris. Statio ad ſanctā Mariam Maiorem. Introitus.

Exultate deo adiutori noſtro, iubilate Deo Jacob: ſumite pſalmum iucundum cum cithara: canite initium menſis tuba, quia preceptum in Iſrael eſt, ꝛ iudiciuꝫ deo Jacob. Pſalmus. Teſtimonium in Joſeph poſuit illud, cum exiret de terra Aegypti: linguam quam non nouerat, audiuit. ℣. Gloria. Dicto Kyrie eleiſon. Dicitur. Oremus. Flectamus genua. ℟. Leuate. Oratio. — Ps. 80.

Miſericordię tuę remediis, quęſumus domine, fragilitas noſtra ſubſiſtat: vt quę ſua cōditione atteritur, tua clementia reparetur. Per dominum noſtrum Jeſum Chriſtum filium.

Lectio

Lectio Amos prophete.

ca. 9. HAec dicit dominus deus. Ecce dies veniunt: ⁊ comprehendet arator meſſores, ⁊ calcator uuę mittentem ſemen: ⁊ ſtillabunt mõtes dulcedinem, ⁊ omnes colles culti erunt. Et cõuerſã captiuitatẽ populi mei Iſrael: ⁊ ędificabunt ciuitates deſertas, ⁊ inhabitabunt: ⁊ plantabunt vineas, ⁊ bibent vinum earum: ⁊ facient hortos, ⁊ comedent fructus eorum. Et plantabo eos ſuper humum ſuam: ⁊ non euellam eos vltra de terra ſua, quam dedi eis: dicit dominus omnipotens.

ps. 112. Graduale. Quis ſicut dominus deus noſter qui in altis habitat: ⁊ humilia reſpicit in celo ⁊ in terra? V. Suſcitans a terra inopẽ: ⁊ de ſtercore erigens pauperẽ.

Hic dicitur. Dominus vobiſcũ. Flectamus. Oratio.

PRęſta, quęſumus domine familię tuę ſupplicanti: vt dum a cibis corporalibus ſe abſtinet, a vitijs quoque mente ieiunet. Per dominum noſtrum.

Ad poſcenda ſuffragia ſanctorum. Oratio.

A Cunctis nos, quęſumus domine, mentis ⁊ corporis defende periculis: ⁊ intercedẽte beata glorioſa ſemperq; virgine dei genitrice Maria, cum beatis apoſtolis tuis Petro ⁊ Paulo, atque beato N. ⁊ omnibus ſanctis: ſalutem nobis tribue benignus ⁊ pacem: vt deſtructis aduerſitatibus, ⁊ erroribus vniuerſis, eccleſia tua ſecura tibi ſeruiat libertate. Tertia oratio dicitur ad libitum ſacerdotis.

Lectio libri Eſdrę.

IN diebus illis: Congregatus eſt omnis populus quaſi vir vnus ad plateã quę eſt ante portam aquarum: ⁊ dixerunt Eſdrę ſcribę vt afferret librũ legis Moyſi, quã pręceperat dñs Iſraeli. Attulit ergo Eſdras ſacerdos legẽ coram multitudine virorum ac mulierum, cunctiſque qui poterãt intelligere, in die prima menſis ſeptimi. Et legit in eo aperte in platea quę erat ante portam aquarum, de mane vſq; ad mediam diem in conſpectu virorum ac mulierum, ⁊ ſapientiũ. Et aures omnis populi, erant erectę ad librum. Stetit autem Eſdras ſcriba ſuper gradum ligneum, quem fecerat ad loquendum: ⁊ ſteterunt leuitę iuxta eũ. Et aperuit Eſdras librum coram omni populo. Et benedixit Eſdras domino Deo voce magna. Et reſpondit omnis populus, Amen amen: eleuans manus ſuas. Et incuruati ſunt: et adorauerunt deum proni in terram. Porro leuitę ſilentium faciebant in populo ad audiendã legem: populus autem ſtabat in

neh. vel 2. eſd. ca. 8.

gradu ſuo. Et legerunt in libro legis dei diſtincte, ⁊ appoſite ad intelligenduȝ. Dixit autē Nehemias, ⁊ Eſdras ſacerdos ⁊ ſcriba. ⁊ leuitę interpretantes vniuerſo populo. Dies ſanctificatus eſt domino deo noſtro: nolite lugere, ⁊ nolite flere. Et dixit eis, Ite comedite pinguia, ⁊ bibite mulſum, ⁊ mittite partes eis qui non preparauerunt ſibi, quia ſanctus dies domini eſt, ⁊ nolite contriſtari. Gaudium etenim domini eſt, fortitudo noſtra.

Ps 32. Graduale. Beata gens, cuius eſt dominus, deus eorum: populus quem elegit dominus in hereditatem ſibi. ℣. Verbo domini cęli firmati ſunt: ⁊ ſpiritu oris eius omnis virtus eorum.

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Marcum.



ca. 9. In illo tempore. Reſpondens vnus de turba, dixit ad Jeſum. Magiſter, attuli filium meum ad te, habentem ſpirituȝ mutum: qui vbicunqȝ eum apprehenderit, allidit eum, ⁊ ſpumat, ⁊ ſtridet dentibus, ⁊ areſcit: ⁊ dixi diſcipulis tuis vt eijcerent illum, ⁊ non potuerunt. Qui reſpondēs eis, dixit, O generatio incredula, quandiu apud vos ero? quandiu vos patiar? afferte illum ad me. Et attulerunt eum. Et cum vidiſſet illum, ſtatim ſpiritus conturbauit eum: ⁊ eliſus in terram, volutabatur ſpumans. Et interrogauit patrem eius. Quantum temporis eſt, ex quo ei hoc accidit? At ille ait. Ab infantia: ⁊ frequenter eum in ignem ⁊ in aquam miſit, vt eum perderet. Sed ſiquid potes, adiuua nos, miſertus noſtri. Jeſus autem ait illi. Si potes credere, omnia poſſibilia ſunt credēti. Et continuo exclamans pater pueri, cū lachrymis aiebat. Credo dñe: adiuua incredulitatem meam. Et cum videret Jeſus concurrentem turbam, comminatus eſt ſpiritui immundo, dicens illi. Surde ⁊ mute ſpiritus, ego pręcipio tibi, exi ab eo: ⁊ amplius ne introeas in eum. Et exclamans, ⁊ multum diſcerpens eum, exijt ab eo: ⁊ factus eſt ſicut mortuus, ita vt multi dicerent, quia mortuus eſt. Jeſus autem tenens manum eius, eleuauit eū: ⁊ ſurrexit. Et cum introiſſet in domum, diſcipuli eius ſecreto interrogabant eum. Quare nos nō potuimus eijcere illum? Et dixit illis. Hoc genus in nullo poteſt exire, niſi in oratione ⁊ ieiunio.

Offerto. Meditabor in mandatis tuis quę dilexi valde: ⁊ leuabo manus meas ad mandata tua quę dilexi.

Secreta.

Haec hoſtia, queſumus domine, emundet noſtra delicta: ⁊ ad ſacrificium celebranduꝫ, ſubditoꝛuꝫ tibi coꝛpoꝛa, menteſqꝫ ſanctificet. Per dominum.

Ad poſcenda ſuffragia ſanctorum. Secreta.

Exaudi nos deus ſalutaris noſter: vt per huius ſacramenti virtuteꝫ, a cūctis nos mentis ⁊ coꝛpoꝛis hoſtibus tuearis, gratiaꝫ tribuens in preſenti ⁊ gloriam in futuro. Communio.

Nehe. Comedite pinguia, ⁊ bibite mul
be. ſum: ⁊ mittite partes eis qui non
vel, preparauerunt ſibi: ſanctus enim
Eſd. dies domini eſt, nolite cōtriſtari:
2.c. gaudium etenim domini, eſt foꝛ
8. titudo noſtra. Poſtcom.

Sumentes domine dona celeſtia, ſuppliciter depꝛecamur: vt que ſedula ſeruitute donante te gerimus, dignis ſenſibus tuo munere capiamus. Per do.

Ad poſcenda ſuffragia ſanctoꝛū. Poſtcom.

Mundet ⁊ muniat nos, queſumus domine, diuini ſacramenti munus oblatum: ⁊ intercedente beata virgine dei genitrice Maria, cum beatis apoſtolis tuis Petro ⁊ Paulo, atque beato N ⁊ omnibus ſanctis: a cunctis nos reddat ⁊ peruerſitatibus expiatos, ⁊ aduerſitatibus expeditos.

Feria vi. Quat. tempoꝛum Septembris. Statio ad ſanctos duodecim apoſtolos. Introitus.

Letetur coꝛ querentium dominuꝫ: Pſ. 104.
querite dominuꝫ, ⁊ confirmamini: querite facieꝫ eius ſemper. Pſalmus.

Confitemini domino, ⁊ inuocate nomen eius: annunciate inter gētes opa eius. ℣ Gloria. Ora.

Preſta queſumus omnipotens deus: vt, obſeruationes ſacras annua deuotione recolentes, ⁊ coꝛpoꝛe tibi placeamus, ⁊ mente. Per dominum.

A cunctis nos. vt ſupra. Tertia oratio dicitur ad libitum.

Lectio Oſee prophete.

Haec dicit dominus deus. ca.
Conuertere Iſrael ad do 14.
minum deuꝫ tuuꝫ: quoniam coꝛruiſti in iniquitate tua. Tollite vobiſcum verba: ⁊ conuertimini ad dominuꝫ, ⁊ dicite ei. Omnem aufer iniquitatem, ⁊ accipe bonum: ⁊ reddemus vitulos labioꝛum noſtroꝛum. Aſſur non ſaluabit nos, ſuper equos non aſcendemus: nec dicemus vltra, dij noſtri operi manuum noſtrarum: quia eius qui in te eſt, miſereberis pupilli. Sanabo cōtritiones eoꝛuꝫ, diligam eos ſpontanee: quia auerſus eſt furoꝛ meus ab eis.

Ero quaſi ros Iſrael, germinabit quaſi lilium: ⁊ erumpet radix eius vt Libani. Ibunt rami eius, ⁊ erit quaſi oliua gloria eius: ⁊ odor eius vt Libani. Conuertentur ſedentes in vmbra eius: viuent tritico, ⁊ germinabunt quaſi vinea: memoriale eius ſicut vinum Libani. Ephraim, quid mihi vltra idola? Ego exaudiam, ⁊ dirigam eum ego vt abietem virentem: ex me fructus tuus inuentus eſt. Quis ſapiens: ⁊ intelliget iſta? intelligens, ⁊ ſciet hęc? quia rectę vię domini, ⁊ iuſti ambulabunt in eis: pręuaricatores vero corruent in eis. Graduale.

ps. Conuertere dñe aliquantulum,
89. ⁊ deprecare ſuper ſeruos tuos.
℣. Dñe refugiũ factus es nobis, a generatione in generatione.

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Lucam.



c.7. In illo tempore. Rogabat Ieſum quidaꝫ phariſeus, vt manducaret cum illo. Et ingreſſus domuꝫ phariſei, diſcubuit. Et ecce mulier, quę erat in ciuitate peccatrix: vt cognouit, quod Ieſus accubuit in domo phariſei, attulit alabaſtrum vnguenti: ⁊ ſtans retro ſecus pedes eius, lachrymis cępit rigare pedes eius: ⁊ capillis capitis ſui tergebat: ⁊ oſculabatur pedes eius: ⁊ vnguento vngebat. Videns autem phariſeus qui vocauerat eũ, ait intra ſe, dicens. Hic ſi eſſet propheta, ſciret vtiqꝫ quę ⁊ qualis eſſet mulier quę tangit eum, quia peccatrix eſt. Et reſpondẽs Ieſus, dixit ad illum. Simon, habeo tibi aliquid dicere. At ille ait, Magiſter, dic. Duo debitores erãt cuidam feneratori: vnus debebat denarios quingentos, ⁊ alius quinquaginta. Non habentibus illis vnde redderent, donauit vtriſque. Quis ergo eum plus diligit? Reſpondens Simon, dixit. Aeſtimo, quia is cui plus donauit. At ille dixit ei. Recte iudicaſti. Et conuerſus ad mulierem, dixit Simoni. Vides hanc mulierem? Intraui in domum tuam, aquam pedibus meis non dediſti: hęc autem lachrymis rigauit pedes meos, ⁊ capillis ſuis terſit. Oſculuꝫ mihi non dediſti: hęc autem ex quo intraui, non ceſſauit oſculari pedes meos. Oleo caput meum non vnxiſti: hęc autem vnguento vnxit pedes meos. Propter quod dico tibi. Remittuntur ei peccata multa, quoniaꝫ dilexit multuꝫ. Cui autem minus dimittitur, minus diligit. Dixit autem ad illam. Remittuntur tibi peccata tua. Et cęperunt qui ſimul accumbebant, dicere intra ſe. Quis eſt hic, qui etiaꝫ peccata dimittit?

omittit? Dixit autem ad mulie-
rem. Fides tua te ſaluam fecit:
vade in pace. Offertorium.
ps. 102. Benedic anima mea domino: & noli obliuiſci omnes retributio-
nes eius: & renouabitur ſicut aquile iuuentus tua. Secreta.

Accepta tibi ſint, domine, queſumus, noſtri dona ieiu-
nij: que & expiãdo nos tua gratia dignos efficiant, & ad ſempiterna promiſſa perducant. Per dñm. Exaudi nos deus. vt ſupra.

ps. 118. Cõmunio. Aufer a me oppro-
brium & contemptum: quia man-
data tua exquiſiui domine: nã te-
ſtimonia tua, meditatio mea eſt.

Poſtcom.

Queſumus omnipotens de-
us: vt de perceptis mune-
ribus gratias exhibentes, benefi-
cia potiora ſumamus. Per domi-
num noſtrum Ieſum Chriſtum. Mundet & muniat. vt ſupra.

Sabbato Quatuor tempo-
rum Septembris. Statio ad ſanctum Petrum.

Introitus.

ps. 94. Venite adoremus de-
um, & procidamus ante dominum, plo-
remus ante eum, qui fecit nos: quia ipſe eſt dominus deus noſter. pſalmus. Venite exultemus domino, iubi-
lemus deo ſalutari noſtro. ℣. Gloria pa. dicto, kyrie eleiſon. dicitur. Oremus. Flectamus genua. ℟. Leuate. Oratio.

Omnipotẽs ſempiterne de-
us: qui per continentiam ſa-
lutarem & corporibus mederis & mentibus: maieſtatem tuam ſup-
plices exoramus: vt pia ieiunan-
tium deprecatione placatus, & pre-
ſentia nobis ſubſidia tribuas, & futura. Per dominum noſtrum.

Lectio libri Leuitici.

In diebus illis. Locutus eſt dominus ad Moyſen, di- ca. 23.
cens. Decimo die menſis huius ſeptimi, dies expiationum erit ce-
leberrimus, & vocabitur ſanctus: affligetiſq; animas veſtras in eo, & offeretis holocauſtum domino. Omne opus ſeruile non facietis in tempore diei huius: quia dies propitiationis eſt, vt propitietur vobis dominus deus veſter. Om-
nis anima que afflicta non fuerit die hac, peribit de populis ſuis: & que operis quippiam fecerit, de-
lebo eam de populo ſuo. Nihil ergo operis facietis in eo: legiti-
mum ſempiternum erit vobis in cunctis generationibus & habi-
tationibus veſtris: ſabbatum re-
quietionis eſt: affligetiſque ani-
mas veſtras die nono menſis: a veſpera vſque ad veſperum cele-
brabitis ſabbata veſtra. Dicit do-
minus omnipotens. Graduale.
Propitius eſto domine peccatis ps. 70.
noſtris: ne quando dicant gentes,

Ubi eſt deus eorum? ℣. Adiuua nos deus ſalutaris noſter: ⁊ propter honorem nominis tui domine libera nos. Oremus. Flectamus genua. ℟. Leuate. Oratio.

Da nobis, queſumus omnipotens deus: vt ieiunando tua gratia ſatiemur, ⁊ abſtinendo cunctis efficiamur hoſtibus fortiores. Per dominum noſtrum.

Lectio libri Leuitici.

ca. 23. In diebus illis. Locutus eſt dominus ad Moyſen, dicens. A quintodecimo die menſis ſeptimi, quando congregaueritis omnes fructus terrę veſtrę, celebrabitis ferias domini ſepteꝫ diebus. Die primo, ⁊ die octauo erit ſabbatum, ideſt, requies. Sumetiſque vobis die primo fructus arboris pulcherrimę, ſpatulaſqꝫ palmarum, ⁊ ramos ligni denſarum frondiuꝫ, ⁊ ſalices de torrente, ⁊ lętabimini coram domino deo veſtro: celebrabitiſqꝫ ſollemnitatem eius ſeptem diebus per annum. Legitimum ſempiternum erit in generationibus veſtris. Menſe ſeptimo feſta celebrabitis, ⁊ habitabitis in vmbraculis ſeptem diebus. Omnis qui de genere Iſrael eſt, manebit in tabernaculis: vt diſcant poſteri veſtri, quod in tabernaculis habitare fecerim filios Iſrael, cuꝫ educereꝫ eos de terra Aegypti. Ego dominus deus veſter. Gradua.

Protector noſter aſpice deus: ⁊ reſpice ſuper ſeruos tuos. ℣. Domine deus virtutuꝫ exaudi preces ſeruorum tuorum. Oremus. Flectamus genua. ℟. Leuate. ps. 83

Oratio.

Tuere, queſumus domine, familiam tuam: vt ſalutis ęternę remedia, quę te inſpirante requirimus, te largiente conſequamur. Per dominum.

Lectio Michee prophete. c. 7.

Domine deus noſter, paſce populuꝫ tuuꝫ in virga tua, gregem hęreditatis tuę, habitantes ſolos in ſaltu, iuxta dies antiquos. Uidebunt gentes, ⁊ confundentur ſuper omni fortitudine ſua. Quis deus ſimilis tui, qui aufers iniquitateꝫ, ⁊ transfers peccatum reliquiarum hęreditatis tuę? Non immittet vltra furorem ſuum, quoniam volens miſericordiam eſt. Reuertetur, ⁊ miſerebitur noſtri. Deponet iniquitates noſtras: ⁊ proiiciet in profundum maris omnia peccata noſtra. Dabis veritatem Iacob, miſericordiam Abraham, quę iuraſti patribus noſtris a diebus antiquis: dn̄e deus noſter. Gradua.

Conuertere domine aliquantulū: ⁊ deprecare ſuper ſeruos tuos. ps. 89.
℣. Domine refugium factus es nobis, a generatione in generatione. Oremus. Flectamus genua. ℟. Leuate.

Ora.

Oratio.

Preſta, queſumus domine, ſic nos ab epulis carnalib⁹ abſtinere: vt a vitijs irruentibus pariter ieiunemus. Per dñm.

Lectio Zacharie prophete.

C.8. In diebus illis. Factum eſt verbum domini ad me, dicens. Hec dicit dñs deus exercituuz. Sicut cogitaui vt affligerē vos, cuz ad iracundiaz me prouocaſſent patres veſtri, ⁊ non ſuz miſertus: ſic conuerſus cogitaui in diebus iſtis, vt benefaciaz domui Juda ⁊ Hieruſalez: nolite timere. Hec ſunt ergo verba quę facietis. Loquimini veritatez vnuſquiſque cuz proximo ſuo. Veritatem, ⁊ iudicium pacis iudicate in portis veſtris. Et vnuſquiſqz malum contra amicuz ſuuz ne cogitetis in cordibus veſtris: ⁊ iuramentum mendax ne diligatis. Omnia enim hęc, ſunt quę odi, dicit dñs. Et factuz eſt verbuz domini exercituum ad me, dicens. Hec dicit dominus exercituum. Jeiunium quarti, ⁊ ieiunium quinti, ⁊ ieiunium ſeptimi, ⁊ ieiunium decimi, erit domui Judę in gaudium ⁊ lętitiam, ⁊ in ſollemnitates pręclaras. Veritatem tantuz ⁊ pacez diligite: dicit dominus exercituum.

Ps. 140 Gradua. Dirigatur oratio mea, ſicut incenſum, in conſpectu tuo domine. ℣. Eleuatio manuum mearum ſacrificium veſpertinuz.

Oremus. Flectamus genua. ℟. Leuate. Oratio.

Ut nobis, dñe, tribuis ſollemne tibi deferre ieiuniū: ſic nobis, queſumus, indulgentię pręſta ſubſidium. Per dominuz.

Lectio Danielis prophetę.

In diebus illis. Angelus domini deſcendit cum Azaria ⁊ ſocijs eius in fornacem. Et excuſſit flammam ignis de fornace: ⁊ fecit medium fornacis quaſi ventum roris flantem. Flamma autem diffuſa eſt ſuper fornacem cubitis quadraginta nouem: ⁊ incendit quos reperit iuxta fornacem de Chaldęis miniſtros regis, qui eam incendebant. Jllos autem omnino non tetigit ignis, neque contriſtauit, nec quicquaz moleſtię intulit. Tunc hi tres, quaſi ex vno ore, laudabant ⁊ glorificabant, ⁊ benedicebant deum in fornace, dicentes. C. 3.

Hymnus.

Benedictus es domine deus patrum noſtrorum. Et laudabilis, ⁊ glorioſus in ſecula. Et benedictū nomen glorię tuę, quod eſt ſanctuz. Et laudabile ⁊ glorioſuz in ſecula. Benedictus es in templo ſancto glorię tuę. Et laudabilis ⁊ glorioſus in ſecula. Benedictus es ſuper thronum ſanctuz regni tui. Et laudabilis ⁊ glorioſus in ſecula. Benedictus es ſuper ſceptruz diuinitatis tuę.

Et

Et laudabilis, ⁊ glorioſus in ſcl'a.
B enedictus es, qui ſedes ſuper cherubim, intuens abyſſos. Et laudabilis, ⁊ glorioſus in ſecula.
B enedictus es, qui ambulas ſuper pennas ventorū, ⁊ ſuper vndas maris. Et laudabilis, ⁊ glorioſus in ſecula. B enedicant te omnes angeli, ⁊ ſancti tui. Et laudent te, ⁊ glorificent in ſecula.
B enedicant te celi, terra, mare, ⁊ omnia, quę in eis ſunt. Et laudent te, ⁊ glorificent in ſecula.
G loria patri, ⁊ filio ⁊ ſpiritui ſancto. Et laudabilis, ⁊ glorioſus in ſecula. S icut erat in principio ⁊ nunc ⁊ ſemper, ⁊ in ſecula ſeculorum, Amen. Et laudabilis, ⁊ glorioſus in ſecula. B enedictus es domine deus patrū noſtrorum. Et laudabilis ⁊ glorioſus in ſecula. Hic dicitur. ℣ Dominus vobiſcū. ſine Flectamus genua. Oratio.

D Eus, qui tribus pueris mitigaſti flammas ignium, cōcede propitius: vt nos famulos tuos non exurat flamma vitiorū. Per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuum.

Ad poſcenda ſuffragia ſanctorum. Oratio.

A Cunctis nos, quęſumus domine, mentis ⁊ corporis defende periculis: ⁊ intercedente beata glorioſa ſemperq; virgine dei genitrice Maria, cum beatis apoſtolis tuis Petro ⁊ Paulo, atq; beato N. ⁊ omnibus ſanctis: ſalutem nobis tribue benignus ⁊ pacem: vt deſtructis aduerſitatibus ⁊ erroribus vniuerſis, eccleſia tua ſecura tibi ſeruiat libertate.

Tertia oratio dicitur ad libitum.

Lectio epiſtolę beati Pauli apoſtoli ad Hebręos.

F Ratres. Tabernaculū factū eſt primū, in quo erāt candelabra, ⁊ menſa, ⁊ propoſitio panum: quę dicitur Sancta. Poſt velamentum autem ſecundum: tabernaculum, quod dicitur Sancta ſanctorum, aureum habens thuribulum: ⁊ arcam teſtamenti circumtectā ex omni parte auro, in qua, vrna aurea habēs manna, ⁊ virga Aaron quę fronduerat, ⁊ tabulę teſtamenti: ſuperq; eas erant cherubim glorię obumbrantia propitiatoriū: de quibus non eſt modo dicendum per ſingula. His vero ita compoſitis, in priori quidem tabernaculo ſemper introibant ſacerdotes, ſacrificiorum officia conſummantes: in ſecundo vero, ſemel in anno ſolus pontifex: non ſine ſanguine, quē offerret pro ſua ⁊ populi ignorantia: hoc ſignificante ſpiritu ſancto, nondum propalatam eſſe ſanctorum viam, adhuc priore tabernaculo habente ſtatum: quę parabola eſt temporis inſtantis: c. 9.

inſtantis: iuxta quam munera ꝛ hoſtię offeruntur, quę non poſſunt iuxta conſcientiam perfectũ facere ſeruientem, ſolummodo in cibis ꝛ in potibus, ꝛ in varijs baptiſmatibus, ꝛ iuſtitijs carnis vſque ad tempus correctionis impoſitis. Chriſtus autem aſſiſtens pontifex futurorum bonorum, peramplius ꝛ perfectius tabernaculum non manufactum, ideſt, non huius creationis: neq; per ſanguinem hircorum aut vitulorum, ſed per proprium ſanguinem introiuit ſemel in Sancta, ęterna redemptione inuenta.

Ps. 116. Tractus. Laudate dominum omnes gentes: ꝛ collaudate eum omnes populi. ℣. Quoniã confirmata eſt ſuper nos miſericordia eius: ꝛ veritas domini manet in ęternum.

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Lucam.



ca. 13. In illo tempore. Dicebat Jeſus turbis ſimilitudinem hanc. Arborẽ fici habebat quidã plantatam in vinea ſua: ꝛ venit quęrens fructũ in illa, ꝛ nõ inuenit. Dixit autem ad cultorẽ vineę. Ecce, anni tres ſunt, ex quo venio quęrens fructũ in ficulnea hac: ꝛ nõ inuenio. Succide ergo illam: vt quid etiam terram occupat? At ille reſpondens, dicit illi. Domine, dimitte illam ꝛ hoc anno, vſq; dum fodiam circa illam, ꝛ mittam ſtercora. Et ſi quidem fecerit fructum: ſin autem in futurum ſuccides eam. Erat autem docens in ſynagoga eorum ſabbatis. Et ecce mulier, quę habebat ſpiritum infirmitatis annis decem ꝛ octo: ꝛ erat inclinata, nec omnino poterat ſurſũ reſpicere. Quam cum videret Jeſus, vocauit eam ad ſe, ꝛ ait illi. Mulier, dimiſſa es ab infirmitate tua. Et impoſuit illi manus, ꝛ confeſtim erecta eſt, ꝛ glorificabat deum. Reſpondens autẽ archiſynagogus, indignans quia ſabbato curaſſet Jeſus, dicebat turbę. Sex dies ſunt, in quibus oportet operari. In his ergo venite, ꝛ curamini: ꝛ non in die ſabbati. Reſpondens autem ad illum dominus, dixit. Hypocritę, vnuſquiſque veſtrum ſabbato non ſoluit bouem ſuum aut aſinum a pręſepio, ꝛ ducit adaquare? Hanc autem filiam Abrahę quam alligauit ſatanas, ecce, decem ꝛ octo annis, non oportuit ſolui a vinculo iſto die ſabbati? Et cum hęc diceret, erubeſcebant omnes aduerſarij eius: ꝛ omnis populus gaudebat in vniuerſis quę glorioſe fiebant ab eo.

Offerto. Domine, Ps. 97.
deus ſalutis meę, in die clamaui, ꝛ
nocte coram te: intret oratio mea

in conſpectu tuo dn̄e. Secreta.

C Oncede, quęſumus omnipotens deus: vt oculis tuę maieſtatis munus oblatum, ⁊ gratiam nobis deuotionis obtineat, ⁊ effectum beatę perennitatis acquirat. Per dominum noſtrum.

Ad poſcenda ſuffragia ſanctorum. Secreta.

E Xaudi nos deus ſalutaris noſter: vt per huius ſacramenti virtutem, a cūctis nos mentis ⁊ corporis hoſtibus tuearis, gratiam tribuens in pręſenti, ⁊ gloriam in futuro. Communio.

le. 23. M enſe ſeptimo feſta celebrabitis, cum in tabernaculis habitare fecerim filios Iſrael, cum educerem eos de terra Aegypti, ego dn̄s deus veſter. Poſtcom.

P Erficiāt in nobis, domine, quęſumus, tua ſacramenta quod continent: vt, quę nunc ſpe gerimus, rerum veritate capiamus. Per dn̄m. Ad poſcenda ſuffragia ſanctorum. Poſtcom.

M Undet ⁊ muniat nos, quęſumus dn̄e, diuini ſacramēti munus oblatū: ⁊ intercedente beata virgine dei genitrice Maria, cum beatis apoſtolis tuis Petro ⁊ Paulo, atque beato N. ⁊ omnibus ſanctis: a cunctis nos reddat ⁊ peruerſitatibus expiatos, ⁊ aduerſitatibus expeditos.

Tertia ad libitum ſacerdotis.

Dominica xviij. poſt Pentecoſt. Introitus.

D A pacem dn̄e ſuſtinentibus te, vt (Eccl. 29.) prophetę tui fideles inueniātur, exaudi preces ſerui tui, ⁊ plebis tuę Iſrael. Pſalmus. Lętatus ſum in (Ps. 121.) his quę dicta ſunt mihi: in domū domini ibimus. ℣. Gloria patri, ⁊ filio, ⁊ ſpiritui ſancto. Oratio.

D Irigat corda noſtra, quęſumus dn̄e, tuę miſerationis operatio: quia tibi ſine te placere non poſſumus. Per dominum noſtrum.

A cunctis nos quęſumus. vt ſupra in Sabbato.

Lectio epiſtolę beati Pauli apoſtoli ad Corinthios.

F Ratres. Gratias ago deo (1. C. 1.) meo ſemper pro vobis, in gratia dei, quę data eſt vobis in Chriſto Ieſu. Quia in omnibus diuites facti eſtis in illo, in omni verbo, ⁊ in omni ſcientia, ſicut teſtimonium Chriſti confirmatum eſt in vobis: ita vt nihil vobis deſit in vlla gratia, expectantibus reuelationem dn̄i noſtri Ieſu Chriſti, qui ⁊ confirmabit vos vſq; in finem ſine crimine, in die aduentus domini noſtri Ieſu Chriſti. Graduale. Lętatus ſum in his quę (Ps. 121.) dicta ſunt mihi: in domuz dn̄i ibimus. ℣. Fiat pax in virtute tua.

⁊ abun-

⁊ abundantia in turribus tuis.

Ps. 101 Alleluia, alleluia. ℣. Timebūt gentes nomen tuū dñe: ⁊ omnes reges terrę gloriā tuā, alleluia.

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Mattheum.

Ca. 9.



In illo tempore. Aſcendens Jeſus in nauiculam, trāſfretauit, ⁊ venit in ciuitatē ſuam. Et ecce offerebant ei paralyticū iacentem in lecto. Uidens autem Jeſus fidem illorū dixit paralytico. Cōfide fili. Remittuntur tibi peccata tua. Et ecce, quidā de ſcribis dixerunt intra ſe. Hic blaſphemat. Et cum vidiſſet Jeſus cogitationes eorū, dixit. Ut quid cogitatis mala in cordibus veſtris? Quid eſt facilius, dicere, Dimittuntur tibi peccata tua: an dicere, Surge ⁊ ambula? Ut autem ſciatis quia filius hominis habet poteſtatem in terra dimittendi peccata: tunc ait paralytico. Surge, tolle lectū tuū ⁊ vade in domum tuam. Et ſurrexit, ⁊ abijt in domum ſuam. Uidentes autem turbę timuerunt: ⁊ glorificauerunt deū, qui dedit poteſtatē talē hominibus. Credo.

Offerto. Sanctificauit Moyſes altare dño, offerēs ſuper illud holocauſta, ⁊ immolās victimas: fecit ſacrificium veſpertinum in odorem ſuauitatis dño deo in cōſpectu filiorū Jſrael. Secreta.

Deus, qui nos per huius ſacrificij veneranda cōmercia, vnius ſummęque diuinitatis participes efficis: pręſta, quęſumus: vt ſicut tuam cognoſcimus veritatem, ſic eam dignis moribus aſſequamur. Per dominū.

Exaudi nos deus ſalutaris. vt ſupra. Communio.

Tollite hoſtias, ⁊ introite i atria eius: adorate dominum in aula ſancta eius. Ps. 95. Poſtcom.

Gratias tibi referimus domine ſacro munere vegetati, tuam miſericordiam deprecantes: vt dignos nos eius participatione perficias. Per dominum.

Mundet ⁊ muniat nos, quęſumus. vt ſupra.

¶ Dominica xix. poſt Pentecoſt. Introitus.

Salus populi ego ſum, dicit dñs: de quacūq; tribulatione clamauerit ad me, exaudiam eos: ⁊ ero illorū dñs in perpetuū. Ps. 77.

Pſalm. Attendite popule meus legem meā: inclinate aurem veſtram in verba oris mei. ℣. Gloria patri. Oratio.

Omnipotens ⁊ miſericors deus, vniuerſa nobis aduerſantia propitiatus exclude: vt mē

se ⁊ corpore pariter expediti, que
tua ſunt, liberis mentibus exequa
mur. Per dominū. Ad poſtulan/
da ſuffragia ſanctorum. Oratio.

A Cunctis nos, queſumus
dñe, mentis ⁊ corporis de
fende periculis: ⁊ intercedente
beata glorioſa ſemperq; virgine
dei genitrice Maria, cum beatis
apoſtolis tuis Petro ⁊ Paulo,
atque beato N. ⁊ omnibus ſan/
ctis: ſalutem nobis tribue beni/
gnus ⁊ pacem: vt deſtructis ad/
uerſitatibus, ⁊ erroribus vniuer/
ſis, eccleſia tua ſecura tibi ſeruiat
libertate. Tertia oratio
dicitur ad libitum ſacerdotis.

Lectio epiſtole beati Pauli
apoſtoli ad Epheſios.

ca. 4. F Ratres. Renouamini ſpi
ritu mentis veſtre: ⁊ indui/
te nouum hominem, qui ſecun/
dum deum creatus eſt in iuſtitia,
⁊ ſanctitate veritatis. Propter
quod deponentes mendacium,
loquimini veritatem vnuſquiſq;
cum proximo ſuo: quoniā ſumus
inuicem mēbra. Iraſcimini, ⁊ no/
lite peccare. Sol non occidat ſu
per iracundiam veſtram. Nolite
locum dare diabolo. Qui furaba
tur, iam nō furetur: magis autem
laboret, operando manibus ſuis
quod bonum eſt, vt habeat vnde
tribuat neceſſitatem patienti.

ps. 140. Gradu. Dirigatur oratio mea,
ſicut incenſum, in conſpectu tuo
do/
mine. V. Eleuatio manuū mea/
rum, ſacrificium veſpertinum.
Alleluia, alleluia. V. Cōfitemini dño, ⁊ ps. 104
inuocate nomen eius: annunciate
inter gentes opera eius, alleluia.

Sequentia ſancti euangelij
ſecundum Mattheum.



I N illo tem/ ca. 22.
pore. Loque
batur Jeſus princi
pibus ſacerdotum
⁊ phariſeis in para
bolis, dicens. Si/
mile factum eſt re/
gnum celorū homini regi, qui fe
cit nuptias filio ſuo. Et miſit ſer/
uos ſuos vocare inuitatos ad nu
ptias: ⁊ nolebant venire. Iterū
miſit alios ſeruos, dicens. Dicite
inuitatis: ecce prandium meū pa/
raui, tauri mei ⁊ altilia occiſa ſunt
⁊ oia parata: venite ad nuptias.
Illi autē neglexerunt: ⁊ abierūt,
alius in villam ſuā, alius vero ad
negotiationem ſuam: reliqui ve/
ro tenuerunt ſeruos eius, ⁊ cōtu/
melijs affectos, occiderunt. Rex
autem cum audiſſet, iratus eſt: ⁊
miſſis exercitibus ſuis, perdidit
homicidas illos, ⁊ ciuitatē illoꝝ
ſuccendit. Tunc ait ſeruis ſuis.
Nuptie quidem parate ſunt: ſed
qui inuitati erant, non fuerunt di/
gni. Ite ergo ad exitus viarum:
⁊ quoſcunq; inueneritis, vocate
ad nuptias. Et egreſſi ſerui eius
in vias, congregauerunt omnes
quos

quos inuenerunt, malos ⁊ bonos:
⁊ impletę ſunt nuptię diſcumben
tiu3. Intrauit autem rex vt vide
ret diſcumbentes: ⁊ vidit ibi ho
minem non ueſtitu3 veſte nuptia
li. Et ait illi. Amice, quomodo
huc intraſti non habens veſtē nu
ptiale3? At ille obmutuit. Tunc
dixit rex miniſtris. Ligatis mani
bus ⁊ pedibus eius, mittite eum
in tenebras exteriores. Ibi erit
fletus ⁊ ſtridor dentium. Multi
enim ſunt vocati, pauci vero ele
cti. Credo. Offertorium.
Ps. Si ambulauero in medio tribu
137 lationis, viuificabis me domine:
⁊ ſuper iram inimicorum meoru3
extendes manum tuam, ⁊ ſaluum
me fecit dextera tua. Secreta.
Haec munera, q̄s domine,
quę oculis tuę maieſtatis
offerimus, ſalutaria nobis eſſe cō
cede. Per dominum noſtrum.
Ad poſcenda ſuffragia ſancto
rum. Secreta.
Exaudi nos deus ſalutaris
noſter: vt per huius ſacra
menti virtutem, a cūctis nos men
tis ⁊ corporis hoſtibus tuearis,
gratia3 tribuens in pręſenti ⁊ glo
riam in futuro. Communio.
Ps. Tu mandaſti mādata tua cuſto
118. diri nimis: vtinam dirigantur vię
meę, ad cuſtodiendas iuſtificatio
nes tuas. Poſtcom.
Tua nos domine medicina
lis operatio, ⁊ a noſtris per
uerſitatibus clementer expediat
⁊ tuis ſemper faciat inhęrere mā
datis. Per dominum noſtrum.
Ad poſcenda ſuffragia ſanctorū.
Poſtcom.
Mundet ⁊ muniat nos, quę
ſumus domine, diuini ſa
cramenti munus oblatum: ⁊ in
tercedente beata virgine dei ge
nitrice Maria, cum beatis apo
ſtolis tuis Petro ⁊ Paulo, at
que beato N. ⁊ omnibus ſan
ctis: a cunctis nos reddat ⁊ per
uerſitatibus expiatos, ⁊ aduer
ſitatibus expeditos.

¶ Dominica xx. poſt Pentec.
Introitus.

Omnia quę feciſti no Da.
bis domine, in vero 3
iudicio feciſti: quia
peccauimus tibi, ⁊
mandatis tuis nō o
bediuimus: ſed da gloriam nomi
ni tuo, ⁊ fac nobiſcum ſecundum
multitudinem miſericordię tuę.
Pſalmus. Beati immaculati in Ps.
via, qui ambulant in lege domini. 118.
℣. Gloria patri. Oratio.
Largire, quęſumus domi
ne, fidelibus tuis indulgen
tiam placatus ⁊ pacem: vt pari
ter ab omnibus mundentur offen
ſis, ⁊ ſecura tibi mente deſeruiāt.
Per dominum noſtrum Jeſum.
A cunctis nos quęſumus. vt in
ſuperiori Dominica. Tertia
Oratio dicitur ad libitum.

Lectio

Lectio epiſtole beati Pauli apoſtoli ad Epheſios.

c. 5. FRatres. Uidete itaq̃ quomodo caute ambuletis: nõ quaſi inſipientes, ſed vt ſapientes: redimentes tempus, quoniã dies mali ſunt. Propterea nolite fieri imprudentes: ſed intelligentes, que ſit voluntas dei. Et nolite inebriari vino in quo eſt luxuria, ſed implemini ſpiritu ſancto, loquentes vobiſmetipſis in pſalmis, ⁊ hymnis, ⁊ canticis ſpiritualibus, cantantes ⁊ pſallentes in cordibus veſtris domino: gratias agentes ſemper pro omnibus, in nomine domini noſtri Jeſu Chriſti, Deo ⁊ Patri. Subiecti inuicẽ: in timore Chriſti.

ps. 14. Graduale. Oculi omnium in te ſperant dñe: ⁊ tu das illis eſcã in tempore opportuno. ℣. Aperis tu manum tuam, ⁊ imples omne animal benedictione. Alleluia, allel.

ps. 107 ℣. Paratum cor meũ deus: paratũ cor meũ cantabo, ⁊ pſallã tibi, gloria mea, alleluia.

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Joannem.



ca. 4. IN illo tempore. Erat quidam regulus, cuius filius infirmabatur Capharnaum. Hic cum audiſſet quia Jeſus veniret a Judea in Galileam, abijt ad eum, ⁊ rogabat eũ, vt deſcẽderet ⁊ ſanaret filiũ ei⁹. Incipiebat enim mori. Dixit ergo Jeſus ad eum. Niſi ſigna ⁊ prodigia videritis, nõ creditis. Dicit ad eũ regulus. Dñe, deſcende priuſquam moriatur filius meus. Dicit ei Jeſus. Uade, filius tuus viuit. Credidit homo ſermoni quem dixit ei Jeſus, ⁊ ibat. Jam autem eo deſcendente, ſerui occurrerunt ei: ⁊ nunciauerunt dicentes, quia filius eius viueret. Interrogabat ergo horam ab eis, in qua melius habuerit. Et dixerunt ei, quia heri hora ſeptima reliquit eum febris. Cognouit ergo pater, quia illa hora erat in qua dixit ei Jeſus: filius tuus viuit. Et credidit ipſe, ⁊ domus eius tota. Credo.

Offertorium. Super flumina Babylonis illic ſedimus, ⁊ fleuimus, dum recordaremur tui Sion. ps. 136.

Secreta.

Celeſtem nobis prebeãt hec myſteria, queſumus domine, medicinam: ⁊ vitia noſtri cordis expurgẽt. Per dominũ. Exaudi nos deus. vt in ſuperiori Dominica.

Communio. Memento verbi tui ſeruo tuo domine, in quo mihi ſpem dediſti: hec me conſolata eſt in humilitate mea. ps. 118.

Poſtcõ.

Ut ſacris dñe reddamur digni muneribus: fac nos, queſumus, tuis ſemper obedire man-

mundatis. Per dominū noſtrū Jeſum Chriſtum filium tuum. Q undet ⁊ muniat nos. vt in ſuperiori dominica.

¶ Dominica xxi. poſt Pentec. Introitus.

Heſ. 13. IN voluntate tua domine vniuerſa ſunt poſita: ⁊ non eſt, qui poſſit reſiſtere volūtati tuę: tu enim feciſti omnia, cęlum, ⁊ terrā, ⁊ vniuerſa, quę cęli ambitu continentur: dn̄s vniuerſorum tu es. Pſalmus. Beati
Ps. 118. immaculati in via, qui ambulant in lege dn̄i. ℣. Gloria. Oratio.

FAmiliā tuam, quęſumus dn̄e, cōtinua pietate cuſtodi: vt a cunctis aduerſitatibus, te protegente, ſit libera: ⁊ in bonis actibus tuo nomini ſit deuota. Per dominum. Ad poſcenda ſuffragia ſanctorum. Oratio.

A Cunctis nos, quęſumus domine, mentis ⁊ corporis defende periculis: ⁊ intercedēte beata glorioſa ſemperq; virgine dei genitrice Maria, cum beatis apoſtolis tuis Petro ⁊ Paulo, atque beato N. ⁊ omnibus ſanctis: ſalutem nobis tribue benignus ⁊ pacem: vt deſtructis aduerſitatibus, ⁊ erroribus vniuerſis, eccleſia tua ſecura tibi ſeruiat libertate. Tertia oratio dicitur ad libitum.

Lectio epiſtole beati Pauli apoſtoli ad Epheſios.

FRatres: Confortamini in domino, ⁊ in potentia virtutis eius. Induite vos armaturā dei: vt poſſitis ſtare aduerſus inſidias diaboli. Quoniaȝ non eſt nobis colluctatio aduerſus carnem ⁊ ſanguinem: ſed aduerſus principes ⁊ poteſtates, aduerſus mundi rectores tenebrarum harum, cōtra ſpiritualia nequitię, in cęleſtibus. Propterea accipite armaturam dei: vt poſſitis reſiſtere in die malo, ⁊ in omnibus perfecti ſtare. State ergo ſuccincti lumbos veſtros in veritate, ⁊ induti loricam iuſtitię, ⁊ calciati pedes in pręparationē euāgelij pacis. In omnibus ſumentes ſcutum fidei, in quo poſſitis omnia tela nequiſſimi ignea extinguere. Et galeam ſalutis aſſumite: ⁊ gladium ſpiritus, quod eſt verbum dei Graduale. c.6.

DOmine refugium factus es nobis a generatione in generatione. ℣. Priuſquam montes fierent, aut formaretur terra ⁊ orbis: a ſeculo ⁊ vſq; in ſeculum tu es deus. Alleluia, alleluia. ℣. In exitu Iſrael de Aegypto, domus Jacob de populo barbaro, alleluia.

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Mattheum.



Ca. 18. IN illo tēpore: Dixit Jeſus diſcipulis ſuis parabolam hanc. Simile eſt regnū celorum homini regi, qui voluit rationem ponere cum ſeruis ſuis. Et cum cepiſſet rationem ponere, oblatus eſt ei vnus, qui debebat ei decem millia talenta. Cum autem non haberet vnde redderet, iuſſit eum dominus eius venundari ⁊ vxorem eius ⁊ filios, ⁊ omnia que habebat, ⁊ reddi. Procidens autem ſeruus ille, rogabat eum, dicens. Patientiam habe in me, ⁊ omnia reddam tibi. Miſertus autem dominus ſerui illius, dimiſit eum: ⁊ debitum dimiſit ei. Egreſſus autem ſeruus ille, inuenit vnum de conſeruis ſuis, qui debebat ei centum denarios: ⁊ tenens ſuffocabat eum, dicens. Redde quod debes. Et procidens conſeruus eius, rogabat eū, dicens. Patientiam habe in me, ⁊ omnia reddam tibi. Ille autꝫ noluit: ſed abijt, ⁊ miſit euꝫ in carcerem, donec redderet debitum. Videntes autꝫ cōſerui eius que fiebant, contriſtati ſunt valde: ⁊ venerunt, ⁊ narrauerunt domino ſuo omnia que facta fuerāt. Tūc vocauit illum dominus ſuus: ⁊ ait illi. Serue nequam, omne debitum dimiſi tibi, quoniaꝫ rogaſti me: nonne ergo oportuit ⁊ te miſereri conſerui tui, ſicut ⁊ ego tui miſertus ſum? Et iratus dominus eius, tradidit eum tortoribus, quoad vſque redderet vniuerſuꝫ debitū. Sic ⁊ pater meus celeſtis faciet vobis, ſi non remiſeritis vnuſquiſque fratri ſuo de cordibus veſtris. Credo. Offertor. Vir erat in terra Hus nomine Job, ſimplex ⁊ rectus, ac timens deum: quem Satan petijt vt tentaret: ⁊ data eſt ei poteſtas a domino in facultate ⁊ in carne eius: perdiditqꝫ omneꝫ ſubſtātiam ipſius, ⁊ filios: carnem quoque eius graui ulcere vulnerauit. Iob 1.

Secreta.

SUſcipe domine propitius hoſtias, quibus ⁊ te placari voluiſti, ⁊ nobis ſalutem potenti pietate reſtitui. Per dominū.

Ad poſcenda ſuffragia ſanctorum. Secreta.

EXaudi nos deus ſalutaris noſter: vt per huius ſacramenti virtutem, a cūctis nos mentis ⁊ corporis hoſtibus tuearis, gratiam tribuens in preſenti, ⁊ gloriam in futuro. Communio. Ps. 118.
In ſalutari tuo anima mea, ⁊ in verbum tuum ſperaui: quādo facies de perſequentibus me iudiciū: iniqui perſecuti ſunt me, adiuua me domine deus meus.

Por

Poſtcom.

TImmortalitatis alimoniaʒ cõſecuti, quęſumus dñe, vt quod ore percepimus, pura mente ſectemur. Per dominum.

Ad poſcenda ſuffragia ſanctorum. Poſtcom.

MUndet ⁊ muniat nos, quęſumus dñe, diuini ſacramẽti munus oblatum: ⁊ intercedẽte beata virgine dei genitrice Maria, cũ beatis apoſtolis tuis Petro ⁊ Paulo, atque beato N. ⁊ omnibus ſanctis, a cũctis nos reddat ⁊ peruerſitatibus expiatos, ⁊ aduerſitatibus expeditos.

¶ Dominica xxiij. poſt Pentecoſten. Introitus.

ps 129
SI iniquitates obſeruaueris dñe: dñe quis ſuſtinebit? quia apud te ꝓpitiatio eſt, deus Iſrael. ps. De ꝓfundis clamaui ad te domine: dñe exaudi vocem meam. ℣. Gloria patri, ⁊ filio, ⁊ ſpiritui ſancto. Oratio.

DEus refugium noſtrum, ⁊ virtus, adeſto pijs eccleſię tuę precibus, auctor ipſe pietatis, ⁊ pręſta: vt quod fideliter petimus, efficaciter conſequamur. Per dominum noſtrum Ieſum.


A cunctis nos, quęſumus. vt in ſuperiori Dominica. Tertia oratio dicitur ad libitũ Sacerdotis.

Lectio epiſtolę beati Pauli apoſtoli ad Philippenſes.

FRatres. Confidimus in domino Ieſu quia, qui cœpit in vobis opus bonuʒ, perficiet vſqʒ in dieʒ Chriſti Ieſu. Sicut eſt mihi iuſtũ, hoc ſentire pro omnibus vobis: eo quod habeam vos in corde ⁊ in vinculis meis, ⁊ in defenſione ⁊ confirmatione euangelij, ſocios gaudij mei omnes vos eſſe. Teſtis eniʒ mihi eſt deus, quomodo cupiam omnes vos in viſceribus Ieſu Chriſti. Et hoc oro, vt charitas veſtra magis ac magis abundet in ſcientia, ⁊ in omni ſenſu: vt probetis potiora, vt ſitis ſynceri, ⁊ ſine offenſa in diem Chriſti, repleti fructu iuſtitię per Ieſuʒ Chriſtuʒ, in gloriã ⁊ laudẽ dei. Graduale. c. 1.

ECce, quam bonum ⁊ quam iucundum habitare fratres in vnũ. ps. 132
℣. Sicut vnguentum in capite, quod deſcendit in barbam, barbam Aaron. Alleluia, alleluia. ℣. Qui timẽt dñʒ, ſperẽt in eo, adiutor ⁊ protector eoꝝ eſt, alla.

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Mattheum.



IN illo tẽpore. Abeuntes Phariſęi conſiliuʒ inierunt, vt caperẽt Ieſuʒ in ſermone. Et mittunt ei diſcipulos ſuos cum ca. 22

Herodianis, dicentes. Magiſter ſcimus, quia verax es, ⁊ viam dei in veritate doces, ⁊ non eſt tibi cura de aliquo. Non enim reſpicis perſonam hominum. Dic ergo nobis, quid tibi videtur, licet cenſum dari Ceſari, an non? Cognita autem Jeſus nequitia eorum ait. Quid me tentatis hypocrite? Oſtendite mihi numiſma cenſus. At illi obtulerunt ei denarium. Et ait illis Jeſus. Cuius eſt imago hec, ⁊ ſuperſcriptio? Dicunt ei, Ceſaris. Tunc ait illis. Reddite ergo que ſunt Ceſaris, Ceſari: ⁊ que ſunt dei, deo. Credo. Offertorium.

heſ. Recordare mei domine omni-
14 potentatui dominans: ⁊ da ſer-
monem rectum in os meum, vt placeant verba mea in conſpectu principis. Secreta.

Da miſericors deus: vt hec ſalutaris oblatio, ⁊ a proprijs nos reatibus indeſinenter expediat, ⁊ ab omnibus tueatur aduerſis. Per dominum noſtrū. Exaudi nos deus. vt in ſuperiori Dominica. Communio.

ps. Ego clamaui, quoniam exaudi-
16. ſti me deus: inclina aurem tuam,
⁊ exaudi verba mea. Poſtcom.

Sumpſimus dñe ſacri dona myſterij, humiliter deprecātes: vt, que in tui cōmemoratione nos facere precepiſti, in noſtre proficiant infirmitatis auxilium. Qui viuis ⁊ regnas. Mundet ⁊ muniat nos. vt in ſuperiori Dñica.

¶ Dominica xxiiij poſt Pentec. quādo non fuerit vltima poſt Pent. quia ſi fuerit vltima, tunc loco vigeſime tertie ponitur que inferius poſita eſt vigeſima quarta. ⁊ Miſſa xxiij. dicitur in ſabbato precedenti non impedito feſto nouem Lect. alioquin in alia precedenti feria. Introitus.

Dicit dominus, hie.
ego cogito co 29.
gitationes pacis, ⁊ non afflictionis: inuocabitis me, ⁊ ego exaudiam vos: ⁊ reducam captiuitatem veſtram de cunctis locis. Pſalmus.
Benedixiſti domine terram tuā, ps.
auertiſti captiuitatē Jacob. ℣. 89.
Gloria patri. Oratio.

Abſolue, queſumus domine, tuorum delicta populorum: vt a peccatorum noſtrorum nexibus, que pro noſtra fragilitate contraximus, tua benignitate liberemur. Per dñm. Ad poſcenda ſuffragia ſanctorum. Oratio.

A cunctis nos, queſumus domine, mentis ⁊ corporis defende periculis: ⁊ intercedente beata, glorioſa, ſemperq; virgine dei genitrice Maria cum beatis apoſtolis tuis Petro ⁊ Paulo, atq; beato N. ⁊ omnibus ſan-

ctis

ctis: ſalutem nobis tribue beni/
gnus ⁊ pacem: vt deſtructis ad/
uerſitatibus, ⁊ erroribus vniuer/
ſis, eccleſia tua ſecura tibi ſeruiat
libertate. [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
c.3. FRatres. Imitatores mei
eſtote: ⁊ obſeruate eos qui
ita ambulant, ſicut habetis for/
mam noſtram. Multi enim am/
bulant, quos ſepe dicebam vo/
bis (nunc autem ⁊ flens dico) ini/
micos crucis Chriſti: quorum fi/
nis interitus: quorum deus, ven/
ter eſt: ⁊ gloria in confuſione ip/
ſorum, qui terrena ſapiunt. No/
ſtra autem cōuerſatio in celis eſt:
vnde etiam ſaluatorem expecta/
mus dominum noſtrum Ieſum
Chriſtū, qui reformabit corpus
humilitatis noſtre, configuratum
corpori claritatis ſue, ſecundum
operationē virtutis ſue, qua poſ/
ſit etiā ſubijcere ſibi omnia. Ita/
c.4. que fratres mei chariſſimi ⁊ deſi/
deratiſſimi, gaudium meum ⁊ co
rona mea: ſic ſtate in domino cha
riſſimi. Euodiam rogo, ⁊ Syn/
tychen deprecor, idipſum ſapere
in domino. Etiam rogo ⁊ te ger/
mane compar, adiuua illas, que
mecum laborauerunt in euange/
lio cum Clemente, ⁊ ceteris adiu/
toribus meis, quorum nomina
ſunt in libro vite. [illegible]

LIberaſti nos dn̄e ex affligenti/ pſ.
bus nos: ⁊ eos qui nos oderunt 43.
cōfudiſti. [illegible] In deo laudabimur
tota die, ⁊ in nomine tuo cōfitebi/
mur in ſecula. Alleluia, all'a. pſ.
De profundis clamaui ad te dn̄e, 129.
dn̄e exaudi voces meas, alleluia.
[illegible]
[illegible]



IN illo tem/ c.9.
pore. Loquē
te Ieſu ad turbas,
ecce princeps vnus
acceſſit, ⁊ adorabat
eum, dicens. Do/
mine, filia mea mo
do defuncta eſt: ſed veni, impo/
ne manum tuam ſuper eam, ⁊ vi/
uet. Et ſurgens Ieſus, ſequeba/
tur eum, ⁊ diſcipuli eius. Et ecce
mulier, que ſanguinis fluxū patie
batur annis duodecim, acceſſit re
tro, ⁊ tetigit fimbriam veſtimenti
eius. Dicebat enī intra ſe. Si te/
tigero tantū veſtimentum eius:
ſalua ero. At Ieſus conuerſus ⁊
videns eā, dixit. Confide filia: fi/
des tua te ſaluā fecit. Et ſalua fa/
cta eſt mulier ex illa hora. Et cū
veniſſet Ieſus in domū principis,
⁊ vidiſſet tibicines, ⁊ turbam tu/
multuantem, dicebat. Recedite:
non eſt enim mortua puella, ſed
dormit. Et deridebant eum. Et
cum eiecta eſſet turba: intrauit, ⁊
tenuit manum eius. Et ſurrexit
puella. Et exijt fama hec in vni/
uerſam

uerſam terrã illam. [illegible] redo.

ps. 129 [illegible] e profundis clama/
ui ad te domine, domine exaudi
orationem meam, de profundis
clamaui ad te domine. [illegible]

[P]Ro noſtrę ſeruitutis aug/
mento ſacrificium tibi do/
mine laudis offerimus: vt quod
immeritis cõtuliſti, propitius exe/
quaris. Per dominum noſtruꝫ.

[illegible]

[E]Xaudi nos deus ſalutaris
noſter: vt per huius ſacra
menti virtutem, a cunctis nos mẽ
tis ⁊ corporis hoſtibus tuearis,
gratiaꝫ tribuens in pręſenti ⁊ glo
riam in futuro, [illegible]

mat 11. [A]men dico vobis, quicquid o/
rantes petitis, credite quia acci/
pietis, ⁊ fiet vobis. [illegible]

[Q]Ueſumus omnipotẽs deus:
vt quos diuina tribuis par
ticipatione gaudere, humanis nõ
ſinas ſubiacere periculis. Per
dominũ noſtruꝫ Jeſuꝫ Chriſtũ.

[illegible]

[G]Audet ⁊ muniat nos, que/
ſumus dñe, diuini ſacramẽ/
ti munus oblatum: ⁊ intercedẽte
beata virgine dei genitrice Ma
ria, cum beatis apoſtolis tuis Pe
tro ⁊ Paulo, atque beato [illegible] ⁊
omnibus ſanctis: a cunctis nos
reddat ⁊ peruerſitatibus expia/
tos ⁊ aduerſitatibus expeditos.

¶ [illegible]

¶ [illegible] dualé [illegible]

¶ [illegible]

¶ [illegible]

bie. 
29. Dicit dñs, ego cogito cogita-tiones pacis, ꝛ nó afflictionis: inuocabitis me, ꝛ ego exaudiã vos: ꝛ reducã captiuitatem veſtram de cunctis
ps. locis. [illegible] Benedixiſti do-
89. mine terram tuam, auertiſti capti uitatẽ Jacob. ℣. Gloria. [illegible]

Excita, queſumus dñe, tuo-rum fidelium voluntates: vt, diuini operis fructũ propẽſius exequentes, pietatis tuę remedia maiora percipiant. Per dñm. [illegible]

A Cunctis nos, queſumus domine, mentis ꝛ corporis defende periculis: ꝛ intercedente beata, glorioſa, ſemperqꝫ virgi-ne dei genitrice Maria, cuꝫ bea-tis apoſtolis tuis Petro ꝛ Pau-lo, atqꝫ beato [illegible] ꝛ omnibus ſan-ctis: ſalutem nobis tribue beni-gnus ꝛ pacem: vt deſtructis ad-uerſitatibus, ꝛ erroribus vniuer-ſis, eccleſia tua ſecura tibi ſeruiat libertate. Tertia oratio dicitur [illegible]

Lectio epiſtole beati Pauli apoſtoli ad Coloſſenſes.

c.1. Fratres. Nõ ceſſamus pro vobis orantes ꝛ poſtulan-tes, vt impleamini agnitione vo-lũtatis dei, in omni ſapientia ꝛ intellectu ſpirituali: vt ambuletis digne, deo per omnia placentes: in omni opere bono fructifican-tes, ꝛ creſcentes in ſcientia dei: in omni virtute confortati ſecunduꝫ potentiam claritatis eius: in om-ni patiẽtia ꝛ longanimitate: cum gaudio gratias agẽtes deo ꝛ pa-tri, qui dignos nos fecit in parteꝫ ſortis ſanctorum, in lumine: qui eripuit nos de poteſtate tenebra-rum, ꝛ tranſtulit in regnum filij di-lectionis ſuę: in quo habemus re-demptionem, ꝛ remiſſionem pec-catorum. In Chriſto Jeſu domi-no noſtro. [illegible]

Liberaſti nos domine ex affli- ps.
gentibus nos: ꝛ eos qui nos ode- 43.
runt confudiſti. ℣. In deo lau-dabimur tota die, ꝛ in nomine tuo confitebimur in ſecula.

Alleluia, alleluia. ℣. De pro- ps.
fundis clamaui ad te domine, dñe 129.
exaudi vocem meam, alleluia.

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Mattheum.



In illo tem- ca.
pore. Dixit 24.
Jeſus diſcipulis ſuis. Cũ videritis abominationẽ de-ſolationis quę di-cta eſt a Daniele propheta, ſtãteꝫ in loco ſãcto (qui legit intelligat) tũc qui in Judęa

in conſpectu tuo dñe. Secreta.

C Oncede, quęſumus omnipotens deus: vt oculis tuę maieſtatis munus oblatum, ⁊ gratiam nobis deuotionis obtineat, ⁊ effectum beatę perennitatis acquirat. Per dominum noſtrum.

Ad poſcenda ſuffragia ſanctorum. Secreta.

E Xaudi nos deus ſalutaris noſter: vt per huius ſacramenti virtutem, a cũctis nos mentis ⁊ corporis hoſtibus tuearis, gratiam tribuens in pręſenti, ⁊ gloriam in futuro. Communio.

Le. 23. M enſe ſeptimo feſta celebrabitis, cum in tabernaculis habitare fecerim filios Iſrael, cum educerem eos de terra Aegypti, ego dñs deus veſter. Poſtcom.

P Erficiãt in nobis, domine, quęſumus, tua ſacramenta quod continent: vt, quę nunc ſpe gerimus, rerum veritate capiamus. Per dñm. Ad poſcenda ſuffragia ſanctorum. Poſtcom.

M Undet ⁊ muniat nos, quęſumus dñe, diuini ſacramẽti munus oblatũ: ⁊ intercedente beata virgine dei genitrice Maria, cum beatis apoſtolis tuis Petro ⁊ Paulo, atque beato N. ⁊ omnibus ſanctis: a cunctis nos reddat ⁊ peruerſitatibus expiatos, ⁊ aduerſitatibus expeditos.

Tertia ad libitum ſacerdotis.

¶ Dominica xviij. poſt Pentecoſt. Introitus.

D A pacem dñe ſuſtinentibus te, vt prophetę tui fideles inueniãtur, exaudi preces ſerui tui, ⁊ plebis tuę Iſrael. Pſalmus. Lętatus ſum in his quę dicta ſunt mihi: in domũ domini ibimus. ℣. Gloria patri, ⁊ filio, ⁊ ſpiritui ſancto. Oratio. ccc. 29. Pſ. 121.

D Irigat corda noſtra, quęſumus dñe, tuę miſerationis operatio: quia tibi ſine te placere non poſſumus. Per dominum noſtrum.

A cunctis nos quęſumus, vt ſupra in Sabbato.

Lectio epiſtolę beati Pauli apoſtoli ad Corinthios.

F Ratres. Gratias ago deo meo ſemper pro vobis, in gratia dei, quę data eſt vobis in Chriſto Ieſu. Quia in omnibus diuites facti eſtis in illo, in omni verbo, ⁊ in omni ſcientia, ſicut teſtimonium Chriſti confirmatum eſt in vobis: ita vt nihil vobis deſit in vlla gratia, expectantibus reuelationem dñi noſtri Ieſu Chriſti, qui ⁊ confirmabit vos vſq; in finem ſine crimine, in die aduentus domini noſtri Ieſu Chriſti. 1. C. 1.

Gradu. L ętatus ſum in his quę dicta ſunt mihi: in domuz dñi ibimus. ℣. Fiat pax in virtute tua. ⁊ abun- Pſ. 121.

⁊ abundantia in turribus tuis.
Ps. 101 Alleluia, alleluia. ℣. Timebũt gentes nomen tuũ dñe: ⁊ omnes reges terrę gloriã tuã, alleluia.

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Matthæum.



c. 9. IN illo tempore. Aſcendens Jeſus in nauiculam, trãſfretauit, ⁊ venit in ciuitatẽ ſuam. Et ecce offerebant ei paralyticũ iacentem in lecto. Uidens autem Jeſus fidem illorũ dixit paralytico. Cõfide fili. Remittuntur tibi peccata tua. Et ecce, quidã de ſcribis dixerunt intra ſe. Hic blaſphemat. Et cum vidiſſet Jeſus cogitationes eorũ, dixit. Ut quid cogitatis mala in cordibus veſtris? Quid eſt facilius, dicere, Dimittuntur tibi peccata tua: an dicere, Surge ⁊ ambula? Ut autem ſciatis quia filius hominis habet poteſtatem in terra dimittendi peccata: tunc ait paralytico. Surge, tolle lectũ tuũ ⁊ vade in domum tuam. Et ſurrexit, ⁊ abijt in domum ſuam. Uidentes autem turbę timuerunt: ⁊ glorificauerunt deũ, qui dedit poteſtatẽ talẽ hominibus. Credo.

Offerto. Sanctificauit Moyſes altare dño, offerẽs ſuper illud holocauſta, ⁊ immolãs victimas: fecit ſacrificium veſpertinum in odorem ſuauitatis dño deo in cõſpectu filiorũ Iſrael. Secreta.

DEus, qui nos per huius ſacrificij veneranda cõmercia, vnius ſummęque diuinitatis participes efficis: pręſta, quęſumus: vt ſicut tuam cognoſcimus veritatem, ſic eam dignis moribus aſſequamur. Per dominũ. Exaudi nos deus ſalutaris. vt ſupra. Communio.

Tollite hoſtias, ⁊ introite i atria Ps. 95.
eius: adorate dominum in aula ſancta eius. Poſtcom.

GRatias tibi referimus domine ſacro munere vegetati, tuam miſericordiam deprecantes: vt dignos nos eius participatione perficias. Per dominum. Mundet ⁊ muniat nos, quęſumus. vt ſupra.

¶ Dominica xix. poſt Pentecoſt. Introitus.

SAlus populi ego Ps.
ſum, dicit dñs: de 77.
quacũq; tribulatione clamauerit ad me, exaudiam eos: ⁊ ero illorũ dñs in perpetuũ.

Pſalm. Attendite popule meus legem meã: inclinate aurem veſtram in verba oris mei. ℣. Gloria patri. Oratio.

OMnipotens ⁊ miſericors deus, vniuerſa nobis aduerſantia propitiatus exclude: vt mẽ

te ⁊

te ⁊ corpore pariter expediti, que tua ſunt, liberis mentibus exequamur. Per dominū. Ad poſcen/da ſuffragia ſanctorum. Oratio.

A Cunctis nos, queſumus dñe, mentis ⁊ corporis defende periculis: ⁊ intercedente beata glorioſa ſemperq; virgine dei genitrice Maria, cum beatis apoſtolis tuis Petro ⁊ Paulo, atque beato N. ⁊ omnibus ſanctis: ſalutem nobis tribue benignus ⁊ pacem: vt deſtructis aduerſitatibus, ⁊ erroribus vniuerſis, eccleſia tua ſecura tibi ſeruiat libertate. Tertia oratio dicitur ad libitum ſacerdotis.

Lectio epiſtole beati Pauli apoſtoli ad Epheſios.

ca.
4. FRatres. Renouamini ſpiritu mentis veſtre: ⁊ induite nouum hominem, qui ſecundum deum creatus eſt in iuſtitia, ⁊ ſanctitate veritatis. Propter quod deponentes mendacium, loquimini veritatem vnuſquiſq; cum proximo ſuo: quoniā ſumus inuicem mēbra. Iraſcimini, ⁊ nolite peccare. Sol non occidat ſuper iracundiam veſtram. Nolite locum dare diabolo. Qui furabatur, iam nō furetur: magis autem laboret, operando manibus ſuis quod bonum eſt, vt habeat vnde tribuat neceſſitatem patienti.

ps. Gradu. Dirigatur oratio mea,
140. ſicut incenſum, in conſpectu tuo domine. V. Eleuatio manuū mearum, ſacrificium veſpertinum. Alleluia, alleluia. V. Cōfitemini dño, ⁊ ps.
inuocate nomen eius: annunciate 104
inter gentes opera eius, alleluia.

Sequentia ſancti euangelii ſecundum Matheum.



IN illo tempore. Loquebatur Ieſus principibus ſacerdotum ⁊ phariſeis in parabolis, dicens. Simile factum eſt regnum celorū homini regi, qui fecit nuptias filio ſuo. Et miſit ſeruos ſuos vocare inuitatos ad nuptias: ⁊ nolebant venire. Iteruz miſit alios ſeruos, dicens. Dicite inuitatis: ecce prandium meū paraui, tauri mei ⁊ altilia occiſa ſunt ⁊ oia parata: venite ad nuptias. Illi autez neglexerunt: ⁊ abierūt, alius in villam ſuaz, alius vero ad negotiationem ſuam: reliqui vero tenuerunt ſeruos eius, ⁊ cōtumeliis affectos, occiderunt. Rex autem cum audiſſet, iratus eſt: ⁊ miſſis exercitibus ſuis, perdidit homicidas illos, ⁊ ciuitatez illoꝝ ſuccendit. Tunc ait ſeruis ſuis. Nuptie quidem parate ſunt: ſed qui inuitati erant, non fuerunt digni. Ite ergo ad exitus viarum: ⁊ quoſcunq; inueneritis, vocate ad nuptias. Et egreſſi ſerui eius in vias, congregauerunt omnes quos ca. 22.

quos inuenerunt, malos ⁊ bonos: ⁊ implete ſunt nuptie diſcumbentium. Intrauit autem rex vt videret diſcumbentes: ⁊ vidit ibi hominem non ueſtitum veſte nuptiali. Et ait illi. Amice, quomodo huc intraſti non habens veſtē nuptialem? At ille obmutuit. Tunc dixit rex miniſtris. Ligatis manibus ⁊ pedibus eius, mittite eum in tenebras exteriores. Ibi erit fletus ⁊ ſtridor dentium. Multi enim ſunt vocati, pauci vero electi. Credo. Offertorium.

Ps. 137 Si ambulauero in medio tribulationis, viuificabis me domine: ⁊ ſuper iram inimicorum meorum extendes manum tuam, ⁊ ſaluum me fecit dextera tua. Secreta.

Haec munera, quaeſumus domine, que oculis tue maieſtatis offerimus, ſalutaria nobis eſſe concede. Per dominum noſtrum.

Ad poſcenda ſuffragia ſanctorum. Secreta.

Exaudi nos deus ſalutaris noſter: vt per huius ſacramenti virtutem, a cūctis nos mentis ⁊ corporis hoſtibus tuearis, gratiam tribuens in preſenti ⁊ gloriam in futuro. Communio.

Ps. 118. Tu mandaſti mādata tua cuſtodiri nimis: vtinam dirigantur vie mee, ad cuſtodiendas iuſtificationes tuas. Poſtcom.

Tua nos domine medicinalis operatio, ⁊ a noſtris peruerſitatibus clementer expediat ⁊ tuis ſemper faciat inherere mādatis. Per dominum noſtrum.

Ad poſcenda ſuffragia ſanctorum. Poſtcom.

Mundet ⁊ muniat nos, quaeſumus domine, diuini ſacramenti munus oblatum: ⁊ intercedente beata virgine dei genitrice Maria, cum beatis apoſtolis tuis Petro ⁊ Paulo, atque beato N. ⁊ omnibus ſanctis: a cunctis nos reddat ⁊ peruerſitatibus expiatos, ⁊ aduerſitatibus expeditos.

¶ Dominica xx. poſt Pentec. Introitus.

Omnia que feciſti nobis domine, in vero iudicio feciſti: quia peccauimus tibi, ⁊ mandatis tuis nō obediuimus: ſed da gloriam nomini tuo, ⁊ fac nobiſcum ſecundum multitudinem miſericordie tue. Da. 3

Pſalmus. Beati immaculati in via, qui ambulant in lege domini. Ps. 118.

℣. Gloria patri. Oratio.

Largire, quaeſumus domine, fidelibus tuis indulgentiam placatus ⁊ pacem: vt pariter ab omnibus mundētur offenſis, ⁊ ſecura tibi mente deſeruiāt. Per dominum noſtrum Jeſum.

A cunctis nos quaeſumus. vt in ſuperiori Dominica. Tertia Oratio dicitur ad libitum.

Lectio

Lectio epiſtole beati Pauli apoſtoli ad Ephesios.

c.5. FRatres. Uidete itaq; quomodo caute ambuletis: nō quaſi inſipientes, ſed vt ſapientes: redimentes tempus, quoniā dies mali ſunt. Propterea nolite fieri imprudentes: ſed intelligentes, que ſit voluntas dei. Et nolite inebriari vino in quo eſt luxuria, ſed implemini ſpiritu ſancto, loquentes vobiſmetipſis in pſalmis, & hymnis, & canticis ſpiritualibus, cantantes & pſallentes in cordibus veſtris domino: gratias agentes ſemper pro omnibus, in nomine domini noſtri Jeſu Chriſti, Deo & Patri. Subiecti inuicē: in timore Chri-
ps. ſti. Graduale. Oculi omnium in
14. te ſperant dñe: & tu das illis eſcaz in tempore opportuno. ℣. Aperis tu manum tuam, & imples omne animal benedictione. Alle-
ps. luia, allel. ℣. Paratuz cor meū
107 deus: paratū cor meū cantabo, & pſallaz tibi, gloria mea, alleluia.

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Joannem.



ca. IN illo tempo-
4. re. Erat quidam regulus, cuius filius infirmabatur Capharnauz. Hic cum audiſſet quia Jeſus veniret a Judea in Galileam, abijt ad eum, & rogabat eū, vt deſcēderet & ſanaret filiū ei⁹. Incipiebat eniz mori. Dixit ergo Jeſus ad euz. Niſi ſigna & prodigia videritis, nō creditis. Dicit ad eū regulus. Dñe, deſcende priuſquam moriatur filius meus. Dicit ei Jeſus. Uade, filius tuus viuit. Credidit homo ſermoni quem dixit ei Jeſus, & ibat. Jam autem eo deſcendente, ſerui occurrerunt ei: & nunciauerunt dicentes, quia filius eius viueret. Interrogabat ergo horam ab eis, in qua melius habuerit. Et dixerunt ei, quia heri hora ſeptima reliquit eum febris. Cognouit ergo pater, quia illa hora erat in qua dixit ei Jeſus: filius tuus viuit. Et credidit ipſe, & domus eius tota. Credo.
Offertorium. Super flumina ps.
Babylonis illic ſedimus, & fle- 136.
uimus, dum recordaremur tui Sion. Secreta.

CAeleſtem nobis prebeāt hec myſteria, queſumus domine, medicinaz: & vitia noſtri cordis expurgēt. Per dominū.
Exaudi nos deus. vt in ſuperiori Dominica. Communio.
Memento verbi tui ſeruo tuo ps.
domine, in quo mihi ſpem dedi- 118.
ſti: hec me conſolata eſt in humilitate mea. Poſtcom.

UT ſacris dñe reddamur digni muneribus: fac nos, queſumus, tuis ſemper obedire man-

mundatis. Per dominũ noſtrũ Jeſum Chriſtum filium tuum. Mundet ⁊ muniat nos. vt in ſuperiori dominica.

Dominica xxi. poſt Pentec. Introitus.

Heſt. 13. IN voluntate tua domine vniuerſa ſunt poſita: ⁊ non eſt, qui poſſit reſiſtere volũtati tuę: tu enim feciſti omnia, cęlum, ⁊ terrã, ⁊ vniuerſa, quę celi ambitu continentur: dñs vniuerſorum tu es. Pſalmus. Beati
Pſ. 118. immaculati in via, qui ambulant in lege dñi. ℣. Gloria. Oratio.

FAmiliã tuam, quęſumus dñe, cõtinua pietate cuſtodi: vt a cunctis aduerſitatibus, te protegente, ſit libera: ⁊ in bonis actibus tuo nomini ſit deuota. Per dominum. Ad poſtcenda ſuffragia ſanctorum. Oratio.

A Cunctis nos, quęſumus domine, mentis ⁊ corporis defende periculis: ⁊ intercedẽte beata glorioſa ſemperq; virgine dei genitrice Maria, cum beatis apoſtolis tuis Petro ⁊ Paulo, atque beato N. ⁊ omnibus ſanctis: ſalutem nobis tribue benignus ⁊ pacem: vt deſtructis aduerſitatibus, ⁊ erroribus vniuerſis, eccleſia tua ſecura tibi ſeruiat libertate. Tertia oratio dicitur ad libitum.

Lectio epiſtole beati Pauli apoſtoli ad Ephe. 6. Epheſios.

FRatres: Confortamini in domino, ⁊ in potentia virtutis eius. Induite vos armaturã dei: vt poſſitis ſtare aduerſus inſidias diaboli. Quoniã non eſt nobis colluctatio aduerſus carnem ⁊ ſanguinem: ſed aduerſus principes ⁊ poteſtates, aduerſus mundi rectores tenebrarum harum, cõtra ſpiritualia nequitię, in cęleſtibus. Propterea accipite armaturam dei: vt poſſitis reſiſtere in die malo, ⁊ in omnibus perfecti ſtare. State ergo ſuccincti lumbos veſtros in veritate, ⁊ induti loricam iuſtitię, ⁊ calciati pedes in pręparationẽ euãgelij pacis. In omnibus ſumentes ſcutum fidei, in quo poſſitis omnia tela nequiſſimi ignea extinguere. Et galeam ſalutis aſſumite: ⁊ gladium ſpiritus, quod eſt verbum dei. Graduale.

Domine refugium factus es nobis a generatione in generatione. ℣. Priuſquam montes fierent, aut formaretur terra ⁊ orbis: a ſeculo ⁊ vſq; in ſeculum tu es deus. Alleluia, alleluia. ℣. In exitu Iſrael de Aegypto, domus Jacob de populo barbaro, alleluia.

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Matheum.



ca. 18. In illo tēpore: Dixit Jeſus diſcipulis ſuis parabolam hanc. Simile eſt regnū celorum homini regi, qui voluit rationem ponere cum ſeruis ſuis. Et cum cepiſſet rationem ponere, oblatus eſt ei vnus, qui debebat ei decem millia talenta. Cum autem non haberet vnde redderet, iuſſit eum dominus eius venundari ꝛ vxorem eius ꝛ filios, ꝛ omnia que habebat, ꝛ reddi. Procidens autem ſeruus ille, rogabat eum, dicens. Patientiam habe in me, ꝛ omnia reddam tibi. Miſertus autem dominus ſerui illius, dimiſit eum: ꝛ debitum dimiſit ei. Egreſſus autem ſeruus ille, inuenit vnum de conſeruis ſuis, qui debebat ei centum denarios: ꝛ tenens ſuffocabat eum, dicens. Redde quod debes. Et procidens conſeruus eius, rogabat eū, dicens. Patientiam habe in me, ꝛ omnia reddam tibi. Ille autē noluit: ſed abijt, ꝛ miſit eū in carcerem, donec redderet debitum. Videntes autē cōſerui eius que fiebant, contriſtati ſunt valde: ꝛ venerunt, ꝛ narrauerunt domino ſuo omnia que facta fuerāt. Tūc vocauit illum dominus ſuus: ꝛ ait illi. Serue nequam, omne debitum dimiſi tibi, quoniā rogaſti me: nonne ergo oportuit ꝛ te miſereri conſerui tui, ſicut ꝛ ego tui miſertus ſum? Et iratus dominus eius, tradidit eum tortoribus, quoad vſque redderet vniuerſū debitū. Sic ꝛ pater meus celeſtis faciet vobis, ſi non remiſeritis vnuſquiſque fratri ſuo de cordibus veſtris. Credo. Offertor.

Iob 1. Vir erat in terra Hus nomine Job, ſimplex ꝛ rectus, ac timens deum: quem Satan petijt vt tentaret: ꝛ data eſt ei poteſtas a domino in facultate ꝛ in carne eius: perdiditq; omnē ſubſtātiam ipſius, ꝛ filios: carnem quoque eius graui ulcere vulnerauit.

Secreta.

Suſcipe domine propitius hoſtias, quibus ꝛ te placari voluiſti, ꝛ nobis ſalutem potenti pietate reſtitui. Per dominū.

Ad poſcenda ſuffragia ſanctorum. Secreta.

Exaudi nos deus ſalutaris noſter: vt per huius ſacramenti virtutem, a cūctis nos mentis ꝛ corporis hoſtibus tuearis, gratiam tribuens in preſenti, ꝛ gloriam in futuro. Communio.

Pſal. 118. In ſalutari tuo anima mea, ꝛ in verbum tuum ſperaui: quādo facies de perſequentibus me iudiciū: iniqui perſecuti ſunt me, adiuua me domine deus meus.

Poſtcom.

IMmortalitatis alimoniā cōſecuti, queſumus dn̄e, vt quod ore percepimus, pura mente ſectemur. Per dominum.

Ad poſcenda ſuffragia ſanctorum. Poſtcom.

MUndet et muniat nos, queſumus dn̄e, diuini ſacramēti munus oblatum: et intercedēte beata virgine dei genitrice Maria, cū beatis apoſtolis tuis Petro et Paulo, atque beato N. et omnibus ſanctis, a cūctis nos reddat et peruerſitatibus expiatos, et aduerſitatibus expeditos.

¶ Dominica xxiij poſt Pentecoſtem. Introitus.

ps 129 SI iniquitates obſeruaueris dn̄e: dn̄e quis ſuſtinebit? quia apud te ꝓpitiatio eſt, deus Iſrael. ps. De ꝓfundis clamaui ad te domine: dn̄e exaudi vocem meam. ℣. Gloria patri, et filio, et ſpiritui ſancto. Oratio.

DEus refugium noſtrum, et virtus, adeſto pijs eccleſie tue precibus, auctor ipſe pietatis, et preſta: vt quod fideliter petimus, efficaciter conſequamur. Per dominum noſtrum Ieſum.


A cunctis nos, queſumus. vt in ſuperiori Dominica. Tertia oratio dicitur ad libitū Sacerdotis.

Lectio epiſtole beati Pauli apoſtoli ad philippenſes.

FRatres. Confidimus in c. 1.
domino Ieſu quia, qui cepit in vobis opus bonū, perficiet vſqz in diē Chriſti Ieſu. Sicut eſt mihi iuſtū, hoc ſentire pro omnibus vobis: eo quod habeam vos in corde et in vinculis meis, et in defenſione et confirmatione euangelij, ſocios gaudij mei omnes vos eſſe. Teſtis enim mihi eſt deus, quomodo cupiam omnes vos in viſceribus Ieſu Chriſti. Et hoc oro, vt charitas veſtra magis ac magis abundet in ſcientia, et in omni ſenſu: vt probetis potiora, vt ſitis ſynceri, et ſine offenſa in diem Chriſti, repleti fructu iuſtitie per Ieſum Chriſtum, in gloriā et laudē dei. Grad.

Ecce, quam bonum et quam iucundum habitare fratres in vnū. ps. 132
℣. Sicut vnguentum in capite, quod deſcendit in barbam, barbam Aaron. Alleluia, alleluia. ℣. Qui timēt dn̄m, ſperēt in eo, adiutor et protector eorum eſt, alla.

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Mattheum.



IN illo tēpore. Abeuntes ca. 22
Phariſei conſiliū inierunt, vt caperēt Ieſum in ſermone. Et mittunt ei diſcipulos ſuos cum

Herodianis, dicentes. Magi-
ſter ſcimus, quia verax es, ⁊ viam
dei in veritate doces, ⁊ non eſt ti-
bi cura de aliquo. Non enim re-
ſpicis perſonam hominum. Dic
ergo nobis, quid tibi videtur, li-
cet cenſum dari Ceſari, an non?
Cognita autem Jeſus nequitia
eorum ait. Quid me tentatis hy-
pocrite? Oſtendite mihi numiſ-
ma cenſus. At illi obtulerunt ei
denarium. Et ait illis Jeſus.
Cuius eſt imago hec, ⁊ ſuperſcri-
ptio? Dicunt ei, Ceſaris. Tunc
ait illis. Reddite ergo que ſunt
Ceſaris, Ceſari: ⁊ que ſunt dei,
deo. Credo. Offertorium.
Heſ. Recordare mei domine omni-
14 potentatui dominans: ⁊ da ſer-
monem rectum in os meum, vt
placeant verba mea in conſpe-
ctu principis. Secreta.
Da miſericors deus: vt hec
ſalutaris oblatio, ⁊ a pro-
priis nos reatibus indeſinenter
expediat, ⁊ ab omnibus tueatur
aduerſis. Per dominum noſtrū.
Exaudi nos deus. vt in ſupe-
riori Dominica. Communio.
Ego clamaui, quoniam exaudi-
ps. ſti me deus: inclina aurem tuam,
16. ⁊ exaudi verba mea. Poſtcom.
Sumpſimus dñe ſacri dona
myſterij humiliter deprecā-
tes: vt, que in tui cōmemoratione
nos facere precepiſti, in noſtre pro-
ficiant infirmitatis auxilium. Qui
viuis ⁊ regnas. Mundet ⁊ muni-
at nos. vt in ſuperiori Dñica.

Dominica xxiiij. poſt Pen-
tec. quādo non fuerit vltima poſt
Pent. quia ſi fuerit ultima, tunc
loco vigeſime tertie ponitur que
inferius poſita eſt vigeſima quar-
ta. ⁊ Miſſa xxiij. dicitur in ſabba-
to precedenti non impedito fe-
ſto nouem Lect. alioquin in alia
precedenti feria. Introitus.

Dicit dominus, ego cogito co- Hie.
gitationes pacis, ⁊ non affli- 29.
ctionis: inuocabitis me, ⁊
ego exaudiam
vos: ⁊ reducam captiuitatem ve-
ſtram de cunctis locis. Pſalmus.
Benedixiſti domine terram tuā, ps.
auertiſti captiuitatem Jacob. ℣. 89.
Gloria patri. Oratio.
Abſolue, queſumus domi-
ne, tuorum delicta populo-
rum: vt a peccatorum noſtrorum
nexibus, que pro noſtra fragilita-
te contraximus, tua benignitate
liberemur. Per dñm. A ſecun-
da ſuffragia ſanctorum. Oratio.
A cunctis nos, queſumus
domine, mentis ⁊ corporis
defende periculis: ⁊ intercedente
beata, glorioſa, ſemperque virgi-
ne dei genitrice Maria cum bea-
tis apoſtolis tuis Petro ⁊ Pau-
lo, atque beato N. ⁊ omnibus ſan-
ctis

ctis: ſalutem nobis tribue beni/
gnus ⁊ pacem: vt deſtructis ad/
uerſitatibus, ⁊ erroribus vniuer/
ſis, eccleſia tua ſecura tibi ſeruiat
libertate. [illegible]

[illegible]

[illegible]

c.3. Fratres. Imitatores mei
eſtote: ⁊ obſeruate eos qui
ita ambulant, ſicut habetis for/
mam noſtram. Multi enim am/
bulant, quos ſepe dicebam vo/
bis (nunc autem ⁊ flens dico) ini/
micos crucis Chriſti: quorum fi/
nis interitus: quorum deus, ven
ter eſt: ⁊ gloria in confuſione ip/
ſorum, qui terrena ſapiunt. No/
ſtra autem conuerſatio in celis eſt:
vnde etiam ſaluatorem expecta/
mus dominum noſtrum Ieſum
Chriſtu3, qui reformabit corpus
humilitatis noſtre, configuratum
corpori claritatis ſue, ſecundum
operatione3 virtutis ſue, qua poſ/
ſit etia3 ſubijcere ſibi omnia. Ita/
c.4. que fratres mei chariſſimi ⁊ deſi/
deratiſſimi, gaudium meum ⁊ co
rona mea: ſic ſtate in domino cha
riſſimi. Euodiam rogo, ⁊ Syn
tychen deprecor, idipſum ſapere
in domino. Etiam rogo ⁊ te ger/
mane compar, adiuua illas, que
mecum laborauerunt in euange/
lio cum Clemente, ⁊ ceteris adiu
toribus meis, quorum nomina
ſunt in libro vite. [illegible].

Liberaſti nos dñe ex affligenti/ ps.
bus nos: ⁊ eos qui nos oderunt 43.
cōfudiſti. In deo laudabimur
tota die, ⁊ in nomine tuo cōfiteb/
mur in ſecula. Alleluia, all'a. ps.
De profundis clamaui ad te dñe, 129.
dñe exaudi voce3 meas, alleluia.

[illegible]

[illegible]



In illo tem/ c.9.
pore. Loquē
te Ieſu ad turbas,
ecce princeps vnus
acceſſit, ⁊ adorabat
eum, dicens. Do/
mine, filia mea mo
do defuncta eſt: ſed veni, impo/
ne manum tuam ſuper eam, ⁊ vi/
uet. Et ſurgens Ieſus, ſequeba/
tur eum, ⁊ diſcipuli eius. Et ecce
mulier, que ſanguinis fluxu3 patie
batur annis duodecim, acceſſit re
tro, ⁊ tetigit fimbriam veſtimenti
eius. Dicebat eni3 intra ſe. Si te/
tigero tantu3 veſtimentum eius:
ſalua ero. At Ieſus conuerſus ⁊
videns eā, dixit. Confide filia: fi/
des tua te ſaluā fecit. Et ſalua fa
cta eſt mulier ex illa hora. Et cu3
veniſſet Ieſus in domū principis,
⁊ vidiſſet tibicines, ⁊ turbam tu/
multuantem, dicebat. Recedite:
non eſt enim mortua puella, ſed
dormit. Et deridebant eum. Et
cum eiecta eſſet turba: intrauit, ⁊
tenuit manum eius. Et ſurrexit
puella. Et exijt fama hec in vni/

uerſam terram illam. [illegible] redo.

Ps. 129 [illegible] e profundis clamaui ad te domine, domine exaudi orationem meam, de profundis clamaui ad te domine. [illegible]

Ro noſtrę ſeruitutis augmento ſacrificium tibi domine laudis offerimus: vt quod immeritis cõtuliſti, propitius exequaris. Per dominum noſtruz.

[illegible]

Xaudi nos deus ſalutaris noſter: vt per huius ſacramenti virtutem, a cunctis nos mẽtis ⁊ corporis hoſtibus tuearis, gratiaz tribuens in pręſenti ⁊ gloriam in futuro, [illegible]

Mat 11. [illegible] men dico vobis, quicquid orantes petitis, credite quia accipietis, ⁊ fiet vobis. [illegible]

Queſumus omnipotẽs deus: vt quos diuina tribuis participatione gaudere, humanis nõ ſinas ſubiacere periculis. Per dominũ noſtruz Jeſuz Chriſtũ.

[illegible]

Undet ⁊ muniat nos, queſumus dñe, diuini ſacramẽti munus oblatum: ⁊ intercedẽte beata virgine dei genitrice Maria, cum beatis apoſtolis tuis Petro ⁊ Paulo, atque beato [illegible] ⁊ omnibus ſanctis: a cunctis nos reddat ⁊ peruerſitatibus expiatos ⁊ aduerſitatibus expeditos.

¶ [illegible]

¶ [illegible]

¶ [illegible]

¶ [illegible]

bie.
29. Dicit dñs, ego cogito cogita-
tiones pacis, & nõ afflictionis: inuocabitis me, & ego exaudiã vos: & reducã captiuitatem veſtram de cunctis
ps. locis. [illegible] Benedixiſti do-
89. mine terram tuam, auertiſti captiuitatẽ Jacob. [illegible] Gloria. [illegible]

Excita, queſumus dñe, tuorum fidelium voluntates: vt, diuini operis fructũ propẽſius exequentes, pietatis tuę remedia maiora percipiãt. Per dñm. [illegible] poſcẽda ſuffr[illegible]

A Cunctis nos, queſumus domine, mentis & corporis defende periculis: & intercedente beata, glorioſa, ſemperq; virgine dei genitrice Maria, cũ beatis apoſtolis tuis Petro & Paulo, atq; beato [illegible] & omnibus ſanctis: ſalutem nobis tribue benignus & pacem: vt deſtructis aduerſitatibus, & erroribus vniuerſis, eccleſia tua ſecura tibi ſeruiat libertate. [illegible] oratio dicitur [illegible]

[illegible] beati Pauli [illegible]

c.1. Fratres. Nõ ceſſamus pro vobis orantes & poſtulantes, vt impleamini agnitione voluntatis dei, in omni ſapientia & intellectu ſpirituali: vt ambuletis digne, deo per omnia placentes: in omni opere bono fructificantes, & creſcentes in ſcientia dei: in omni virtute confortati ſecundũ potentiam claritatis eius: in omni patiẽtia & longanimitate: cum gaudio gratias agẽtes deo & patri, qui dignos nos fecit in partẽ ſortis ſanctorum, in lumine: qui eripuit nos de poteſtate tenebrarum, & tranſtulit in regnum filij dilectionis ſuę: in quo habemus redemptionem, & remiſſionem peccatorum. In Chriſto Jeſu domino noſtro. [illegible]

Liberaſti nos domine ex affli- ps.
gentibus nos: & eos qui nos ode- 43.
runt confudiſti. [illegible] In deo laudabimur tota die, & in nomine tuo confitebimur in ſecula.

Alleluia, alleluia. [illegible] De pro- ps.
fundis clamaui ad te domine, dñe 129.
exaudi vocem meam, alleluia.

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Matheum.



In illo tem- ca.
pore. Dixit 24.
Jeſus diſcipulis ſuis. Cũ videritis abominationẽ deſolationis quę dicta eſt a Daniele propheta, ſtãtẽ in loco ſãcto (qui legit intelligat) tũc qui in Judea

 ſunt

pletis & fiet vobis. Postcom.

Concede nobis, queſumus dñe: vt per hec ſacramenta que ſumpſimus, quicquid in noſtra mente vitioſum eſt, ipſorum medicationis dono curetur. Per dominum. [illegible]

Tueatur & muniat nos, queſumus dñe, diuini ſacramẽti munus oblatũ: & intercedente beata virgine dei genitrice Maria, cum beatis apoſtolis tuis Petro & Paulo, atque beato [illegible] & omnibus ſanctis: a cunctis nos reddat, & peruerſitatibus expiatos, & aduerſitatibus expeditos.

¶ Dominica xxiii. post Pent. [illegible]

Dicit dominus, ego cogito cogitationes pacis, & non afflictionis: inuocabitis me, & ego exaudiam vos: & reducam captiuitatem veſtram de cunctis locis. Ps. Benedixiſti domine terram tuam, auertiſti captiuitatẽ Jacob. ℣. Gloria patri. [illegible]

Hier. 29.

Ps. 89.

Omnipotẽs ſempiterne deus, infirmitatem noſtram propitius reſpice: atque ad protegendũ nos, dexteram tue maieſtatis extende. Per dominum.

Ad ponenda ſuffragia ſanctorum. Oratio.

A cunctis nos, queſumus domine, mentis & corporis defende periculis: & intercedente beata glorioſa ſemperque virgine dei genitrice Maria, cũ beatis apoſtolis tuis Petro & Paulo, atque beato [illegible] & omnibus ſanctis: ſalutem nobis tribue benignus & pacem: vt deſtructis aduerſitatibus & erroribus vniuerſis, eccleſia tua ſecura tibi ſeruiat libertate. [illegible]

Lectio epiſtole beati Pauli apoſtoli ad Romanos.

Fratres. Nolite eſſe prudentes apud voſmetipſos. Ca. 12.
Nulli malum pro malo reddentes. Prouidentes bona non tantum coram deo, ſed etiam coram omnibus hominibus. Si fieri poteſt, quod ex vobis eſt, cum omnibus hominibus pacem habentes. Non voſmetipſos defendentes, chariſſimi: ſed date locum ire. Scriptum eſt enim. Mihi vindictam: & ego retribuam, dicit dominus. Sed ſi eſurierit inimicus tuus, ciba illũ. Si ſitit, potum da illi. Hoc enim faciens, carbones ignis congeres ſuper caput eius. Noli vinci a malo: ſed vince in bono malum. [illegible]
Liberaſti nos domine ex affligentibus nos: & eos qui nos oderunt, Ps. 43.

te ⁊ corpore pariter expediti, quę
tua ſunt, liberis mentibus exequa
mur. Per dominū. Ad poſcen/
da ſuffragia ſanctorum. Oratio.
A Cunctis nos, quęſumus
dñe, mentis ⁊ corporis de
fende periculis: ⁊ intercedente
beata glorioſa ſemperq; virgine
dei genitrice Maria, cum beatis
apoſtolis tuis Petro ⁊ Paulo,
atque beato N. ⁊ omnibus ſan/
ctis: ſalutem nobis tribue beni/
gnus ⁊ pacem: vt deſtructis ad/
uerſitatibus, ⁊ erroribus vniuer/
ſis, eccleſia tua ſecura tibi ſeruiat
libertate. Tertia oratio
dicitur ad libitum ſacerdotis.

Lectio epiſtole beati Pauli
apoſtoli ad Epheſios.

ca. 4. Fratres. Renouamini ſpi
ritu mentis veſtrę: ⁊ indu/
te nouum hominem, qui ſecun/
dum deum creatus eſt in iuſtitia,
⁊ ſanctitate veritatis. Propter
quod deponentes mendacium,
loquimini veritatem vnuſquiſq;
cum proximo ſuo: quoniā ſumus
inuicem mēbra. Iraſcimini, ⁊ no/
lite peccare. Sol non occidat ſu
per iracundiam veſtram. Nolite
locum dare diabolo. Qui furaba
tur, iam nō furetur: magis autem
laboret, operando manibus ſuis
quod bonum eſt, vt habeat vnde
tribuat neceſſitatem patienti.
ps. 140. Gradu. Dirigatur oratio mea,
ſicut incenſum, in conſpectu tuo
do/

dñe. V. Eleuatio manuū mea
rum, ſacrificium veſpertinum.
Alleluia, alleluia. V. Cōfitemini dño, ⁊ ps. 104
inuocate nomen eius: annunciate
inter gentes opera eius, alleluia.

Sequentia ſancti euangelij
ſecundum Mattheum.



In illo tem/ ca. 22.
pore. Loque
batur Jeſus princi
pibus ſacerdotum
⁊ phariſęis in para
bolis, dicens. Si/
mile factum eſt re/
gnum celorū homini regi, qui fe
cit nuptias filio ſuo. Et miſit ſer/
uos ſuos vocare inuitatos ad nu
ptias: ⁊ nolebant venire. Iterū
miſit alios ſeruos, dicens. Dicite
inuitatis: ecce prandium meū pa/
raui, tauri mei ⁊ altilia occiſa ſunt
⁊ oīa parata: venite ad nuptias.
Illi autē neglexerunt: ⁊ abierūt,
alius in villam ſuā, alius vero ad
negotiationem ſuam: reliqui ve/
ro tenuerunt ſeruos eius, ⁊ cōtu/
melijs affectos, occiderunt. Rex
autem cum audiſſet, iratus eſt: ⁊
miſſis exercitibus ſuis, perdidit
homicidas illos, ⁊ ciuitatē illorū
ſuccendit. Tunc ait ſeruis ſuis.
Nuptię quidem paratę ſunt: ſed
qui inuitati erant, non fuerunt di/
gni. Ite ergo ad exitus viarum:
⁊ quoſcunq; inueneritis, vocate
ad nuptias. Et egreſſi ſerui eius
in vias, congregauerunt omnes
quos

quos inuenerunt, malos ⁊ bonos:
⁊ impletę ſunt nuptię diſcumben-
tium. Intrauit autem rex vt vide-
ret diſcumbentes: ⁊ vidit ibi ho-
minem non ueſtitum veſte nuptia-
li. Et ait illi. Amice, quomodo
huc intraſti non habens veſtē nu-
ptialem? At ille obmutuit. Tunc
dixit rex miniſtris. Ligatis mani-
bus ⁊ pedibus eius, mittite eum
in tenebras exteriores. Ibi erit
fletus ⁊ ſtridor dentium. Multi
enim ſunt vocati, pauci vero ele-
cti. Credo. Offertorium.
Ps. Si ambulauero in medio tribu-
137 latíonis, viuificabis me domine:
⁊ ſuper iram inimicorum meorum
extendes manum tuam, ⁊ ſaluum
me fecit dextera tua. Secreta.
Haec munera, qs domine,
quę oculis tuę maieſtatis
offerimus, ſalutaria nobis eſſe cō-
cede. Per dominum noſtrum.
Ad poſcenda ſuffragia ſancto-
rum. Secreta.
Exaudi nos deus ſalutaris
noſter: vt per huius ſacra-
menti virtutem, a cūctis nos men-
tis ⁊ corporis hoſtibus tuearis,
gratiam tribuens in pręſenti ⁊ glo-
riam in futuro. Communio.
Ps. Tu mandaſti mādata tua cuſto-
118. diri nimis: vtinam dirigantur vię
meę, ad cuſtodiendas iuſtificatio-
nes tuas. Poſtcom.
Tua nos domine medicina-
lis operatio, ⁊ a noſtris per-
uerſitatibus clementer expediat,
⁊ tuis ſemper faciat inhęrere mā-
datis. Per dominum noſtrum.
Ad poſcenda ſuffragia ſanctorū.
Poſtcom.
Mundet ⁊ muniat nos, quę-
ſumus domine, diuini ſa-
cramenti munus oblatum: ⁊ in-
tercedente beata virgine dei ge-
nitrice Maria, cum beatis apo-
ſtolis tuis Petro ⁊ Paulo, at-
que beato N. ⁊ omnibus ſan-
ctis: a cunctis nos reddat ⁊ per-
uerſitatibus expiatos, ⁊ aduer-
ſitatibus expeditos.

¶ Dominica xx. poſt Pentec.
Introitus.

Omnia quę feciſti no- Da.
bis domine, in vero 3
iudicio feciſti: quia
peccauimus tibi, ⁊
mandatis tuis nō o-
bediuimus: ſed da gloriam nomi-
ni tuo, ⁊ fac nobiſcum ſecundum
multitudinem miſericordię tuę.
Pſalmus. Beati immaculati in Ps.
via, qui ambulant in lege domini. 118.
℣. Gloria patri. Oratio.
Largire, quęſumus domi-
ne, fidelibus tuis indulgen-
tiam placatus ⁊ pacem: vt pari-
ter ab omnibus mundentur offen-
ſis, ⁊ ſecura tibi mente deſeruiāt.
Per dominum noſtrum Ieſum.
A cunctis nos quęſumus. vt in
ſuperiori Dominica. Tertia
Oratio dicitur ad libitum.

Lectio

Lectio epiſtole beati Pauli apoſtoli ad Epheſios.

c.5. FRatres. Uidete itaq; quomodo caute ambuletis: nō quaſi inſipientes, ſed vt ſapientes: redimentes tempus, quoniā dies mali ſunt. Propterea nolite fieri imprudentes: ſed intelligentes, que ſit voluntas dei. Et nolite inebriari vino in quo eſt luxuria, ſed implemini ſpiritu ſancto, loquentes vobiſmetipſis in pſalmis, ⁊ hymnis, ⁊ canticis ſpiritualibus, cantantes ⁊ pſallentes in cordibus veſtris domino: gratias agentes ſemper pro omnibus, in nomine domini noſtri Jeſu Chriſti, Deo ⁊ Patri. Subiecti inuicē in timore Chri-
ps. ſti. Graduale. Oculi omnium in
14. te ſperant dñe: ⁊ tu das illis eſcā in tempore opportuno. ℣. Aperis tu manum tuam, ⁊ imples omne animal benedictione. Alle-
ps. luia, allel. ℣. Paratū cor meū
107 deus: paratū cor meū cantabo, ⁊ pſallā tibi, gloria mea, alleluia.

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Joannem.



ca. IN illo tempore. Erat qui-
4. dam regulus, cuius filius infirmabatur Capharnaū. Hic cum audiſſet quia Jeſus veniret a Judea in Galileam, abijt ad eum, ⁊ rogabat eū, vt deſcēderet ⁊ ſanaret filiū ei⁹. Incipiebat enī mori. Dixit ergo Jeſus ad eū. Niſi ſigna ⁊ prodigia videritis, nō credetis. Dicit ad eū regulus. Dñe, deſcende priuſquam moriatur filius meus. Dicit ei Jeſus. Uade, filius tuus viuit. Credidit homo ſermoni quem dixit ei Jeſus, ⁊ ibat. Jam autem eo deſcendente, ſerui occurrerunt ei: ⁊ nunciauerunt dicentes, quia filius eius viueret. Interrogabat ergo horam ab eis, in qua melius habuerit. Et dixerunt ei, quia heri hora ſeptima reliquit eum febris. Cognouit ergo pater, quia illa hora erat in qua dixit ei Jeſus: filius tuus viuit. Et credidit ipſe, ⁊ domus eius tota. Credo.
Offertorium. Super flumina ps.
Babylonis illic ſedimus, ⁊ fle- 136.
uimus, dum recordaremur tui Sion.

Secreta.

CAeleſtem nobis prebeāt h[illegible] myſteria, queſumus domine, m[illegible]dicinā: ⁊ vitia noſtri cordis exp[illegible]ēt. Per dominū.
Exaudi nos deus. vt in ſuperiori Dominica. Communio.
Memento verbi tui ſeruo tuo ps.
domine, in quo mihi ſpem dedi- 118.
ſti: hec me conſolata eſt in humilitate mea.

Poſtcom.

VT ſacris dñe reddamur digni muneribus: fac nos, queſumus, tuis ſemper obedire man-

mandatis. Per dominum noſtrũ Jeſum Chriſtum filium tuum. ℣. Vndet ⁊ muniat nos. vt in ſuperiori dominica.

¶ Dominica xxi. poſt Pentec. Introitus.

Heſ. 13. IN voluntate tua domine vniuerſa ſunt poſita: ⁊ non eſt, qui poſſit reſiſtere voluntati tuę: tu enim feciſti omnia, cęlum, ⁊ terrã, ⁊ vniuerſa, quę cęli ambitu continentur: dñs vniuerſorum tu es. Pſalmus. Beati
Ps. 118. immaculati in via, qui ambulant in lege dñi. ℣. Gloria. Oratio.

FAmiliã tuam, quęſumus dñe, cõtinua pietate cuſtodi: vt a cunctis aduerſitatibus, te protegente, ſit libera: ⁊ in bonis actibus tuo nomini ſit deuota. Per dominum. Ad poſcenda ſuffragia ſanctorum. Oratio.

A Cunctis nos, quęſumus domine, mentis ⁊ corporis defende periculis: ⁊ intercedẽte beata glorioſa ſemperq; virgine dei genitrice Maria, cum beatis apoſtolis tuis Petro ⁊ Paulo, atque beato N. ⁊ omnibus ſanctis: ſalutem nobis tribue benignus ⁊ pacem: vt deſtructis aduerſitatibus, ⁊ erroribus vniuerſis, eccleſia tua ſecura tibi ſeruiat libertate. Tertia oratio dicitur ad libitum.

Lectio epiſtole beati Pauli apoſtoli ad Epheſios.

FRatres: Confortamini in domino, ⁊ in potentia virtutis eius. Induite vos armaturã dei: vt poſſitis ſtare aduerſus inſidias diaboli. Quoniã non eſt nobis colluctatio aduerſus carnem ⁊ ſanguinem: ſed aduerſus principes ⁊ poteſtates, aduerſus mundi rectores tenebrarum harum, cõtra ſpiritualia nequitię, in cęleſtibus. Propterea accipite armaturam dei: vt poſſitis reſiſtere in die malo, ⁊ in omnibus perfecti ſtare. State ergo ſuccincti lumbos veſtros in veritate, ⁊ induti loricam iuſtitię, ⁊ calciati pedes in pręparationẽ euãgelij pacis. In omnibus ſumentes ſcutum fidei, in quo poſſitis omnia tela nequiſſimi ignea extinguere. Et galeam ſalutis aſſumite: ⁊ gladium ſpiritus, quod eſt verbum dei. Graduale. c.6.

Domine refugium factus es nobis a generatione in generatione. ℣. Priuſquam montes fierent, aut formaretur terra ⁊ orbis: a ſeculo ⁊ vſq; in ſeculum tu es deus. Alleluia, alleluia. ℣. In exitu Iſrael de Aegypto, domus Iacob de populo barbaro, alleluia.

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Matheum.



Ca. 18. IN illo tēpore: Dixit Jeſus diſcipulis ſuis parabolam hanc. Simile eſt regnū celorum homini regi, qui voluit rationem ponere cum ſeruis ſuis. Et cum cepiſſet rationem ponere, oblatus eſt ei vnus, qui debebat ei decem millia talenta. Cum autem non haberet vnde redderet, iuſſit eum dominus eius venundari ⁊ vxorem eius ⁊ filios, ⁊ omnia que habebat, ⁊ reddi. Procidens autem ſeruus ille, rogabat eum, dicens. Patientiam habe in me, ⁊ omnia reddam tibi. Miſertus autem dominus ſerui illius, dimiſit eum: ⁊ debitum dimiſit ei. Egreſſus autem ſeruus ille, inuenit vnum de conſeruis ſuis, qui debebat ei centum denarios: ⁊ tenens ſuffocabat eum, dicens. Redde quod debes. Et procidens conſeruus eius, rogabat eū, dicens. Patientiam habe in me, ⁊ omnia reddam tibi. Ille autē noluit: ſed abijt, ⁊ miſit eū in carcerem, donec redderet debitum. Videntes autē cōſerui eius que fiebant, contriſtati ſunt valde: ⁊ venerunt, ⁊ narrauerunt domino ſuo omnia que facta fuerāt. Tūc vocauit illum dominus ſuus: ⁊ ait illi. Serue nequam, omne debitum dimiſi tibi, quoniā rogaſti me: nonne ergo oportuit ⁊ te miſereri conſerui tui, ſicut ⁊ ego tui miſertus ſum? Et iratus dominus eius, tradidit eum tortoribus, quoad vſque redderet vniuerſū debitū. Sic ⁊ pater meus celeſtis faciet vobis, ſi non remiſeritis vnuſquiſque fratri ſuo de cordibus veſtris. Credo. Offertor. Vir erat in terra Hus Iob. 1.
nomine Job, ſimplex ⁊ rectus, ac timens deum: quem Satan petijt vt tentaret: ⁊ data eſt ei poteſtas a domino in facultate ⁊ in carne eius: perdiditq; omnē ſubſtātiam ipſius, ⁊ filios: carnem quoque eius graui ulcere vulnerauit.

Secreta.

SUſcipe domine propitius hoſtias, quibus ⁊ te placari voluiſti, ⁊ nobis ſalutem potenti pietate reſtitui. Per dominū.

Ad poſcenda ſuffragia ſanctorum. Secreta.

EXaudi nos deus ſalutaris noſter: vt per huius ſacramenti virtutem, a cūctis nos mentis ⁊ corporis hoſtibus tuearis, gratiam tribuens in preſenti, ⁊ gloriam in futuro. Communio. Pſal.
118. In ſalutari tuo anima mea, ⁊ in verbum tuum ſperaui: quādo facies de perſequentibus me iudiciū: iniqui perſecuti ſunt me, adiuua me domine deus meus.

Poſt

Poſtcom.

IMmortalitatis alimoniaꝫ cōſecuti, queſumus dñe, vt quod ore percepimus, pura mente ſectemur. Per dominum.

Ad poſcenda ſuffragia ſanctorum. Poſtcom.

MUndet ⁊ muniat nos, queſumus dñe, diuini ſacramēti munus oblatum: ⁊ intercedēte beata virgine dei genitrice Maria, cū beatis apoſtolis tuis Petro ⁊ Paulo, atque beato N. ⁊ omnibus ſanctis, a cūctis nos reddat ⁊ peruerſitatibus expiatos, ⁊ aduerſitatibus expeditos.

¶ Dominica xxiij. poſt Pentecoſtem. Introitus.

Ps 129 SI iniquitates obſeruaueris dñe: dñe quis ſuſtinebit: quia apud te ꝓpitiatio eſt, deus Iſrael. Ps. De ꝓfundis clamaui ad te domine: dñe exaudi vocem meam. ℣ Gloria patri, ⁊ filio, ⁊ ſpiritui ſancto. Oratio.

DEus refugium noſtrum, ⁊ virtus, adeſto pijs eccleſie tue precibus, auctor ipſe pietatis, ⁊ preſta: vt quod fideliter petimus, efficaciter conſequamur. Per dominum noſtrum Ieſum.


A cunctis nos, queſumus. vt in ſuperiori Dominica. Tertia oratio dicitur ad libitū Sacerdotis.

Lectio epiſtole beati Pauli apoſtoli ad Philippenſes.

FRatres. Confidimus in domino Ieſu quia, qui cepit in vobis opus bonuꝫ, c. 1.
perficiet vſqꝫ in dieꝫ Chriſti Ieſu. Sicut eſt mihi iuſtū, hoc ſentire pro omnibus vobis: eo quod habeam vos in corde ⁊ in vinculis meis, ⁊ in defenſione ⁊ confirmatione euangelij, ſocios gaudij mei omnes vos eſſe. Teſtis eniꝫ mihi eſt deus, quomodo cupiam omnes vos in viſceribus Ieſu Chriſti. Et hoc oro, vt charitas veſtra magis ac magis abundet in ſcientia, ⁊ in omni ſenſu: vt probetis potiora, vt ſitis ſynceri, ⁊ ſine offenſa in diem Chriſti, repleti fructu iuſtitie per Ieſuꝫ Chriſtuꝫ, in gloriā ⁊ laudē dei. Grad.

Ecce, quam bonum ⁊ quam iucundum habitare fratres in vnū. Ps. 132
℣. Sicut vnguentum in capite, quod deſcendit in barbam, barbam Aaron. Alleluia, alleluia. ℣ Qui timēt dñꝫ, ſperēt in eo: adiutor ⁊ protector eoꝝ eſt, alla.

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Mattheum.



IN illo tēpore. Abeuntes ca. 22
Phariſei conſiliuꝫ inierunt, vt caperēt Ieſuꝫ in ſermone. Et mittunt ei diſcipulos ſuos cum

Herodianis, dicentes. Magiſter ſcimus, quia verax es, ⁊ viam dei in veritate doces, ⁊ non eſt tibi cura de aliquo. Non enim reſpicis perſonam hominum. Dic ergo nobis, quid tibi videtur, licet cenſum dari Cęſari, an non? Cognita autem Jeſus nequitia eorum ait. Quid me tentatis hypocritę? Oſtendite mihi numiſma cenſus. At illi obtulerunt ei denarium. Et ait illis Jeſus. Cuius eſt imago hęc, ⁊ ſuperſcriptio? Dicunt ei, Cęſaris. Tunc ait illis. Reddite ergo quę ſunt Ceſaris, Cęſari: ⁊ quę ſunt dei, deo. Credo. Offertorium.

beſ. 14 Recordare mei domine omnipotentatui dominans: ⁊ da ſermonem rectum in os meum, vt placeant verba mea in conſpectu principis. Secreta.

Da miſericors deus: vt hęc ſalutaris oblatio, ⁊ a proprijs nos reatibus indeſinenter expediat, ⁊ ab omnibus tueatur aduerſis. Per dominum noſtrū.

Exaudi nos deus. vt in ſuperiori Dominica. Communio.

pſ. 16. Ego clamaui, quoniam exaudiſti me deus: inclina aurem tuam, ⁊ exaudi verba mea. Poſtcom.

Sumpſimus dñe ſacri dona myſterij, humiliter deprecātes: vt, quę in tui cōmemoratione nos facere precepiſti, in noſtrę proficiant infirmitatis auxilium. Qui viuis ⁊ regnas. Mundet ⁊ muniat nos. vt in ſuperiori Dñica.

¶ Dominica xxiiij poſt Pentec. quādo non fuerit vltima poſt Pent. quia ſi fuerit ultima, tunc loco vigeſimę tertię ponitur quę inferius poſita eſt vigeſima quarta. ⁊ Miſſa xxiij dicitur in ſabbato pręcedenti non impedito feſto nouem Lect. alioquin in alia precedenti feria. Introitus.

hie. 29. Dicit dominus, ego cogito cogitationes pacis, ⁊ non afflictionis: inuocabitis me, ⁊ ego exaudiam vos: ⁊ reducam captiuitatem veſtram de cunctis locis. pſalmus.

pſ. 89. Benedixiſti domine terram tuā, auertiſti captiuitatem Jacob. ℣. Gloria patri. Oratio.

Abſolue, quęſumus domine, tuorum delicta populorum: vt a peccatorum noſtrorum nexibus, quę pro noſtra fragilitate contraximus, tua benignitate liberemur. Per dnm. A 1 ponēda ſuffragia ſanctorum. Oratio.

A Cunctis nos, quęſumus domine, mentis ⁊ corporis defende periculis: ⁊ intercedente beata, glorioſa, ſemperque virgine dei genitrice Maria cum beatis apoſtolis tuis Petro ⁊ Paulo, atque beato N. ⁊ omnibus ſan

ctis

ctis: ſalutem nobis tribue beni-
gnus ⁊ pacem: vt deſtructis ad-
uerſitatibus, ⁊ erroribus vniuer-
ſis, eccleſia tua ſecura tibi ſeruiat
libertate. [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]

c.3. Fratres. Imitatores mei
eſtote: ⁊ obſeruate eos qui
ita ambulant, ſicut habetis for-
mam noſtram. Multi enim am-
bulant, quos ſępe dicebam vo-
bis (nunc autem ⁊ flens dico) ini-
micos crucis Chriſti: quorum fi-
nis interitus: quorum deus, ven-
ter eſt: ⁊ gloria in confuſione ip-
ſorum, qui terrena ſapiunt. No-
ſtra autem cõuerſatio in celis eſt:
vnde etiam ſaluatorem expecta-
mus dominum noſtrum Jeſum
Chriſtū, qui reformabit corpus
humilitatis noſtrę, configuratum
corpori claritatis ſuę, ſecundum
operationē virtutis ſuę, qua poſ-
ſit etiã ſubijcere ſibi omnia. Ita-
c.4. que fratres mei chariſſimi ⁊ deſi-
deratiſſimi, gaudium meum ⁊ co
rona mea: ſic ſtate in domino cha
riſſimi. Euodiam rogo, ⁊ Syn
tychen deprecor, idipſum ſapere
in domino. Etiam rogo ⁊ te ger-
mane compar, adiuua illas, quę
mecum laborauerunt in euange-
lio cum Clemente, ⁊ cęteris adiu
toribus meis, quorum nomina
ſunt in libro vitę. Graduale.

Liberaſti nos dñe ex affligenti- Ps.
bus nos: ⁊ eos qui nos oderunt 43.
cõfudiſti. V. In deo laudabimur
tota die, ⁊ in nomine tuo cõfitebi-
mur in ſecula. Alleluia, all'a. Ps.
De profundis clamaui ad te dñe, 129.
dñe exaudi vocē meā, alleluia.
[illegible]
[illegible]



c.9. In illo tem-
pore. Loquē-
te Jeſu ad turbas,
ecce princeps vnus
acceſſit, ⁊ adorabat
eum, dicens. Do-
mine, filia mea mo
do defuncta eſt: ſed veni, impo-
ne manum tuam ſuper eam, ⁊ vi-
uet. Et ſurgens Jeſus, ſequeba-
tur eum, ⁊ diſcipuli eius. Et ecce
mulier, quę ſanguinis fluxū patie
batur annis duodecim, acceſſit re
tro, ⁊ tetigit fimbriam veſtimenti
eius. Dicebat enim intra ſe. Si te-
tigero tantū veſtimentum eius:
ſalua ero. At Jeſus conuerſus ⁊
videns eã, dixit. Confide filia: fi-
des tua te ſaluã fecit. Et ſalua fa-
cta eſt mulier ex illa hora. Et cū
veniſſet Jeſus in domū principis,
⁊ vidiſſet tibicines, ⁊ turbam tu-
multuantem, dicebat. Recedite:
non eſt enim mortua puella, ſed
dormit. Et deridebant eum. Et
cum eiecta eſſet turba: intrauit, ⁊
tenuit manum eius. Et ſurrexit
puella. Et exijt fama hęc in vni-

uerſam terrā̃ illam. redo.

ps. 129 e profundis clama/
ui ad te domine, domine exaudi
orationem meam, de profundis
clamaui ad te domine.

Ro noſtrę ſeruitutis aug/
mento ſacrificium tibi do/
mine laudis offerimus: vt quod
immeritis cōtuliſti, propitius exe/
quaris. Per dominum noſtruȝ.

Xaudi nos deus ſalutaris
noſter: vt per huius ſacra
menti virtutem, a cunctis nos mē
tis ⁊ corporis hoſtibus tuearis,
gratiaȝ tribuens in pręſenti ⁊ glo
riam in futuro,

mat 11. men dico vobis, quicquid o/
rantes petitis, credite quia acci/
pietis, ⁊ fiet vobis.

Ueſumus omnipotēs deus:
vt quos diuina tribuis par
ticipatione gaudere, humanis nō
ſinas ſubiacere periculis. Per
dominū noſtruȝ Jeſuȝ Chriſtū.

Undet ⁊ muniat nos, que/
ſumus dn̄e, diuini ſacramē/
ti munus oblatum: ⁊ intercedēte
beata virgine dei genitrice Ma
ria, cum beatis apoſtolis tuis Pe
tro ⁊ Paulo, atque beato ⁊
omnibus ſanctis: a cunctis nos
reddat ⁊ peruerſitatibus expia/
tos ⁊ aduerſitatibus expeditos.

¶

¶ duale

¶

¶ [illegible]

Hie. 29. D Icit dñs, ego cogito cogitationes pacis, ⁊ nõ afflictionis: īuocabitis me, ⁊ ego exaudiā vos: ⁊ reducā captiuitatem veſtram de cunctis
ps. locis. [illegible] Benedixiſti do
89. mine terram tuam, auertiſti captiuitatē Jacob. ℣. Gloria. [illegible]

E Xcita, queſumus dñe, tuorum fidelium voluntates: vt, diuini operis fructū propēſius exequentes, pietatis tuę remedia maiora percipiāt. Per dñm. [illegible]

A Cunctis nos, queſumus domine, mentis ⁊ corporis defende periculis: ⁊ intercedente beata, glorioſa, ſemperq; virgine dei genitrice Maria, cū beatis apoſtolis tuis Petro ⁊ Paulo, atq; beato [illegible] ⁊ omnibus ſanctis: ſalutem nobis tribue benignus ⁊ pacem: vt deſtructis aduerſitatibus, ⁊ erroribus vniuerſis, eccleſia tua ſecura tibi ſeruiat libertate. [illegible] oratio dicitur [illegible].

[illegible] beati Pauli [illegible] Coloſſenſes.

c.1. F Ratres. Nõ ceſſamus pro vobis orantes ⁊ poſtulantes, vt impleamini agnitione voluntatis dei, in omni ſapientia ⁊ intellectu ſpirituali: vt ambuletis digne, deo per omnia placentes: in omni opere bono fructificantes, ⁊ creſcentes in ſcientia dei: in omni virtute confortati ſecundū potentiam claritatis eius: in omni patiētia ⁊ longanimitate: cum gaudio gratias agētes deo ⁊ patri, qui dignos nos fecit in partē ſortis ſanctorum, in lumine: qui eripuit nos de poteſtate tenebrarum, ⁊ tranſtulit in regnum filij dilectionis ſuę: in quo habemus redemptionem, ⁊ remiſſionem peccatorum. In Chriſto Jeſu domino noſtro. [illegible]

L Iberaſti nos domine ex affli ps.
gentibus nos: ⁊ eos qui nos ode 43.
runt confudiſti. ℣. In deo laudabimur tota die, ⁊ in nomine tuo confitebimur in ſecula.

A Lleluia, alleluia. ℣. De pro ps.
fundis clamaui ad te domine, dñe 129.
exaudi vocem meam, alleluia.

[illegible] ſecundum Mattheum.

I N illo tem ca.
pore. Dixit 24.
Jeſus diſcipulis ſuis. Cū videritis abominationē deſolationis quę dicta eſt a Daniele



propheta, ſtātē in loco ſācto (qui legit intelligat) tūc qui in Judęa

pletis ⁊ fiet vobis. Poſtcom.

Concede nobis, quęſumus domine: vt per hęc ſacramenta que ſumpſimus, quicquid in noſtra mente vitioſum eſt, ipſorum medicationis dono curetur. Per dominum. [illegible]

Tueatur ⁊ muniat nos, quęſumus domine, diuini ſacramenti munus oblatum: ⁊ intercedente beata virgine dei genitrice Maria, cum beatis apoſtolis tuis Petro ⁊ Paulo, atque beato N. ⁊ omnibus ſanctis: a cunctis nos reddat, ⁊ peruerſitatibus expiatos, ⁊ aduerſitatibus expeditos.

¶ Dominica xxiiij. poſt Penthe. [illegible]

Iere. 29. Dicit dominus, ego cogito cogitationes pacis, ⁊ non afflictionis: inuocabitis me, ⁊ ego exaudiam vos: ⁊ reducam captiuitatem veſtram de cunctis locis. [illegible]

Pſ. 84. Benedixiſti domine terram tuam, auertiſti captiuitatem Jacob. Gloria patri. [illegible]

Omnipotens ſempiterne deus, infirmitatem noſtram propitius reſpice: atque ad protegendum nos, dexteram tuę maieſtatis extende. Per dominum.

Ad poſcenda ſuffragia ſanctorum. Oratio.

A cunctis nos, quęſumus domine, mentis ⁊ corporis defende periculis: ⁊ intercedente beata glorioſa ſemperque virgine dei genitrice Maria, cum beatis apoſtolis tuis Petro ⁊ Paulo, atque beato N. ⁊ omnibus ſanctis: ſalutem nobis tribue benignus ⁊ pacem: vt deſtructis aduerſitatibus ⁊ erroribus vniuerſis, eccleſia tua ſecura tibi ſeruiat libertate. [illegible] ſacerdos.

Lectio epiſtolę beati Pauli apoſtoli ad Romanos.

Fratres. Nolite eſſe prudentes apud voſmetipſos. Ro. 12.
Nulli malum pro malo reddentes. Prouidentes bona non tantum coram deo, ſed etiam coram omnibus hominibus. Si fieri poteſt, quod ex vobis eſt, cum omnibus hominibus pacem habentes. Non voſmetipſos defendentes, chariſſimi: ſed date locum irę. Scriptum eſt enim. Mihi vindictam: ⁊ ego retribuam, dicit dominus. Sed ſi eſurierit inimicus tuus, ciba illum. Si ſitit, potum da illi. Hoc enim faciens, carbones ignis congeres ſuper caput eius. Noli vinci a malo: ſed vince in bono malum. [illegible]

Liberaſti nos domine ex affligentibus nos: ⁊ eos qui nos oderunt, Pſ. 43.

runt, confudiſti. In deo laudabimur tota die, ⁊ in nomine tuo confitebimur in ſecula.

ps. 129. Alleluia, alleluia, De profundis clamaui ad te domine, domine exaudi vocem meam all'a.



c. 8. In illo tempore. Cum deſcendiſſet Jeſus de monte, ſecute ſunt eum turbe multe. Et ecce leproſus veniens, adorabat eum, dicens. Domine, ſi vis, potes me mundare. Et extendens manum Jeſus, tetigit eum, dicens. Volo. Mundare. Et confeſtim mundata eſt lepra eius. Et ait illi Jeſus. Vide, nemini dixeris: ſed vade, oſtende te ſacerdoti: ⁊ offer munus, quod precepit Moyſes in teſtimonium illis. Cum autem introiſſet Capharnaum, acceſſit ad eum Centurio, rogans eum, ⁊ dicens. Domine, puer meus iacet in domo paralyticus, ⁊ male torquetur. Et ait illi Jeſus. Ego veniã, ⁊ curabo eũ. Et reſpondens Centurio ait. Dñe, non ſum dignus vt intres ſub tectum meũ: ſed tantum dic verbo, ⁊ ſanabitur puer meus. Nam ⁊ ego homo ſum ſub poteſtate cõſtitutus, habens ſub me milites: ⁊ dico huic, vade, ⁊ vadit: ⁊ alio, veni, ⁊ venit: ⁊ ſeruo meo, fac hoc, ⁊ facit. Audiens autem Jeſus, miratus eſt, ⁊ ſequentibus ſe dixit. Amen dico vobis, non inueni tantã fidẽ in Iſrael. Dico autem vobis, quod multi ab oriente ⁊ occidente venient, ⁊ recumbent cũ Abraham, Iſaac, ⁊ Jacob in regno celorũ: filij autem regni eijcientur in tenebras exteriores. Ibi erit fletus, ⁊ ſtridor dentiũ. Et dixit Jeſus Centurioni. Vade: ⁊ ſicut credidiſti, fiat tibi. Et ſanatus eſt puer in illa hora. Credo.

ps. 129. De profundis clamaui ad te domine, domine exaudi orationem meam, de profundis clamaui ad te domine.

Haec hoſtia, queſumus domine, emundet noſtra delicta: ⁊ ad ſacrificium celebrandũ, ſubditorum tibi corpora, menteſque ſanctificet. Per dominum.

Exaudi nos deus ſalutaris noſter: vt per huius ſacramenti virtutẽ, a cunctis nos mentis ⁊ corporis hoſtibus tuearis, gratiã tribuens in preſenti ⁊ gloriam in futuro.

ma. 11. Amẽ dico vobis, quicquid orantes petitis, credite quia accipietis, ⁊ fiet vobis.

Quos tãtis domine largiris vti myſterijs: queſumus, vt

effecti

effectibus nos eorum veraciter
aptare digneris. Per dominum
nostrum Jesum Christum.

[illegible]

Undet ⁊ muniat nos, quę-
sumus dñe, diuini sacramē-
ti munus oblatum: ⁊ intercedēte
beata virgine dei genitrice Ma-
ria, cū beatis apostolis tuis Pe-
tro ⁊ Paulo, atque beato [illegible] ⁊
omnibus sanctis: a cūctis nos red-
dat ⁊ peruersitatibus expiatos,
⁊ aduersitatibus expeditos.

[illegible]

hie. Dicit dominus, ego
29 cogito cogitatio-
nes pacis, ⁊ non
afflictionis: inuo-
cabitis me, ⁊ ego
exaudiam vos: ⁊ reducam capti-
uitatem vestram de cunctis locis.
ps. [illegible] Benedixisti domine
89. terram tuam, auertisti captiuita-
tem Jacob. Gloria patri, ⁊
filio, ⁊ spiritui sancto. [illegible]
Deus, qui nos in tantis peri-
culis cōstitutos, pro huma-
na, scis, fragilitate non posse sub-
sistere: da nobis salutem mentis,
⁊ corporis: vt ea, quę pro pecca-
tis nostris patimur, te adiuuan-
te vincamus. Per dominum.
A cunctis nos quęsumus, [illegible]

[illegible]

Fratres. Nemini quicquam ca.
debeatis: nisi, vt inuicem di- 13.
ligatis. Qui enim diligit proxi-
mum, legem impleuit. Nam non
adulterabis: non occides: non fu-
raberis non falsum testimonium
dices: non concupisces: ⁊ si quod
est aliud mandatum, in hoc ver-
bo instauratur: diliges proximum
tuum sicut teipsum. Dilectio pro-
ximi, malum non operatur. Ple-
nitudo ergo legis, est dilectio.
[illegible] Liberasti nos do-
mine ex affligentibus nos: ⁊ eos ps.
qui nos oderunt cōfudisti. In 43.
deo laudabimur tota die, ⁊ in no-
mine tuo confitebimur in secula.
Alleluia, alleluia. De profun ps.
dis clamaui ad te domine, domi- 129.
ne exaudi vocem meam, alleluia.

[illegible]



In illo tem- c. 8.
pore. Ascen-
dente Jesu in naui-
culam, secuti sunt
eum discipuli eius.
Et ecce, motus ma-
gnus factus est in
mari, ita vt nauicula operiretur
fluctibus. Ipse vero dormiebat.
Et accesserunt discipuli eius, ⁊
suscitauerunt eum, dicentes. Do-
mine,

Lectio epiſtole beati Pauli apoſtoli ad Coloſſenſes.

ca. 3. FRatres. Induite vos, ſicut electi dei ſancti, ⁊ dilecti, viſcera miſericordie, benignitatem, humilitatē, modeſtiā, patientiā, ſupportantes inuicem: ⁊ donantes vobiſmetipſis, ſi quis aduerſus aliquem habet querelam. Sicut ⁊ dominus donauit vobis: ita ⁊ vos. Super omnia autem hec, charitatem habentes, quod eſt vinculum perfectionis. Et pax Chriſti exultet in cordibus veſtris, in qua ⁊ vocati eſtis in vno corpore: ⁊ grati eſtote. Verbum Chriſti habitet in vobis abundanter, in omni ſapientia: docentes ⁊ commonentes voſmetipſos, in pſalmis, hymnis, ⁊ canticis ſpiritualibus, in gratia cantantes in cordibus veſtris deo. Omne quodcunque facitis in verbo aut in opere: omnia in nomine domini noſtri Jeſu Chriſti facite, gratias agentes deo ⁊ patri, per Jeſuz Chriſtum dominum noſtrum. Graduale.

Ps. 43. Liberaſti nos domine ex affligentibus nos: ⁊ eos qui nos oderunt, confudiſti. ℣. In deo laudabimur tota die, ⁊ in nomine tuo confitebimur in ſecula.

Ps. 129. Alleluia, alleluia. ℣. De profundis clamaui ad te domine, dñe exaudi vocem meam alleluia.

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Mattheum.



ca. 13. IN illo tempore. Dixit Jeſus diſcipulis ſuis parabolam hāc. Simile factum eſt regnum celorū homini, qui ſeminauit bonū ſemen in agro ſuo. Cū aūt dormirent homines, venit inimicus eius, ⁊ ſuperſeminauit zizania in medio tritici, ⁊ abijt. Cuz autē creuiſſet herba, ⁊ fructū feciſſet: tunc apparuerūt ⁊ zizania. Accedentes autē ſerui patriſfamilias, dixerūt ei. Dñe, nōne bonū ſemē ſeminaſti i agro tuo? Unde ergo habet zizania? Et ait illis. Inimicus homo hoc fecit. Serui autē dixerunt ei. Uis imus, ⁊ colligimus ea? Et ait. Non: ne forte colligētes zizania, eradicetis cū eis ſimul ⁊ triticū. Sinite utraqꝫ creſcere vſqꝫ ad meſſem: ⁊ in tempore meſſis dicā meſſoribus. Colligite primū zizania, ⁊ alligate ea in faſciculos ad comburendū: triticū autem cōgregate in horreum meum. Credo. Offertorium.

Ps. 129. De profūdis clamaui ad te dñe, dñe exaudi orationē meaz, de pfundis clamaui ad te dñe. Secr.

Hoſtias tibi dñe placationis offerimus: vt ⁊ delicta noſtra miſeratus abſoluas, ⁊ nutātia corda tu dirigas. Per dñs.

Ad poſ

Ad poſcenda ſuffragia ſanctorum. Secreta.

EXaudi nos deus ſalutaris noſter: vt per huius ſacramenti virtutes, a cũctis nos mentis ⁊ corporis hoſtibus tuearis, gratiam tribuẽs in pręſenti, ⁊ gloriam in futuro. Communio

ma. 11. Amẽ dico vobis, quicquid orãtes petitis, credite, quia accipietis, ⁊ fiet vobis. Poſtcom.

QUęſumus omnipotens deus, vt illius ſalutaris capiamus effectum: cuius per hęc myſteria pignus accepimus. Per dominum noſtrum Ieſum.

Ad poſcenda ſuffragia ſanctorum. Poſtcom.

MUndet ⁊ muniat nos, quęſumus dñe, diuini ſacramẽti munus oblatum: ⁊ intercedente beata virgine dei genitrice Maria cuꝫ beatis apoſtolis tuis Petro ⁊ Paulo, atqꝫ beato N. ⁊ omnibus ſanctis: a cunctis nos reddat ⁊ peruerſitatibus expiatos, ⁊ aduerſitatibus expeditos.

¶ Dominica xxvij. poſt Pentec. quando fuerint plures xxvij. quę eſt ſexta poſt Epiphaniam. Introitus.

Hie. 29. DIcit dominus, ego cogito cogitationes pacis, ⁊ nõ afflictionis: inuocabitis me, ⁊ ego exaudiam vos: ⁊ reducam captiuitatem veſtram de cunctis locis. Pſalmus. Benedixiſti dñe terram tuam, auertiſti captiuitatẽ Jacob. ℣ Gloria patri. ps. 89.

Oratio.

PRęſta quęſumus omnipotens deus: vt ſemper rationabilia meditantes, quę tibi ſunt placita, ⁊ dictis exequamur, ⁊ factis. Per dominum. A cunctis nos quęſumus. vt in ſuperiori Dominica. Tertia oratio dicitur ad libitum.

Lectio epiſtolę beati Pauli apoſtoli ad Theſſalonicenſes.

1. c. 1. FRatres. Gratias agimus deo ſemper pro omnibus vobis: memoriã veſtri faciẽtes in orationibus noſtris: ſine intermiſſione, memores operis fidei veſtrę ⁊ laboris, ⁊ charitatis, ⁊ ſuſtinẽtię ſpei domini noſtri Ieſu Chriſti. Scientes fratres dilecti, a deo electionem veſtram: quia euangelium noſtruꝫ nõ fuit ad vos in ſermone tantum, ſed ⁊ in virtute, ⁊ in ſpiritu ſancto, ⁊ in plenitudine multa: ſicut ſcitis quales fuerimus in vobis propter vos. Et vos imitatores noſtri facti eſtis, ⁊ domini: excipientes verbum in tribulatione multa cũ gaudio ſpiritus ſancti: ita vt facti ſitis forma omnibus credentibus in Macedonia ⁊ in Achaia. A vobis enim diffamatus eſt ſermo dñi: non ſolum in Macedonia ⁊ in Achaia, ſed ⁊ in omni loco

loco fides veſtra que eſt ad deuꝫ,
profecta eſt, ita vt non ſit nobis
neceſſe quicquã loqui. Ipſi eniꝫ
de nobis annunciant qualem in-
troitum habuerimus ad vos: ⁊
quomodo conuerſi eſtis ad deuꝫ
a ſimulachris, ſeruire deo viuo ⁊
vero: ⁊ expectare filium eius de
celis (queꝫ ſuſcitauit ex mortuis)
Ieſum, qui eripuit nos ab ira ven-
Ps. tura. Graduale. Liberaſti nos
43. dñe ex affligentibus nos: ⁊ eos
qui nos oderunt cõfudiſti. ℣. In
deo laudabimur tota die, ⁊ in no-
mine tuo confitebimur in ſecula.
Ps. Alleluia, alleluia. ℣. De profun
129 dis clamaui ad te domine, domi-
ne exaudi vocem meam, alleluia.

Sequentia ſancti euangelij
ſecundum Matheum.

C.13 
In illo tẽpo-
re. Dixit Ie-
ſus turbis parabo
lam hanc. Simile
eſt regnum celoꝝ
grano ſinapis: qđ
accipiẽs homo ſe-
minauit in agro ſuo: quod mini-
mum quidem eſt omnibus ſemi-
nibus. Cum autem creuerit ma
ius eſt omnibus oleribus: ⁊ fit ar
bor, ita vt volucres celi veniant,
⁊ habitent in ramis eius. Aliam
parabolam locutus eſt eis. Si-
mile eſt regnum celorum fermen
to: quod acceptum mulier abſcõ
dit in farine ſatis tribus, donec fer
mentatum eſt totum. Hec omnia
locutus eſt Ieſus in parabo-
lis ad turbas: ⁊ ſine parabolis
non loquebatur eis: vt implere-
tur quod dictum eſt per prophe-
tam dicentem. Aperiam in para
bolis os meum: eructabo abſcõ-
dita a conſtitutione mundi.
Credo. Offertorium.
De profundis clamaui ad te do
mine, domine exaudi orationem
meam, de profundis clamaui ad
te domine. Secreta.
Hec nos oblatio deus mũ
det, queſumus, ⁊ renouet,
gubernet, ⁊ protegat. Per domi
num noſtrum Ieſum Chriſtum.
Exaudi nos deus. vt in ſupe-
riori Dominica. Communio. Mat
Amen dico vobis quicquid orã 11.
tes petitis, credite, quia accipietis,
⁊ fiet vobis. Poſtcom.
Celeſtibus domine paſti
delicijs, queſumus: vt ſem
per eadẽ, per que veraciter viui-
mus, appetamus. Per dominũ
noſtrum Ieſum Chriſtum filiuꝫ
tuum, qui tecum viuit ⁊ regnat, in
vnitate ſpiritus ſancti deus: per
omnia ſecula ſeculorũ. ℟. Amẽ.
Poſtcom. Mundet ⁊ muniat.
vt in precedenti Dominica.
¶ Dominica xxviij. ⁊ vltima
poſt Pentecoſt. que ſuperius
poſita eſt in ordine vigeſima
quarta. Folio 396.

De Sanctis.

¶ In vigilia ſancti Andree Apoſtoli. Introitus.



Omnis ſecꝰ mare Galilee vidit duos fratres. Petrū ꝛ Andream, ꝛ vocauit eos: venite poſt me: faciam vos fieri piſcatores hominum. Pſalmus. Celi enarrant gloriam dei, ꝛ opera manuū eius annunciat firmamentū. ℣. Gloria patri. Oratio.

Queſumus oīpotēs deus, vt beatus Andreas apoſtolus, cuius preuenimus feſtiuitatē, tuū ꝑ nobis imploret auxiliū: vt a nr̄is reatibus abſoluti, a cūctis etiā ꝑiculis eruamur. Per.

¶ Pro commemoratione ſancti Saturnini martyris. Oratio.

Deus qui nos beati Saturnini martyris tui concedis natalitio perfrui: eius nos tribuc meritis adiuuari. Per dn̄m.

Si vigilia S. Andree venerit in Aduentu, miſſa dicitur de vigilia, ꝛ ſecunda oratio erit de Aduentu tertia de ſancto Saturnino. Si feſtum S. Andree venerit feria ſecunda, Miſſa de vigilia dicitur in Sabbato, ꝛ ſecunda oratio de S. Saturnino. Concede nos. tertia. Eccleſie tue. vel pro Papa: ꝛ commemoratio S. Saturnini fit in Sabbato. Quod ꝛ in aliis vigiliis exceptis vigiliis Natiuitatis domini, ſeruatur. Si autem feſtum S. Andree venerit in Dominica, transfertur in ſecundam feriam ꝛ miſſa de vigilia dicitur in Sabbato cum commemor. S. [illegible] oratio erit de S. Saturnino. Concede.

Lectio libri Sapientie.

Benedictio domini ſuper caput iuſti. Ideo dedit illi dn̄s hereditatem: ꝛ diuiſit ei partem in tribubus duodecim: ꝛ inuenit gratiam in conſpectu omnis carnis. Magnificauit eum in timore inimicorum: ꝛ in verbis ſuis monſtra placauit. Glorificauit eum in conſpectu regum, ꝛ oſtendit illi gloriam ſuam. In fide ꝛ lenitate ipſius, ſanctum fecit illum: ꝛ elegit eum ex omni carne. Et dedit illi coram precepta, ꝛ legem vite, ꝛ diſcipline: ꝛ excelſum

Eccle. 44. 45

ſum

ſum fecit illum. Statuit illi teſtamentum eternum, ⁊ circumcinxit eum zona iuſtitie. Et induit eum dñs coronam glorie. Graduale. Nimis honorati ſunt amici tui deus: nimis confortatus eſt principatus eorũ. ℣. Dinumerabo eos: ⁊ ſup arenã multiplicabũtur.

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Joannem.

ca.1



In illo tempore. Stabat Joannes, ⁊ ex diſcipulis eius duo. Et reſpiciens Jeſum ambulantem, dicit. Ecce agnus dei. Et audierunt eũ duo diſcipuli loquentẽ: ⁊ ſecuti ſunt Jeſum. Cõuerſus autẽ Jeſus, ⁊ videns eos ſequentes ſe, dicit eis. Quid queritis? Qui dixerũt ei. Rabbi (quod dicitur interpretatũ, magiſter) vbi habitas? dicit eis. Uenite, ⁊ videte. Uenerunt, ⁊ viderũt vbi maneret: ⁊ apud eũ mãſerũt die illo. Hora autem erat quaſi decima. Erat autẽ Andreas frater Simonis Petri vnus ex duobus qui audierãt a Joanne, ⁊ ſecuti fuerant eũ. Inuenit hic primum, fratrem ſuum Simonẽ: ⁊ dixit ei. Inuenimus meſſiã, quod eſt interpretatum, Chriſtus. Et adduxit eũ ad Jeſum. Intuitus autem eũ Jeſus, dixit. Tu es Simõ filius Jone: tu vocaberis Cephas quod interpretatur Petrus. In craſtinuz voluit exire in Galileam: ⁊ inuenit Philippuz. Et dixit ei Jeſus. Sequere me. Erat autez Philippus a Bethſaida, ciuitate Andree, ⁊ Petri. Inuenit Philippus Nathanael: ⁊ dicit ei. Quẽ ſcripſit Moyſes in lege, ⁊ prophete: inuenimus Jeſuz filiũ Joſeph, a Nazareth. Et dixit ei Nathanael. A Nazareth poteſt aliquid boni eſſe? Dicit ei Philippus. Ueni, ⁊ vide. Uidit Jeſus Nathanael venientem ad ſe: ⁊ dicit de eo. Ecce, uere Iſraelita, in quo dolus non eſt. Dicit ei Nathanael. Unde me noſti? Reſpõdit Jeſus, ⁊ dixit ei. Priuſquã te Philippus vocaret, cum eſſes ſub ficu, vidi te. Reſpõdit ei Nathanael, ⁊ ait. Rabbi: tu es filius dei: tu es rex Iſrael. Reſpõdit Jeſus, ⁊ dixit ei. Quia dixi tibi, vidi te ſub ficu, credis: maius his videbis. Et dicit ei. Amen, amen, dico vobis: videbitis celũ apertuz, ⁊ angelos dei aſcẽdentes ⁊ deſcẽdẽtes ſupra filiũ hominis. Offert. Gloria ⁊ honore coronaſti euz: ⁊ conſtituiſti eũ ſuper opera manuum tuarum domine.

Secreta.

Sacrandũ tibi dñe munus offerimus: quo beati Andree ſollemnia recolentes purificationem quoque, noſtris mentibus imploramus. Per dominũ.

Pro commemoratione S. Saturnini martyris. Secreta.

Munera tibi dñe dicata ſanctifica: & intercedēte beato Saturnino marty. tuo, per hęc eadē nos placatus intēde. Per.

Communio. Dixit Andreas Simoni fratri ſuo: inuenimus meſſiā, qui dicitur Chriſtus: & adduxit eum ad Jeſum. Poſtcom.

Perceptis dñe ſacramētis, ſuppliciter exoramus: vt, intercedente beato Andrea apoſtolo tuo, quę pro illius veneranda gerimus paſſione, nobis proficiant ad medelaz. Per dominum noſtrum.

Pro commemoratione ſancti Saturnini. Poſtcom.

Sanctificet nos, quęſumus domine, tui perceptio ſacramenti: & interceſſione ſanctorum tuorū tibi reddat acceptos. Per dominum noſtrum Jeſum Chriſtum filium tuum.

¶ Si ſequens feſtum Sancti Andree venerit in Dominica, tranſferatur in ſequentez diem cu[illegible] feſto non impediatur: quod & de aliis feſtis duplicibus & ſemiduplicibus in Dominicis Aduentus occurrentibus ſeruatur, & in illis ſemper fit cōmemoratio de Aduentu. De ſimplicibus autem toto Aduentu fit tantum commemoratio.

¶ In feſto ſancti Andree apoſtoli. Introitus. Dec. 30.

Mihi autem nimis honorati ſunt amici tui deus: nimis confortatus eſt principatus eorū. Pſalm. Domine probaſti me, & cognouiſti me: tu cognouiſti ſeſſionem meam, & reſurrectionem meam. ℣. Gloria patri. Oratio.

Maieſtatem tuam dñe ſuppliciter exoramus: vt ſicut eccleſię tuę beatus Andreas apoſtolus extitit prędicator & rector: ita apud te, ſit pro nobis perpetuus interceſſor. Per dominuz.

Lectio epiſtole beati Pauli apoſtoli ad Romanos.

Fratres. Corde creditur ca. 10. ad iuſtitiā: ore autē, confeſſio fit ad ſalutem. Dicit enim ſcriptura. Omnis qui credit in illuz, non confundetur. Non enim eſt diſtinctio Judęi, & Gręci. Nam idem dñs omnium, diues in omnes qui inuocant illum. Omnis enim quicunque inuocauerit nomen dñi: ſaluus erit. Quomodo ergo inuocabunt, in quem nō crediderunt? Aut quomodo credēt ei, quem non audierunt? Quomodo autē audient ſine prędicante? Quomodo vero prędicabunt, niſi mittantur? Sicut ſcriptuz eſt. Quā ſpecioſi pedes euangelizantiū pacem, euangelizantiū bona.

Sed nõ omnes obediũt euãgẽlio. Iſaias enim dicit. Dñe, quis credidit auditui noſtro? Ergo fides ex auditu: auditus autẽ, per verbũ Chriſti. Sed dico. Nunquid non audierũt? Et quidẽ in omnem terram exiuit ſonus eorũ, ⁊ in fines orbis terrę verba eorũ. Graduale. Conſtitues eos principes ſuper omnem terram: memores erũt nominis tui domine. ℣. Pro patribus tuis nati ſunt tibi filij: propterea populi confitebũtur tibi. Alleluia, alleluia. ℣. Dilexit Andream dominus in odorem ſuauitatis. Alleluia.

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Matthеum.

Cap. 4



In illo tempore. Ambulans Ieſus iuxta mare Galilęę, vidit duos fratres, Simonem qui vocatur Petrus, ⁊ Andream fratrem eius, mittẽtes rete in mare (erant enim piſcatores) ⁊ ait illis. Uenite poſt me: ⁊ faciã vos fieri piſcatores hoĩuz. At illi continuo, relictis retibus, ſecuti ſunt eum. Et procedens inde, vidit alios duos fratres, Iacobum Zebedei, ⁊ Ioannem fratrem eius in naui, cum Zebedęo patre eorum, reficiẽtes retia ſua: ⁊ vocauit eos. Illi autem, ſtatiz relictis retibus ⁊ patre, ſecuti ſunt eum. Dicitur. Credo. Offertorium. Mihi autem nimis honorificati ſunt amici tui deus: nimis confortatus eſt principatus eorũ. Secreta. Sacrificium noſtrum tibi domine, quęſumus, beati Andreę apoſtoli tui precatio ſancta conciliet: vt in cuius honore ſollemniter exhibetur, eius meritis efficiatur acceptum. Per

Prefatio de apoſtolis.

Communio. Uenite poſt me, faciam vos fieri piſcatores hominum: at illi continuo relictis retibus, ſecuti ſunt dñm. Poſtco. Sumpſimus domine diuina myſteria beati Andreę feſtiuitate lętantes: que ſicut tuis ſanctis ad gloriaz, ita nobis, quęſumus, ad veniam prodeſſe perficias. Per dominum.

Feſta Decembris.

¶ Pro commem. ſanctę Bibianę virginis ⁊ martyris. Oratio. Indulgentiam. cum ſua Secreta ⁊ poſtcom. de communi virginum. fol. 584. die 2.

¶ Pro commemorat. ſanctę Barbarę virginis ⁊ martyris. Oratio. Deus qui inter cętera. cum ſua Secreta, ⁊ poſtcom. de communi virginum. fol. 582. die 4.

¶ Pro commemoratione ſancti Sabbę Abbatis. Oratio. die 5.

Interceſſio nos, quęſumus domine, beati Sabbę Abbatis cõmendet: vt quod noſtris

 meritus

meritis nō valemus, eius patroci nio aſſequamur. Per do. Secr.

SAcris altaribus dn̄e hoſtias ſuperpoſitas ſanctus Sabbas, queſumus, in ſalutem nobis prouenire depoſcat. Per.

Poſtcom.

PRotegat nos dn̄e cū tui pceptione ſacramenti beatus Sabbas pro nobis intercedendo: vt ⁊ conuerſationis eius experiamur inſignia, ⁊ interceſſionis ipſius percipiamus ſuffragia. Per dominuz noſtrum.

die 6. ¶ In feſto ſancti Nicolai epiſcopi ⁊ cōf. Introitus.

STatuit ei dominus teſtamentum pacis: ⁊ principem fecit eum: vt ſit illi ſacerdotij dignitas in eternum. Pſal. Memento domine Dauid: ⁊ omnis manſuetudinis eius. ℣. Gloria patri, ⁊ filio, ⁊ ſpiritui ſancto. Oratio.

DEus, qui beatū Nicolaū pontificez tuuz innumeris decoraſti miraculis: tribue, queſumus: vt eius meritis ⁊ precibus, a gehenne incendijs liberemur. Per dominum noſtrum.

Epiſtola. Mementote prepoſitorum. de cōi confeſſor pontificis. fol. 571. Graduale. Inueni Dauid ſeruum meum: oleo ſancto meo vnxi eum: manus enim mea auxiliabitur ei: ⁊ brachium meū confortabit eum. ℣. Nihil proficiet inimicus in eo: ⁊ filius iniquitatis non nocebit ei.

Alleluia, alleluia. ℣. Iuſtus vt palma florebit, ſicut cedrus Libani multiplicabitur: Alleluia.

Euangelium. Homo quidam peregre proficiſcens. de communi confeſſ. pont. fol. 571. Offert. Veritas mea, ⁊ miſericordia mea cum ipſo: ⁊ in nomine meo exaltabitur cornu eius. Secreta.

SAnctifica, queſumus domine deus, hec munera: que in ſollemnitate ſancti antiſtitis tui Nicolai offerimus: vt per ea, vita noſtra inter aduerſa ⁊ proſpera vbiqz dirigatur. Per dominuz.

Communio. Semel iuraui in ſancto meo: ſemen eius in eternum manebit: ⁊ ſedes eius ſicut ſol in conſpectu meo, ⁊ ſicut luna perfecta in eternum, ⁊ teſtis in celo fidelis. Poſtcom.

SAcrificia, que ſumpſimus domine pro ſollēnitate ſancti pontificis tui Nicolai, ſempiterna nos protectione cōſeruent. Per dominum noſtrum.

¶ In feſto ſancti Ambroſii epiſcopi ⁊ confeſſoris ac doctoris Eccleſie: Introitus. die 7.

IN medio eccleſie aperuit os eius: ⁊ impleuit eū dn̄s ſpiritu ſapiētie ⁊ intellectus: ſtolā glorie īduit eū.

Ps.

Pſalm. Bonum eſt cōfiteri domino, ⁊ pſallere nomini tuo altiſſime. ℣. Gloria patri. Oratio.

DEus, qui populo tuo eterne ſalutis beatum Ambroſium miniſtrum tribuiſti: preſta queſumus: vt, quem doctorem vite habuimus in terris, interceſſorem habere mereamur in celis. Per dominum noſtruz Jeſum. Epiſtola. Teſtificor coraz deo. de commune Doctorum. fol. 575. Graduale. Ecce ſacerdos magnus, qui in diebus ſuis placuit Deo. ℣. Nō eſt inuentus ſimilis illi, qui conſeruaret legez excelſi. Alleluia, alleluia. ℣. Jurauit dominus, ⁊ non penitebit eum: tu es ſacerdos in eternum ſecunduz ordinez Melchiſedec. Alleluia. Euangeliū. Vos eſtis ſal terre, de commune Doctorum. fol. 575. Et dicitur, Credo. Offerto. Veritas mea, ⁊ miſericordia mea cum ipſo: ⁊ in nomine meo exaltabitur cornu eius. Secreta.

OMnipotēs ſempiterne deus, munera tue maieſtati oblata, per interceſſionem beati Ambroſij cōfeſſoris tui atqz pontificis, ad perpetuam nobis fac prouenire ſalutem. Per dñm. Communio. Semel iuraui in ſancto meo: ſemen eius in eternum manebit: ⁊ ſedes eius ſicut ſol in conſpectu meo: ⁊ ſicut luna perfecta in eternum: ⁊ teſtis in celo fidelis. Poſtcom.

SAcramenta ſalutis noſtre ſuſcipiens, concede, queſumus omnipotens deus: vt beati Ambroſij cōfeſſoris tui atqz pontificis nos vbiqz oratio adiuuet: in cuius veneratione hec tue obtulimus maieſtati. Per dominū.

¶ In Conceptione B. Marie dicitur Miſſa de eius Natiuitate, que habetur menſe Septembri, mutato nomine Natiuitatis in Conceptionem. die. 8.

¶ Pro commemoratione ſancti Melchiadis Pape ⁊ martyris. Oratio. Infirmitatem. cū ſuis Secreta, ⁊ Poſtcom. De cōi vnius mart. pontif. folio. 555. die. 10.

¶ In feſto ſancti Damaſi Pape ⁊ confeſſoris. Introitus. die. 11.

SAcerdotes tui dñe induant iuſtitiam: ⁊ ſancti tui exultent: propter Dauid ſeruum tuum non auertas faciē Chriſti tui. ps Memento dñe Dauid, ⁊ omnis manſuetudinis eius. ℣. Gloria patri, ⁊ filio ⁊ ſpiritui ſancto. Oratio.

EXaudi domine preces noſtras: ⁊ interueniēte beato Damaſo cōfeſſore tuo atqz pontifice, indulgentiam nobis tribue placatus, ⁊ pacem. Per dñm. Epiſtola. Plures facti ſunt ſacerdotes. de communi confeſſ.

Pontific. folio. 573. Graduale.
Ecce ſacerdos magnus, qui in diebus ſuis placuit deo. ℣. Non eſt inuentus ſimilis illi, qui conſeruaret legem excelſi.
Alleluia, alleluia. ℣. Tu es ſacerdos in ęternum ſecundum ordinem Melchiſedec, Alleluia.
Euangelium. Vigilate quia neſcitis. De eodem commun fol. 573.
Offertorium. Inueni Dauid ſeruum meum, oleo ſancto meo vnxi eum: manus enim mea auxiliabitur ei, ⁊ brachium meum confortabit eum.

Secreta.

Accepta tibi ſit, quęſumus domine, ſacratę plebis oblatio, pro tuorum honore ſanctorum: quorum ſe meritis percepiſſe de tribulatione cognoſcit auxilium. Per dominum noſtrum Jeſum Chriſtum filium.
Communio. Domine quinque talenta tradidiſti mihi, ecce alia quinque ſuperlucratus ſum: euge ſerue fidelis, quia in pauca fuiſti fidelis, ſupra multa te conſtituam: intra in gaudium domini tui. Poſtcom.
Da, quęſumus domine, fidelibus populis, ſanctorum tuorum ſemper veneratione lętari: ⁊ eorum perpetua ſupplicatione muniri. Per dominum noſtrum Jeſum Chriſtum.

¶ In feſto ſancte Lucię virginis ⁊ martyris. Introitus. Dle. 13.

Dilexiſti iuſtitiam, ⁊ odiſti iniquitatem: propterea vnxit te deus deus tuus oleo lętitię, prę conſortibus tuis. Pſalm.
Eructauit cor meum verbum bonum: dico ego opera mea regi. ℣. Gloria patri, ⁊ filio. Oratio.
Exaudi nos Deus ſalutaris noſter: vt ſicut de beatę Lucię virginis ⁊ martyris tuę, feſtiuitate gaudemus: ita pię deuotionis erudiamur affectu. Per dominum noſtrum Jeſum Chriſtū.
Epiſtola. Qui gloriatur, in domino glorietur. De commun virginum folio. 586. Graduale.
Dilexiſti iuſtitiam, ⁊ odiſti iniquitatem. ℣. Propterea vnxit te deus deus tuus oleo lętitię.
Alleluia, alleluia. ℣. Diffuſa eſt gratia in labiis tuis, propterea benedixit te Deus in ęternum, Alleluia. Euangelium.
Simile eſt regnum celorum theſauro abſcondito. De communi virg. ⁊ martyrum. folio. 585.
Offertorium. Offerentur regi virgines poſt eam, proximę eius offerentur tibi. Secreta.
Accepta tibi ſit domine ſacratę plebis oblatio, pro tuorum honore ſanctorum: quorum ſe meritis percepiſſe de tri-

bulatione

bulatione cognoſcit, auxilium. Per dominum noſtrum Jeſum Chriſtum filium tuum, qui tecuz viuit ⁊ regnat. Communio.

Principes perſecuti ſunt me gratis, ⁊ a verbis tuis formidauit cor meum: letabor ego ſuper eloquia tua, quaſi qui inuenit ſpolia multa. Poſtcom.

Satiaſti dñe familiam tuam muneribus ſacris: eius, queſumus, ſemper interuentione nos refoue, cuius ſollemnia celebramus. Per dominum noſtrum Jeſum Chriſtum filiuz tuum, qui tecum viuit ⁊ regnat, in vnitate.

Dic. 20. ¶ In vigilia S. Thome dicit Miſſa Ego autem ſicut oliua. de vigilia vnius apoſtoli. f. 484. cuz commemoratione de Aduentu: ⁊ in ea ſeruetur rubrica in vigilia S. Andree poſita. Si autez hec vigilia venerit in quatuor temporibus, de ea fit tantum commemoratio.

Dic. 21. In feſto ſancti Thome apoſtoli. Introitus.

Mihi autem nimis honorati ſunt amici tui deus: nimis confortatus eſt principatus eorum. Pſalm. Domine probaſti me, ⁊ cognouiſti me: tu cognouiſti ſeſſionem meam, ⁊ reſurrectionem meam. ℣. Gloria patri, ⁊ filio ⁊ ſpiritui ſancto.

Oratio.

Da nobis, queſumus domine, beati apoſtoli tui Thome ſollemnitatibus gloriari: vt, eius ſemper ⁊ patrociniis ſubleuemur, ⁊ fidem, congrua deuotione ſectemur. Per dominum noſtrum Jeſum Chriſtum filium tuum, qui tecum viuit ⁊ regnat.

Lectio epiſtole beati Pauli apoſtoli ad Epheſios.

Fratres: Jam non eſtis hoſpites ⁊ aduene: ſed eſtis ciues ſanctorum ⁊ domeſtici dei, ſuperedificati ſupra fundamentuz apoſtolorum ⁊ prophetarum, ipſo ſummo angulari lapide Chriſto Jeſu. In quo omnis edificatio conſtructa, creſcit in templum ſanctum in domino. In quo ⁊ vos coedificamini in habitaculum Dei, in Spiritu ſancto. c. 2.

Gradua. Nimis honorati ſunt amici tui Deus: nimis confortatus eſt principatus eorum. ℣. Dinumerabo eos: ⁊ ſuper arenam multiplicabuntur.

Alleluia, alleluia. ℣. Gaudete iuſti in domino: rectos decet collaudatio. Alleluia.

Sequentia ſancti euangelii ſecundum Joannem.

In illo tempore. Thomas vnus de duodecim, qui dicitur Dydimus, non erat cum eis quando venit Jeſus. Dixerunt ergo ei alii diſcipuli. Vidimus ca. 20.

dominum. Ille autem dixit eis. Niſi videro in manibus eius fixuram clauorum, ⁊ mittam digitum meum in locum clauorum, ⁊ mittam manum meam in latus eius: non credam. Et poſt dies octo, iterum erant diſcipuli eius intus: ⁊ Thomas cum eis. Venit Jeſus ianuis clauſis, ⁊ ſtetit in medio, ⁊ dixit, Pax vobis. Deinde dicit Thomę. Infer digitu3 tuu3 huc, ⁊ vide manus meas, ⁊ affer manu3 tua3, ⁊ mitte in latus meū, ⁊ noli eſſe incredulus, ſed fidelis. Reſpondit Thomas, ⁊ dixit ei. Dominus meus ⁊ deus meus. Dicit ei Jeſus. Quia vidiſti me, Thoma, credidiſti. Beati qui nō viderunt, ⁊ crediderunt. Dicitur, Credo. Offert. In omne3 terram exiuit ſonus eoꝝ: ⁊ in fines orbis terrę verba eoꝝ. Secreta.

Debitū tibi domine noſtrę reddimus ſeruitutis, ſuppliciter exorantes: vt ſuffragijs beati Thomę apoſtoli tui, in nobis tua munera tuearis: cuius honoranda confeſſione, laudis tibi hoſtias immolamus. Per dominū. Prefatio de apoſtolis. Cōio.

Mitte manum tuam, ⁊ cognoſce loca clauorum: ⁊ noli eſſe incredulus, ſed fidelis. Poſtcom.

Adeſto nobis miſericors deus: ⁊ intercedente pro nobis beato Thoma apoſtolo tuo, tua circa nos propitiatus dona cuſtodi. Per dominum noſtru3.

¶ Feſta Januarij.

¶. Pro commemoratione S. Hygini Papę ⁊ mart. Oratio. Infirmitatem. cum ſua Secreta. ⁊ Poſtcom. de communi vnius martyris pontif. folio. 551. ⁊ tertia oratio dicitur de S. Maria. Deus qui ſalutis. die. 11.

¶ In feſto ſancti Hilarij epiſcopi ⁊ Confeſſ. Miſſa. In medio eccleſię. de cōi Doctorū. fo. 575. ⁊ in ea fit ſequens cōmemoratio, cum tertia oratione de S. Maria. Deus qui ſalutis. die. 14.

¶ Pro commemoratione S. Felicis in Pincis. Mar. Oro.

Concede quęſumus, omnipotens deus: vt ad meliorem vitam, ſanctorum tuorum exempla nos prouocent: quatenus quorum ſolemnia agimus, et actus imitemur. Per do. Secre.

Hoſtias tibi dn̄e beati Felicis martyris tui dicatas meritis benignus aſſume: ⁊ ad perpetuum nobis tribue prouenire ſubſidium. Per dn̄m. Poſtcom.

Quęſumus domine, ſalutaribus repleti myſterijs: vt beati Felicis martyris tui, cuius ſolemnia celebramus, orationibus adiuuemur. Per dominum.

Si contingat feſtū ſancti Hilarij transferri in alium diem; non tamen

men

nē prędicta cōmemoratio S. Fe
licis transfertur, ſed de ea fit mo
do: quod ꝛ in alio ſequenti feſto,
ꝛ in ſimilibus ſemper ſeruatur.

die. 15. ¶ In feſto ſancti Pauli primi
Eremite. Introitus.

Juſtus, vt palma
florebit: ſicut ce
drus Libani, mul
tiplicabitur: plan
tatus in domo do
mini, in atrijs do
mus dei noſtri. Pſal. Bonum eſt
confiteri dño: ꝛ pſallere nomini
tuo altiſſime. ℣. Glo. pa. Oro.

Deus, qui nos beati Pauli
cōfeſſoris tui annua ſolem
nitate lętificas: concede propi
tius: vt cuius natalia colimus,
etiam actiones imitemur. Per.

Pro commemoratione ſancti
Mauri abbatis. Oratio.

Intercesſio nos, quęſumus
domine, beati Mauri abba
tis comendet: vt quod noſtris
meritis non valemus, eius patro
cinio aſſequamur. Tertia oratio.
de S. Maria Deus qui ſalutis.
Epiſto. Quę mihi fuerūt lucra.
de cō. cōfeſſ. non pont. fol. 577.
Gradu. Iuſtus, vt palma flore
bit: ſicut cedrus Libani, multipli
cabitur in domo dñi. ℣. Ad an
nunciandum mane miſericordiā
tuam, ꝛ veritatem tuā per noctē.
Alleluia, allā. ℣. Iuſtus germi
nabit ſicut lilium: ꝛ florebit in ęter
num ante dñm, Alleluia. Euang.
Confiteor tibi pater. De cō. plu
rimorū marty. fol. 563. Offerto.
In virtute tua dñe lętabitur iu
ſtus: ꝛ ſuper ſalutare tuum exul
tabit vehementer: deſiderium
animę eius tribuiſti ei. Secreta.

Laudis tibi domine hoſtias
immolamus, in tuorū com
memoratione ſanctorū: quibus
nos ꝛ pręſentibus exui malis con
fidimus, ꝛ futuris. Per dñm.
Pro commemoratio. ſancti Mau
ri Abbatis. Secreta.

Preſta nobis, quęſumus,
omnipotens deus: vt no
ſtrę humilitatis oblatio, ꝛ pro
tuorum tibi grata ſit honore ſan
ctorum, ꝛ nos corpore pariter ꝛ
mente purificet. Communio.
Lętabitur iuſtus in domino, ꝛ
ſperabit in eo: ꝛ laudabuntur om
nes recti corde. Poſtcom.

Refecti cibo potuq; cęleſti
deus noſter, te ſupplices exo
ramus: vt in cuius hęc cōmemo
ratione percepimus, eius munia
mur ꝛ precibus. Per dominum.
Pro comemorat. ſancti Mauri
Abbatis. Poſtcom.

Protegat nos domine cum
tui perceptione ſacramen
ti, beatus Maurus Abbas pro
nobis intercedendo: vt ꝛ con
uerſationis eius experiamur inſi
gnia, ꝛ interceſſionis ipſius per
cipiamus ſuffragia.

¶ In

die. 16. ¶ In feſto S. Marcelli pape et martyris. Introitus.

Statuit ei dominus teſtamentū pacis, & principem fecit eum: vt ſit illi ſacerdotij dignitas in eternum. Pſalmus. Memento domine Dauid, & omnis manſuetudinis eius. ℣. Gloria patri, & filio. Oratio.

Preces populi tui, queſumus dñe, clementer exaudi: vt beati Marcelli martyris tui atque pontificis meritis adiuuemur, cuius paſſione letamur. Per dominum. Epiſtola. Benedictus deus. de cōi vnius martyris pontificis. folio. 554. Gradus. Inueni Dauid ſeruuz meum: oleo ſancto meo vnxi eū: manus enim mea auxiliabitur ei: & brachium meum cōfortabit eū. ℣. Nihil proficiet inimicus in eo: & filius iniquitatis non nocebit ei. Alleluia, allel. ℣. Tu es ſacerdos in eternum, ſecundū ordinez Melchiſedec, Alleluia. Euang. Si quis vult venire poſt me. de eodez comuni fol. 553. Offerto. Veritas mea, & miſericordia mea cum ipſo: & in nomine meo exaltabitur cornu eius. Secreta.

Suſcipe, queſumus domine, munera dignanter oblata: & beati Marcelli ſuffragantibus meritis, ad noſtre ſalutis auxiliuz prouenire concede. Per dñm. Communio. Domine quinque talenta tradidiſti mihi: ecce alia quinque ſuperlucratus ſum: euge ſerue bone & fidelis: quia in pauca fuiſti fidelis, ſupra multa te conſtituam: intra in gaudium domini tui. Poſtcom.

Satiaſti dñe familiam tuam muneribus ſacris: eius queſumus, ſemper interuentione nos refoue, cuius ſolemnia celebramus. Per dominum noſtrum.

¶. In feſto S. Antonij Abbatis Miſſa. Os iuſti. de communi Abbatuz. folio. 510. cum euangelio. Sint lūbi veſtri precincti. de cōi confeſſ. nō pont. fol 578. die. 17.

¶ In feſto Cathedre S. Petri, qua Rome primum ſedit. Introitus. die. 18.

Statuit ei dominus teſtamentuz pacis, & principem fecit eum: vt ſit illi ſacerdotij dignitas in eternum. pſalmus. Memento domine Dauid, & omni manſuetudinis eius. ℣. Gloria patri. Oratio.

Deus, qui beato Petro apoſtolo tuo, collatis clauibus regni celeſtis, animas ligandi, atque ſoluendi, pontificium tradidiſti: concede, vt interceſ

terceſſionis eius auxilio, a peccatorum noſtrorum nexibus liberemur. Qui viuis ⁊ regnas. Et fit commem. de ſancto Paulo ante quaſcunque commemorat. etiam Dominicę: quod ⁊ ſeruatur in commemo. ſancti Petri quę fit in feſto ſancti Pauli. Oratio.

Deus, qui multitudinem gentium beati Pauli apoſtoli prędicatione docuiſti: da nobis, quęſumus: vt, cuius commemorationem colimus, eius apud te patrocinia ſentiamus.

¶ Pro commemora. ſanctę Priſcę virg. ⁊ martyris. Oratio.

Da, quęſumus, omnipotens deus: vt, qui beatę Priſcę virginis ⁊ martyris tuę natalitia colimus, ⁊ annua ſolemnitate lętemur, ⁊ tantę fidei proficiamus exemplo. Per dominum.

Lectio epiſtolę beati Petri apoſtoli.

1. c. 1. Petrus Apoſtolus Ieſu Chriſti, electis aduenis diſperſionis Pōti, Galatię, Cappadocię, Aſię, ⁊ Bithynię: ſecundum pręſcientiam dei patris, in ſanctificationem Spiritus, in obedientiam, ⁊ aſperſionem ſanguinis Ieſu Chriſti: gratia vobis, ⁊ pax multiplicetur. Benedictus deus ⁊ Pater domini noſtri Ieſu Chriſti, qui ſecundum magnam miſericordiam ſuam regenerauit nos in ſpem viuam, per reſurrectionem Ieſu Chriſti ex mortuis, in hereditatem incorruptibilem, ⁊ incontaminatam, ⁊ immarceſcibilem, conſeruatam in cęlis in vobis, qui in virtute dei cuſtodimini per fidem, in ſalutem, paratam reuelari in tempore nouiſſimo, in quo exultabitis: modicum nunc ſi oportet, contriſtati in varijs tentationibus: vt probatio veſtrę fidei, multo pretioſior auro (quod per ignem probatur) inueniatur in laudem, ⁊ gloriam, ⁊ honorem, in reuelatione Ieſu Chriſti domini noſtri. Graduale. Exultent eum in eccleſia plebis, ⁊ in cathedra ſeniorum laudent eum. ℣. Confiteantur domino miſericordię eius, ⁊ mirabilia eius filijs hominum. Si feſtum Cathedrę venerit ante Septuageſimam poſt Graduale, dicitur.

Alleluia, alleluia. ℣. Tu es Petrus, ⁊ ſuper hanc Petram ędificabo eccleſiam meam. Alleluia. Si autē venerit poſt Septuageſimā, omiſſo Alleluia, ⁊ verſu, dicitur ſequēs. Tractus. Tu es Petrus ⁊ ſuper hanc petram ędificabo eccleſiam meam. ℣. Et portę inferi non pręualebunt aduerſus eam: ⁊ tibi dabo claues regni cęlorum. ℣. Quodcunque ligaueris ſuper terram, erit ligatum ⁊ in cęlis. ℣. Et quodcunque ſolue-

Pro cōmemoratione Sancte Priſce. Poſtcom.

Q Ueſumus, domine, ſalutaribus repleti myſterijs: vt, cuius ſollemnia celebramus, eius orationibus adiuuemur. Per.

¶ Sanctorum martyrū Marij. Marthe, Audifacis, & Abacbum. Introitus.

die 19. I Uſti epulentur, & exultent in conſpectu dei, & delectentur in letitia. pſal. Exurgat deus, & diſſipentur inimici eius: & fugiant, qui oderunt eū a facie eius. ℣. Gloria patri, & filio, & ſpiritui ſancto. Oratio.

E Xaudi dñe populum tuū, cum ſanctorum martyrū tuorum patrocinio ſupplicantē: vt & temporalis vitę nobis tribuas pace gaudere, & ęternę reperire ſubſidium. Per dominū. Epiſtola R emenioramini priſtinos dies. de cōmuni plurimorum martyrum. fol. 563.

I Uſtorum animę in manu Dei ſunt: & non tanget illos tormentum malitię. ℣. Viſi ſunt oculis inſipientium mori: illi autem ſunt in pace. A lleluia, alleluia. ℣. Mirabilis deus noſter in ſanctis ſuis. Alleluia. Si hoc feſtum venerit poſt Septuageſimā, dicitur Tractus de communi plurimorum marty. Quod & ſeruatur in ſequentibus feſtis venientibus poſt Septuag. vſq; ad Dominicam Palmarum: niſi proprius Tractus aſſignetur. Euangeliū.

S edente Jeſu ſuper montem oliueti. de eodem cōmuni. f. 563.

Offerto. A nima noſtra, ſicut paſſer, erepta eſt de laqueo venantium: laqueus contritus eſt, & nos liberati ſumus. Secreta.

P Reces domine tuorum reſpice, oblationeſq; fideliū: vt, & tibi grata ſint pro tuorum feſtiuitate ſanctorum, & nobis conferant tuę propitiationis auxiliū. Per dominum. Communio.

D ico autem vobis amicis meis ne terreamini ab his, qui vos perſequuntur. Poſtcom.

S Anctorum tuorū domine interceſſione placatus, preſta quęſumus: vt quę temporali celebramus actione, perpetua ſaluatione capiamus. Per dñm.

¶ In feſto ſanctorum martyrum Fabiani & Sebaſtiani. Introitus.

I Ntret in conſpectu tuo domine gemitus cōpeditorū: redde vicinis noſtris ſeptuplū in ſinu eorum: vindica ſanguinem ſanctorum tuorum, qui effuſus eſt. pſalmus. Deus venerunt gentes in hęreditatem tuā: polluerunt templū ſanctū tuū: die 20.

polue.

no. Alleluia. Euangelium.
Simile eſt regnum celorum decem virginibus. de eodem communi fol.585. Offertorium.
Offerētur regi virgines poſt eā: proxime eius offerentur tibi in letitia, ⁊ exultatione: adducentur in templū regi dño. Secreta.
Hoſtias dñe, quas tibi offerimus, propitius ſuſcipe: ⁊ intercedēte beata Agnete virgine ⁊ martyre tua, vincula peccatorum noſtroꝝ abſolue. Per do. Communio. Quinqꝫ prudētes virgines acceperunt oleum in vaſis ſuis cum lampadibus: media autem nocte clamor factus eſt: ecce, ſponſus venit: exite obuiam Chriſto domino. Poſtcom.
Refecti cibo potuqꝫ celeſti deus noſter, te ſupplices exoramus: vt in cuius hec cōmemoratione percepimus, eius muniamur ⁊ precibus. Per dñm.

die 22. ¶ In feſto ſanctorum martyrū Vincentij ⁊ Anaſtaſij. Officium.
Intret in conſpectu tuo. de cōmuni plurimorum marty. f.563. excepta oratione que dicitur vt infra. Oratio.
Adeſto queſumus domine, ſupplicationibus noſtris, vt qui ex iniquitate noſtra reos nos eſſe cognoſcimus, beatorum marty. tuoꝝ Vincentij ⁊ Anaſtaſij interceſſione liberemur. Per dominum noſtrum. Secreta.

Munera tibi dñe noſtre deuotionis offerimus: que ⁊ pro tuoꝝ tibi grata ſint honore iuſtoꝝ, ⁊ nobis ſalutaria te miſerante reddantur. Per. Poſtcō.
Queſumus omnipotēs deus: vt qui celeſtia alimēta percepimus, intercedētibus beatis martyribus tuis Vincentio ⁊ Anaſtaſio, per hec contra omnia aduerſa muniamur. Per dñm.

¶ Sancte Emerentiane virginis ⁊ marty. dicitur miſſa. Me exſpectauerunt peccatores. vt in cōmuni virginum ⁊ marty. fol.584. die 23

¶ Sancti Timothei epiſcopi, ⁊ martyris. Introitus. die 24.
Statuit ei dñs teſtamentū pacis: ⁊ principem fecit eum: vt ſit illi ſacerdotij dignitas in eternum. Pſalmus. Memēto domine Dauid: ⁊ omnis manſuetudinis eius. ℣ Gloria. Oratio.
Infirmitatem noſtram reſpice omnipotens deus: ⁊ quia pōdus proprie actionis grauat, beati Timothei martyris tui atqꝫ pontificis interceſſio glorioſa nos protegat. Per dominū.
Lectio epiſtole beati Pauli apoſtoli ad Timotheum.
Chariſſime: Sectare iuſtitiam, pietatem, fidem, charitatem, patientiam, manſuetu- 1.c. 6.

ſti mem. Certa bonum certamen fidei: apprehende vitaʒ ęternaʒ, in qua vocatus es, ⁊ confeſſus bonam confeſſionem coram multis teſtibus. Precipio tibi coram deo, qui viuificat omnia: ⁊ Chriſto Ieſu, qui teſtimonium reddidit ſub Pontio Pilato bonam confeſſionem: vt ſerues mandatum ſine macula, irreprehenſibile vſqʒ in aduentum domini noſtri Ieſu Chriſti. Quem ſuis temporibus oſtẽdet beatus ⁊ ſolus potens, rex regum ⁊ dominus dominantium: qui ſolus habet immortalitatem, ⁊ lucem habitat inacceſſibilem: quem nullus hominum vidit, ſed nec videre poteſt: cui honor ⁊ imperium in ſempiternum. Amen. Graduale.

Inueni Dauid ſeruum meum: oleo ſancto meo vnxi euʒ: manus enim mea auxiliabitur ei: ⁊ brachium meum confortabit eum. ℣. Nihil proficiet inimicus in eo: ⁊ filius iniquitatis nõ nocebit ei. Alleluia, alleluia. ℣. Tu es Sacerdos in ęternum ſecundum ordinem Melchiſedec, Alleluia.

Si dicendus ſit tractus requiratur in cõi vnius martyris pont. Deſiderium animę. folio. 551. Euange. Si quis venit ad me. de cõmuni vnius martyris pontific. folio. 552. Offertorium.

Veritas mea, ⁊ miſericordia mea cum ipſo: ⁊ in nomine meo exaltabitur cornu eius. Secreta.

Hoſtias tibi dñe beati Timothei martyris tui atque pontificis dicatas meritis benignus aſſume: ⁊ ad perpetuum nobis tribue prouenire ſubſidium. Per dominum. Communio.

Semel iuraui in ſancto meo: ſemen eius in ęternũ manebit: ⁊ ſedes eius, ſicut ſol in cõſpectu meo, ⁊ ſicut luna perfecta, in ęternuʒ: ⁊ teſtis in cęlo fidelis. Poſtcom.

Refecti participatione muneris ſacri, quęſumus, domine deus noſter: vt intercedente beato Timotheo martyre tuo atqʒ Pontifice cuius exequimur cultum ſentiamus effectum. Per dominum noſtrum.

¶ In conuerſione ſancti Pauli apoſtoli. Introitus. die 25.

Scio, cui credidi, ⁊ certus ſum, quia potens eſt depoſitũ meũ ſeruare in illum diem, iuſtus iudex. Pſal. Domine probaſti me, ⁊ cognouiſti me: tu cognouiſti ſeſſionem meam, ⁊ reſurrectionem meam. ℣. Gloria patri. Oratio.

Deus, qui vniuerſum mundum beati Pauli apoſtoli predicatione docuiſti: da nobis, quęſumus: vt, qui eius hodie conuerſionẽ colimus, per eius ad te

exempla

exempla gradiamur. Per dñm.

[illegible]

Deus qui beato Petro apoſtolo tuo collatis clauibus regni celeſtis, animas ligādi, atq3 ſoluendi pontificiū tradidiſti: cōcede: vt interceſſionis eius auxilio, a peccatorum noſtrorum nexibus liberemur. Qui viuis.

Lectio Actuum apoſtolorum.

c.9 In diebus illis. Saulus adhuc ſpirans minarum ⁊ cedis in diſcipulos domini, acceſſit ad principem ſacerdotum, ⁊ petijt ab eo epiſtolas in Damaſcu3 ad ſynagogas: vt ſi quos inueniſſet huius vię viros ac mulieres, vinctos perduceret in Hieruſalem. Et cum iter faceret, contigit vt appropinquaret Damaſco: ⁊ ſubito circumfulſit eum lux de celo: ⁊ cadens in terra3, audiuit vocem dicentē ſibi. Saule, Saule, quid me perſequeris? Qui dixit. Quis es dñe? Et ille. Ego ſum Jeſus, quem tu perſequeris. Durum eſt tibi contra ſtimulum calcitrare. Et tremens ac ſtupens, dixit. Domine quid me vis facere? Et dominus ad eum. Surge, ⁊ ingredere ciuitatem: ⁊ dicetur tibi quid te oporteat facere. Uiri autem illi qui comitabantur cum eo, ſtabant ſtupefacti, audientes quidem vocem, neminem autem videntes. Surrexit autem Saulus de terra, apertiſq3 oculis nihil videbat. Ad manus autem illum trahentes, introduxerunt Damaſcum. Et erat ibi tribus diebus non videns: ⁊ non manducauit, neq3 bibit. Erat autem quidā diſcipulus Damaſci, nomine Ananias: ⁊ dixit ad illum in viſu dominus. Anania. At ille ait. Ecce ego, domine. Et dñs ad illum. Surge ⁊ vade in vicū qui vocatur Rectus: ⁊ quęre in domo Judę Saulu3 nomine Tharſenſe3. Ecce enim orat. (Et vidit virū Ananiam nomine, introeuntem, ⁊ imponentem ſibi manus, vt viſum recipiat.) Reſpondit autem Ananias. Domine, audiui a multis de viro hoc, quanta mala ſanctis tuis fecerit in Hieruſalem. Et hic, habet poteſtatem a principibus ſacerdotu3, alligandi omnes, qui inuocant nomen tuum. Dixit autem ad eum dñs. Uade, quoniam vas electionis mihi eſt iſte, vt portet nomen meū cora3 gētibus ⁊ regibus, ⁊ filijs Jſrael. Ego enim oſtendam illi, quanta oporteat eū pro nomine meo pati. Et abijt Ananias, ⁊ introiuit in domum: ⁊ imponens ei manus dixit. Saule, frater, dominus Jeſus miſit me, qui apparuit tibi in via qua veniebas, vt videas, ⁊ implearis ſpiritu ſancto. Et confeſtim ceciderunt ab oculis eius tanquam ſquamę: ⁊ viſum recepit.

pit. Et ſurgens baptizatus eſt. Et cum accepiſſet cibum, confor tatus eſt. Fuit autem cum diſci pulis qui erãt Damaſci, per dies aliquot. Et continuo ingreſſus in ſynagogas, prędicabat Jeſum: quoniam hic eſt filius dei. Stu pebant autem omnes qui eũ au diebant, ⁊ dicebant. Nonne hic eſt, qui expugnabat in Hieruſa lem eos, qui inuocabant nomen iſtud? ⁊ huc ad hoc venit, vt vin ctos illos duceret ad principes ſacerdotum. Saulus autem mul to magis conualeſcebat, ⁊ confun debat Judeos qui habitabant Damaſci, affirmans quoniã hic eſt Chriſtus. Graduale. Qui ope ratus eſt Petro in apoſtolatu, o peratus eſt ⁊ mihi inter gentes: ⁊ cognouerũt gratiã dei, quę data eſt mihi. ℣. Gratia dei in me va cua non fuit: ſed gratia eius ſem per in me manet. Alleluia, alleluia. ℣. Tu es vas electionis, ſancte Paule apoſtole: ora pro nobis, Alleluia. Tractus ſequens dici tur ... Tu es vas electionis ſancte Paule apoſtole: vere digne es glorifi candus. ℣. Predicator verita tis, ⁊ doctor gentium in fide, ⁊ veritate. ℣. Per te omnes gen tes cognouerunt gratiam dei. ℣. Intercede pro nobis ad deũ. qui te elegit.

Sequentia ſancti euangelii ſecundum Mattheum.



In illo tem pore: Dixit Simon Petrus ad Jeſum. Ecce, nos reliquimus o mnia, ⁊ ſecuti ſumus te: quid ergo erit nobis? Jeſus autem dixit illis. Amen dico vobis, quod vos qui ſecuti eſtis me, in regeneratione cũ ſederit filius hominis in ſede maieſtatis ſuę, ſedebitis ⁊ vos ſu per ſedes duodecim, iudican tes duodecim tribus Jſrael. Et omnis qui reliquerit domum, vel fratres, aut ſorores, aut pa trem, aut matrem, aut vxorem, aut filios, aut agros, propter nomen meum: centuplum acci piet, ⁊ vitã ęternam poſſidebit. ca. 19.

Dicitur Credo. Offertorium. Mihi autem nimis honorificati ſunt amici tui deus: nimis cõforta tus eſt principatus eorũ. Secreta. Apoſtoli tui Pauli preci bus dñe, plebis tuę dona ſanctifica: vt, quę tibi tuo grata ſunt inſtituto, gratiora fiãt patro cinio ſupplicantis. Per dominũ. Pro ſancto Petro. Secreta. Eccleſię tuę, quęſumus do mine, preces ⁊ hoſtias bea ti apoſtoli tui Petri cõmendet oratio: vt, quod pro illius gloria celebramus, nobis proſit ad ve

niam

niam. Per dominum noſtrum.

Poſtcõio de apoſtolis. Com.

Amē dico vobis: quod vos qui reliquiſtis oia, ⁊ ſecuti eſtis me, centuplum accipietis, ⁊ vitā ęternaȝ poſſidebitis. Poſtcom.

Sanctificati dñe ſalutari myſterio, quęſumus: vt pro nobis eius non deſit oratio, cuius nos donaſti patrocinio gubernari. Per dominum noſtrum.

De ſancto Petro. Poſtcom.

Letificet nos domine munus oblatuȝ: vt ſicut in apoſtolo tuo Petro, te mirabilem prędicamus: ſic per illum, tuę ſumamus indulgentię largitatem. Per dominum noſtrum Jeſum.

die 26. Sancti Policarpi epiſcopi ⁊ martyris. Introitus.

Sacerdotes dei benedicite dominum: ſancti, ⁊ humiles corde laudate deum. Pſalmus. Benedicite omnia opera domini domino: laudate, ⁊ ſuperexaltate eum in ſecula. ℣. Gloria patri, ⁊ filio, ⁊ ſpiritui ſancto. Oratio.

Deus, qui nos beati Polycarpi martyris tui atqȝ põtificis, annua ſollemnitate lętificas: concede propitius: vt cuius natalitia colimus, de eiuſdem etiam protectione gaudeamus. Per dominum noſtrum Jeſum Chriſtum filium tuum.

Lectio epiſtole beati Joannis apoſtoli.

Charisſimi: Omnis qui nõ 1. c.
eſt iuſtus, non eſt ex deo, ⁊ 3.
qui nõ diligit fratrem ſuuȝ. Quoniam hec eſt annunciatio, quam audiſtis ab initio: vt diligatis alterutrum. Non ſicut Cain qui ex maligno erat: ⁊ occidit fratrem ſuum. Et propter quid occidit eum? Quoniam opera eius maligna erant: fratris autem eius, iuſta. Nolite mirari fratres, ſi odit vos mundus. Nos ſcimus, quoniam tráſlati ſumus de morte ad vitam: quoniaȝ diligimus fratres. Qui non diligit: manet in morte. Omnis qui odit fratrem ſuum: homicida eſt. Et ſcitis, quoniaȝ omnis homicida non habet vitam ęternam in ſe manenteȝ. In hoc cognouimus charitateȝ dei: quoniam ille animam ſuam pro nobis poſuit: ⁊ nos debemus pro fratribus animas ponere.

Graduale. Gloria ⁊ honore coronaſti eũ. ℣. Et cõſtituiſti eum ſuper opera manuum tuarũ dñe. Alleluia, all'a. ℣. Hic eſt ſacerdos, queȝ coronauit dñs, alleluia. Tractus ſi dicēdus ſit, de cõi vnius mart. pont. Beatus vir. fol. 554. Euangeliũ. Si quis vult uenire poſt me. de cõmuni vnius mart. pont. fol. 554. Offertorium.

Inueni Dauid ſeruum meum: oleo ſancto meo vnxi euȝ: manus

Sancte Agnetis ſecundo. Introitus.

die, 28. Vultum tuum depre‑cabuntur omnes di‑uites plebis, addu‑centur regi virgines poſt eam: proxime eius adducentur tibi in letitia, ⁊ exultatione. Pſalmus. Eructa‑uit cor meum verbum bonum: dico ego opera mea regi. ℣. Gloria patri. Oratio.

Deus, qui nos annua beate Agnetis virginis ⁊ marty‑ris tue ſollemnitate letificas: da, queſumus: vt, quam veneramur officio, etiam pie conuerſationis ſequamur exemplo. Per domi‑num. Epiſtola. Qui gloriatur, de cõmuni virg. fo. 586. Graduale. Specie tua ⁊ pulchritudine tua: intende, proſpere procede, ⁊ re‑gna. ℣. Propter veritatem, ⁊ manſuetudinē, ⁊ iuſtitiam: ⁊ de‑ducet te mirabiliter dextera tua. Alleluia, alleluia. ℣. Adducen‑tur regi virgines poſt eā: proxi‑me eius offerentur tibi in letitia, alleluia. Poſt Septuageſimam, Tractus. Audi filia. de cõi vir‑ginum. fol. 587. Euang. Simile eſt regnum celorum theſauro ab‑ſcondito in agro. de eodem cõi folio. 585. Offertorium. Diffuſa eſt gratia in labijs tuis: propterea benedixit te deus in eternum, ⁊ in ſeculum ſeculi.

Secreta.

Super has, queſumus do‑mine, hoſtias benedictio co‑pioſa deſcendat: que ⁊ ſanctifica‑tionem nobis clementer opere‑tur: ⁊ de martyrum nos ſollem‑nitate letificet. Per dominum. Communio. Simile eſt regnū celorū homini negotiatori que‑renti bonas margaritas: inuen‑ta vna pretioſa margarita, dedit omnia ſua, ⁊ comparauit eam.

Poſtcommunio.

Sumpſimus domine celebri‑tatis annue votiua ſacra‑menta: preſta queſumus: vt ⁊ temporalis vite nobis remedia prebeant, ⁊ eterne. Per dñm.

¶ Feria ſecunda.

¶ In feſto ſancti Ignatij epiſco‑pi ⁊ martyris. Introitus.

Mihi autem abſit glo‑riari niſi in cruce do‑mini noſtri Jeſu Chriſti: per quem mihi mundus cruci‑fixus eſt, ⁊ ego mundo. Pſalmus. Memento domine Da‑uid, ⁊ omnis manſuetudinis eius. ℣. Gloria patri, ⁊ filio, ⁊ ſpi‑ritui ſancto. die. 1.

Oratio.

Deus, qui nos beati Igna‑tij martyris tui atque pon‑tificis annua ſollemnitate letifi‑cas: concede propitius: vt cu‑ius natalitia colimus, de eiuſdem

etiam protectione gaudeamus. Per dominum noſtrum.

[illegible]

[illegible] ad Romanos.

c.8. FRatres: Quis nos ſeparabit a charitate Chriſti? Tribulatio? an anguſtia? an fames? an nuditas? an periculũ? an perſecutio? an gladius? (Sicut ſcriptũ eſt: Quia propter te mortificamur tota die, eſtimati ſumus ſicut oues occiſionis.) Sed in his omnibus ſuperamus propter eum qui dilexit nos. Certus ſum enim, quia neque mors, neque vita, neque angeli, neque principatus, neque virtutes, neque inſtantia, neque futura, neque fortitudo, neque altitudo, neque profundum, neque creatura alia poterit nos ſeparare a charitate dei, que eſt in Chriſto Jeſu domino noſtro. Graduale.

Ecce ſacerdos magnus, qui in diebus ſuis placuit deo. ℣. Non eſt inuentus ſimilis illi, qui conſeruaret legem excelſi.

Alleluia, alleluia. ℣. Chriſto confixus ſum cruci: viuo ego, iam non ego, viuit vero in me Chriſtus. Alleluia.

Poſt Septuageſimã. Tractus. Deſiderium anime eius. [illegible] folio. 552. Euangelium. Niſi granum. de communi martyr. folio. 558. Offertorium. Gloria, et honore coronaſti eum: et conſtituiſti eum ſuper opera manuum tuarum domine. Secreta.

MUnera tibi domine dicata ſanctifica: et intercedente beato Ignatio martyre tuo atque pontifice, per eadem nos placatus intende. Per dominum.

Communio. Frumentum Chriſti ſum, dentibus beſtiarum molar, vt panis mundus inueniar.

Poſtcommunio.

REfecti participatione muneris ſacri, queſumus dñe Deus noſter, vt cuius exequimur cultũ, intercedẽte beato Ignatio Martyre tuo atque Pontifice ſentiamus effectum. Per dñm.

¶ [illegible] ¶ [illegible] [illegible] ratur ſequente die. ¶ [illegible] tertia [illegible] vel ſine caſula cũ miniſtris [illegible] ad benedicendũ candelas [illegible] altare poſitas [illegible] Dñs vobiſcũ. ℟. Et cum ſpiritu tuo. Oremus.

DOmine ſancte, pater omnipotẽs, eterne deus, qui omnia ex nihilo creaſti: et iuſſu tuo per opera apum, hunc liquorem ad perfectionem cerei euenire feciſti:

ctiſti: ⁊ qui hodierna die petitio nem iuſti Simeonis impleſti: te humiliter deprecamur: vt has cã delas ad vſus hominum, ⁊ ſanita tem corporum, ⁊ animarũ, ſiue in terra, ſiue in aquis, per inuocatio nez tui ſanctiſſimi nominis, ⁊ per interceſſionez beatę Marię ſem per virginis, cuius hodie feſta de uote celebrãtur: ⁊ per preces om nium ſanctorũ tuorum, bene ✠ dicere, ⁊ ſanctifi ✠ care digneris; ⁊ huius plebis tuę, quę illas hono rifice in manibꝰ deſiderat porta re, teque cantando laudare: exau dias voces de cęlo ſancto tuo, ⁊ de ſede maieſtatis tuę: ⁊ propi tius ſis omnibus clamantibus ad te: quos redemiſti pretioſo ſan guine filij tui. Qui tecum viuit, ⁊ regnat in vnitate ſpiritus ſancti deus: per omnia ſecula ſeculorũ. ℟. Amen. Oremus. Oratio.

Omnipotẽs ſempiterne de us, qui hodierna die vnige nitum tuum vlnis ſancti Simeo nis in templo ſancto tuo ſuſcipiẽ dum preſentaſti: tuam ſupplices deprecamur clementiam: vt has candelas, quas nos tui famuli, in tui nominis magnificẽtia ſuſcipiẽ tes, geſtare cupimus luce accen ſas: bene ✠ dicere, ⁊ ſancti ✠ fi care, atq; lumine ſupernę benedi ctionis accendere digneris: qua tenus eas tibi dño deo noſtro of ferendo, digni, ⁊ ſancto igne dul ciſſimę charitatis tuę ſuccenſi, in templo ſancto glorię tuę repreſẽ tari mereamur. Per eundẽ dñm noſtrum. ℟. Amen. Oremus.

Domine Ieſu Chriſte, lux vera: qui illuminas omnez hominem venientẽ in hunc mun dum: effunde bene ✠ dictionem tuam ſuper hos cereos: ⁊ ſancti ✠ fica eos lumine gratię tuę: ⁊ concede propitius: vt ſicut hęc lu minaria igne viſibili accenſa, no cturnas depellunt tenebras: ita corda noſtra inuiſibili igne, ideſt, ſancti ſpiritus ſplendore illuſtra ta, omnium vitiorum cęcitate ca reant: vt purgato mentis ocu lo, ea cernere poſſimus, quę tibi ſunt placita, ⁊ noſtrę ſaluti ſunt vtilia: quatenus poſt huius ſecu li caliginoſa diſcrimina, ad lucem indeficientem peruenire merea mur: Per te Chriſte Ieſu ſalua tor mundi, qui in Trinitate per fecta viuis ⁊ regnas, deus: per omnia ſecula ſeculorum. ℟. Amen. Oremus.

Omnipotẽs ſempiterne de us, qui per Moyſen famu lum tuum, puriſſimum olei liquo rem ad luminaria ante cõſpectũ tuum iugiter concinnanda prępa rari iuſſiſti: bene ✠ dictionis tuę gratiam ſuper hos cęreos beni gnus infunde: quatenus ſic admi niſtrent lumen exterius, vt te do nante, lumen ſpiritus tui, noſtris

non deſit mentibus interius: Per dominum. in vnitate eiuſdem. ℟. Amen. Oremus.

Domine Jeſu Chriſte: qui hodierna die in noſtrę carnis ſubſtantia inter homines apparens, a parentibus in templo es pręſentatus: quem Simeon venerabilis ſenex, lumine ſpiritus tui irradiatus, agnouit, ſuſcepit, & benedixit: pręſta propitius: vt, eiuſdem ſpiritus ſancti gratia illuminati atq; edocti, te veraciter agnoſcamus, & fideliter diligamus: Qui cum deo patre in vnitate eiuſdem ſpiritus ſancti viuis & regnas, deus, per omnia ſecula ſeculorum. ℟. Amen.

¶ [illegible]

[illegible]

Lumen ad reuelationē gentiū: & gloriā plebis tuę Jſrael. [illegible] Nunc dimittis. [illegible]

[illegible] Gloria patri, [illegible] Sicut erat. [illegible] Lumen ad. [illegible]

Exurge domine, adiuua nos: & libera nos propter nomen tuū. [illegible] Deus auribus noſtris audiuimus: patres noſtri annunciauerunt nobis. ℣. Gloria patri. [illegible] Exurge domine. [illegible] Oremus. [illegible] Flectamus genua. ℟. Leuate. [illegible]

Exaudi, quęſumus domine, plebem tuam: & quę extrinſecus annua tribuis deuotione venerari, interius aſſequi gratię tuę luce concede. Per Chriſtum dominum noſtrum. ℟. Amen. [illegible]

Procedamus in pace. [illegible] ℟. In nomine Chriſti Amen. [illegible]

[illegible] Adorna thalamum tuum Sion, & ſuſcipe regem Chriſtuz: amplectere Mariam: quę eſt celeſtis porta: ipſa enim portat regem glorię noui luminis: ſubſiſtit virgo, adducens manibus filium, ante Luciferum genitum: quem accipiens Simeon in vlnas ſuas, prędicauit populis, dominum eum eſſe vitę & mortis, & ſaluatorem mundi. [illegible] Reſponſum accepit Simeon a Spiritu ſancto, non viſuruz ſe mortez, niſi videret Chriſtum domini: & cum inducerent puerum in templum, accepit euz in vlnas ſuas: & benedixit deum, & dixit, Nunc dimittis ſeruum tuum domine in pace. ℣. Cum inducerent puerum Jeſum parentes eius, vt facerent ſecundum conſuetudinez legis pro eo: ipſe accepit eum in vlnas ſuas. [illegible] Obtulerunt pro eo, domino par turturum: aut duos pullos columbarum. Sicut ſcriptuz eſt in lege domini. ℣. Poſtquam impleti ſunt dies purgationis Marię, ſecundum legem Moyſi, tulerunt illum in Hieruſalem: vt ſiſterent eum domino. Sicut ſcriptum. ℣. Gloria patri, & filio, & ſpiritui ſancto. Sicut ſcriptũ ē. [illegible]

C [illegible]

Suſcepimus deus miſericordiã tuam, in medio templi tui: ſecunduz nomen tuũ Deus, ita & laus tua in fines terrę: iuſtitia plena eſt dextera tua. Pſa. 47. [illegible] Magnus dominus & laudabilis nimis: in ciuitate dei noſtri, in monte ſancto eius. ℣. Gloria patri.

[illegible]

Omnipotẽs ſempiterne deus, maieſtatem tuam ſupplices exoramus, vt, ſicut vnigenitus filius tuus hodierna die cum noſtrę carnis ſubſtantia in tẽplo eſt prę́ſentatus, ita nos facias purificatis tibi mentib⁹ prę́ſentari. Per eundem dominuz noſtruz.

[illegible]

Haec dicit dñs deus. Ecce, ego mitto angeluz meuz: & ca. 3. pręparabit viã ante faciez meaz. Et ſtatim veniet ad templuz ſanctum ſuuz dominator, quem vos queritis: & angelus teſtamenti, quem vos vultis. Ecce venit, dicit dñs exercituum. Et quis po-

terit

terit cogitare diẽ aduentus eius? Et quis ſtabit ad videndũ eum? Ipſe enim quaſi ignis conflans, ⁊ quaſi herba fullonum. Et ſedebit conflans, ⁊ emundans argentum: ⁊ purgabit filios Leui: ⁊ colabit eos quaſi aurũ ⁊ quaſi argentum: ⁊ erunt dño offerentes ſacrificia in iuſtitia. Et placebit dño ſacrificium Juda ⁊ Hieruſalem, ſicut dies ſeculi, ⁊ ſicut anni antiqui. Dicit dñs omnipotens. [illegible]

Suſcepimus deus miſericordiã tuam in medio templi tui: ſecundũ nomen tuum deus, ita ⁊ laus tua in fines terre. ℣. Sicut audiuimus, ita ⁊ vidimus in ciuitate dei noſtri, in monte ſancto eius.

Alleluia, all'a. ℣. Senex puerũ portabat: puer autem ſenem regebat. Alleluia. [illegible]

Nunc dimittis ſeruum tuum domine, ſecundum verbũ tuum, in pace. ℣. Quia viderunt oculi mei ſalutare tuum. ℣. Quod paraſti ante faciem omnium populorum. ℣. Lumen ad reuelationem gentium, ⁊ gloriã plebis tue Iſrael. [illegible] tenentur cande[illegible] manibus, ⁊ in [illegible] vſque ad [illegible]

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Lucam.



In illo tempore. Poſtquam impleti ſunt dies purgationis Marie ſecundum legem Moyſi: tulerunt Jeſum in Hieruſalem, vt ſiſterent eum domino, (ſicut ſcriptum eſt in lege domini, Quia omne maſculinũ adaperiens vuluam, ſanctũ domino vocabitur.) Et vt darent hoſtiam ſecundum quod dictum eſt in lege domini, par turturum, aut duos pullos columbarum. Et ecce, homo erat in Hieruſalem, cui nomen Simeon: ⁊ homo iſte iuſtus ⁊ timoratus, expectans conſolationem Iſrael: ⁊ Spiritus ſanctus erat in eo. Et reſponſum acceperat a Spiritu ſancto, non viſurum ſe mortem, niſi prius videret Chriſtum Domini. Et venit in ſpiritu in templum. Et cũ inducerent puerũ Jeſum parentes eius, vt facerent ſecundum conſuetudinem legis pro eo: ⁊ ipſe accepit eum in vlnas ſuas: ⁊ benedixit deum, ⁊ dixit. Nunc dimittis ſeruum tuum domine, ſecundum verbum tuum, in pace. Quia viderunt oculi mei, ſalutare tuum. Quod paraſti ante faciem omnium populorum. Lumen ad reuelationem gentium, ⁊ gloriã c. 2.

glorias plebis tue Iſrael. dicitur. Credo. Offertorium. Diffuſa eſt gratia in labijs tuis: propterea benedixit te deus in eternum, et in ſeculum ſeculi. Secreta.

Exaudi domine preces noſtras: et vt digna ſint munera, que oculis tue maieſtatis offerimus, ſubſidium nobis tue maieſtatis impende. Per dominum.

Prefatio de natiuitate domini. Communio. Reſponſum accepit Simeon a ſpiritu ſancto, nõ viſurum ſe mortem, niſi videret Chriſtum domini. Poſtcom.

Queſumus domine deus noſter: vt ſacroſancta myſteria, que pro reparationis noſtre munimine contuliſti, intercedente beata Maria ſemper virgine, et preſens nobis remedium eſſe facias, et futurum. Per dominum.

die. 3. ¶ Sancti Blaſii epiſcopi et martyris. Miſſa. Sacerdotes dei. vt in communi vnius martyris pontificis. folio. 553.

die. 5. ¶ In feſto ſancte Agathe virginis et martyris. Introitus.

Gaudeamus omnes in dño, diem feſtum celebrantes, ſub honore beate Agathe martyris: de cuius paſſione gaudent angeli, et collaudãt filiũ dei. Pſalmus. Eructauit cor meum verbum bonum: dico ego opera mea regi. ℣. Gloria patri et filio et ſpiritui ſancto. Oratio.

Deus, qui inter cetera potẽtie tue miracula, etiã in ſexu fragili victoriã martyrij contuliſti: cõcede propitius: vt, qui beate Agathe virginis et martyris tue natalitia colimus, ꝑ eius ad te exẽpla gradiamur. Per dominum.

Lectio epiſtole beati Pauli apoſtoli ad Corinthios.

Fratres: Videte vocationẽ veſtrã: quia nõ multi ſapiẽtes ſecũdũ carnẽ, nõ multi potentes, nõ multi nobiles: ſed que ſtulta ſunt mũdi elegit deus, vt cõfundat fortia: et ignobilia mundi, et contemptibilia elegit deus, et ea que non ſunt, vt ea que ſunt deſtrueret: vt non glorietur omnis caro in cõſpectu eius. Ex ipſo autẽ vos eſtis in Chriſto Ieſu: qui factus eſt nobis ſapiẽtia, et iuſtitia, et ſanctificatio, et redemptio: vt, quẽadmodũ ſcriptum eſt, qui gloriatur, in dño glorietur. Graduale. 1.c. 1.

Adiuuabit eam deus vultu ſuo: deus in medio eius nõ cõmouebitur. ℣. Fluminis impetus letificat ciuitatẽ dei: ſanctificauit tabernaculum ſuum altiſſimus.

Ante Septuageſimã. Alleluia Alleluia. ℣. Loquebar de teſtimonijs tuis in conſpectu regum, et nõ confundebar. Alleluia. Poſt Septuageſimam Tractus.

Qui ſeminãt in lachrymis: in gaudio

dio metēt. ℣. Euntes ibāt ⁊ fle-
bāt, mittētes ſemina ſua. ℣. Ue-
nientes autē veniēt cū exultatio-
ne, portantes manipulos ſuos.

ca. 19.



In illo tem-
pore: Acceſ-
ſerunt ad Jeſum
Phariſei, tentan-
tes eum, ⁊ dicentes,
Si licet homini di
mittere vxorē ſuā
ex quacunque cauſa? Qui reſpon
dens, ait eis. Non legiſtis: quia
qui fecit hominē ab initio, maſcu-
lū ⁊ feminā fecit eos? Et dixit,
Propter hoc, dimittet homo pa
trē ⁊ matrem, ⁊ adherebit vxori
ſue: ⁊ erūt duo in carne vna. Jta-
que iam non ſunt duo: ſed vna ca
ro. Quod ergo deus cōiunxit, ho-
mo nō ſeparet. Dicunt illi. Quid
ergo Moyſes mādauit dari libel
lum repudij, ⁊ dimittere? Ait il-
lis. Quoniā Moyſes ad duritiā
cordis veſtri permiſit vobis di-
mittere vxores veſtras: ab initio
autem non fuit ſic. Dico autē vo
bis: quia quicunqȝ dimiſerit vxo-
rem ſuam, niſi ob fornicationē, ⁊
aliā duxerit, mechatur: ⁊ qui di-
miſſā duxerit, mechatur. Dicūt
ei diſcipuli eius. Si ita eſt cauſa
hominis cū vxore, nō expedit nu-
bere. Qui dixit illis. Non oēs ca
piunt verbum iſtud: ſed quibus
datum eſt. Sunt enim eunuchi,
qui de matris vtero ſic nati ſunt:
⁊ ſunt eunuchi, qui facti ſunt ab
hominibus: ⁊ ſunt eunuchi, qui
ſeipſos caſtrauerunt propter re-
gnum celorum. Qui poteſt cape-
re, capiat. Offe-
rentur regi virgines poſt eam:
proxime eius offerentur tibi.

Suſcipe dn̄e munera, que in
beate Agathe virginis ⁊
martyris tue ſollemnitate deferi-
mus: cuius nos confidimus pa-
trocinio liberari. Per dominum.
Qui me dignatus
eſt ab omni plaga curare, ⁊ mam-
millam meo pectori reſtituere: ip
ſum inuoco deum viuum.

Auxilientur nobis domine
ſumpta myſteria: ⁊ interce-
dente beata Agatha virgine ⁊
martyre tua, ſempiterna prote-
ctione cōfirment. Per dominū.

¶ ... e expecta- dic. 6.
uerūt. ... f. 514

¶ ... Loquebar de dic. 9.
teſtimonijs tuis. ...
folio. 582.

¶ ... In virtute dic. 14.
tua domine. ...
folio. 555.

Oratio.

Preſta, queſumus omnipotens deus: vt qui beati Valentini martyris tui natalitia colimus, a cunctis malis imminentibus, eius interceſſione liberemur. Per dominum. Secreta.

Oblatis, queſumus domine, placare muneribus: & intercedente beato Valentino martyre tuo, a cunctis nos defende periculis. Per dominum noſtrum. Poſtcom.

Sit nobis domine reparatio mentis & corporis celeſte myſterium: vt cuius exequimur actionē, intercedente beato Valētino martyre tuo ſentiamus effectum. Per dominum.

die 15. ¶ Sanctorum martyrum Fauſtini & Iouite. Miſſa. Salus autem iuſtorum. vt in commu- ni plurimorum martyrum. folio. 565.

die 18. ¶ Sancti Simeonis epiſcopi & martyris. Miſſa. Statuit ei dominus. de communi vnius mart. pont. folio. 552.

die 22. ¶ In Cathedra Antiochena ſancti Petri apoſtoli. omnia dicuntur ſicut in feſto Cathedre Romane vt ſupra. folio. 446.

die 23. ¶ In Vigilia ſancti Mathie. Miſſa. Ego autem ſicut oliua.

vel 24. vt in commun apoſtolorum. fol. 551. Si hec vigilia venerit in quadrageſima, fit de ea tantum commem.

¶ In feſto ſancti Mathie apoſtoli. Introitus. die 24. vel 25.

Mihi autem nimis honorati ſunt amici tui deus: nimis confortatus eſt principatus eorum. Pſalmus.

Domine probaſti me, & cognouiſti me: tu cognouiſti ſeſſionem meam, & reſurrectionem meam. ℣. Gloria patri. Oratio.

Deus, qui beatum Mathiam apoſtolorum tuorum collegio ſociaſti: tribue, queſumus: vt eius interuentione, tue circa nos pietatis ſemper viſcera ſentiamus. Per dominum noſtrum.

Lectio Actuum apoſtolorum.

In diebus illis: Exurgens Petrus in medio fratrum, dixit. (Erat autem turba hominum ſimul, fere centum viginti.) Viri fratres, oportet impleri ſcripturam, quam predixit Spiritus ſanctus per os Dauid, de Iuda, qui fuit dux eorum qui comprehenderunt Ieſum: qui connumeratus erat in nobis, & ſortitus eſt ſortem miniſterij huius. Et hic quidem poſſedit agrum de mercede iniquitatis: & ſuſpenſus crepuit medius, & diffuſa ſunt omnia viſcera eius. Et notum factum eſt omnibus habitantibus Hieruſalem: ita vt appellaretur ager ille, lingua eorum Haceldema, hoc C. 1.

eſt.

eſt, ager ſanguinis. Scriptum eſt enim in libro Pſalmorum. Fiat cõmoratio eius deſerta: & non ſit qui inhabitet in ea, & epiſcopatũ eius accipiat alter. Oportet ergo ex his viris qui nobiſcum ſunt cõgregati, in omni tempore quo intrauit & exiuit inter nos dominus Jeſus, incipiens a baptiſmate Joannis vſq; in diẽ qua aſſumptus eſt a nobis, teſtem reſurrectionis eius nobiſcum fieri vnum ex iſtis. Et ſtatuerunt duos, Joſeph qui vocabatur Barſabas, qui cognominatus eſt iuſtus: & Mathiam. Et orantes dixerũt. Tu domine qui noſti corda omnium, oſtende quem elegeris ex his duobus vnum, accipere locũ miniſterij huius & apoſtolatus, de quo preuaricatus eſt Judas vt abiret in locum ſuũ. Et dederũt ſortes eis: & cecidit ſors ſuper Mathiam, & annumeratus eſt cum vndecim Apoſtolis. Grad. Nimis honorati ſunt amici tui deus: nimis confortatus eſt principatus eorum. ℣. Dinumerabo eos: & ſuper arenam multiplicabuntur. Tractus. Deſiderium anime eius tribuiſti ei: & voluntate labiorum eius non fraudaſti eum. ℣. Quoniam preueniſti eũ in benedictionibus dulcedinis. ℣. Poſuiſti in capite eius coronas de lapide precioſo.

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Mattheum.



In illo tempore reſpondẽs Jeſus dixit. ca. 11. Confiteor tibi pater, domine celi & terre: quia abſcondiſti hec a ſapiẽtibus & prudentibus: & reuelaſti ea paruulis. Ita pater: quoniam ſic placitum fuit ante te. Omnia mihi tradita ſunt a patre meo. Et nemo nouit filium, niſi pater: neque patrem quis nouit, niſi filius, & cui voluerit filius reuelare. Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati eſtis: & ego reficiã vos. Tollite iugum meum ſuper vos: & diſcite a me, quia mitis ſum & humilis corde: & inuenietis requiẽ animabus veſtris. Jugum enim meum ſuaue eſt: & onus meum leue. Dicitur Credo. Offertorium. Conſtitues eos principes ſuper omnem terram: memores erunt nominis tui domine, in omni progenie & generatione. Secreta. Hoſtias tibi domine, quas nomini tuo ſacrandas offerimus, ſancti Mathie proſequatur oratio: per quam nos expiari facias, & defendi. Per dominũ. Prefatio de apoſtolis. Cõio. Vos, qui ſecuti eſtis me, ſedebitis ſuper ſedes: iudicantes duodecim tribus Iſrael. [illegible]

Poſt

Poſt com.

PReſta, queſumus omnipotẽs deus: vt per hec ſancta que ſumpſimus, interueniẽte beato Mathia apoſtolo tuo, veniã conſequamur, ⁊ pacem. Per.

¶ Feſta Martij.

die 7. ¶ In feſto ſancti Thome de Aquino. Introitus.

IN medio eccleſie aperuit os eius, ⁊ impleuit eum dominus ſpiritu ſapiẽtie, ⁊ intellect⁹: ſtolã glorie induit eum. Pſal. Bonũ eſt confiteri dño: ⁊ pſallere nomini tuo altiſſime. ℣. Gloria patri. Oratio

DEus qui eccleſiã tuã beati Thome cõfeſſoris tui mira eruditione clarificas, ⁊ ſancta operatione fecundas: da nobis, queſumus ⁊ que docuit intellectu conſpicere, ⁊ que egit imitatione complere. Per dominum noſtrũ Jeſum Chriſtũ. Secunda oratio de feria, tertia vt ſequitur. Pro commemoratione ſanctarum martyrum Perpetue ⁊ Felicitatis. Oratio.

DA nobis, queſumus domine, ſanctarũ martyrũ tuarum Perpetue, ⁊ Felicitatis palmas inceſſabili veneratione venerari: vt, quas digna mente non poſſumus celebrare, humilibus ſaltem frequentemus obſequijs. Per dominum noſtrum Jeſum Chriſtum filium tuum.

Epiſtola. Juſtus cor ſuum tradidit. de cõmuni doctorũ f. 577. Graduale. Os iuſti meditabitur ſapientiam: ⁊ lingua eius loquetur iudicium. ℣. Lex dei eius in corde ipſius: ⁊ non ſupplantabuntur greſſus eius. Tractus. Beatus vir, qui timet dominũ: in mandatis eius cupit nimis. ℣. Potens in terra erit ſemen eius: generatio rectorum benedicetur. ℣. Gloria ⁊ diuitie in domo eius: ⁊ iuſtitia eius manet in ſeculum ſeculi. Euangel. Vos eſtis ſal terre. De eodem communi. fol. 576. dicitur Credo. Offertorium. Juſtus vt palma florebit: ſicut cedrus, que in Libano eſt, multiplicabitur.

Secreta.

SAncti Thome confeſſoris tui atque doctoris nobis domine pia non deſit oratio: que ⁊ munera noſtra conciliet, ⁊ tuã nobis indulgentiam ſemper obtineat. Per dominum noſtrũ Jeſum Chriſtum filium tuum.

Pro commemoratione ſanctarum martyrum Perpetue ⁊ Felicitatis. Secreta.

INtende queſumus domine munera, altaribus tuis pro ſanctarum martyrum tuarũ Perpetue ⁊ Felicitatis feſtiuitate propoſita: vt, ſicut per hec beata

beata myſteria illis gloriam contuliſti, ita nobis indulgentiam largiaris. Per dominum noſtrum.
[illegible] Fidelis ſeruus, ⁊ prudens: quem conſtituit dominus ſuper familiam ſuam: vt det illis in tempore tritici menſuram.
[illegible]
Et nobis domine tua ſacrificia dent ſalutem: beatus Thomas confeſſor tuus, ⁊ doctor egregius, queſumus precator accedat. Per dominum.

[illegible]

Preſta nobis queſumus domine, intercedentibus ſanctis martyribus tuis Perpetua ⁊ Felicitate: vt quod ore contingimus, pura mente capiamus. Per dominum noſtrum Jeſum Chriſtum filium tuum.

de. C [illegible]

9 Clamauerunt iuſti, ⁊ dominus exaudiuit eos: ⁊ ex omnibus tribulationibus eorum liberauit eos. [illegible] Benedicam dominum in omni tempore: ſemper laus eius in ore meo. [illegible] Gloria patri, ⁊ filio ⁊ ſpiritui ſancto.
[illegible]
Preſta queſumus omnipotens deus: vt, qui glorioſos martyres, fortes in ſua cõfeſſione cognouimus, pios apud te in noſtra interceſſione ſentiamus. Per dominum noſtrum Jeſum.
[illegible] Sancti per fidem.
[illegible] fol. 569. [illegible] Ecce quam bonum, ⁊ quam iucundum, habitare fratres in vnum. [illegible] Sicut vnguentum in capite: quod deſcendit in barbam, barbam Aaron. Tractus. Qui ſeminant in lachrymis in gaudio metent. [illegible] Euntes ibant ⁊ flebant: mittentes ſemina ſua. [illegible] Venientes autem venient cum exultatione portantes manipulos ſuos.
Euangelium. Deſcendens Jeſus de monte. De eodem commun. fol. 566. Offertorium.
Letamini in domino, ⁊ exultate iuſti: ⁊ gloriamini omnes recti corde. Secreta.

Sacrificiis preſentibus, queſumus domine, intende placatus: vt, intercedentibus ſanctis martyribus tuis, ⁊ deuotioni noſtre proficiant, ⁊ ſaluti. Per dominum noſtrum. Communio.
Quicunque fecerit voluntatem patris mei, qui in celis eſt: ipſe meus frater, ⁊ ſoror, ⁊ mater eſt, dicit dominus. Poſtcom.

Queſumus, omnipotens deus: vt illius ſalutaris capiamus effectum: cuius per hec myſteria pignus accepimus. Per dñm.

die 12. ¶ In feſto ſancti Gregorij pape ʒ confeſſoris doctoris eccleſie. Introitus.

SAcerdotes Dei benedicite domi num: ſancti ʒ hu miles corde lau date deū. pſalis. Benedicite om nia opera domi ni dño: laudate ʒ ſuperexaltate eū in ſecula. ℣. Gloria. Oratio.

DEus, qui anime famuli tui Gregorij, eterne beatitudi nis premia contuliſti: cōcede pro pitius: vt, qui peccatorū noſtroꝝ pondere premimur, eius apud te precibus ſubleuemur. Per dñʒ.

Epiſtola. Teſtificor coraʒ deo, de cōi doctor. fol. 575. Gradu.

Iurauit dominus, ʒ non penite bit euʒ: tu es ſacerdos in eternuʒ, ſecundum ordinem melchiſedec. ℣. Dixit dominus dño meo: ſe de a dextris meis. Tractus.

Beatus vir qui timet dominuʒ: in mandatis eius cupit nimis. ℣. Potens in terra erit ſemen eius: generatio rectorum benedi cetur. ℣. Gloria, ʒ diuitie in do mo eius: ʒ iuſtitia eius manet in ſeculum ſeculi. Euangelium.

Vos eſtis ſal terre. de eodē cōi. fol. 576. ducitur. Credo. Offert.

Veritas mea ʒ miſericordia mea cum ipſo: ʒ in nomine meo exal tabitur cornu eius.

Secreta.

HAnc nobis, queſumus do mine: vt, interceſſione bea ti Gregorij hec nobis pſit obla tio, quam immolando totius mū di tribuiſti relaxari delicta. Per.

Communio. Fidelis ſeruus ʒ prudens, quem conſtituit domi nus ſuper familiam ſuam: vt det illis in tempore tritici menſuraʒ.

Poſtcom.

DEus, qui beatum Grego rium pontificem tuum, ſan ctorum tuorum meritis coequa ſti: concede propitius: vt, qui com memorationis eius feſta recoli mus, vite quoqʒ imitemur exem pla. Per dominum noſtruʒ.

¶ In feſto ſancti Joſeph con feſſoris. Introitus. die 19.

IVſtus vt palma florebit: ſicut ce drus libani multi plicabitur: planta tus in domo domi ni, in atrijs domus dei noſtri. Pſalis. Bonum eſt confiteri dño: ʒ pſallere nomini tuo altiſſime. ℣. Gloria. Oratio.

SAnctiſſime genitricis tue ſponſi, queſumus dñe, meri tis adiuuemur: vt, quod poſſibili tas noſtra nō obtinet, eius nobis interceſſione donetur. Qui viuis.

Epiſto. Dilectus deo. de com muni Abba. fol. 581. Graduale.

Domine preueniſti euʒ in bene

dictionibus dulcedinis: poſuiſti in capite eius coronam de lapide pretioſo. ℣. Vitam petijt a te, ⁊ tribuiſti ei longitudinem dierū, in ſeculum ſeculi. Tractus.

Beatus vir, qui timet dominum: in mandatis eius cupit nimis. ℣. Potens in terra erit ſemen eius: generatio rectorum benedicetur. ℣. Gloria ⁊ diuitie in domo eius: ⁊ iuſtitia eius manet in ſeculū ſeculi. Poſt paſcha. Alleluia, alleluia. ℣. Amauit eum dominus, ⁊ ornauit eū: ſtolā glorie induit eū. Alleluia. ℣. Iuſtus germinabit ſicut liliū: ⁊ florebit in eternū ante dominum. Alleluia. Euang. Cum eſſet deſponſata. vt in vigilia Natiuitatis Domini. fo. 19. Offertorium. Veritas mea ⁊ miſericordia mea cum ipſo: ⁊ in nomine meo exaltabitur cornu eius. Secreta.

Debitū tibi domine noſtre reddimus ſeruitutis, ſuppliciter exorantes: vt, ſuffragijs beati Ioſeph ſponſi genitricis filij tui Ieſu Chriſti domini noſtri, in nobis tua munera tuearis: ob cuius venerandam feſtiuitatem laudis tibi hoſtias immolamus. Per eundem dominum noſtrum. Communio. Ioſeph fili Dauid, noli timere accipere Mariam coniugē tuam: quod enim in ea natum eſt, de ſpiritu ſancto eſt.

Poſtcom.

Adeſto nobis, queſumus, miſericors deus: ⁊ intercedente pro nobis beato Ioſeph cōfeſſore tuo, tua circa nos propitiatus dona cuſtodi. Per dñm.

¶ In feſto ſancti Benedicti abbatis Miſſa, Os iuſti. de communi abbatum fol. 581. die 21.

¶ Hec feſta duplicia vel ſemiduplicia, que veniunt a Dominica palmarum vſq3 ad octauam Paſche, nihil fit ſed poſt octauā celebrantur: ⁊ tunc in fine Introitus ante pſalmum dicuntur duo Alleluia: in fine offertorij, ⁊ communionis vnum Alleluia. Poſt epiſtolam non dicitur Graduale, ſed tantum Alleluia dicitur cum ſuis verſibus. Et hoc idem obſeruatur in omnibus feſtis, que celebrantur inter Paſcha ⁊ Pentecoſten.

¶ In feſto Annunciationis beate Marie virginis. die 25.

Introitus.

Vultum tuum deprecabuntur omnes diuites plebis, adducentur regi virgines poſt eam: proxime eius adducentur tibi in letitia, ⁊ exultatione. Pſalmus. Eructauit cor meum verbum bonum: dico ego opera mea regi. ℣. Gloria patri, ⁊ filio, ⁊ ſpir.

Ora.

Oratio.

Deus qui de beatę Marię virginis vtero, verbū tuū, Angelo nunciante, carnem ſuſcipere voluiſti: preſta ſupplicibus tuis, vt qui vere eā dei genitricē credimus, eius apud te interceſſionibus adiuuemur. Per eundem.

Lectio Iſaie prophetę.

ca. 7. In diebus illis. Locutus eſt dominus ad Achaz, dicens, Pete tibi ſignum a domino deo tuo, in profundum inferni: ſiue in excelſum ſupra. Et dixit Achaz. Non petam, ⁊ non tentabo dominū. Et dixit. Audite ergo domus Dauid. Nunquid paruū vobis eſt, moleſtos eſſe hominibus, quia moleſti eſtis ⁊ deo meo? Propter hoc dabit dn̄s ipſe vobis ſignū. Ecce, virgo cōcipiet, ⁊ pariet filium: ⁊ vocabitur nomen eius Emmanuel. Butyrum ⁊ mel comedet: vt ſciat reprobare malum ⁊ eligere bonum. Grad.

Diffuſa eſt gratia in labiis tuis: propterea benedixit te deus in ęternum. ℣. Propter veritatē, ⁊ manſuetudinē, ⁊ iuſtitiā: ⁊ deducet te mirabiliter dextera tua. Tract. Audi filia, ⁊ vide, ⁊ inclina aurem tuā: quia cōcupiuit rex ſpeciem tuam. ℣. Vultum tuum deprecabuntur omnes diuites plebis: filię regum in honore tuo. ℣. Adducentur regi virgines poſt eam: proximę eius offerentur tibi. ℣. Adducentur in letitia ⁊ exultatione: adducentur in templum regis. Poſt paſcha, dimiſſis graduali, ⁊ tractu, dicitur.

Alleluia, all'a. ℣. Aue Maria gratia plena: dn̄s tecū: benedicta tu in mulieribus. All'a. ℣. Virga Ieſſe floruit: virgo deū ⁊ hominē genuit: pacē deus reddidit, in ſe recōcilians ima ſummis, alleluia.

Sequentia ſancti euangelii ſecundum Lucam.



In illo tempore, Miſſus eſt angelus Gabriel a deo, in ciuitatem Galilęę cui nomen Nazareth, ad virginē deſponſatā viro, cui nomē erat Ioſeph, de domo Dauid: ⁊ nomen virginis, Maria. Et ingreſſus angelus, ad eā dixit. Aue gratia plena: dn̄s tecū: benedicta tu in mulieribus. Quę cū audiſſet, turbata eſt in ſermone eius: ⁊ cogitabat qualis eſſet iſta ſalutatio. Et ait angelus ei. Ne timeas Maria: inueniſti enim gratiā apud deū. Ecce concipies in vtero: ⁊ paries filium: ⁊ vocabis nomē eius Ieſum. Hic erit magnus: ⁊ filius altiſſimi vocabit: ⁊ dabit illi dn̄s deus ſedē Dauid patris eius: ⁊ regnabit in domo Iacob in ęternum: ⁊ regni eius non erit finis. Dixit autem Maria ad angelū. c. 1.

Quomodo fiet iſtud: quoniam virum non cognoſco? Et reſpõdens angelus, dixit ei. Spiritus ſanctus ſuperueniet in te: ⁊ virtus altiſſimi obumbrabit tibi. Ideoque, ⁊ quod naſcetur ex te ſanctũ, vocabitur filius dei. Et ecce Eliſabeth cognata tua: ⁊ ipſa concepit filium in ſenectute ſua. Et hic menſis, eſt ſextus illi, quę vocatur ſterilis: quia non erit impoſſibile apud deum omne verbum. Dixit autem Maria. Ecce ancilla domini: fiat mihi ſecundum verbum tuum. Dicitur. Credo. Offertorium. Aue Maria gratia plena: dominus tecũ: benedicta tu in mulieribus: ⁊ benedictus fructus ventris tui. Secreta.

In mentibus noſtris, quęſumus domine, verę fidei ſacramenta confirma: vt, qui conceptum de virgine deum verum ⁊ hominem confitemur, per eiuſdẽ ſalutiferę reſurrectionis potentiam, ad ęternam mereamur peruenire lętitiam. Per dominum. Prefatio. Et te in annunciatione. Communio. Ecce, virgo cõcipiet, ⁊ pariet filium: ⁊ vocabitur nomen eius Emmanuel.

Poſtcom.

Gratiam tuam domine mentibus noſtris infunde: vt, qui angelo nũciante, Chriſti filij tui incarnationem cognouimus, per paſſionem eius ⁊ crucem, ad reſurrectionis gloriam perducamur. Per eundem dominum.

¶ Feſta Aprilis. Die 11.

¶ In feſto ſancti Leonis Pape ⁊ cõfeſſoris. Introitus.

Statuit ei dominus teſtamentũ pacis: ⁊ principem fecit eum: vt ſit illi Sacerdotij dignitas in ęternum. Pſalmus. Memento domine Dauid, ⁊ omnis manſuetudinis eius. ℣. Gloria patri.

Oratio.

Exaudi, quęſumus dñe, preces noſtras, quas in beati Leonis cõfeſſoris tui atq; pontificis ſollemnitate deferimus: ⁊ qui tibi digne meruit famulari, eius intercedentibus meritis, ab omnibus nos abſolue peccatis. Per dominum. Epiſtola. Ecce ſacerdos magnus. De cõmuni confeſ. pont. folio 571. Graduale. Ecce ſacerdos magnus, qui in diebus ſuis placuit deo. ℣. Non eſt inuentus ſimilis illi, qui cõſeruaret legem excelſi. Tractus. Beatus vir qui timet dominum. de communi confeſſ. pontific. fol. 572. Poſt ſeptua. Alleluia, alleluia. ℣. Tu es ſacerdos in ęternum ſecundũ ordinem Melchiſedec. Alleluia. ℣. Hic eſt ſacerdos: quem coronauit dominus, alleluia. Euangel.

Venit Jeſus in partes Ceſa-
rea. Euangelium Vados dia. f. 446.
Offertorium. Inueni Dauid
ſeruum meum, oleo ſancto meo
vnxi eum: manus enim mea auxi-
liabitur ei, ⁊ brachium meum
confortabit eum. Secreta.
SAncti Leonis confeſſoris
tui atque pontificis, queſu-
mus domine, annua ſollemnitas
pietati tue nos reddat acceptos:
vt per hec pie placationis officia,
⁊ illum beata retributio comite-
tur, ⁊ nobis gratie tue dona con-
ciliet. Per dominum noſtrum.
Communio. Beatus ſeruus,
quem cum venerit dominus, in-
uenerit vigilantem: amen dico
vobis, ſuper omnia bona ſua cō-
ſtituet eum. Poſtcom.
DEus fidelium remunera-
tor animarum, preſta: vt,
beati Leonis confeſſoris tui at-
que pontificis, cuius veneran-
dam celebramus feſtiuitatem,
precibus indulgentiam conſe-
quamur. Per dominum noſtrū
Jeſum Chriſtum.
ple, ¶ Sanctorum martyrum Ty-
14. burtij, Valeriani, ⁊ Maximi,
Qui venerint ante paſcha, ⁊ vo-
luerit quis de eis miſſam celebra-
re: omnia dicantur de commu-
ni plurimorum martyrum extra
tempus paſchale. Si autem
venerint poſt paſcha, dicatur ſe-
quens miſſa. Quod ⁊ in aliis
bus ſeruatur. Introitus.
SAnctitu, dñe be-
nedicent te: glo-
riam regni tui di-
cent: alleluia, al-
leluia. Pſalmus.
Exaltabo te de-
us meus rex, ⁊ benedicam nomi-
ni tuo in ſeculum, ⁊ in ſeculum ſe-
culi. ℣. Gloria patri, ⁊ filio, ⁊
ſpiritui ſancto. Oratio.
PReſta, queſumus, omnipo-
tens deus, vt, qui ſancto-
rum martyrum tuorum Tybur-
tij, Valeriani, ⁊ Maximi ſolem-
nia colimus, eorum etiam virtu-
tes imitemur. Per dominum.
Epiſtola. Stabunt iuſti. de cō-
mun. tēpo. paſchali. fol. 559.
Alleluia, alleluia. ℣. Sancti tui
domine florebunt ſicut lilium: ⁊
ſicut odor balſami erunt ante te,
Alleluia. ℣. Precioſa in cōſpe-
ctu dñi, mors ſanctorū eius, alla.
Euange. Ego ſum vitis vera.
de eodem communi. folio. 560.
Offerto. Letamini in domino,
⁊ exultate iuſti: ⁊ gloriamini om-
nes recti corde, alla, alla. Secre.
HEc hoſtia, queſumus do-
mine, quam in ſanctorum
tuorum natalitijs recenſentes of-
ferimus, ⁊ vincula noſtre prauita-
tis abſoluat, ⁊ tue nobis miſeri-
cordie dona conciliet. Per dñm.
Commune. Gaudete iuſti in do-
mino, alleluia: rectos decet collau-

 datio,

datio, alleluia. Poſtcom.

SAcro munere ſatiati, ſupplices te dñe deprecamur: vt, quod debite ſeruitutis celebramus officio, ſaluationis tue ſentiamus augmentū. Per dñm.

die 17. Aniceti pape ꝛ marty. Miſſa de cōi vnius mart. tpe paſchali [illegible]. Deus qui nos beati. f. 351. Euangeliū. Amen amē dico vobis q̄ ploꝛabitis. f. 563.

die. 22. ¶ [illegible] pontificū ꝛ marty. Miſſa de cōi plurimoꝝ marty. i tempore paſchali, cū oꝛōne. Beatoꝝ marty. tuoꝝ pariterq̄ pontificū. f. 561. Et epiſtola. Poſt hec ego Joannes. f. 563. Euangeliū. Ego ſum vitis uera. f. 560.

die. 23. ¶ In feſto ſancti Geoꝛgij martyris. Introitus.

PRotexiſti me deus a conuentu malignantiū, alleluia: a multitudine operantium iniquitatem, alleluia, alleluia. Pſalmus. Exaudi deus orationem meam cum depreco: a timore inimici eripe animam meam. ℣. Gloꝛia. Oratio.

DEus qui nos beati Geoꝛgij martyris tui meritis, ꝛ interceſſione letificas: concede propitius: vt qui tua per eum beneficia poſcimus, dono tue gratie cōſequamur. Per dominum. Epiſtola. Memoꝛ eſto. de cōmuni vnius martyris extra tempus paſchale. folio. 556.

Alleluia, alleluia. ℣. Cōfitebūtur celi mirabilia tua dñe: etenim veritatē tuam in eccleſia ſanctorum, alleluia. ℣. Poſuiſti domine ſuper caput eius coronam de lapide pretioſo, alleluia. Euange. Ego ſum vitis: ꝛ vos palmites. de cōi tpe paſchali. folio. 562. Offertorium. Confitebuntur celi mirabilia tua domine: ꝛ veritatem tuam in eccleſia ſanctoꝛuꝫ, alleluia, alleluia. Secreta.

MUnera domine oblata ſanctifica: ꝛ intercedente beato Geoꝛgio martyre tuo, nos per hec a peccatorum noſtroꝛum maculis emunda. Per dominum. Communio. Letabitur iuſtus in domino, ꝛ ſperabit in eo: ꝛ laudabuntur omnes recti corde, alleluia, alleluia. Poſtcom.

SUpplices te rogamus omnipotens deus: vt, quos tuis reficis ſacramentis, intercedente beato Geoꝛgio martyre tuo, tibi etiam placitis moribus dignanter tribuas deſeruire. Per dominum noſtrum Jeſum Chꝛiſtum filium tuum, qui tecuꝫ.

¶ In feſto ſancti Marci euangeliſte. Introitus. die. 25.

PRotexiſti me deus a cōuentu malignātiū, alleluia: a multitudine operantiū iniquitatem,

[illegible]

tatem, alleluia, alleluia. Pſalmus. Exaudi deus orationem meam cuz deprecor: a timore inimici eripe animā meaz. ℣. Gloria patri, ꝛ filio ꝛ ſpiritui ſancto. Oratio.

D Eus, qui beatuz Marcū euangeliſtam tuum, euangelice predicationis gratia ſublimaſti: tribue, quęſumus: eius nos ſemper ꝛ eruditione proficere, ꝛ oratione defendi. Per dominum noſtrum Jeſum Chriſtum.

Lectio Ezechielis prophete.

c. 1. S Jmilitudo vultus quatuor animaliuz, facies hominis: ꝛ facies Leonis a dextris ipſorum quatuor: facies autem Bouis, a ſiniſtris ipſorum quatuor: ꝛ facies Aquilę deſuper ipſorum quatuor. Et facies eorum, ꝛ pennę eorum extentę deſuper: duę pennę ſingulorum iungebantur, ꝛ duę tegebant corpora eorum. Et vnumquodqz eorum coram facie ſua ambulabat. Ubi erat impetus ſpiritus, illuc gradiebantur: nec reuertebantur cum ambularent. Et ſimilitudo animalium, ꝛ aſpectus eorum, quaſi carbonum ignis ardentium, ꝛ quaſi aſpectus lampadaruz. Hęc erat viſio diſcurrens in medio animalium: ſplendor ignis, ꝛ de igne fulgur egrediens. Et animalia ibant, ꝛ reuertebantur in ſimilitudinem fulguris coruſcantis. Alleluia, alleluia. ℣. Confitebuntur celi mirabilia tua domine: etenim veritatem tuam in eccleſia ſanctoꝝ. Alleluia. ℣. Poſuiſti dn̄e ſuper caput eius coronaz de lapide pretioſo. Alleluia.

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Lucam.



I N illo tempore. Deſignauit Dominus, ꝛ alios ſeptuagintaduos: ꝛ miſit illos binos ante faciem ſuaz in omnē ciuitatem, ꝛ locum, quo erat ipſe venturus. Et dicebat illis. Meſſis quidem, multa: operarij autem, pauci. Rogate ergo dominum meſſis: vt mittat operarios in meſſem ſuam. Jte. Ecce, ego mitto vos ſicut agnos inter lupos. Nolite portare ſacculum, neque peram, neque calceamenta: ꝛ neminem per viam ſalutaueritis. Jn quamcunque domum intraueritis, primum dicite: Pax huic domui. Et ſi ibi fuerit filius pacis, requieſcet ſuper illum pax veſtra: ſin autem, ad vos reuertetur. Jn eadem autem domo manete edentes ꝛ bibentes quę apud illos ſunt. Dignus eſt enim operarius mercede ſua. Nolite tranſire de domo in domum. Et in quamcunque ciuitatem intraueritis, ꝛ ſuſceperint vos: manducate quę ca. 10.

apponuntur vobis: & curate in-firmos qui in illa ſunt: & dicite il-lis. Appropinquauit in vos re-gnum dei. Oratio. Credo. Of-fert. Confitebuntur celi mirabi-lia tua domine: & veritatem tuam in eccleſia ſanctorum. Alleluia, alleluia. Secreta.

Beati Marci euãgeliſte tui ſollẽnitate, tibi munera de-ferentes, queſumus domine: vt ſicut illum predicatio euangelica fecit glorioſum: ita nos eius inter-ceſſione, & verbo & opere tibi red-dat acceptos. Per dominum.

Prefatio de apoſtolis. Cõio.

Letabitur iuſtus in dño, & ſpera-bit in eo: & laudabuntur oẽs recti corde. Alleluia. alla. Poſtcom.

Tribuant nobis, queſumus domine, continuum tua ſan-cta preſidium: quo beati Marci euangeliſte tui precibus, nos ab omnibus ſemper tueantur aduer-ſis. Per dominum noſtrum.

die. 26. ¶ In feſto ſanctor. Cleti & Mar-cellini pontific. & marty. Officium.

Sancti tui domine benedicẽt te. de communi plurim. marty. tem-pore paſchali. cum prefatione que dicitur vt infra. Oratio.

Beatorum martyrum, pari-terque pontificum Cleti & Marcellini nos domine foueat pretioſa confeſſio: & pia iugiter interceſſio tueatur. Per domi-num noſtrum Jeſum.

Secreta.

Adeſto domine ſupplica-tionibus noſtris, quas in ſanctorum tuorum commemora-tione deferimus: vt, qui noſtre iu-ſtitie fiduciam non habemus: eo-rum qui tibi placuerunt meritis adiuuemur. Per dominum.

Poſtcom.

Queſumus domine ſaluta-ribus repleti myſterijs: vt quorum ſollemnia celebramus: eorum orationibus adiuuemur. Per dominum noſtrum Jeſum.

¶ Sancti Vitalis martyris. Miſ-ſa de commun. vnius marty. tem-pore paſchali fol. 555. Oratio. die, 28.

Preſta queſumus, vt qui beati.

¶ Feſta Maij.

¶ In feſto ſanctorum apoſtolo-rum Philippi & Jacobi. die. 1.

Introitus.

Clamauerunt ad te domine in tempore afflictionis ſue: & tu de celo exaudiſti e-os, Alleluia, alle-luia. Pſal. Exulta-te iuſti in domino: rectos decet collaudatio. ℣. Gloria patri, & filio, & ſpiritui ſancto. Oratio.

Deus, qui nos annua apo-ſtolorum tuorũ Philippi & Jacobi ſollennitate letificas: preſta queſumus: vt quorum gau-demus meritis, inſtruamur exem-plis. Per dominum noſtrum.

Lectio

ca. 5. Lectio libri Sapientie.

Stabunt iuſti in magna cõſtantia aduerſus eos qui ſe anguſtiauerunt: ⁊ qui abſtulerunt labores eorum. Uidentes turbabuntur timore horribili, ⁊ mirabuntur in ſubitatione inſperatę ſalutis, dicentes intra ſe, pęnitentiam agẽtes, ⁊ prę anguſtia ſpiritus gementes. Hi ſunt, quos aliquando habuimus in deriſum, ⁊ in ſimilitudinem improperij. Nos inſenſati, vitam illorum ęſtimabamus inſaniam: ⁊ finem illorum ſine honore. Ecce quomodo computati ſunt inter filios dei: ⁊ inter ſanctos, ſors illorum eſt. Alleluia, alleluia. ℣. Confitebuntur cęli mirabilia tua domine: etenim veritatem tuam in eccleſia ſanctorum. Alleluia. ℣. Tanto tempore vobiſcũ ſum, ⁊ non cognouiſtis me? Philippe, qui videt me, videt ⁊ patrem meum, Alleluia.

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Joannem.



ca. 14. In illo tempore: Dixit Jeſus diſcipulis ſuis. Non turbetur cor veſtrum. Creditis in Deũ: ⁊ in me credite. In domo patris mei, manſiones multę ſunt. Si quominus: dixiſſem vobis, quia vado parare vobis locum. Et ſi abiero, ⁊ pręparauero vobis locum: iterum veniam, ⁊ accipiam vos ad meipſum: vt vbi ego ſum, ⁊ vos ſitis. Et quo ego vado, ſcitis, ⁊ viam ſcitis. Dicit ei Thomas. Domine, neſcimus quo vadis: ⁊ quomodo poſſumus viam ſcire? Dicit ei Jeſus. Ego ſum via, veritas, ⁊ vita. Nemo venit ad patrem, niſi per me. Si cognouiſſetis me, ⁊ patrem meum vtiq; cognouiſſetis: ⁊ amodo cognoſcetis eum, ⁊ vidiſtis eum. Dicit ei Philippus. Domine, oſtende nobis patrem: ⁊ ſufficit nobis. Dicit ei Jeſus. Tanto tempore vobiſcum ſum: ⁊ non cognouiſtis me? Philippe, qui videt me, videt ⁊ patrem. Et quomodo tu dicis: oſtẽde nobis patrẽ? Non credis quia ego in patre: ⁊ pater in me eſt? Uerba quę ego loquor vobis, a me ipſo non loquor. Pater autem in me manens, ipſe facit opera. Non creditis quia ego in patre: ⁊ pater in me eſt? Alioquin propter opera ipſa credite. Amen, amen dico vobis: qui credit in me, opera quę ego facio ⁊ ipſe faciet: ⁊ maiora horũ faciet, quia ego ad patrem vado. Et quodcunq; petieritis patrem in nomine meo, hoc faciã. Dicitur Credo. Offert. Confitebuntur cęli mirabilia tua domine: ⁊ veritatem tuã in eccleſia ſanctorum,

eſt, ager ſanguinis. Scriptū eſt enim in libro Pſalmorum. Fiat cõmoratio eius deſerta: ⁊ non ſit qui inhabitet in ea, ⁊ epiſcopatū eius accipiat alter. Oportet ergo ex his viris qui nobiſcū ſunt cõgregati, in omni tempore quo intrauit ⁊ exiuit inter nos dominus Ieſus, incipiens a baptiſmate Ioannis vſq₃ in diē qua aſſumptus eſt a nobis, teſtem reſurrectionis eius nobiſcum fieri vnū ex iſtis. Et ſtatuerunt duos, Ioſeph qui vocabatur Barſabas, qui cognominatus eſt iuſtus: ⁊ Mathiam. Et orantes dixerūt. Tu domine qui noſti corda omnium, oſtende quem elegeris ex his duobus vnum, accipere locū miniſterij huius ⁊ apoſtolatus, de quo preuaricatus eſt Iudas vt abiret in locum ſuū. Et dederūt ſortes eis: ⁊ cecidit ſors ſuper Mathiam, ⁊ annumeratus eſt cum vndecim Apoſtolis. Grad.

Nimis honorati ſunt amici tui deus: nimis confortatus eſt principatus eorū. ℣. Dinumerabo eos: ⁊ ſuper arenam multiplicabuntur. Tractus. Deſiderium anime eius tribuiſti ei: ⁊ voluntate labiorum eius non fraudaſti eum. ℣. Quoniam preueniſti eū in benedictionibus dulcedinis. ℣. Poſuiſti in capite eius coronā de lapide precioſo.

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Mattheum.



In illo tempore reſpondēs Ieſus dixit. Confiteor tibi pater, domine celi ⁊ terre: quia abſcondiſti hec a ſapiētibus ⁊ prudentibus: ⁊ reuelaſti ea paruulis. Ita pater: quoniam ſic placitū fuit ante te. Omnia mihi tradita ſunt a patre meo. Et nemo nouit filium, niſi pater: neque patrem quis nouit, niſi filius, ⁊ cui voluerit filius reuelare. Venite ad me omnes qui laboratis, ⁊ onerati eſtis: ⁊ ego reficiā vos. Tollite iugū meū ſuper vos: ⁊ diſcite a me, quia mitis ſum ⁊ humilis corde: ⁊ inuenietis requiē animabus veſtris. Iugum enim meū ſuaue eſt: ⁊ onus meum leue. Dicitur Credo. Offertorium.

Conſtitues eos principes ſuper omnem terram: memores erunt nominis tui domine, in omni progenie ⁊ generatione. Secreta.

Hoſtias tibi domine, quas nomini tuo ſacrandas offerimus, ſancti Mathie proſequatur oratio: per quam nos expiari facias, ⁊ defendi. Per dominū. Prefatio de apoſtolis. Cõio.

Vos, qui ſecuti eſtis me, ſedebitis ſuper ſedes: iudicantes duodecim tribus Iſrael.

ca. 11.

Poſt

Poſtcom.

P Reſta, quęſumus omnipotēs deus: vt per hęc ſancta quę ſumpſimus, interueniēte beato Mathia apoſtolo tuo, veniā conſequamur, & pacem. Per.

¶ Feſta Martij.

die 7. ¶ In feſto ſancti Thomę de Aquino. Introitus.

IN medio eccleſię aperuit os eius, & impleuit eum dominus ſpiritu ſapiētię, & intellect⁹: ſtolā glorię induit eum. Pſalm. Bonū eſt confiteri dn̄o: & pſallere nomini tuo altiſſime. ℣. Gloria patri. Oratio

DEus qui eccleſiā tuā beati Thomę cōfeſſoris tui mira eruditione clarificas, & ſancta operatione fęcundas: da nobis, quęſumus & quę docuit intellectu conſpicere, & quę egit imitatione complere. Per dominum noſtrū Ieſum Chriſtū. Secunda oratio de feria tertia vt ſequitur.

Pro commemoratione ſanctarum martyrum Perpetuę & Felicitatis. Oratio.

DA nobis, quęſumus domine, ſanctarū martyrū tuarum Perpetuę, & Felicitatis palmas inceſſabili veneratione venerari: vt, quas digna mente non poſſumus celebrare, humilibus ſaltem frequentemus obſequijs. Per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuum.

Epiſtola. Iuſtus cor ſuum tradidit. de cōmuni doctorū f. 577.

Graduale. Os iuſti meditabitur ſapientiam: & lingua eius loquetur iudicium. ℣. Lex dei ei⁹ in corde ipſius: & non ſupplantabuntur greſſus eius. Tractus. Beatus vir, qui timet dominū: in mandatis eius cupit nimis. ℣. Potens in terra erit ſemen eius: generatio rectorum benedicetur. ℣. Gloria & diuitię in domo eius: & iuſtitia eius manet in ſeculum ſeculi. Euangel. Vos eſtis ſal terrę. De eodem communi. fol. 576. dicitur Credo. Offertorium. Iuſtus vt palma florebit: ſicut cedrus, quę in Libano eſt, multiplicabitur.

Secreta.

SAncti Thomę confeſſoris tui atque doctoris nobis domine pia non deſit oratio: quę & munera noſtra conciliet, & tuā nobis indulgentiam ſemper obtineat. Per dominum noſtrū Ieſum Chriſtum filium tuum.

Pro commemoratione ſanctarum martyrum Perpetuę & felicitatis. Secreta.

INtende quęſumus domine munera, altaribus tuis pro ſanctorum martyrum tuarū Perpetuę & Felicitatis feſtiuitate propoſita: vt, ſicut per hęc beata

beata myſteria illis gloriam contuliſti, ita nobis indulgentiam largiaris. Per dominum noſtruz.
[illegible] Fidelis ſeruus, & prudens: quem conſtituit dominus ſuper familiam ſuam: vt det illis in tempore tritici menſuram.
[illegible] Et nobis domine tua ſacrificia dent ſalutem: beatus Thomas confeſſor tuus, & doctor egregius, queſumus precator accedat. Per dominum.

[illegible]

Preſta nobis queſumus domine, intercedentibus ſanctis martyribus tuis Perpetua & Felicitate: vt quod ore contingimus, pura mente capiamus. Per dominum noſtrum Jeſum Chriſtum filium tuum.

de. C [illegible]

93 Clamauerunt iuſti, & dominus exaudiuit eos: & ex omnibus tribulationibus eorum liberauit eos. [illegible] Benedicam dominum in omni tempore: ſemper laus eius in ore meo. Gloria patri, & filio & ſpiritui ſancto. [illegible]

Preſta queſumus omnipotens deus: vt, qui glorioſos martyres, fortes in ſua cõfeſſione cognouimus, pios apud ſe in noſtra interceſſione ſentiamus. Per dominum noſtrum Jeſuz. [illegible] Sancti per fidem. [illegible] fol. 569. [illegible] Ecce quam bonum, & quam iucunduz, habitare fratres in vnum. Sicut vnguentum in capite: quod deſcendit in barbam, barbam Aaron. Tractus. Qui ſeminant in lachrymis in gaudio metent. ℣. Euntes ibant & flebant: mittentes ſemina ſua. ℣. Venientes autem venient cum exultatione portantes manipulos ſuos. Euangelium. Deſcendens Jeſus de monte. de eodem communi fol. 566. Offertorium. Letamini in domino, & exultate iuſti: & gloriamini omnes recti corde. Secreta.

Sacrificijs preſentibus, queſumus domine, intẽde placatus: vt, intercedentibus ſanctis martyribus tuis, & deuotioni noſtre proficiant, & ſaluti. Per dominum noſtrum. Communio. Quicunqz fecerit voluntatem patris mei, qui in celis eſt: ipſe meus frater, & ſoror, & mater eſt, dicit dominus. Poſtcommunio.

Queſumus, omnipotens deus: vt illius ſalutaris capiamus effectũ: cuius per hec myſteria pignus accepimus. Per dñm.

¶ Jn feſto ſancti Gregorij pape ⁊ confeſſoris doctoris eccleſie. Introitus. die 12.

S Acerdotes dei benedicite dominum: ſancti ⁊ humiles corde laudate deū. pſalm. Benedicite omnia opera domini dño: laudate ⁊ ſuperexaltate eū in ſecula. ℣. Gloria. Oratio.

D Eus, qui anime famuli tui Gregorij, eterne beatitudinis premia contuliſti: cōcede propitius: vt, qui peccatorū noſtrorū pondere premimur, eius apud te precibus ſubleuemur. Per dñs.

Epiſtola. Teſtificor coram deo, de cōmuni doctorum fol. 575. Graduale.

Iurauit dominus, ⁊ non penitebit eum: tu es ſacerdos in eternum, ſecundum ordinem melchiſedec. ℣. Dixit dominus dño meo: ſede a dextris meis. Tractus.

Beatus vir qui timet dominum: in mandatis eius cupit nimis. ℣. Potens in terra erit ſemen eius: generatio rectorum benedicetur. ℣. Gloria, ⁊ diuitie in domo eius: ⁊ iuſtitia eius manet in ſeculum ſeculi. Euangelium.

Vos eſtis ſal terre. de eodem cōl. fol. 576. quere. Credo. Offert.

Veritas mea ⁊ miſericordia mea cum ipſo: ⁊ in nomine meo exaltabitur cornu eius.

Secreta.

A Nnue nobis, queſumus domine: vt, interceſſione beati Gregorij hec nobis proſit oblatio, quam immolando totius mūdi tribuiſti relaxari delicta. Per.

Communio. Fidelis ſeruus ⁊ prudens, quem conſtituit dominus ſuper familiam ſuam: vt det illis in tempore tritici menſuram.

Poſtcom.

D Eus, qui beatum Gregorium pontificem tuum, ſanctorum tuorum meritis coequaſti: concede propitius: vt, qui commemorationis eius feſta recolimus, vite quoq; imitemur exempla. Per dominum noſtrum.

¶ Jn feſto ſancti Joſeph confeſſoris. Introitus. die 19.

I Uſtus vt palma florebit: ſicut cedrus libani multiplicabitur: plantatus in domo domini, in atrijs domus dei noſtri. Pſalm. Bonum eſt confiteri dño: ⁊ pſallere nomini tuo altiſſime. ℣. Gloria. Oratio.

S Anctiſſime genitricis tue ſponſi, queſumus dñe, meritis adiuuemur: vt, quod poſſibilitas noſtra nō obtinet, eius nobis interceſſione donetur. Qui viuis.

Epiſto. Dilectus deo. de communi Abbat. fol. 581. Graduale.

Domine preueniſti eum in benedictio-

Oratio.

DEus qui de beatę Marię, virginis vtero, verbũ tuũ, Angelo nunciante, carnem ſuſcipere voluiſti: pręſta ſupplicibus tuis, vt qui vere eã dei genitricez credimus, eius apud te interceſſionibus adiuuemur. Per eundem.

Lectio Iſaię prophetę.

ca. 7. IN diebus illis. Locutus eſt dominus ad Achaz, dicens, Pete tibi ſignum a domino deo tuo, in profundum inferni: ſiue in excelſum ſupra. Et dixit Achaz. Non petam, ⁊ non tentabo dominuz. Et dixit. Audite ergo domus Dauid. Nunquid paruz vobis eſt, moleſtos eſſe hominibus, quia moleſti eſtis ⁊ deo meo? Propter hoc dabit dñs ipſe vobis ſignũ. Ecce, virgo cõcipiet, ⁊ pariet filium: ⁊ vocabitur nomen eius Emmanuel. Butyrum ⁊ mel comedet: vt ſciat reprobare malum ⁊ eligere bonum. Grad. Diffuſa eſt gratia in labijs tuis: propterea benedixit te deus in ęternum. ℣. Propter veritatẽ, ⁊ manſuetudinez, ⁊ iuſtitiaz: ⁊ deducet te mirabiliter dextera tua. Tract. Audi filia, ⁊ vide, ⁊ inclina aurem tuã: quia cõcupiuit rex ſpeciem tuam. ℣. Vultum tuum deprecabuntur omnes diuites plebis: filię regum in honore tuo. ℣. Adducentur regi virgines poſt eam: proximę eius offerentur tibi. ℣. Adducẽtur in lętitia ⁊ exultatione: adducentur in templum regis. Poſt paſcha, omiſſis graduali, ⁊ tractu, dicitur. Alleluia, alle. ℣. Aue Maria gratia plena: dñs tecũ: benedicta tu in mulieribus. Alle. ℣. Virga Ieſſe floruit: virgo deũ ⁊ hominẽ genuit: pacẽ deus reddidit, in ſe recõcilians ima ſummis, alleluia.

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Lucam.



IN illo tempore, Miſſus eſt angelus Gabriel a deo, in ciuitatem Galilęę cui nomen Nazareth, ad virginẽ deſponſatã viro, cui nomẽ erat Ioſeph, de domo Dauid: ⁊ nomen virginis, Maria. Et ingreſſus angelus, ad eaz dixit. Aue gratia plena: dñs tecũ: benedicta tu in mulieribus. Quę cũ audiſſet, turbata eſt in ſermone eius: ⁊ cogitabat qualis eſſet iſta ſalutatio. Et ait angelus ei. Ne timeas Maria: inueniſti enim gratiaz apud deũ. Ecce concipies in vtero: ⁊ paries filium: ⁊ vocabis nomẽ eius Ieſum. Hic erit magnus: ⁊ filius altiſſimi vocabit: ⁊ dabit illi dñs deus ſedez Dauid patris eius: ⁊ regnabit in domo Iacob in eternum: ⁊ regni eius non erit finis. Dixit autem Maria ad angelũ. c. 1.

Venit Jeſus in partes Ceſa-
reę. vt ſupra [illegible] f. 446.
Offertorium. Inueni Dauid
ſeruum meum, oleo ſancto meo
vnxi eum: manus enim mea auxi
liabitur ei, ⁊ brachium meum
confortabit eum. Secreta.

SAncti Leonis confeſſoris
tui atque pontificis, quęſu-
mus domine, annua ſollemnitas
pietati tuę nos reddat acceptos:
vt per hęc pię placationis officia,
⁊ illum beata retributio comite-
tur, ⁊ nobis gratię tuę dona con-
ciliet. Per dominum noſtrum.
Communio. Beatus ſeruus,
quem cum venerit dominus, in-
uenerit vigilantem: amen dico
vobis, ſuper omnia bona ſua cõ-
ſtituet eum. Poſtcom.

DEus fidelium remunera-
tor animarum, pręſta: vt,
beati Leonis confeſſoris tui at-
que pontificis, cuius veneran-
dam celebramus feſtiuitatem,
precibus indulgentiam conſe-
quamur. Per dominum noſtrũ
Jeſum Chriſtum.

Die 14. ¶ Sanctorum martyrum Ty-
burtii, Valeriani, ⁊ Maximi.
Si venerint ante paſcha, ⁊ vo-
luerit quis de eis miſſam celebra-
re, omnia dicantur de commu-
ni plurimorum martyrum extra
tempus paſchale. Si autem
venerint poſt paſcha, dicatur ſe-
quens miſſa. Quod ⁊ in anni-
bus ſeruetur. Introitus.

SAnctitu, dñe be-
nedicent te: glo-
riam regni tui di-
cent: alleluia, al-
leluia. Pſalmus.
Exaltabo te de-
us meus rex, ⁊ benedicam nomi-
ni tuo in ſeculum, ⁊ in ſeculum ſe-
culi. V. Gloria patri, ⁊ filio ⁊
ſpiritui ſancto. Oratio.

PRęſta, quęſumus, omnipo-
tens deus, vt, qui ſancto-
rum martyrum tuorum Tybur-
tii, Valeriani, ⁊ Maximi ſolem-
nia colimus, eorum etiam virtu-
tes imitemur. Per dominum.
Epiſtola. Stabunt iuſti. de cõi
mart. tẽp. paſchal. fol. 559.
Alleluia, alleluia. V. Sancti tui
domine florebunt ſicut lilium: ⁊
ſicut odor balſami erunt ante te.
Alleluia. V. Pretioſa in cõſpe-
ctu dñi, mors ſanctorũ eius, alla.
Euange. Ego ſum vitis vera.
de eodem communi. folio 560.
Offerto. Lętamini in domino,
⁊ exultate iuſti: ⁊ gloriamini om-
nes recti corde, alla, alla. Secre.

HAec hoſtia, quęſumus do-
mine, quam in ſanctorum
tuorum natalitiis recenſentes of-
ferimus, ⁊ vincula noſtrę prauita-
tis abſoluat, ⁊ tuę nobis miſeri-
cordię dona conciliet. Per dñm.
Communio. Gaudete iuſti in do-
mino, alleluia: rectos decet collau

 datio,

latem, alleluia, alleluia. Pſalmus. Exaudi deus orationem meam cuꝫ deprecor: a timore inimici eripe animã meaꝫ. ℣. Gloria patri, ⁊ filio ⁊ ſpiritui ſancto. Oratio. Deus, qui beatuꝫ Marcũ euangeliſtam tuum, euangelice predicationis gratia ſublimaſti: tribue, queſumus: eius nos ſemper ⁊ eruditione proficere, ⁊ oratione defendi. Per dominum noſtrum Jeſum Chriſtum.

Lectio Ezechielis prophete.

c. 1. Similitudo vultus quatuor animaliuꝫ, facies hominis: ⁊ facies Leonis a dextris ipſorum quatuor: facies autem Bouis, a ſiniſtris ipſorum quatuor: ⁊ facies Aquile deſuper ipſorum quatuor. Et facies eorum, ⁊ penne eorum extente deſuper: due penne ſingulorum iungebantur, ⁊ due tegebant corpora eorum. Et vnumquodqꝫ eorum coram facie ſua ambulabat. Ubi erat impetus ſpiritus, illuc gradiebantur: nec reuertebantur cum ambularent. Et ſimilitudo animalium, ⁊ aſpectus eorum, quaſi carbonum ignis ardentium, ⁊ quaſi aſpectus lampadaruꝫ. Hec erat viſio diſcurrens in medio animalium: ſplendor ignis, ⁊ de igne fulgur egrediens. Et animalia ibant, ⁊ reuertebantur in ſimilitudinem fulguris coruſcantis.

Alleluia, alleluia. ℣. Confitebuntur celi mirabilia tua domine: etenim veritatem tuam in eccleſia ſanctoꝝ. Alleluia. ℣. Poſuiſti dñe ſuper caput eius coronaꝫ de lapide pretioſo. Alleluia.

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Lucam.



In illo tempore. Deſignauit Dominus, ⁊ alios ſeptuaginta duos: ⁊ miſit illos binos ante faciem ſuaꝫ in omnẽ ciuitatem, ⁊ locum, quo erat ipſe venturus. Et dicebat illis. Meſſis quidem, multa: operarij autem, pauci. Rogate ergo dominum meſſis: vt mittat operarios in meſſem ſuam. Ite. Ecce, ego mitto vos ſicut agnos inter lupos. Nolite portare ſacculum, neque peram, neque calceamenta: ⁊ neminem per viam ſalutaueritis. In quamcunque domum intraueritis, primum dicite: Pax huic domui. Et ſi ibi fuerit filius pacis, requieſcet ſuper illum pax veſtra: ſin autem, ad vos reuertetur. In eadem autem domo manete edentes ⁊ bibentes que apud illos ſunt. Dignus eſt enim operarius mercede ſua. Nolite tranſire de domo in domum. Et in quamcunque ciuitatem intraueritis, ⁊ ſuſceperint vos: manducate que appo-

ca. 10.

Lectio libri Sapientie.

ca. 5. Stabunt iuſti in magna cōſtantia aduerſus eos qui ſe anguſtiauerunt: ⁊ qui abſtulerunt labores eorum. Videntes turbabuntur timore horribili, ⁊ mirabuntur in ſubitatione inſperatę ſalutis, dicentes intra ſe, penitentiam agētes, ⁊ prę anguſtia ſpiritus gementes. Hi ſunt, quos aliquando habuimus in deriſum, ⁊ in ſimilitudinem improperij. Nos inſenſati, vitam illorum ęſtimabamus inſaniam: ⁊ finem illorum ſine honore. Ecce quomodo computati ſunt inter filios dei: ⁊ inter ſanctos, ſors illorum eſt. Alleluia, alleluia. ℣. Confitebuntur cęli mirabilia tua domine: etenim veritatem tuam in eccleſia ſanctorum. Alleluia. ℣. Tanto tempore vobiſcū ſum, ⁊ non cognouiſtis me? Philippe, qui videt me, videt ⁊ patrem meum, Alleluia.

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Joannem.



ca. 14. In illo tempore: Dixit Jeſus diſcipulis ſuis. Non turbetur cor veſtrum. Creditis in Deū: ⁊ in me credite. In domo patris mei, manſiones multę ſunt. Si quo minus: dixiſſem vobis, quia vado parare vobis locum. Et ſi abiero, ⁊ pręparauero vobis locum: iterum veniam, ⁊ accipiam vos ad meipſum: vt vbi ego ſum, ⁊ vos ſitis. Et quo ego vado, ſcitis, ⁊ viam ſcitis. Dicit ei Thomas. Domine, neſcimus quo vadis: ⁊ quomodo poſſumus viam ſcire? Dicit ei Jeſus. Ego ſum via, veritas, ⁊ vita. Nemo venit ad patrem, niſi per me. Si cognouiſſetis me, ⁊ patrem meum vtiq̄ cognouiſſetis: ⁊ amodo cognoſcetis eum, ⁊ vidiſtis eum. Dicit ei Philippus. Domine, oſtende nobis patrem: ⁊ ſufficit nobis. Dicit ei Jeſus. Tanto tempore vobiſcum ſum: ⁊ non cognouiſtis me? Philippe, qui videt me, videt ⁊ patrem. Et quomodo tu dicis: oſtēde nobis patrē? Non credis quia ego in patre: ⁊ pater in me eſt? Verba quę ego loquor vobis, a me ipſo non loquor. Pater autem in me manens, ipſe facit opera. Non creditis quia ego in patre: ⁊ pater in me eſt? Alioquin propter opera ipſa credite. Amen, amen dico vobis: qui credit in me, opera quę ego facio ⁊ ipſe faciet: ⁊ maiora horū faciet, quia ego ad patrem vado. Et quodcunq̄ petieritis patrem in nomine meo, hoc faciā. Dicitur Credo. Offert. Confitebuntur cęli mirabilia tua domine: ⁊ veritatem tuā in eccleſia ſanctorum,

rum, alleluia, alleluia. Secreta.

Munera, dñe, que pro apoſtolorũ tuorũ Philippi, ⁊ Jacobi ſollemnitate deferimus, propitius ſuſcipe: ⁊ mala omnia que meremur auerte. Per dñm.

Preſatio de apoſtolis. Comu.

Tanto tempore vobiſcum ſum, ⁊ non cognouiſtis me? Philippe, qui videt me, videt ⁊ patrem meum, alleluia: non credis quia ego in patre, ⁊ pater in me eſt? Alleluia, alleluia. Poſtcom.

Queſumus domine, ſalutaribus repleti myſterijs: vt, quorum ſollemnia celebramus, eorum orationibus adiuuemur. Per dominum noſtrum.

die. 2. ¶ In feſto ſancti Athanaſij epiſcopi ⁊ confeſſ. Introitus.

In medio eccleſie aperuit os eius, ⁊ impleuit eum dominus ſpiritu ſapientie, ⁊ intellectus: ſtolaȝ glorie induit eum, alleluia, alleluia. Pſalmus. Bonum eſt confiteri domino: ⁊ pſallere nomini tuo altiſſime. ℣. Gloria patri. Oratio.

Exaudi queſumus dñe preces noſtras: quas in beati Athanaſij cõfeſſoris tui atqȝ pontificis ſollemnitate deferimus: ⁊ qui tibi digne meruit famulari, eius intercedentibus meritis, ab omnibus nos abſolue peccatis. Per dominum noſtrum.

Lectio epiſtole beati Pauli apoſtoli ad Corinthios.

Fratres: Non noſmetipſos predicamus, ſed Jeſuȝ Chriſtum dominũ noſtrum: nos autem, ſeruos veſtros per Jeſuȝ: quoniam deus, qui dixit de tenebris lucem ſplendeſcere, ipſe illuxit in cordibus noſtris ad illuminationem ſcientie claritatis dei, in facie Chriſti Jeſu. Habemus autem theſaurum iſtum in vaſis fictilibus: vt ſublimitas ſit virtutis dei, ⁊ non ex nobis. In omnibus tribulationem patimur, ſed nõ anguſtiamur: aporiamur, ſed non deſtituimur: perſecutionem patimur, ſed non derelinquimur: humiliamur, ſed non confundimur: deijcimur, ſed non perimus: ſemꝑ mortificationẽ Jeſu Chriſti in corpore noſtro circumferentes, vt ⁊ vita Jeſu manifeſtetur in corporibus noſtris. Semper enim nos qui viuimus, in morteȝ tradimur propter Jeſum: vt ⁊ vita Jeſu manifeſtetur in carne noſtra mortali. Ergo mors in nobis operatur: vita autem in vobis. Habentes autem eundem ſpiritum fidei, ſicut ſcriptum eſt, credidi, propter quod locutus ſum: ⁊ nos credimus, propter quod ⁊ loquimur: ſciẽtes quoniam qui ſuſcitauit Jeſum, ⁊ nos cuȝ Jeſu ſuſcitabit, ⁊ conſtituet vobiſcum.

Alle-

Alleluia, alleluia. ℣. Tu es ſacerdos in eternū ſecundum ordinem Melchiſedec. Alleluia. ℣. Beatus vir, qui ſuffert tentationē: quoniam cū probatus fuerit, accipiet coronam vite. Alleluia.

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Mattheum.



ca. 10. IN illo tempore: Dixit Jeſus diſcipulis ſuis. Cum perſequētur vos in ciuitate iſta: fugite in aliam. Amen dico vobis, nō cōſummabitis ciuitates Iſrael, donec veniat filius hominis. Nō eſt diſcipulus ſuper magiſtrum: nec ſeruus ſuper dominum ſuum. Sufficit diſcipulo, vt ſit ſicut magiſter eius: ⁊ ſeruo, ſicut dominus eius. Si patrem familias Beelzebub vocauerunt: quanto magis domeſticos eius? Ne ergo timueritis eos. Nihil enim eſt opertum, quod non reueletur: ⁊ occultum, quod non ſciatur. Quod dico vobis in tenebris, dicite in lumine: ⁊ quod in aure auditis, predicate ſuper tecta. Et nolite timere eos qui occidunt corpus: animam autem nō poſſunt occidere. Sed poti⁹ timete eum, qui poteſt ⁊ animam ⁊ corpus perdere in gehennam.

Dicitur Credo. Offertorium.

Inueni Dauid ſeruum meum: oleo ſancto meo vnxi eum: manus enim mea auxiliabitur ei: ⁊ brachium meum confortabit eū. Alleluia.

Secreta.

SAncti Athanaſij confeſſoris tui atqȝ pontificis, queſumus domine, annua ſollemnitas pietati tue nos reddat acceptos: vt per hec pie placationis officia, ⁊ illum beata retributio comitetur, ⁊ nobis gratie tue dona concilietur. Per dominum.

Communio. Quod dico vobis in tenebris, dicite in lumine, dicit dominus: ⁊ quod in aure auditis, predicate ſuper tecta, Alleluia.

Poſtcom.

DEus fideliū remunerator animarū, preſta: vt beati Athanaſij cōfeſſoris tui atqȝ pontificis, cuius venerandam celebramus feſtiuitatem, precibus indulgētiam cōſequamur. Per dominum noſtrum Jeſum Chriſtum.

¶ In feſto Inuentionis ſancte Crucis. Introitus.

NOs autem gloriari oportet in cruce domini noſtri Jeſu Chriſti: in quo eſt ſalus, vita, ⁊ reſurrectio noſtra: per quem ſaluati ⁊ liberati ſumus, Alleluia, alleluia. Pſalmus. Deus miſereatur noſtri, ⁊ benedicat nobis: illuminet vultum ſuum ſuper nos, ⁊ miſereatur noſtri. ℣. Gloria patri ⁊ filio.

eſt ex ſpiritu ſpiritus eſt. Non mi-
reris, quia dixi tibi: oportet vos
naſci denuo. Spiritus vbi vult
ſpirat: & vocem eius audis, ſed
neſcis vnde veniat, aut quo va-
dat. Sic eſt omnis qui natus eſt
ex ſpiritu. Reſpondit Nicode-
mus, & dixit ei. Quomodo poſ-
ſunt hec fieri? Reſpõdit Jeſus, &
dixit ei. Tu es magiſter in Iſrael,
& hec ignoras? Amen, amen dico
tibi: quia quod ſcimus loquimur:
& quod vidimus teſtamur: & teſti-
monium noſtrum non accipitis.
Si terrena dixi vobis, & nõ credi-
tis: quo modo, ſi dixero vobis ce-
leſtia, credetis? Et nemo aſcẽdit
in celũ: niſi qui deſcẽdit de celo
filius hominis qui eſt in celo. Et
ſicut Moyſes exaltauit ſerpen-
tem in deſerto: ita exaltari opor-
tet filium hominis: vt omnis qui
credit in ipſum, nõ pereat: ſed ha-
beat vitam eternam. Credo.
Offerto. Dextera domini fecit
virtutem, dextera domini exalta-
uit me, dextera dñi fecit virtutẽ:
non moriar, ſed viuam, & narra-
bo opera dñi, Alleluia. Secreta.
Sacrificiũ dñe, quod tibi im-
molamus, placatus intẽde:
vt ab omni nos eruat bellorũ ne-
quitia, & per vexillũ ſancte crucis fi-
lij tui, ad cõterendas aduerſariorũ
inſidias, nos in tue protectionis ſe-
curitate cõſtituat. Per eundem.
Pro commemoratione ſanctorum

martyrum, Alexandri, Euentij,
& Theoduli, ac Iuuenalis epiſco-
pi, & confeſſoris. Secreta.
Super has hoſtias, quaſ dñe,
benedictio copioſa deſcen-
dat: que & ſanctificationẽ nobis
clementer operetur, & de ſanctorũ
nos ſollẽnitate letificet. Per do.
Prefatio de Cruce. Communio.
Per ſignum crucis, de inimicis
noſtris libera nos deus noſter,
Alleluia. Poſtcom.
Repleti alimonia celeſti, &
ſpiritali poculo recreati,
queſumus omnipotẽs deus: vt ab
hoſte maligno nos defẽdas: quos
per lignum ſancte crucis, filij tui
armis iuſtitie, pro ſalute mundi
triumphare iuſſiſti. Per eundẽ.
Pro commemoratione ſanctorum
martyrum, Alexandri, Euentij,
& Theoduli, ac Iuuenalis epiſco-
pi & confeſſoris. Poſtcom.
Refecti participatione mu-
neris ſacri, queſumus, domi-
ne deus noſter: vt cuius exequi-
mur cultum, intercedentibus ſan-
ctis tuis Alexandro, Euentio,
Theodulo & Iuuenale ſentia-
mus effectum. Per dñm noſtrũ.
¶ Sancte Monice vidue. die
Introitus. 4.
Cognoui dñe, quia e-
quitas iudicia tua, & in
veritate tua humilia-
ſti me: cõfige timore
tuo carnes meas: a
man-

mandatis enim tuis ſimul, Alla alla, Pſalmus. Beati immaculati in via qui ambulant in lege dñi. ℣ Gloria. Oratio.

Exaudi nos deus ſalutaris noſter: vt, ſicut de beatę Monicę feſtiuitate gaudemus: ita pię deuotionis erudiamur affectu. Per dominum. Epiſtola. O idnas honora. de communi ne... nec martyrum fol. 591

Alleluia, alleluia. ℣. Specie tua ꝛ pulchritudine tua, intende, proſpere procede, ꝛ regna, Alla. ℣. Propter veritatē, ꝛ manſuetudinem, ꝛ iuſtitiam: ꝛ deducet te mirabiliter dextera tua, alleluia. Euangelium. Ibat Jeſus in ciuitatē quę vocatur Naim. vt habetur in Dominica xv. poſt Pētecoſtem. fol. 382. Offertorium. Diffuſa eſt gratia in labijs tuis: propterea benedixit te deus in ęternum, ꝛ in ſeculum ſeculi, Alleluia. Secreta.

Accepta tibi ſit dñe ſacratę plebis oblatio, pro tuorū honore ſanctorū: quorū ſe meritis percepiſſe de tribulatione cognoſcit auxilium. Per dominū. Communio. Dilexiſti iuſtitiā, ꝛ odiſti iniquitatem: propterea vnxit te deus, deus tuus oleo lętitię prę cōſortibus tuis, Alleluia.

Poſtcom.

Satiaſti dñe familiam tuā muneribus ſacris: eius quęſumus ſemper interuentione nos refoue: cuius ſollemnia celebramus. Per dominum noſtrum.

¶ In feſto ſancti Joannis ante portam latinam. Introitus. die 6.

Protexiſti me deus a conuentu malignātium, alla: a multitudine operantium iniquitatē, alleluia, alla. Pſalmus. Exaudi deus orationem meam cum deprecor: a timore inimici eripe animam meā. ℣. Gloria. Oratio.

Deus, qui conſpicis, quia nos vndiq; mala noſtra perturbant: pręſta, quęſumus: vt beati Joannis apoſtoli tui ꝛ euāgeliſtę interceſſio glorioſa nos protegat. Per dominū noſtrū. Epiſtola. Stabunt iuſti. de cō mart. tempore paſchali fol. 559.

Alleluia, alleluia. ℣. Juſtus, vt palma florebit: ſicut cedrus Libani, multiplicabitur. Alleluia. ℣. Juſtus germinabit ſicut liliū: ꝛ florebit in ęternū ante dñm, alla.

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Mattheum.



In illo tempore. Acceſſit ad Jeſum mater filiorū Zebedei cū filiis ſuis, adorās, ꝛ petēs aliqd ab eo. Qui dixit ei. Quid vis? Ait illi. Dic, vt ſedeāt hi duo filij ca. 20.

filiĳ mei, vnus ad dexteram tuam, ⁊ vnus ad ſiniſtrā in regno tuo. Reſpōdens autē Jeſus, dixit. Neſcitis quid petatis. Poteſtis bibere calicem, quē ego bibiturus ſum? Dicunt ei, Poſſumus. Ait illis. Calicem quidem meū bibetis: ſedere autem ad dexteram meā ⁊ ſiniſtram, nō eſt meum dare vobis, ſed quibus paratū eſt a patre meo. Dicitur, Credo. Offert. Confitebūtur celi mirabilia tua dñe: ⁊ veritatē tuā in eccleſia ſanctorum, alleluia, allā. Secreta.

Muneribus noſtris, queſumus domine, precibuſque ſuſceptis: ⁊ celeſtibus nos munda myſteriis: ⁊ clementer exaudi. Per dominum noſtrum Jeſuꝫ. Prefatio de apoſtolis. Commun. Letabitur iuſtus in dño, ⁊ ſperabit in eo: ⁊ laudabuntur omnes recti corde, Alleluia. Poſtcom.

Refecti domine pane celeſti ad vitam queſumus nutriamur eternam. Per dominū.

die 8. ¶ In Apparitione ſancti Michaelis fit officium ſicut in Dedicatione eiuſdem: ſed pretermiſſo graduali dicuntur Alleluia, cum ſuis verſibus, vt ibi.

die 9. ¶ In feſto ſancti Gregorii Nazianzeni Epiſcopi ⁊ confeſſoris. Miſſa. In medio eccleſie. de communi doctorum. folio 575. Epiſtola. Iuſtus cor ſuum tradidit. fol. 577. Euang. Dixit. Credo.

die 10. ¶ Sanctorū Gordiani ⁊ Epimachi mart. Introitus.

Sancti tui domine benedicēt te: gloriaꝫ regni tui dicent. Alleluia, alleluia. Pſalm. Exaltabo te deus meus rex, ⁊ benedicam nomini tuo in ſeculū, ⁊ in ſeculuꝫ ſeculi. ℣. Gloria patri, ⁊ filio, ⁊ ſpiritui ſancto. Oratio.

Da queſumus omnipotens deus: vt, qui beatorum martyrum tuorum Gordiani ⁊ Epimachi ſollemnia colimus, eoruꝫ apud te interceſſionibus adiuuemur. Per dominum noſtrum. Epiſto. Poſt hec ego Joānes. de communi martyrum tempore paſchali. folio 563. Alleluia, alleluia. ℣. Sancti tui dñe florebunt ſicut lilium: ⁊ ſicut odor balſami erunt ante te, Alleluia. ℣. Precioſa in conſpectu domini mors ſanctorum eius, Alleluia. Euang. Ego ſum vitis: vos palmites. de eodem communi. fol. 562. Offertoriuꝫ. Letamini in domino, ⁊ exultate iuſti: ⁊ gloriamini oēs recti corde, alleluia, alleluia. Secreta.

Hoſtias tibi dñe beatorum martyrum tuorum Gordiani ⁊ Epimachi dicatas meritis benignus aſſume: ⁊ ad perpetuū nobis tribue prouenire ſubſidiū. Per

Per dominum. Communio. Gaudete iuſti in domino, alleluia: rectos decet collaudatio, Alleluia. Poſtcom.

Quæſumus omnipotens deus: vt, qui cęleſtia alimenta percepimus, intercedentibus ſanctis tuis Gordiano, & Epimacho, per hęc contra omnia aduerſa muniamur. Per dominum.

die 12. ¶ Sanctorum Nerei, Archillei, atque Pancratii marty. Officium.

Ecce oculi domini ſuper timentes eum ſperantes in miſericordia eius, alleluia: vt eripiat a morte animas eorum, quoniam adiutor, & protector noſter eſt, Alleluia. pſalmus. Exultate iuſti in domino: rectos decet collaudatio. ℣. Gloria. Oratio.

Semper nos domine ſanctorum martyrum tuorum, Nerei, Archillei, atque Pancratii foueat quęſumus beata ſolemnitas: & tuo dignos reddat obſequio. Per dominum noſtrum. Epiſtola. Stabunt iuſti. de cõi marty: tempore paſchali. fol. 559. Alleluia, alleluia. ℣. Hęc eſt vera fraternitas, quę vicit mundi crimina: Chriſtum ſecuta eſt, inclyta tenens regna celeſtia. Allia. ℣. Te martyrũ candidatus laudat exercitus domine, Alleluia. Euangelium. Amen amen dico vobis, quia plorabitis. vt ī eadem communi. fol. 563. Offerto. Confitebũtur cęli mirabilia tua dñe: & veritatem tuam in eccleſia ſanctorum, Alleluia, allia. Secreta.

Sanctorum martyrum tuorum, quęſumus domine, Nerei, Archillei, atq; Pancratii ſit tibi grata confeſſio: quę & munera noſtra commendet: & tuam nobis indulgentiam ſemper imploret. Per dominum noſtrum. Communio. Gaudete iuſti in domino, alleluia: rectos decet collaudatio, Alleluia. Poſtcom.

Quæſumus domine: vt, beatorum martyrum tuorum Nerei, Archillei atq; Pãcratii deprecationibus, ſacramenta ſancta quę ſumpſimus, ad tuę nobis proficiant placationis augmentum. Per dominum noſtrum.

¶ Bonifacii martyris. Officium. Protexiſti me deus. de communi temporis paſchalis fol. 559. die 14.

Oratio.

Da, quęſumus, omnipotẽs deus: vt, qui beati Bonifacii martyris tui natalitia colimus, eius apud te interceſſionibus adiuuemur. Per dñm. Secreta.

Muneribus noſtris, quęſumus domine, precibuſque ſuſceptis, & cęleſtibus nos munda myſteriis, & clementer exaudi. Per

Per dominum. Poſtcom.

R Efecti participatione mu neris ſacri, queſumus domine: vt cuius exequimur cultuȝ, intercedente beato Bonifacio martyre ſuo, ſentiamus effectuȝ. Per dominum noſtrum.

die 19. ¶ [illegible] virginis. Offi. Dilexiſti iuſtitiam. de communi virginum. folio.586.

¶ [illegible] tempore paſchali [illegible] paſchales. Si autem venerit poſt octauas Pentecoſtes, dicitur vt infra ſignatur.

die 25. ¶ Sancti Urbani Pape ꝛ martyris. Introitus.

S Acerdotes tui domine induāt iuſtitiam, ꝛ ſancti tui exultent: propter Dauid ſeruum tuuȝ, nō auertas faciem Chriſti tui. Pſal. Memēto domine Dauid, ꝛ omnis manſuetudinis eius. ℣. Gloria patri, ꝛ filio ꝛ ſpiritui ſancto. Oratio.

D A, queſumus omnipotēs deus: vt qui beati Urbani martyris tui atque pontificis ſollemnia colimus: eius apud te interceſſionibus adiuuemur. Per dn̄m noſtrum. Epiſtola. Benedictus deus. de communi vnius mart. pontificis fol. 554.

Graduale. Inueni Dauid ſeruum meum: oleo ſancto meo vnxi eum: manus enim mea auxiliabitur ei, ꝛ brachium meum confortabit eum. ℣. Nihil proficiet inimicus in eo: ꝛ filius iniquitatis nō nocebit ei. Alleluia. alleluia. ℣. Memēto domine Dauid, ꝛ omnis manſuetudinis eius, all'a. Euangelium. Homo quidam peregre. de communi vnius confeſſoris pontificis folio.572. Offertorium. Ueritas mea ꝛ miſericordia mea cum ipſo: ꝛ in nomine meo exaltabitur cornu eius. Secreta.

H Aec hoſtia, queſumus domine, emundet noſtra delicta: ꝛ ad ſacrificium celebranduȝ ſubditoruȝ tibi corpora, menteſque ſanctificet. Per dominum. Communio. Fidelis ſeruus ꝛ prudens, quem conſtituit dominus ſuper familiam ſuam: vt det illis in tempore tritici menſuram. Poſtcom.

R Efecti participatione muneris ſacri, queſumus domine deus noſter, vt cuius exequimur cultū, intercedente beato Urbano martyre tuo atqȝ pontifice, ſentiamus effectum. Per dominum noſtrum.

¶ Sancti Eleutherii Pape ꝛ marty. Offi. Statuit ei dn̄s. die 26. vt in cōi vnius mart. pon. f.581. niſi venerit tempore paſchali.

die 27. ❡ Iohānis Pape ⁊ mart. Missa. Sacerdotes dei. vt in comm. mart. pont. fo. 553.

die 30. ❡ Sancti Felicis Pape ⁊ mar tyris, Missa. Statuit ei domi nus. vt in communi vnius mar tyris pontificis. folio. 571.

die 31. ❡ Sancte Petronille virginis, Missa. Vultum tuū. de commu ni virgi. non martyrū. foliof.587.

❡ Festa Iunij.

die 2. ❡ Sanctorum martyrū Mar cellini, Petri atq; Eraſmi. Introitus.

Clamauerunt iuſti, ⁊ do minus exaudiuit eos, ⁊ ex omnibus tribulatio nibus eorum liberauit eos. Psalmus. Benedicā dominum in omni tēpore: ſemper laus eius in ore meo. ℣. Gloria. Oratio.

Deus qui nos annua beato rū martyrū tuorū Mar cellini, Petri, atq; Eraſmi ſollē nitate letificas: preſta, queſumus: vt quorū gaudemus meritis, pro uocemur exemplis. Per dñm.

Epiſtola. Non ſunt condigne. de communi plurimorum mar tyrum. folio. 568. Graduale.

Clamauerunt iuſti, ⁊ dominus exaudiuit eos: ⁊ ex omnibus tri bulationibus eorū liberauit eos. ℣. Iuxta eſt dominus his, qui tri bulato ſunt corde, ⁊ humiles ſpi ritu ſaluabit. Alleluia, alleluia. ℣. Ego vos elegi de mundo, vt eatis, ⁊ fructum afferatis: ⁊ fru ctus veſter maneat, Alleluia.

Euangelium. Cum audieritis prelia. de eodem commun. f. 564.

Offertorium. Letamini in do mino ⁊ exultate iuſti: ⁊ gloriami ni omnes recti corde. Secreta.

Hec hoſtia, queſumus do mine, quam in ſanctorum martyrum tuorum natalitiis re cenſentes offerimus, ⁊ vincula noſtre prauitatis abſoluat, ⁊ tue nobis miſericordie dona conci liet. Per dominum noſtrum.

Communio. Iuſtorum anime in manu dei ſunt, ⁊ non tanget il los tormentum malitie: viſi ſunt oculis inſipientium mori: illi au tem ſunt in pace. Poſtcom.

Sacro munere ſatiati, ſup plices te domine depreca mur: vt quod debite ſeruitutis ce lebramus officio, ſaluationis tue ſentiamus augmentū. Per dñm.

❡ Sanctorum martyrum Pri mi ⁊ Feliciani. Introitus. die 9.

Sapientiam ſanctorum narrent populi, ⁊ lau des eorum nunciet ec cleſia: nomina autem eorum viuent in ſeculum ſeculi. Pſalmus. Exultate iuſti in domi no: rectos decet collaudatio. ℣. Gloria patri. Oratio.

Fac nos, queſumus domi ne, ſanctorum martyrum tuorum Primi, ⁊ Feliciani ſem per

Per feſta ſectari: quorum ſuffra-
giis protectionis tuę dona ſentia-
mus. Per dominum noſtrum.
Epiſtola. Juſti autem in perpe-
tuum viuent. de communi pluri-
morum martyrum. folio. 565.
Graduale. Confitebuntur celi
mirabilia tua domine: etenim ve-
ritatem tuam in eccleſia ſancto-
rum. ℣ Miſericordias tuas do-
mine in ęternum cantabo, in ge-
neratione, & progenie.
Alleluia, alleluia. ℣. Hęc eſt ve-
ra fraternitas, quę vicit mundi
crimina: Chriſtuʒ ſecuta eſt, in-
clyta tenens regna celeſtia, Alle.
Euange. Confiteor tibi pater.
de eodem communi. folio. 570.
Offertorium. Mirabilis deus
in ſanctis ſuis: deus Iſrael ipſe
dabit virtutem, & fortitudinem
plebi ſuę: benedictus deus, Al-
leluia. Secreta.
Fiat tibi quęſumus domi-
ne, hoſtia ſacrāda placabi-
lis, pretioſi celebritate martyrij:
quę, & peccata noſtra purificet, &
tuorum tibi vota conciliet famu-
lorum. Per dominum noſtrum.
Communio. Ego vos elegi de
mundo, vt eatis, & fructum affe-
ratis, & fructus veſter maneat.
Poſtcom.
Quęſumus, omnipotēs de-
us: vt ſanctoruʒ martyruʒ
tuoruʒ Primi & Feliciani cęleſti-
bus myſterijs celebrata ſollem-
nitas indulgentiam nobis tuę
propitiationis acquirat. Per
dominum noſtrum.
In feſto ſancti Barnabę a- ole
poſtoli. Introitus. 11.
Mihi autem nimis
honorati ſunt a-
mici tui deus: ni-
mis confortatus
eſt principatus eo-
rum. Pſal. Do-
mine probaſti me: & cognouiſti
me: tu cognouiſti ſeſſionem me-
am, & reſurrectionem meam.
℣. Gloria patri. Oratio.
Deus, qui nos beati Bar-
nabę apoſtoli tui meritis,
& interceſſione lętificas: concede
propitius: vt qui tua per euʒ be-
neficia poſcimus, dono tuę gratię
cōſequamur. Per dominum.
Lectio Actuum apoſtolorum.
In diebus illis. Multus nu- ca.
merus credentium, Antio- 11.
chię, conuerſus eſt ad dominum.
Peruenit autem ſermo ad aures
eccleſię quę erat Hieroſolymis,
ſuper iſtis: & miſerūt Barnabaʒ
vſque ad Antiochiam. Qui cum
perueniſſet, & vidiſſet gratiam
dei: gauiſus eſt. Et hortabatur
omnes in propoſito cordis ma-
nere in domino: quia erat vir bo-
nus, & plenus ſpiritu ſancto & fi-
de. Et appoſita eſt multa turba
domino. Profectus eſt autem
Tharſum, vt quęreret Sauluʒ:

quem cum inueniſſet, perduxit
Antiochiam. Et annum totum
conuerſati ſunt ibi in eccleſia: ⁊
docuerunt turbam multam, ita
vt cognominarentur primũ An
tiochie diſcipuli, Chriſtiani. E
C.13 rant autem in eccleſia que erat
Antiochie, prophete ⁊ doctores:
in quibus Barnabas, ⁊ Simon
qui vocabatur Niger, ⁊ Lucius
Cyrenenſis, ⁊ Manahen qui e
rat Herodis tetrarche collacta
neus, ⁊ Saulus. Miniſtrantibus
autem illis domino, ⁊ ieiunanti
bus: dixit illis ſpiritus ſanctus.
Segregate mihi Saulũ ⁊ Bar
nabã in opus ad quod aſſumpſi
eos. Tunc ieiunantes ⁊ orantes,
imponenteſque eis manus, dimi
ſerunt illos. Grad. In omnẽ
terram exiuit ſonus eorum: ⁊ in fi
nes orbis terre verba eorum. ℣.
Celi enarrant gloriã dei: ⁊ ope
ra manuum eius annunciat firma
mentum. Alleluia, alleluia. ℣.
Ego vos elegi de mundo: vt
eatis, ⁊ fructum afferatis, ⁊ fru
ctus veſter maneat. Alleluia.

Sequentia ſancti euangelii
ſecundum Joannem.



Ca. 15. In illo tem
pore: Dixit
Jeſus diſcipulis ſu
is. Hoc eſt precep
tum meum: vt di
ligatis inuicem, ſi
cut dilexi vos. Ma
iorem hac dilectionem nemo ha
bet, ut animam ſuam ponat quis
pro amicis ſuis. Vos amici mei
eſtis, ſi feceritis que ego preci
pio vobis. Jam non dicam vos
ſeruos, quia ſeruus neſcit quid
faciat dominus eius. Vos autem
dixi amicos: quia omnia que
cunque audiui a patre meo, nota
feci vobis. Nõ vos me elegiſtis:
ſed ego elegi vos: ⁊ poſui vos: vt
eatis, ⁊ fructum afferatis: ⁊ fru
ctus veſter maneat: vt quodcun
que petieritis patrem in nomine
meo, det vobis. Dicitur Credo.
Offertorium. Conſtitues eos
principes ſuper omnem terram:
memores erunt nominis tui do
mine, in omni progenie, ⁊ gene
ratione. Secreta.

Munera domine oblata ſan
ctifica: ⁊ intercedente bea
to Barnaba apoſtolo tuo, nos
per hec a peccatorum noſtrorũ
maculis emunda. Per dominũ.
Prefatio de apoſtolis. Commu.
Vos, qui ſecuti eſtis me, ſedebi
tis ſuper ſedes: iudicantes duo
decim tribus Iſrael. Poſtcõ.

Supplices te rogamus om
nipotens deus: vt, quos
tuis reficis ſacramentis, interce
dente beato Barnaba apoſtolo
tuo, tibi etiam placitis moribus
dignanter tribuas deſeruire.
Per dominum noſtrum.

¶ In

dic. 12. ¶ Sanctorum martyrum Baſilidis, Cyrini, Naboris, & Nazarij. Introitus.

INtret in cõſpectu tuo dñe gemitus cõpeditorum: redde vicinis noſtris ſeptuplum in ſinu eorũ: vindica ſanguinẽ ſanctorũ tuorũ qui effuſus eſt. pſalm. Deus venerunt gẽtes in hereditatẽ tuã, polluerunt templum ſanctũ tuũ, poſuerunt Hieruſalem in pomorum cuſtodiam. ℣. Gloria patri. Oratio.

SAnctorum martyrum tuorum Baſilidis, Cyrini, Naboris, atque Nazarij, quęſumus domine, natalitia nobis votiua reſplendeant: & quod illis contulit excellentia ſempiterna, fructibus noſtrę deuotionis accreſcat. Per dominum noſtrum Jeſum. Epiſtola. Rememoramini priſtinos dies. de commun plurimorum martyrum. folio 566.

Gradus. Vindica domine ſanguinem ſanctorum tuorum, qui effuſus eſt. ℣. Poſuerunt mortalia ſeruorum tuorum, eſcas volatilibus celi, carnes ſanctorum tuorum beſtijs terrę. Alleluia, alleluia. ℣. Corpora ſanctorum in pace ſepulta ſunt, & nomina eorum viuent in generatione, & generationem. Alleluia. Euange. Sedẽte Jeſu ſuper montẽ Oliueti. de eodem communi. f. 567.

Offertorium. Exultabunt ſancti in gloria, letabuntur in cubilibus ſuis: exultationes dei in faucibus eorum. Secreta.

PRo ſanctorum tuorum Baſilidis, Cyrini, Naboris, atque Nazarij ſanguine venerãdo, hoſtias tibi domine ſollemniter immolamus, tua mirabilia pertractantes: per quẽ talis eſt perfecta victoria. Per dominum. Communio. Poſuerunt mortalia ſeruorum tuorum, domine, eſcas volatilibus cęli, carnes ſanctorum tuorum beſtijs terrę: ſecundum magnitudinem brachij tui poſſide filios morte punitorum. Poſtcom.

SEmper domine ſanctorũ martyrum tuorum Baſilidis, Cyrini, Naboris, atque Nazarij, ſollemnia celebrantes, pręſta quęſumus: vt eorum patrocinia iugiter ſentiamus. Per dominum noſtrum.

¶ In feſto ſancti Baſilij epiſcopi & confeſſoris. Introitus. die 14.

IN medio eccleſię aperuit os eius, & impleuit eum dominus ſpiritu ſapientię, & intellectus: ſtolã glorię induit eum. Pſalm. Bonum eſt confiteri dño: & pſallere nomini tuo altiſſime. ℣. Glo. pa. & filio,

⁊ ſpiritui ſancto. Oratio:

EXaudi queſumus domine preces noſtras, quas in beati Baſilij confeſſoris tui atq; pontificis ſollemnitate deferimus: ⁊ qui tibi digne meruit famulari, eius intercedentibus meritis ab omnibus nos abſolue peccatis. Per dominum. Epiſtola.

Teſtificor coram. de communi Doctorum fol. 575. Graduale.

Os iuſti meditabitur ſapientiã: ⁊ lingua eius loquetur iudicium. ℣. Lex dei eius in corde ipſius: ⁊ nõ ſupplantabũtur greſſus eius. Alleluia, alleluia. ℣. Inueni Dauid ſeruum meum: oleo ſancto meo vnxi eum. Alleluia.

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Lucam.



IN illo tempore: Dixit
ca. 14. Jeſus turbis. Si quis venit ad me, ⁊ non odit patrem ſuum, ⁊ matrem, ⁊ vxorem ⁊ filios, ⁊ fratres ⁊ ſorores, adhuc autem ⁊ animam ſuam: non poteſt meus eſſe diſcipulus. Et qui non baiulat crucem ſuam, ⁊ venit poſt me: non poteſt meus eſſe diſcipulus. Quis enim ex vobis volens turrim ędificare, non prius ſedens, computat ſumptus qui neceſſarij ſunt, ſi habeat ad perficiendũ: ne, poſtquã poſuerit fundamentum, ⁊ non potuerit perficere omnes qui vident, incipiant illudere ei, dicentes: quia hic homo cępit ędificare, ⁊ non potuit conſummare? Aut quis rex iturus committere bellũ aduerſus aliũ regem, non ſedens prius cogitat, ſi poſſit cum decem millibus occurrere ei, qui cum viginti millibus venit ad ſe? Alioquin adhuc illo longe agente, legationem mittens, rogat ea quę pacis ſunt. Sic ergo, omnis ex vobis, qui non renunciat omnibus quę poſſidet: non poteſt meus eſſe diſcipulus. Bonum eſt ſal. Si autem ſal quoque euanuerit: in quo condietur? Neque in terram, neque in ſterquilinium vtile eſt, ſed foras mittetur. Qui habet aures audiendi, audiat. Dicitur, Credo. Offert. Veritas mea, ⁊ miſericordia mea cum ipſo: ⁊ in nomine meo exaltabitur cornu eius. Secreta.

SAncti Baſilij cõfeſſoris tui atq; pontificis, queſumus domine, annua ſollemnitas pietati tuę nos reddat acceptos: vt, per hęc pię placationis officia, ⁊ illũ beata retributio comitetur, ⁊ nobis gratię tuę dona cõciliet. Per dominum. Communio.

Fidelis ſeruus ⁊ prudẽs, quem conſtituit dominus ſuper familiam ſuam: vt det illis in tempore tritici menſuram.

Poſtcom.

Poſtcom.

DEus, fidelium remunerator animarum, preſta: vt beati Baſilij confeſſoris tui atque pontificis, cuius venerandã celebramus feſtiuitatem, precibus indulgentiam conſequamur. Per dominum.

¶ Sanctorum martyrum Viti, Modeſti atque Creſcentie. Introitus.

die, 15. MUlte tribulationes iuſtorum: ⁊ de his omnibus liberauit eos dominus: dominus cuſtodit omnia oſſa eorum: vnum ex his non conteretur. Pſalmus. Benedicam dominum in omni tempore: ſemper laus eius in ore meo. ℣. Gloria patri. Oratio.

DA eccleſie tue, queſumus domine, ſanctis martyribus tuis Vito, Modeſto, atque Creſcentia intercedentibus, ſuperbe non ſapere, ſed tibi placita humilitate proficere: vt proterua deſpiciens, quecunque matura ſunt libera exerceat charitate. Per dominum. Epiſtola. Iuſtificati ex fide. De communi plurimorum marty. fol. 568. Gradua. Exultabunt ſancti in gloria: letabuntur in cubilibus ſuis. ℣. Cantate domino canticum nouum: laus eius in eccleſia ſanctorum. Alleluia alleluia. ℣. Sancti tui domine benedicent te: gloriã regni tui dicent. Alleluia. Euangelium. Qui vos audit. De eodem in communi folio. 570. Offertorium. Mirabilis deus in ſanctis ſuis: deus Iſrael ipſe dabit virtutem, ⁊ fortitudinem plebi ſue: benedictus deus.

Secreta.

SIcut gloriam diuine potentie munera pro ſanctis oblata teſtantur: ſic nobis effectum domine tue ſaluationis impendant. Per dominum. Communio. Iuſtorum anime in manu dei ſunt: ⁊ non tanget illos tormentũ malitie: viſi ſunt oculis inſipientium mori: illi autem ſunt in pace.

Poſtcom.

REfecti, domine, benedictione ſollemni, queſumus: vt, per interceſſionem ſanctorum martyrum tuorum Viti, Modeſti, ⁊ Creſcentie, medicina ſacramenti, ⁊ corporibus noſtris proſit, ⁊ mentibus. Per dominum.

¶ Sanctorum martyrum Marci, ⁊ Marcelliani. Introitus.

SAlus iuſtorum a domino: ⁊ protector eorum eſt in tempore tribulationis. die. 18. Pſalmus. Noli emulari in malignantibus: neque zelaueris facientes iniquitatem. ℣. Gloria patri. Oratio.

PReſta, queſumus, omnipotens deus: vt qui ſanctorum martyrum tuorum Marci,

⁊ Marcelliani natalitia colimus: a cunctis malis imminentibus, eoꝝ interceſſionibus liberemur. Per dominum noſtrum Jeſum. Epiſtola. Juſtorum animę. de cõi plurimoꝝ martyrum fol. 564. Graduale. Juſtorum animę in manu dei ſunt, ⁊ non tanget illos tormentum malitię. ℣. Viſi ſunt oculis inſipientium mori: illi autem ſunt in pace. Alleluia, all'a. ℣. Hęc eſt vera fraternitas, quę nunquam potuit violari certamine: qui effuſo ſanguine ſecuti ſunt dominum. Alleluia. Euange. Vę vobis qui ędificatis. de eodem communi. folio 570. Offertorium. Anima noſtra, ſicut paſſer, erepta eſt de laqueo venantium: laqueus contritus eſt, ⁊ nos liberati ſumus. Secreta.

Munera tibi domine dicata ſanctifica: ⁊ intercedentibus ſanctis martyribus tuis Marco ⁊ Marcelliano, per eadẽ nos placatus intende. Per dominuz noſtrum Jeſum Chriſtum. Communio. Amen dico vobis: quod vos qui reliquiſtis omnia, ⁊ ſecuti eſtis me: centuplum accipietis, ⁊ vitam ęternam poſſidebitis. Poſtcom.

Salutaris tui domine munere ſatiati, ſupplices exoramus: vt cuius lętamur guſtu, intercedẽtibus ſanctis martyribus tuis Mario ⁊ Marcelliano renouemur effectu. Per dominuz.

¶ Sanctorum martyrum Geruaſij ⁊ Protaſij. Introitus. 19.

Loquetur dñs pacẽ in plebẽ ſuã, ⁊ ſuper ſanctos ſuos: ⁊ in eos qui conuertuntur ad ipſuz. pſalm. Benedixiſti domine terram tuam, auertiſti captiuitatem Jacob. ℣. Gloria patri ⁊ filio. Oratio.

Deus, qui nos annua ſanctorum martyrum tuorũ Geruaſij ⁊ Protaſij ſollẽnitate lętificas: concede propitius: vt quorum gaudemus meritis, accendamur exemplis. Per dominum. Epiſto. Communicantes Chriſti paſſionibus. fol. 558. de communi vnius martyris. Gradua. Glorioſus deus in ſanctis ſuis: mirabilis in maieſtate, faciẽs prodigia. ℣. Dextera tua domine glorificata eſt in virtute: dextera manus tua confregit inimicos. Alleluia, alleluia. ℣. Hęc eſt vera fraternitas, quę vicit mundi crimina: Chriſtum ſecuta eſt, inclyta tenens regna cęleſtia. Alleluia. Euangelium. Deſcendens Jeſus de monte. de communi plurimorum martyrum. folio. 566. Offertorium. Lętamini in domino, ⁊ exultate iuſti: ⁊ gloriamini omnes recti corde.

Secreta.

Secreta.

Oblatis, queſumus dñe placare muneribus: ⁊ intercedentibus ſanctis tuis, a cunctis nos defende periculis. Per dominũ.

Communio. Poſuerunt mortalia ſeruorum tuorum domine eſcas volatilibus celi: carnes ſanctorũ tuorũ beſtijs terre: ſecundum magnitudinem brachij tui poſſide filios morte punitorum. Poſtcō.

Hec nos communio domine purget a crimine: ⁊ intercedentibus ſanctis martyribus tuis Geruaſio ⁊ Protaſio, celeſtis remedij faciat eſſe conſortes. Per dominum noſtrum.

die. 20. ¶ Sancti Siluerij Pape ⁊ martyris. Introitus.

Statuit ei dominus teſtamentum pacis: ⁊ principem fecit eũ: vt ſit illi ſacerdotij dignitas in eternum. Pſalmus. Memento dñe Dauid, ⁊ omnis manſuetudinis eius. ℣. Gloria patri. Oratio.

Infirmitatem noſtram reſpice omnipotẽs deus: ⁊ quia pondus proprie actionis grauat, beati Siluerij martyris tui atq; põtificis interceſſio glorioſa nos protegat. Per dominum.

Lectio epiſtole b. Jude apoſt.

Chariſſimi: Memores eſtote verborum que predicta ſunt ab Apoſtolis domini noſtri Jeſu Chriſti: qui dicebant vobis. Quoniam in nouiſſimis temporibus venient illuſores, ſecundum deſideria ſua ambulantes in impietatibus. Hi ſunt qui ſegregant ſemetipſos, animales, ſpiritum non habentes. Uos autem chariſſimi, ſuperedificantes voſmetipſos ſanctiſſime noſtre fidei, in Spiritu ſancto orãtes, voſmet ipſos in dilectione dei ſeruate: expectantes miſericordiam dñi noſtri Jeſu Chriſti in vitam eternã.

Gradu. Inueni Dauid ſeruum meum: oleo ſancto meo vnxi eũ: manus enim mea auxiliabitur ei, ⁊ brachium meum confortabit eũ. ℣. Nihil proficiet inimicus in eo: ⁊ filius iniquitatis nõ nocebit ei. Alleluia, allel. ℣. Tu es ſacerdos in eternum ſecundum ordinem Melchiſedec. All'a. Euang. Si quis venit ad me. de cõmuni vnius martyris pont. fol. 553.

Offerto. Ueritas mea, ⁊ miſericordia mea cũ ipſo: ⁊ in noie meo exaltabitur cornu eius. Secreta.

Hoſtias tibi dñe, beati Siluerii martyris tui atq; põtificis dicatas meritis benignus aſſume: ⁊ ad perpetuũ nobis tribue prouenire ſubſidiũ. Per do.

Communio. Semel iuraui in ſancto meo: ſemen eius in eternum manebit: ⁊ ſedes eius ſicut ſol in conſpectu meo: ⁊ ſicut luna per-

fecta

fecta in ęternum, & teſtis in cęlo fidelis. Poſtcom.

REfecti participatione muneris ſacri, quęſumus domine deus noſter: vt, cuius exequimur cultum, intercedente beato Siluerio martyre tuo atque pontifice ſentiamus effectum. Per dominum noſtrum.

ſe. ¶ Sancti Paulini epiſcopi, &
12. confeſſoris. Introitus.

STatuit ei dominus teſtamentũ pacis, & principem fecit eũ vt ſit illi ſacerdotij dignitas in ęternũ. Pſalmus. Memento domine Dauid: & omnis manſuetudinis eius. ℣. Gloria patri. Oratio.

DA, quęſumus omnipotens deus: vt beati Paulini cõfeſſoris tui atq; pontificis veneranda ſollemnitas, & deuotionem nobis augeat, & ſalutem. Per do.

Lectio epiſtolę beati Pauli apoſtoli ad Corinthios.

FRatres: Scitis gratiã domini noſtri
2.c. Jeſu Chriſti:
8. quoniã propter vos egenus factus eſt, cũ eſſet diues: vt illius inopia vos diuites eſſetis. Et conſiliũ in hoc do. Hoc enim vobis vtile eſt: qui nõ ſolũ facere, ſed & velle cępiſtis ab anno priore. Nũc vero, & facto perficite: vt quemadmodũ promptus eſt animus voluntatis: ita ſit & perficiendi ex eo quod habetis. Si enim voluntas prompta eſt: ſecundũ id quod habet, accepta eſt, non ſecundum id quod nõ habet. Nõ enim vt alijs ſit remiſſio, vobis autẽ tribulatio: ſed ex ęqualitate. In preſenti tẽpore, veſtra abũdantia illorũ inopiã ſuppleat: vt & illorũ abundantia veſtrę inopię ſit ſupplemẽtũ; vt fiat ęqualitas, ſicut ſcriptũ eſt. Qui multũ, non abundauit: & qui modicũ, non minorauit. Gradu. Ecce ſacerdos magnus, qui in diebus ſuis placuit deo. ℣. Non eſt inuentus ſimilis illi, qui conſeruaret legẽ excelſi. Alleluia, alleluia. ℣. Tu es ſacerdos in ęternũ ſecũdũ ordinẽ Melchiſedec. Alleluia. Euang. Nolite timere puſillus grex. de cõ cõfeſſ. non pont. folio. 579. Offerto. Inueni Dauid ſeruum meum: oleo ſancto meo vnxi eum: manus enim mea auxiliabitur ei, & brachiũ meũ cõfortabit eũ. Secre.

SAncti tui, quęſumus domine, nos vbiq; lętificent: vt dum eorum merita recolimus, patrocinia ſentiamus. Per dñm. Communio. Fidelis ſeruus & prudens, quem conſtituit dominus ſuper familiam ſuã: vt det illis in tempore tritici menſuram.

Poſtcom.

PReſta, quęſumus, omnipotens deus: vt, de perceptis mune-

muneribus gratias exhibentes, intercedẽte beato Paulino confeſſore tuo atq; pontifice beneficia potiora ſumamus. Per dñm.

¶ In vigilia Sancti Joannis Baptiſte. Introitus.

ble. 23. NE timeas Zacharia: exaudita eſt oratio tua, ꝛ Eliſabeth vxoꝛ tua pariet tibi filiũ: ꝛ vocabis nomen eius Joannez: ꝛ erit magnus coram domino: ꝛ ſpiritu ſancto replebitur, adhuc ex vtero matris ſuę: ꝛ multi in natiuitate eius gaudebunt. Pſalmus. Domine in virtute tua letabitur rex, ꝛ ſuper ſalutare tuum exultabit vehementer. ℣. Gloria. Oratio.

PReſta, queſumus omnipotens deus: vt familia tua per viã ſalutis incedat: ꝛ beati Joannis precurſoꝛis hortamẽta ſectando, ad eum quem predixit, ſecura perueniat, Dñm noſtrum Jeſum Chꝛiſtum filiũ tuum. Qui tecum.

Secunda oratio de S. Maria. Concede. tertia. Eccleſię. vel pro papa. Deus omnium.

Lectio Hieremie prophete.

c. 1. IN diebus illis. Factum eſt verbum domini ad me, dicens. Priuſquam te foꝛmarem in vtero, noui te: ꝛ antequam exires de vulua, ſanctificaui te: ꝛ prophetam in gentibus dedi te. Et dixi a, a, a, domine deus: ecce, neſcio loqui, quia puer ego ſum. Et dixit dominus ad me. Noli dicere, puer ſum: quoniam ad omnia quę mittam te, ibis: ꝛ vniuerſa quę mãdauero tibi loqueris. Ne timeas a facie eoꝛũ: quia ego tecum ſum, vt eruam te dicit dñs. Et miſit dñs manum ſuam, ꝛ tetigit os meum: ꝛ dixit dominus ad me. Ecce, dedi verba mea in oꝛe tuo: Ecce, conſtitui te hodie ſuper gentes, ꝛ ſuper regna: vt euellas, ꝛ deſtruas, ꝛ diſperdas; ꝛ diſſipes, ꝛ ędifices, ꝛ plantes. Dicit dñs omnipotens. Gradu.

Fuit homo miſſus a deo, cui nomen erat Joannes. ℣. Hic venit vt teſtimoniũ perhiberet de lumine, parare dño plebem perfectã.

Initium ſancti euangelij ſecundum Lucam.



FUit in diebus Herodis regis Judeę, ſacerdos quidam nomine Zacharias, de vice Abia: ꝛ vxoꝛ illius de filiabus Aaron, ꝛ nomẽ illius Eliſabeth. c. 1. Erant autem iuſti ambo ante deum, incedentes in omnibus mandatis ꝛ iuſtificationibus domini ſine querela: ꝛ non erat illis filius: eo quod Eliſabeth eſſet ſterilis, ꝛ ambo proceſſiſſent in diebus ſuis. Factum eſt autem: cum ſacerdotio fungeretur Za-

chariaſ

charias in ordinē vicis ſuę ante deum, ſecundum conſuetudinē ſacerdotij, ſorte exijt vt incenſū poneret, ingreſſus in templum domini. Et omnis multitudo populi erat orans foris, hora in-cenſi. Apparuit autem illi Angelus domini, ſtans a dextris altaris incenſi. Et zacharias turbatus eſt, videns: ⁊ timor irruit ſuper eum. Ait autem ad illum ange-lus. Ne timeas zacharia: quo-niā exaudita eſt deprecatio tua. Et vxor tua Eliſabeth pariet tibi filium: ⁊ vocabis nomen eius Joannem. Et erit tibi gaudiū ⁊ exultatio: ⁊ multi in natiuitate eius gaudebunt. Erit enim magnus coram domino: ⁊ vinum ⁊ ſiceram non bibet. Et ſpiritu ſancto replebitur, adhuc ex vte-ro matris ſuę: ⁊ multos filiorum Iſrael conuertet ad dominum deum ipſorum. Et ipſe pręce-det ante illum in ſpiritu ⁊ virtute Elię: vt conuertat corda patrū in filios: ⁊ incredulos ad pru-dentiam iuſtorum, parare domi-no plebem perfectam. Offer-torium. Gloria ⁊ honore co-ronaſti eum, ⁊ conſtituiſti eum ſuper opera manuum tuarū domine. Secreta.

Munera domine oblata ſanctifica: ⁊ intercedēte beato Joanne Baptiſta, nos per hęc a peccatorum noſtrorum maculis emunda. Per dominum noſtrū. Communio. Magna eſt gloria eius in ſalutari tuo: gloriam ⁊ magnum decorem impones ſuper eum domine. Poſtcom.

Beati Joānis Baptiſtę nos domine pręclara comitet oratio: ⁊ quē venturū eſſe prę‑dixit, poſcat nobis fore placatū dominum noſtrum Jeſum Chriſtum filium tuum. Qui tecum.

In Natiuitate ſancti Joan- die.
nis Baptiſtę. Introitus. 24.

De vētre matris męę vocauit me dominus nomine meo: ⁊ poſuit os meū vt gladium acutum: ⁊ ſub tegumento manus ſuę pro-texit me: ⁊ poſuit me quaſi ſagittam electam. Pſalmus. Bo-num eſt confiteri domino, ⁊ pſal-lere nomini tuo altiſſime. ℣. Gloria patri. dicitur, Gloria in excelſis deo. Oratio.

Deus, qui pręſentem diē honorabilē nobis in beati Joannis Natiuitate feciſti: da populis tuis ſpiritualium grati-am gaudiorum: ⁊ omnium fide-lium mentes dirige in viam ſalu-tis ęternę. Per dominum no-ſtrum Jeſum Chriſtum.

Lectio Iſaię prophetę. ca. 49.

Audite inſulę, ⁊ attendite populi de longe. Dominus ab vtero vocauit me: de ven

tre matris meę recordatus eſt nominis mei. Et poſuit os meum quaſi gladium acutũ. In vmbra manus ſuę protexit me: ⁊ poſuit me quaſi ſagittam electam. In pharetra ſua abſcondit me: ⁊ dixit mihi. Seruus meus es tu, Iſrael: quia in te glorìabor. Et nunc hęc dicit dominus, formans me ex vtero ſeruum ſibi. Dedi te in lucem gentiũ: vt ſis ſalus mea vſq; ad extremum terrę. Reges videbunt, ⁊ conſurgẽt principes, ⁊ adorabunt dominum deum tuum, ⁊ ſanctum Iſrael, qui elegit te. Graduale. Priuſquam te formarem in vtero, noui te: ⁊ antequam exires de ventre, ſanctificaui te. ℣. Miſit dominus manum ſuam, ⁊ tetigit os meum: ⁊ dixit mihi. Alleluia, alleluia. ℣. Tu puer propheta altiſſimi vocaberis: prętbis ante dominum parare vias eius. Alleluia.

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Lucam.

c. 1.



Eliſabeth impletum eſt tempus pariendi: ⁊ peperit filiũ. Et audierunt vicini, ⁊ cognati eius, quia magnificauit dominus miſericordiam ſuam cum illa: ⁊ congratulabantur ei. Et factum eſt: in die octauo venerunt circuncidere puerum: ⁊ vocabãt eum nomine patris ſui, Zachariã. Et reſpondens mater eius, dixit. Nequaquã: ſed vocabitur Ioannes. Et dixerunt ad illam: quia nemo eſt in cognatione tua, qui vocetur hoc nomine. Innuebãt autẽ patri eius, quẽ vellet vocari eum. Et poſtulans pugillarẽ, ſcripſit, dicens. Ioannes eſt nomen eius. Et mirati ſunt vniuerſi. Apertum eſt autem illico os eius, ⁊ lingua eius: ⁊ loquebatur, benedicens deum. Et factus eſt timor ſuper omnes vicinos eorũ: ⁊ ſuper omnia montana Iudęę diuulgabãtur omnia verba hęc. Et poſuerunt omnes qui audierant, in corde ſuo, dicentes. Quis, putas, puer iſte erit? Etenim manus domini erat cum illo. Et Zacharias pater eius repletus eſt Spiritu ſancto: ⁊ prophetauit, dicens. Benedictus dñs deus Iſrael: quia viſitauit ⁊ fecit redẽptionem plebis ſuę. Hic dicitur, Credo. niſi venerit in Dñica: aut infra octauã corporis Chriſti: vel i eccleſia ppria: ſed in octaua dicit, ppter octauã apoſtolorũ. Offerto. Iuſtus, vt palma florebit: ſicut cedrus, quę in Libano eſt, multiplicabitur. Secreta.

Tua dñe muneribus altaria cumulamus: illius natiuitatẽ honore debito celebrãtes: qui ſaluatorem mundi, ⁊ cecinit affuturum, ⁊ adeſſe monſtrauit, dñm noſtrum

noſtrum Jeſum Chriſtum filiuz tuum. Qui tecum. Communio. Tu puer propheta altiſſimi vocaberis: preibis enim ante faciez dñi parare vias eius. Poſtcom. Sumat eccleſia tua deus, beati Joannis Baptiſte generatione letitiam: per quem ſue regenerationis cognouit auctorez, dominum noſtrum Jeſum Chriſtum filium tuum. Qui tecum.

¶ Infra octauam ſancti Joannis Baptiſte, et in ipſo die octaue fit ſolum officium, quod in die. Sed in dominica poſt natiuitatem dicitur oratio ſecunda oratio de S. Maria. Concede. tertia contra perſecutores eccleſie, vel pro Papa.

¶ In feſto ſanctorum martyrũ Joannis et Pauli. Introitus.

die 26. Multe tribulationes iuſtorũ: et de his omnibus liberauit eos dominus: dominus cuſtodit omnia oſſa eorum: vnum ex his non cõteretur. Pſalmus. Benedicã dñm in omni tempore: ſemper laus eius in ore meo. Gloria. Oratio.

Queſumus, omnipotens deus: vt nos geminata letitia hodierne feſtiuitatis excipiat, que de beatorum martyrum Joannis et Pauli glorificatione procedit: quos eadez fides et paſſio, vere fecit eſſe germanos. Per dñm.

Secunda oratio de ſancto Joanne. tertia de S. Maria. Concede. Epiſtola. Iſti ſunt viri miſericordie. vt in octaua apoſtolorum Petri et Pauli fo.486. Graduale. Ecce quam bonum, et quam iucundũ, habitare fratres in vnuz. ℣. Sicut vnguentum in capite, quod deſcendit in barbam, barbam Aaron. Alleluia, alleluia. ℣. Hec eſt vera fraternitas, que vicit mundi crimina: Chriſtuz ſecuta eſt, inclyta tenẽs regna celeſtia. Alleluia. Euang. Attendite a fermento phariſeorũ. de cõ plurimorum martyrum fol. 57. Offertorium. Gloriabuntur in te omnes, qui diligũt nomen tuum: quoniam tu dñe benedices iuſto: domine, vt ſcuto bone voluntatis tue, coronaſti nos. Secreta.

Hoſtias tibi, domine, ſanctoruz martyrũ tuorũ Joannis et Pauli dicatas meritis benignus aſſume: et ad perpetuum nobis tribue prouenire ſubſidiũ. Per dominum. Communio. Et ſi coram hominibus tormenta paſſi ſunt, deus tentauit eos: tanquam aurum in fornace probauit eos: et quaſi holocauſta accepit eos. Poſtcom.

Sumpſimus domine ſacrorum martyrũ tuorũ Joannis, et Pauli ſollemnia celebrantes, ſacramenta celeſtia: preſta queſumus: vt, quod temporaliter gerimus, eternis gaudijs conſequamur.

ſequamur. Per dominum.

¶ [illegible] ſancti [illegible] nis venerit in Dominica [illegible] post octauam Apoſtolorum: [illegible] Miſſa dicitur de Dominica [illegible] cum oratione ſancti Joannis: [illegible] apoſtolorum [illegible] [illegible] vero alio die ve [illegible] [illegible] In eccleſiis autem [illegible] [illegible] ſancti Joannis, [illegible] ſancte Marie: alia de vigi [illegible] commemoratione ſancte Marie. Concede. [illegible] Eccleſie. Vel pro Papa.

die 28. ¶ Commemoratio ſancti Leonis Pape et confeſſoris. Officium. Sacerdotes tui. de communi. folio. 573. [illegible] orationem que dicitur, [illegible] Euangelium. Homo quidam peregre proficiſcens. [illegible] folio. 572. [illegible]

DEus, qui beatum Leonem pontificem tuum, ſanctorum tuorum meritis coequaſti: concede propitius: vt, qui commemorationis eius feſta percolimus, vite quoque imitemur exempla. Per dominum. [illegible]

ANnue nobis, queſumus domine: vt, interceſſione beati Leonis hec nobis proſit oblatio: quam immolando totius mundi tribuiſti relaxari delicta. Per dominum. [illegible]

DEus, qui anime famuli tui Leonis eterne beatitudinis premia contuliſti: concede propitius: vt, qui peccatorum noſtrorum pondere premimur, eius apud te precibus ſubleuemur. Per dominum.

¶ In vigilia [illegible] die 28.
[illegible] Pauli. Introitus.

DIcit dominus Petro: cum eſſes iunior cingebas te, et ambulabas vbi volebas: cum autem ſenueris, extendes manus tuas, et alius te cinget, et ducet quo tu non vis: hoc autem dixit, ſignificans, qua morte clarificaturus eſſet deum. [illegible] Celi enarrant gloriam dei: et opera manuum eius annunciat firmamentum. ℣. Gloria patri. [illegible] Gloria in excelſis deo. Oratio.

PReſta, queſumus, omnipotens deus: vt nullis nos permittas perturbationibus concuti: quos in apoſtolice confeſſionis petra ſolidaſti. Per dominum noſtrum Jeſum Chriſtum. [illegible]
Concede. [illegible] Eccleſie tue.
Vel pro Papa.
Lectio Actuum Apoſtolorum. ca. 3.

IN diebus illis. Petrus et Joannes aſcendebant in templum, ad horam orationis nonam. Et quidam vir qui erat claudus ex vtero matris ſue, baiulabatur: quem

quem ponebāt quotidie ad portam templi, quę dicitur: Speciosa, vt peteret eleemoſynam ab introeuntib⁹ in tēpluʒ. Is cū vidiſſet Petrum, ⁊ Joannēʒ incipiētes introire in templuʒ: rogabat vt eleemoſynam acciperet. Intuens autem in eum Petrus cuʒ Joanne, dixit. Reſpice in nos. At ille intendebat in eos, ſperans ſe aliquid accepturum ab eis. Petrus autē dixit. Argentū ⁊ auruʒ non eſt mihi: quod autēʒ habeo, hoc tibi do. In nomine Jeſu Chriſti Nazareni ſurge, ⁊ ambula. Et apprehēſa manu eius dextra, alleuauit eum: ⁊ protinus cōſolidatę ſunt baſes eius ⁊ plantę. Et exiliēs ſtetit, ⁊ ambulabat: ⁊ intrauit cum illis in templū ambulans, ⁊ exiliens, ⁊ laudans deum. Et vidit omnis populus eū ambulantem, ⁊ laudantem deū. Cognoſcebant autē illum, quoniam ipſe erat qui ad eleemoſynā ſedebat ad Speciosam portam templi: ⁊ repleti ſunt omnes ſtupore ⁊ extaſi, in eo quod cōtigerat illi. Graduale. In omnem terram exiuit ſonus eorum: ⁊ in fines orbis terrę verba eoruʒ. ℣. Cęli enarrant gloriā dei: ⁊ opera manuum eius annunciat firmamentum.

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Joannem.

Ca. 21. In illo tempore: dixit Jeſus Simoni Petro. Simon Joannis diligis me plus his? Dicit ei. Etiaʒ domine: tu ſcis quia amo te. Dicit ei. Paſce agnos meos. Dicit ei iterum. Simon Joannis diligis me? Ait illi. Etiā domine: tu ſcis quia amo te. Dicit ei. Paſce agnos meos. Dicit ei tertio. Simon Joannis amas me? Cōtriſtatus eſt Petrus quia dixit ei tertio, amas me: ⁊ dixit ei. Domine tu omnia noſti: tu ſcis quia amo te. Dicit ei. Paſce oues meas. Amen, amen dico tibi: cuʒ eſſes iunior cingebas te, ⁊ ambulabas vbi volebas. Cum autē ſenueris, extendes manus tuas, ⁊ alius te cinget, ⁊ ducet quo tu nō vis. Hoc autem dixit, ſignificās, qua morte eſſet clarificaturus deum. Offerto. Mihi autem nimis honorificati ſunt amici tui deus: nimis confortatus eſt principatus eorum. Secreta.

Munus populi tui, quęſumus domine, apoſtolica interceſſione ſanctifica, noſq̨ʒ a peccatorum noſtrorum maculis emūda. Per dominum. Communio. Simon Joannis diligis me plus his? Domine, tu omnia noſti: tu ſcis domine, quia amo te.

Poſtcommu.

Quos celeſti domine alimēto ſatiaſti: apoſtolicis interceſſionibus ab omni aduerſitate cuſtodi. Per dominum.

¶ In

die 29. ¶ In feſto apoſtolorum Petri ⁊ Pauli. Introitus.

Nunc ſcio vere, quia
miſit dominus an-
gelum ſuum: ⁊ eri-
puit me de manu
Herodis, ⁊ de om-
ni expectatione plebis Judeo-
rum. Pſalmus. Domine proba-
ſti me, ⁊ cognouiſti me: tu cogno
uiſti ſeſſionem meam, ⁊ reſurre-
ctionem meã. ℣. Gloria patri
⁊ filio ⁊ ſpiritui ſancto. Oratio.
Deus, qui hodiernam diẽ
apoſtolorũ tuorũ Petri
⁊ Pauli martyrio cõſecraſti: da
eccleſie tue, eorum in omnibus ſe-
qui preceptum: per quos religio
nis ſumpſit exordiũ. Per dñm.
Et non fit commemoratio de ſan
cto Paulo, quia oratio eſt com-
munis: nec octaue ſancti Joan-
nis Baptiſte.
Lectio Actuum apoſtolorum.

In diebus illis: Miſit He
ca. rodes rex manus, vt affige
12. ret quoſdã de eccleſia. Occidit
autem Jacobum fratrem Joan-
nis gladio. Videns autẽ quia pla
ceret Judeis, appoſuit vt appre
henderet ⁊ Petrum. (Erãt au-
tem dies Azymorum.) Quem
cum apprehendiſſet, miſit in car-
cerem: tradens quatuor quater-
nionibus militum cuſtodiendũ:
volens poſt Paſcha producere
eum populo. Et Petrus quidẽ
ſeruabatur in carcere. Oratio au
tem fiebat ſine intermiſſione ab
Eccleſia ad deum pro eo. Cum
autem producturus eum eſſet
Herodes: in ipſa nocte erat Pe
trus dormiens inter duos mili-
tes, vinctus catenis duabus: ⁊
cuſtodes ante oſtium cuſtodie-
bant carcerem. Et ecce, angelus
domini aſtitit: ⁊ lumen refulſit in
habitaculo. Percuſſoq; latere
Petri, excitauit eum dicens.
Surge velociter. Et cecide-
runt catene de manibus eius.
Dixit autem angelus ad eum.
Precingere, ⁊ calcea te caligas
tuas. Et fecit ſic: ⁊ dixit illi. Cir
cunda tibi veſtimentum tuum, ⁊
ſequere me. Et exiens ſequeba-
tur eum: ⁊ neſciebat, quia verũ
eſt quod fiebat per angelũ. Exi-
ſtimabat autem ſe viſum videre.
Tranſeuntes autem primam ⁊
ſecundam cuſtodiam, venerunt
ad portam ferream que ducit ad
ciuitatem: que vltro aperta eſt
eis. Et exeuntes, proceſſerunt
vicum vnum: ⁊ continuo diſceſ-
ſit angelus ab eo. Et Petrus
ad ſe reuerſus, dixit. Nunc ſcio
vere, quia miſit dominus ange-
lum ſuum: ⁊ eripuit me de manu
Herodis, ⁊ de omni expectatio-
ne plebis Judeorum. Graduale.
Conſtitues eos principes ſuper
omnem terram: memores erũt
nominis tui domine. ℣. Pro pa

tribus tuis nati ſunt tibi filij: pro/
pterea populi cõfitebuntur tibi.
Alleluia, alleluia. ℣ Tu es Pe
trus: & ſuper hanc petram ędifi/
cabo eccleſiam meam. Alleluia.

Sequentia ſancti euangelij
ſecundum Matthęum.



ca. 16. In illo tempore: Venit Jeſus in partes Cęſareę Philippi: & interrogabat diſcipulos ſuos, dicens. Quem dicunt homines eſſe filium hominis? At illi dixerunt. Alij Joannem Baptiſtam: alij autem Eliam: alij vero Hieremiam: aut vnum ex prophetis. Dicit illis Jeſus. Vos autem quem me eſſe dicitis? Reſpondens Simon Petrus, dixit. Tu es Chriſtus filius dei viui. Reſpondens autem Jeſus, dixit ei. Beatus es Simon Bar Jona: quia caro & ſanguis non reuelauit tibi, ſed pater meus qui in celis eſt. Et ego dico tibi, quia tu es Petrus: & ſuper hanc petraꝫ ędificabo eccleſiaꝫ meaꝫ: & portę inferi non pręualebunt aduerſus eam. Et tibi dabo claues regni celorum. Et quodcunque ligaueris ſuper terram, erit ligatum & in celis: & quodcunque ſolueris ſuper terram, erit ſolutum & in celis. Credo. Offertorium. Conſtitues eos principes ſuper omnem terram: memores erunt nominis tui domine in omni progenie & generatione. Secreta.

Hoſtias domine, quas nomini tuo ſacrãdas offerimus, apoſtolica proſequatur oratio: per quam nos expiari tribuas, & defendi. Per dominum.

Prefatio de apoſtolis. Et dicitur per totã octauam. Communio. Tu es Petrus: & ſuper hanc petram ędificabo eccleſiam meam.

Poſtcom.

Quos cęleſti domine alimẽto ſatiaſti: apoſtolicis interceſſionibus ab omni aduerſitate cuſtodi. Per dominum noſtrum Jeſum Chriſtum filium tuum.

¶ In Commemoratione ſancti Pauli. Introitus. die

Scio, cui credidi, & certus ſũ, quia potens eſt depoſitum meum ſeruare in illuꝫ diẽ, iuſtus iudex. Ps. Domine probaſti me, & cognouiſti me: tu cognouiſti ſeſſionem meam, & reſurrectionem meam. ℣ Gloria patri, & filio & ſpiritui ſancto. Oratio. 30.

Deus, qui multitudineꝫ gẽtiuꝫ beati Pauli apoſtoli prędicatione docuiſti: da nobis, quęſumus: vt cuius natalitia colimus, eius apud te patrocinia ſentia/

lentiamus. Per dominum.

Et fit commemoratio de beato Petro. Oratio.

Deus, qui beato Petro apoſtolo tuo, collatis clauibus regni celeſtis, animas ligandi, atq; ſoluẽdi põtificiu; tradidiſti: concede, vt interceſſionis eius auxilio, a peccatorum noſtrorum nexibus liberemur. Qui viuis.

Deinde fit commemoratio ſancti Joannis preterquam in eccleſia propria ſancti Pauli. Oratio.

Deus qui preſentem diem. f. 474.

Lectio epiſtole beati Pauli apoſtoli ad Galatas.

ca. i. Fratres: Notum vobis facio euangelium, quod euangelizatum eſt a me: quia non eſt ſecundum hominem. Neque enim ego ab homine accepi illud, neq; didici: ſed per reuelationem Jeſu Chriſti. Audiſtis enim conuerſationem meam aliquando in Judaiſmo: quoniam ſupra modum perſequebar eccleſiam dei: & expugnabam illam: & proficiebã in Judaiſmo ſupra multos coetaneos meos, in genere meo: abundãtius emulator exiſtẽs paternarũ mearum traditionum. Cum autẽ placuit ei qui me ſegregauit ex vtero matris mee, & vocauit per gratiam ſuam, vt reuelaret filium ſuum in me, vt euangelizarem illum in gentibus: continuo non acquieui carni & ſanguini. Neq; veni Hieroſolymã ad anteceſſores meos Apoſtolos: ſed abij in Arabiam, & iterũ reuerſus ſum Damaſcũ. Deinde poſt annos tres veni Hieroſolymam videre Petrum: & manſi apud eũ diebus quindecim. Alium autem Apoſtolorum vidi neminem: niſi Jacobum fratrem dñi. Que autem ſcribo vobis: ecce coram deo, quia nõ mentior. Gradua.

Qui operatus eſt Petro in apoſtolatu, operatus eſt & mihi inter gẽtes: & cognouerunt gratiã dei, que data eſt mihi. ℣. Gratia dei in me vacua nõ fuit: ſed gratia eius ſemp in me manet. Alleluia, alleluia. ℣. Sancte Paule apoſtole, predicator veritatis, & doctor gentiũ: intercede pro nobis. Alleluia.

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Mattheum.



ca. 10. In illo tempore: dixit Jeſus diſcipulis ſuis. Ecce, ego mitto vos, ſicut oues in medio luporum. Eſtote ergo prudentes ſicut ſerpentes: & ſimplices ſicut columbe. Cauete autem ab hominibus. Tradent enim vos in cõcilijs, & in ſynagogis ſuis flagellabunt vos: & ad preſides & reges ducemini propter me, in teſtimonium illis & gentibus. Cum autem tradent vos, nolite cogitare quomodo, aut quid loquamini

ni. Dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini. Nõ eniʒ vos eſtis qui loquimini: ſed ſpiritus patris veſtri, qui loquitur in vobis. Tradet autem frater fratrẽ in mortem: ⁊ pater filium. Et inſurgent filij in parentes: ⁊ morte eos afficient. Et eritis odio omnibus hominibus propter nomẽ meum. Qui autem perſeuerauerit vſqʒ in finem: hic ſaluus erit. Dicitur Credo. Offertorium.

Mihi autem nimis honorificati ſunt amici tui deus: nimis cõfortatus eſt principatus eorum. Secreta.

Apoſtoli tui Pauli precibus dñe plebis tuę dona ſãctifica: vt, quę tibi tuo grata ſunt inſtituto, gratiora fiãt patrocinio ſupplicantis. Per dominum.

Pro beato Petro. Secreta.

Eccleſię tuę, quęſumus domine, preces ⁊ hoſtias beati Petri apoſtoli tui commendet oratio: vt, quod pro illius gloria celebramus, nobis profit ad veniam. Per dominum noſtrum.

Pro ſancto Joanne Secreta. Tua domine. Prefatio de apoſtolis. Communio. Amen dico vobis: quod vos qui reliquiſtis omnia, ⁊ ſecuti eſtis me: centuplũ accipietis, ⁊ vitam ęternam poſſidebitis. Poſtcom.

Perceptis domine ſacramẽtis, beato Paulo apoſtolo tuo interueniente deprecamur: vt quę pro illius celebrata ſunt gloria, nobis proficiant ad medelam. Per dominum noſtrum.

Pro beato Petro. Poſtcom.

Letificet nos dñe munus oblatũ: vt, ſicut in apoſtolo tuo Petro te mirabileʒ prędicamus: ſic per illuʒ tuę ſumamus indulgentię largitatem. Per dñm.

Pro ſancto Joanne poſtcom. Sumat eccleſia. folio. 476.

❡ Feſta Julij.

❡ In octaua ſancti Joãnis Baptiſtę dicitur Miſſa vt in die cũ commemoratione apoſtolorum, vt ſupra: ⁊ in ea dicitur. Credo. die 1.

❡ In feſto Viſitationis B. Marię virginis. Introitus. die 2.

Salue ſancta parẽs, enixa puerpera regẽ: qui celũ terrãqʒ regit in ſecula ſeculorũ. Pſal. Eructauit cor meuʒ verbuʒ bonuʒ: dico ego opera mea regi. ℣. Gloria. Oratio.

Famulis tuis, quęſumus dñe, celeſtis gratię munꝰ impertire: vt, quibus beatę virginis partus extitit ſalutis exordiũ, viſitationis eius votiua ſollemnitas, pacis tribuat incrementum. Per do.

Pro commemoratione ſanctorum apoſtolorum Petri ⁊ Pauli. Oratio.

Deus, qui hodiernam dieʒ apoſtolorũ tuorũ Petri ⁊ Pauli

⁊ Pauli martyrio conſecraſti: da eccleſię tuę, eorum in omnibus ſequi pręceptum, per quos religionis ſumpſit exordium.

Pro commemoratione ſanctoꝝ martyrum Proceſſi ⁊ Martiniani. Oratio.

DEus, qui nos ſanctoꝝ martyrum tuoꝝ Proceſſi, ⁊ Martiniani glorioſis confeſſionibus circundas ⁊ protegis: da nobis, ⁊ eorum imitatione proficere, ⁊ interceſſione gaudere. Per dominum noſtrum.

Lectio libri Sapientię.

c. 2. ECce iſte venit ſaliēs in mōtibus, tranſiliens colles. Similis eſt dilectus meus capreę, hinnuloq; ceruoꝝ. En ipſe ſtat poſt parietem noſtrum, reſpiciēs per feneſtram, proſpiciēs per cancellos. En dilectus meus loquitur mihi. Surge, propera amica mea, columba mea, formoſa mea: ⁊ veni. Iam enim hyems trāſijt, imber abijt, ⁊ receſſit. Flores apparuerunt in terra noſtra: tempus putationis aduenit. Vox turturis audita eſt in terra noſtra: ficus protulit groſſos ſuos: vineę florentes dederunt odorem ſuū. Surge propera amica mea, ſpecioſa mea: ⁊ veni. Columba mea in foraminibus petrę, in cauerna macerię, oſtēde mihi faciem tuam: ſonet vox tua in auribus meis. Vox enim tua dulcis, ⁊ facies tua decora. Graduale. Benedicta ⁊ venerabilis es virgo Maria: quę ſine tactu pudoris inuenta es mater ſaluatoris. ℣. Virgo dei genitrix, quem totus nō capit orbis, in tua ſe clauſit viſcera factus homo. Alleluia, alleluia. ℣. Felix es ſacra virgo Maria, ⁊ omni laude digniſſima: quia ex te ortus eſt ſol iuſtitię. Alleluia.

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Lucam.



IN illo tempore: Exurgens Maria, abijt in montana cum feſtinatione in ciuitatem Iuda: ⁊ intrauit in domum Zacharię: ⁊ ſalutauit Eliſabeth. Et factum eſt: vt audiuit ſalutationē Marię Eliſabeth: exultauit infans in vtero eius. Et repleta eſt ſpiritu ſancto Eliſabeth: ⁊ exclamauit voce magna ⁊ dixit. Benedicta tu inter mulieres: ⁊ benedictus fructus ventris tui. Et vnde hoc mihi, vt veniat mater dñi mei ad me? Ecce enim, vt facta eſt vox ſalutationis tuę in auribus meis: exultauit in gaudio infans in vtero meo. Et beata, quę credidiſti: quoniam perficientur ea, quę dicta ſunt tibi a dño. Et ait Maria. Magnificat anima mea dñm. Et exultauit ſpiritus meus in deo ſalutari meo. Dicitur, Credo. c. 1.

Offerto. Beata es virgo Maria, quę omnium portaſti creatorem: genuiſti qui te fecit, ⁊ in ęternum permanes virgo. Secreta.

Unigeniti tui domine nobis ſuccurrat humanitas: ut qui natus de virgine matris integritatem nõ minuit, ſed ſacrauit, in Uiſitationis eius ſollemnijs noſtris nos piaculis exuens, oblationem noſtram ſibi faciat acceptam Jeſus Chriſtus dominus noſter. Qui tecum viuit.

Pro cõmemorat. ſanctorũ apoſtoloꝝ Petri ⁊ Pauli. Secreta.

Hoſtias domine, quas nomini tuo ſacrandas offerimus, apoſtolica proſequatur oratio: per quam nos expiari tribuas, ⁊ defendi.

Pro commemoratione ſanctorum martyrum Proceſſi ⁊ Martiniani. Secreta.

Suſcipe domine preces ⁊ munera: quę, ut tuo ſint digna conſpectu, ſanctorum tuorũ precibus adiuuemur. Per dominum. Communio. Beata viſcera Marię virginis: quę portauerunt ęterni patris filium.

Poſtcom.

Sumpſimus domine celebritatis annuę votiua ſacramenta: pręſta, quęſumus: ut temporalis vitę nobis remedia prębeant, ⁊ ęternę. Per dominum.

Pro cõmemoratione ſanctorũ apoſtoloꝝ Petri ⁊ Pauli. Poſtcom.

Quos celeſti dñe alimẽto ſatiaſti: apoſtolicis interceſſionib⁹ ab omni aduerſitate cuſtodi.

Pro cõmemoratione ſanctorũ martyrum Proceſſi ⁊ Martiniani. Poſtcom.

Corporis ſacri, ⁊ pretioſi sãguinis repleti libamine, quęſumus, dñe deus noſter: ut, quod pia deuotione gerimus, certa redemptione capiamus. Per eundem dominum noſtrum.

¶ In f. in octauã ſanctoꝝ apoſtoloꝝ Petri ⁊ Pauli. Introitus.

Mihi autem nimis honorati ſunt amici tui deus: nimis confortatus eſt principatus eorum. Pſal. Domine probaſti me, ⁊ cognouiſti me: tu cognouiſti ſeſſionem meam, ⁊ reſurrectionem meam. ℣. Gloria patri. Oratio.

Deus, qui hodiernã diẽ apoſtolorum tuorum Petri ⁊ Pauli martyrio conſecraſti: da eccleſię tuę, eorum in omnibus ſequi pręceptum: per quos religionis ſumpſit exordium. Per dominum noſtrum Jeſum.

Secunda oratio de S. Maria Concede. tertia, Eccleſię tuę, vel pro papa.

Lectio Actuum apoſtolorum.

In diebus illis: Per manus apoſtolorũ fiebant ſigna, ⁊ prodigia multa in plebe. Et erãt vnanimiter omnes in porticu Salomonis. Ceterorũ autẽ nemo audebat ſe cõiungere illis: ſed magnificabat eos populus. Magis autem augebatur credentiũ in domino, multitudo virorũ ac mulierum: ita vt in plateis eijcerent infirmos, ⁊ ponerent in lectulis, ⁊ grabbatis: vt veniente Petro, ſaltẽ vmbra illius obumbraret quenquam illorum: ⁊ liberarentur ab infirmitatibus ſuis. Concurrebat autẽ ⁊ multitudo vicinarum ciuitatum, Hieruſalem: afferentes ęgros, ⁊ vexatos a ſpiritibus immundis: qui curabantur omnes. Graduale.

Conſtitues eos principes ſuper omnem terram: memores erunt nominis tui dñe. ℣. Pro patribus tuis nati ſunt tibi filij: propterea populi confitebuntur tibi.

Alleluia, all'a. ℣ Rogaui pro te Petre, vt nõ deficiat fides tua: ⁊ tu aliquando cõuerſus, confirma fratres tuos Alleluia. Euange.

Ecce nos reliquimus omnia. de cõmuni pro Abbatibus fol. 581. Dicitur, Credo. Offertorium.

In omnem terram exiuit ſonus eorum: ⁊ in fines orbis terrę verba eorum.

Secreta.

Hoſtias domine: quas nomini tuo ſacrãdas offerimus, apoſtolica ꝓſequatur oratio: per quam nos expiari tribuas, ⁊ defendi. Per dñm. Secunda oratio. Tua dñe. tertia Protege. Prefatio de apoſtolis. Commu.

Vos, qui ſecuti eſtis me, ſedebitis ſuper ſedes: iudicantes duodecim tribus Iſrael. Poſtcom.

Quos celeſti domine alimẽto ſatiaſti, apoſtolicis interceſſionibus ab omni aduerſitate cuſtodi. Per dominum noſtrũ. Secunda oratio. Sumptis domine. tertia. Quęſumus, vel Nec nos quęſumus.

¶ In octaua apoſtolorum Petri ⁊ Pauli. Introitus. dle. 6.

Sapientiam ſanctorũ narrent populi, ⁊ laudes eorũ nũciet eccleſia: nomina autẽ eorũ viuent in ſeculũ ſeculi. Pſalmus. Exultate iuſti in domino: rectos decet collaudatio. ℣ Glo. patri. Oratio.

Deus cuius dextera beatũ Petrũ ambulantẽ in fluctibus, ne mergeretur, erexit: ⁊ coapoſtolum eius Paulum tertio naufragantem, de profundo pelagi liberauit: exaudi nos propitius, ⁊ concede: vt amborum

meritis, eternitatis gloꝛiam conſequamur, Qui viuis ꝛ regnas.

Lectio libri Sapientie.

ecc. 44. HJ ſũt viri miſericoꝛdie, quorum iuſtitie obliuionem nõ acceperunt. Cum ſemine eoꝛum permanent bona: hereditas ſancta nepotes eoꝛum. Et in teſtamentis ſtetit ſemen eoꝛum: ꝛ filij eoꝛum propter eos in eternũ manent. Generatio eoꝛum, ꝛ gloꝛia eoꝛum, non derelinquetur. Coꝛpoꝛa eoꝛum in pace ſepulta ſunt: ꝛ nomina eoꝛum viuent in ſecula. Sapientiam eoꝛum narrent omnes populi: ꝛ laudem eoꝛum pꝛonunciet omnis eccleſia ſanctoꝛũ.

Graduale. Juſtoꝛum anime in manu dei ſunt: ꝛ non tanget illos toꝛmentum malitie. ℣. Viſi ſunt oculis inſipientium moꝛi: illi autem ſunt in pace. Alleluia, alleluia. ℣. Vos eſtis, qui permanſiſtis mecum in tentationibus meis: ꝛ ego diſpono vobis regnum, vt ſedeatis ſuper thꝛonos, iudicãtes duodecim tribus Jſrael. Alleluia.

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Mattheum.



ca. 14. IN illo tempoꝛe: Juſſit Jeſus diſcipulos aſcendere in nauiculam, ꝛ precedere eum transfretum, donec dimitteret turbas. Et dimiſſa turba, aſcẽdit in montem ſolus oꝛare. Veſpere autem facto, ſolus erat ibi. Nauicula autem in medio mari iactabatur fluctibus. Erat enim contrarius ventus. Quarta autem vigilia noctis, venit ad eos, ambulans ſupꝛa mare. Et videntes eum ſupꝛa mare ambulantem, turbati ſunt, dicentes: quia phantaſma eſt. Et pꝛe timoꝛe clamauerunt. Statimque locutus eſt eis Jeſus, dicens. Habete fiduciam: ego ſum: nolite timere. Reſpondens autem Petrus dixit. Domine, ſi tu es, iube me venire ad te ſuper aquas. At ipſe ait. Veni. Et deſcendens Petrus de nauicula, ambulabat ſuper aquam, vt veniret ad Jeſum. Videns vero ventum validum, timuit. Et cum cepiſſet mergi, clamauit dicens. Domine, ſaluum me fac. Et continuo extendens Jeſus manum, apprehendit eum: ꝛ ait illi. Modice fidei, quare dubitaſti? Et cũ aſcendiſſet in nauiculam, ceſſauit ventus. Qui autem in nauicula erant, venerunt, ꝛ adoꝛauerunt eum dicentes. Vere filius dei es.

Dicitur. Credo. Offertoꝛium. Exultabunt ſancti in gloꝛia, letabuntur in cubilibꝰ ſuis: exultationes dei in faucibus eoꝛũ. Secre.

Offerimus tibi domine preces ꝛ munera: que, vt tuo ſint digna conſpectu, apoſtoloꝛũ tuoꝛum

tuorum Petri ꝛ Pauli precibus adiuuemur. Per dominum.

Prefatio de apoſtolis. Cōio.

Iuſtorū anime in manu dei ſunt: ꝛ non tanget illos tormentū malitie: viſi ſunt oculis inſipientium mori: illi autem ſunt in pace.

Poſtcom.

PRotege domine populum tuum: ꝛ apoſtolorū tuorū Petri ꝛ Pauli patrocinio confidentem, perpetua defenſione cōſerua. Per dominum noſtrum.

die. ¶ In feſto ſanctorum martyrū
10. Septem fratrum, ac Ruffine ꝛ Secunde virginū ꝛ martyrum. Introitus.

Laudate pueri dominum, laudate nomen domini: qui habitare facit ſterilem in domo, matrem filiorum letantem. Pſalmus. Sit nomen domini benedictum, ex hoc, nunc, ꝛ vſque in ſeculum. ℣. Gloria patri. Oratio.

PReſta, queſumus, omnipotens deus: vt qui glorioſos martyres fortes in ſua confeſſione cognouimus, pios apud te in noſtra interceſſione ſentiamus. Per dominum. Epiſtola.

Mulierem fortem. de communi nec virginū nec martyrū f. 550.

Graduale. Anima noſtra, ſicut paſſer erepta eſt de laqueo venātium. ℣. Laqueus contritus eſt, ꝛ nos liberati ſumus: adiutoriū noſtrū in nomine domini, qui fecit celum ꝛ terras. Alleluia, alleluia. ℣. Hec eſt vera fraternitas, que vicit mundi crimina: Chriſtum ſecuta eſt, inclyta tenens regna celeſtia. Alleluia.

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Mattheum.



IN illo tempore Loquēte Ieſu ad turbas ecce mater eius ꝛ fratres ſtabant foris, querentes loqui ei. Dixit autē ei quidam. Ecce mater tua ꝛ fratres tui foris ſtant, querentes te. At ipſe reſpondēs dicēti ſibi, ait. Que eſt mater mea, ꝛ qui ſunt fratres mei? Et extendens manum ſuam in diſcipulos ſuos, dixit. Ecce mater mea, ꝛ fratres mei. Quicunqꝫ enim fecerit voluntatem patris mei qui in celis eſt: ipſe meus frater, ꝛ ſoror, ꝛ mater eſt. ca. 12.

Offertoriū. Anima noſtra ſicut paſſer, erepta eſt de laqueo venantium: laqueus contritus eſt, ꝛ nos liberati ſumus. Secreta.

SAcrificijs preſentibus, queſumus domine, intende placatus: ꝛ intercedentibus ſanctis tuis, deuotioni noſtre proficiant, ꝛ ſaluti. Per dñm. Communio.

Quicunque fecerit voluntatem patris

patris mei, qui in celis eſt: ipſe meus frater, & ſoror, & mater eſt, dicit dominus. Poſtcom.

Queſumus, omnipotens deus: vt intercedentibus ſanctis tuis, illius ſalutaris capiamus effectum, cuius per hec myſteria pignus accepimus. Per dñm.

die. 11. ¶ Sancti Pii pape & martyris. Miſſa. Statuit ei dominus. vt in cõi vnius mart. pont. f. 552.

die. 12. ¶ Sanctorum martyrum Naboris & Felicis. Miſſa. Intret in conſpectu tuo. de cõi plurim. martyr. f. 563. preter orationem, que dicitur vt infra. Oratio.

Preſta queſumus domine: vt, ſicut nos ſanctorum martyrum tuorum Naboris, & Felicis natalitia celebranda non deſerunt: ita iugiter ſuffragijs comitentur. Per dominum. Secreta.

Munera plebis tue, queſumus domine, ſanctorum martyrum tuorum Naboris, & Felicis ſiant grata ſuffragijs: & quorum triumphis tuo nomini offeruntur, ipſorum digna perficiantur & meritis. Per dominum.

Poſtcom.

Natalitijs ſanctorum tuorũ, queſumus dñe, & ſacramenti munere vegetati: bonis, quibus per tuam gratiam nunc fouemur, perfruamur eternis. Per dñm.

die 13. ¶ In feſtiuitate ſancti Anacleti pape & martyris. Miſſa. Sacerdotes dei. de cõmuni vnius martyris pontificis. folio. 553.

die. 14. ¶ In feſto ſancti Bonauenture epiſcopi & confeſſoris.

Introitus.

Sacerdotes tui domine induãt iuſtitiam, & ſancti tui exultent propter Dauid ſeruum tuum, non auertas faciem Chriſti tui. Pſalmus. Memẽto domine Dauid, & omnis manſuetudinis eius. ℣. Gloria patri. Oratio.

Exaudi qs dñe preces noſtras: quas in beati Bonauenture cõfeſſoris tui atqz pontificis ſollẽnitate deferimus: & qui tibi digne meruit famulari, eius intercedentibus meritis, ab omnibus nos abſolue peccatis. Per. Epiſtola. Teſtificor coram deo. de communi Doctorum fol. 575. Graduale. Os iuſti meditabitur ſapientiã, & lingua eius loquetur iudicium. ℣. Lex dei eius in corde ipſius: & non ſupplantabuntur greſſus eius. Alleluia, alleluia. ℣. Iurauit dominus & non penitebit eum: tu es ſacerdos in eternum ſecundum ordinem Melchiſedec. Alleluia. Euangelium. Homo quidam peregre. de cõi confeſſo. pontificum. folio. 572. Offertorium. Veritas mea, & miſericordia mea cum ipſo: & in nomine

ne meo exaltabitur cornu eius.

Secreta.

SAncti Bonauenturę cõfeſſoris tui atque pontificis, quęſumus domine, annua ſollemnitas pietati tuę nos reddat acceptos: vt per hęc pię placationis officia, & illum beata retributio comitetur, & nobis gratię tuę dona conciliet. Per dominum.

Communio. Beatus ſeruus, quem cum venerit dominus inuenerit vigilantem: amen dico vobis: ſuper omnia bona ſua conſtituet eum. Poſtcom.

DEus, fideliũ remunerator animarum, pręſta: vt beati Bonauenturę confeſſoris tui atque pontificis, cuius venerandam celebramus feſtiuitatem, precibus indulgentiam cõſequamur. Per dominum noſtrum.

die. ¶ Sancti Alexij confeſſoris.
17. Introitus.

OS iuſti meditabitur ſapientiam: & lingua eius loquetur iudicium: lex dei eius in corde ipſius. Pſalmus. Noli ęmulari in malignantibus: neque zelaueris facientes iniquitatem. ℣. Gloria patri & filio & ſpiritui ſancto.

Oratio.

DEus, qui nos beati Alexij cõfeſſoris tui annua ſollemnitate lętificas: cõcede propitius: vt cuius natalitia colimus, etiam actiones imitemur. Per dñm.

Lectio epiſtolę beati Pauli apoſtoli ad Timotheum.

CHariſſime. Eſt quęſtus 1.c.
magnus pietas cum ſuffi 6.
cientia. Nihil enim intulimus in hunc mundum: haud dubiũ quia nec auferre quid poſſumus. Habentes autẽ alimenta, & quibus tegamur: his contenti ſimus. Nam qui volunt diuites fieri: incidunt in tentationem & in laqueum diaboli, & deſideria multa inutilia, & nociua, quę mergunt homines in interitum & perditionem. Radix enim omnium malorum, eſt cupiditas. Quam quidam appetentes, errauerunt a fide: & inſeruerunt ſe doloribus multis. Tu autem o homo dei, hęc fuge: ſectare vero iuſtitiam, pietatem, fidem, charitatem, patientiam, manſuetudinem. Certa bonum certamen fidei: apprehende vitam ęternã. Graduale. Iuſtus, vt palma florebit: ſicut cedrus libani, multiplicabitur in domo domini. ℣. Ad annunciandum mane miſericordiam tuam, & veritatem tuam per noctem. Alleluia, alleluia. ℣. Beatus vir qui ſuffert tentationem: quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronã vitę. Alla. Euange. Ecce nos reliquimus omnia. de commun Abba. f. 581. Offerto. Veritas mea & miſericordia

cordia mēa cūm ipſo: ⁊ in nomine meo exaltabitur cornu eius.

Secreta.

LAudis tibi domine hoſtias immolamus, in tuorū commemoratione ſanctorū: quibus nos ⁊ preſentibus erui malis confidimus, ⁊ futuris. Per dñm.

Cōmunio. Beatus ſeruus, quē cum venerit dñs inuenerit vigilantem: amen dico vobis, ſuper omnia bona ſua conſtituet eum.

Poſtcom.

REfecti cibo potuque celeſti deus noſter, te ſupplices exoramus: vt in cuius hec cōmemoratione percepimus, eius muniamur ⁊ precibus. Per dñm.

die, 18. ¶ Sancte Symphoroſe cum ſeptem filijs martyribus.

Introitus.

CLamauerunt iuſti, ⁊ dñs exaudiuit eos: ⁊ ex omnibus tribulationibus eorum liberauit eos. pſal. Benedicam domi num in omni tempore: ſemper laus eius in ore meo. ℣. Gloria patri ⁊ filio.

Oratio.

DEus, qui nos concedis ſanctorum martyrū tuorum, Symphoroſe ⁊ filiorū natalitia colere: da nobis in eterna beatitudine de eorū ſocietate gaudere. Per dominum.

Epiſtola. Sancti per fidē vicerunt regna. de cōi plurim. martyrum. f. 56[illegible].

Graduale. Ecce quam bonum, ⁊ quam iucundum habitare fratres in vnum. ℣. Sicut vnguentum in capite, quod deſcendit in barbam, barbam Aaron.

Alleluia, alleluia. ℣. Hec eſt vera fraternitas, que vicit mundi crimina: Chriſtum ſecuta eſt, inclyta tenens regna celeſtia. Allā.

Euangelium. Attendite a fermento phariſeorum. de eodem cōmum. fol. 571.

Offertorium. Letamini in domino, ⁊ exultate iuſti: ⁊ gloriamini omnes recti corde.

Secreta.

MUnera tibi domine noſtre deuotionis offerimus: que ⁊ pro tuorū tibi grata ſint honore iuſtorum, ⁊ nobis ſalutaria te miſerante reddantur. Per dñm.

Communio. Quicunque fecerit voluntatem patris mei qui in celis eſt: ipſe meus frater, ⁊ ſoror, ⁊ mater eſt, dicit dominus.

Poſtcom.

PReſta, nobis queſumus, domine, intercedentibus ſanctis martyribus tuis Symphoroſa ⁊ filijs: vt que ore contingimus, pura mente capiamus. Per dominum noſtrum.

¶ Sancte Margarite virginis die, ⁊ martyris. Miſſa. Me expectauerunt. de communi virginum ⁊ martyrum. Folio. 584. 20.

die 21. ¶ Sancte Praxedis virginis. Introitus.

Loquebar de teſtimonijs tuis in conſpectu regum, ⁊ non confundebar: ⁊ meditabor in mandatis tuis, que dilexi nimis. Pſalmus. Beati immaculati in via, qui ambulant in lege domini. ℣. Gloria patri ⁊ filio.

Oratio.

Exaudi nos deus ſalutaris noſter: vt, ſicut de beate Praxedis virginis tue feſtiuitate gaudemus, ita pie deuotionis erudiamur affectu. Per dñm.

Epiſtola. De virginibus preceptum domini non habeo. de cõi virginum, folio. 587. Graduale. Dilexiſti iuſticiã: ⁊ odiſti iniquitatẽ. ℣. Propterea vnxit te deus tuus oleo letitie. Alla, alla. ℣. Specie tua ⁊ pulchritudine tua: intende, proſpere procede, ⁊ regna. Alleluia. Euangelium. Simile eſt regnum celorum theſauro abſcondito in agro. de eodem cõmuni. fol. 585. Offerto. Diffuſa eſt gratia in labijs tuis: ꝓpterea benedixit te deus in eternum, ⁊ in ſeculum ſeculi. Secreta.

Accepta tibi ſit dñe ſacrate plebis oblatio, pro tuorum honore ſanctorum: quorum ſe meritis percepiſſe de tribulatione cognoſcit auxilium. Per dominum.

Communio. Simile eſt regnum celorum homini negotiatori, querenti bonas margaritas: inuenta vna precioſa margarita, dedit omnia ſua, ⁊ comparauit eam.

Poſtcom.

Satiaſti dñe familiam tuam muneribus ſacris: eius, queſumus, interuentione nos refoue, cuius ſollemnia celebramus. Per dominum noſtrum.

¶ In feſto ſãcte Marie Magdalene. Introitus. die 22.

Me expectauerũt peccatores, vt perderẽt me: teſtimonia tua domine intellexi: omnis conſummationis vidi finem: latum mandatum tuum nimis. Pſalmus. Beati immaculati in via, qui ambulant in lege domini. ℣. Gloria patri ⁊ filio.

Oratio.

Beate Marie Magdalene, queſumus domine, ſuffragijs adiuuemur: cuius precibus exoratus, quatriduanum fratrem Lazarum viuum ab inferis reſuſcitaſti. Qui viuis ⁊ regnas.

Lectio libri Sapientie.

Surgam, ⁊ circuibo ciuitatẽ: per vicos ⁊ plateas queram quem diligit anima mea. Queſiui illum: ⁊ non inueni. Inuenerunt me vigiles, qui cuſtodiunt ciuitatem. Num quem diligit anima c. 3.

pica, vidiſtis? Paululū cū per/transiſſem eos, inueni quem dili/git anima mea. Tenui eū, nec di/mittam, donec introducam illum in domum matris meę, & in cubi/culū genitricis meę. Adiuro vos filię Hieruſalem per capreas, cer/uoſque camporum: ne ſuſcitetis, neque euigilare faciatis dilectam, donec ipſa velit. Pone me vt ſi/
c. 8. gnaculū ſuper cor tuum, vt ſigna/culum ſuper brachium tuū: quia fortis eſt vt mors, dilectio: dura ſicut infernus, ęmulatio. Lampa/des eius, lampades ignis, atque flammarum. Aquę multę nō po/tuerunt extinguere charitatem: nec flumina obruent illā. Si de/derit homo omnem ſubſtantiam domus ſuę pro dilectione: quaſi nihil deſpiciet eam. Graduale.

Dilexiſti iuſtitiā: & odiſti ini quita/tē. ℣. Propterea vnxit te deus, deus tuus oleo lętitię. Alleluia, alleluia. ℣. Diffuſa eſt gratia in labijs tuis: propterea benedixit te deus in ęternum. Alleluia. Euange.

Rogabat Jeſū qdā phariſeus. In feria v. Dñicę paſſionis. f. 155. dicitur, Credo. Offertorium.

Filię regum in honore tuo: aſſi/ſtit regina a dextris tuis in veſtitu deaurato: circundata varietate.

Secreta.

Muncra noſtra, quęſumus do/mine, beatę Marię Ma/gdalenę glorioſa merita tibi red/dant accepta: cuius oblationis obſequium vnigenitus filius tuus clementer ſuſcepit impenſum. Qui tecum viuit & regnat.

Communio. Feci iudicium & iuſti/tiam domine, non calumnientur mihi ſuperbi, ad omnia mandata tua dirigebar, omnem viam ini/quitatis odio habui. Poſtcom.

Sumpto, quęſumus domi/ne, vnico ac ſalutari reme/dio, corpore ſcilicet, & pretioſo ſā/guine tuo: ab omnibus malis, ſan/ctę Marię Magdalenę patroci/nijs eruamur. Qui viuis.

¶ In feſto Sancti Apollina/ris epiſcopi & martyris. die 23.

Introitus.

Sacerdotes dei benedi/cite dominum: ſancti & humiles corde laudate deum. pſalm. Benedi/cite omnia opera domini domi/no, laudate & ſuperexaltate eum in ſecula. ℣. Gloria pa. Oratio.

Deus, fidelium remunerator animarū, quique hūc diem beati Apollinaris ſacerdotis tui martyrio conſecraſti: tribue, quę/ſumus, nobis famulis tuis: vt, cu/ius venerandam celebramus fe/ſtiuitatem, precibus eius indul/gentiam cōſequamur. Per dñm.

Lectio epiſtolę beati Pe/tri apoſtoli.

Chariſſimi: Seniores qui in vobis ſunt obſecro, cōſe/ 1. c. 5.
nior

nior ⁊ teſtis Chriſti paſſionũ, qui
⁊ eius que in futuro reuelãda eſt,
glorię cõmunicator. Paſcite qui
in vobis eſt gregez dei: prouiden
tes non coacte, ſed ſpontanee ſe-
cundum deum: neqꝫ turpis lucri
gratia, ſed voluntarie: neque vt
dominantes in cleris, ſed forma
facti gregis ex animo. Et cum ap
paruerit princeps paſtorum, per-
cipietis immarceſcibilez glorię co
ronam. Similiter adoleſcentes
ſubditi eſtote ſenioribus. Om-
nes enim inuicem humilitatez in-
ſinuate. Quia deus ſuperbis re-
ſiſtit, humilibus autem dat gra-
tiam. Humiliamini igitur ſub po
tenti manu dei: vt vos exaltet in
tempore viſitationis: omnem ſo-
licitudinem veſtram proijcientes
in eũ, quoniaʒ ipſi cura eſt de vo-
bis. Sobrij eſtote, ⁊ vigilate: qa
aduerſarius veſter diabolus tan
quam leo rugiens circuit, quęrẽs
quem deuoret. Cui reſiſtite, for-
tes in fide: ſcientes eandem paſ-
ſionez ei quę in mundo eſt, veſtrę
fraternitati fieri. Deus autez om
nis gratię, qui vocauit nos in ęter
nam ſuam gloriaʒ in Chriſto Je
ſu, modicuʒ paſſos ipſe perficiet,
confirmabit, ſolidabitque. Ipſi
gloria, ⁊ imperium in ſecula ſecu-
lorum. Amen. Graduale.
Inueni Dauid ſeruuʒ meũ: oleo
ſancto meo vnxi eũ: manus enim
mea auxiliabitur ei: ⁊ brachium
meum cõfortabit eum. ℣. Nihil
proficiet inimicus in eo: ⁊ filius
iniquitatis non nocebit ei.
Alleluia, alleluia. ℣ Jurauit dõ
minus: ⁊ non penitebit eum: tu
es ſacerdos in ęternum ſecunduʒ
ordinez Melchiſedec. Alleluia.

Sequentia ſancti euangelij
ſecundum Lucam.



In illo tem- ca.
pore: Facta 22.
eſt contentio inter
diſcipulos, quis eo
rum videretur eſſe
maior. Dixit autez
eis Jeſus. Reges
gentium dominantur eorum: ⁊
qui poteſtatem habent ſuper eos
benefici vocantur. Uos autem
non ſic. Sed qui maior eſt in
vobis, fiat ſicut minor: ⁊ qui prę-
ceſſor eſt, ſicut miniſtrator. Nam
quis maior eſt: qui recumbit, 27
an qui miniſtrat? Nonne qui re-
cumbit? Ego autem in medio
veſtrum ſum, ſicut qui miniſtrat.
Uos autem eſtis, qui permanſi-
ſtis mecum in tentationibus meis.
Et ego diſpono vobis, ſicut
diſpoſuit mihi pater meus, re-
gnum: vt edatis ⁊ bibatis ſu-
per menſam meam in regno
meo: ⁊ ſedeatis ſuper thronos,
iudicantes duodecim tribus
Iſrael. Offertorium. Ue-
ritas mea ⁊ miſericordia mea
cum ipſo: ⁊ in nomine meo exal-
tabitur

tabitur cornu eius. Secreta. Reſpice domine propitius ſuper hęc munera: quę pro beati ſacerdotis, ⁊ martyris tui Apollinaris commemoratione deferimus, ⁊ pro noſtris offenſionibus immolamus. Per dominum. Communio. Domine quinque talenta tradidiſti mihi: ecce alia quinque ſuperlucratus ſum: euge ſerue fidelis, quia in pauca fuiſti fidelis, ſupra multa te conſtituam, intra in gaudium domini tui.

Poſtcom.

Tua ſancta ſumentes, quęſumus domine: vt beati Apollinaris nos foueant continuata pręſidia: quia non deſinis propitius intueri, quos talibus auxilijs conceſſeris adiuuari. Per dominum noſtrum.

die. 24. ¶ Miſſa vigilię ſancti Jacobi dicatur de communi in vigilia vnius Apoſtoli. Et pro commemoratione ſanctę Chriſtinę virginis ⁊ martyris, dicitur oratio. Indulgentiam. cum ſua ſecreta, ⁊ poſtcommunione de communi virg. ⁊ mart. folio. 584. Et tertia oratio dicitur de ſancta Maria. Concede quęſumus.

¶ Si feſtum ſancti Jacobi venerit feria 2. de vigilia fit commemoratione in Miſſa ſancti Apollinaris, ⁊ de ſancta Chriſtina in Dominica.

¶ In feſto ſancti Jacobi apoſtoli. Introitus. die. 25.

Mihi autem nimis honorati ſunt amici tui deus, nimis confortatus eſt principatus eorum. Pſalmus. Domine probaſti me, ⁊ cognouiſti me: tu cognouiſti ſeſſionem meã, ⁊ reſurrectionem meam. ℣. Gloria patri, ⁊ filio ⁊ ſpiritui ſancto. Oratio.

Eſto domine plebi tuę ſanctificator ⁊ cuſtos: vt, apoſtoli tui Jacobi munita pręſidijs, ⁊ conuerſatione tibi placeat, ⁊ ſecura mente deſeruiat. Per dominum noſtrum. In miſſis priuatis pro cõmemoratione ſancti Chriſtophori martyris, Oratio. Pręſta quęſumus omnipotens deus. de communi vnius martyris. folio. 556. In Miſſa ſollemni nulla commemoratio fit de eodem.

Lectio epiſtolę beati Pauli apoſtoli ad Corinthios.

Fratres: Puto, quod deus nos apoſtolos nouiſſimos oſtendit, tanquam morti deſtinatos: quia ſpectaculum facti ſumus mundo, ⁊ angelis, ⁊ hominibus. Nos ſtulti propter Chriſtum: 1.Co. 4.

ſtum: vos autem prudentes in Chriſto. Nos infirmi: vos autē fortes. Vos nobiles: nos autem ignobiles. Uſq; in hanc horam ⁊ eſurimus, ⁊ ſitimus, ⁊ nudi ſumus, ⁊ colaphis cedimur, ⁊ inſtabiles ſumus, ⁊ laboramus operantes manibus noſtris. Maledicimur: ⁊ benedicimus. Perſecutionem patimur: ⁊ ſuſtinemus. Blaſphemamur: ⁊ obſecramus. Tanquā purgamenta huius mundi facti ſumus, omnium peripſema vſq; adhuc. Non vt confundā vos, hec ſcribo: ſed vt filios meos chariſſimos moneo. Nā ſi decem millia pedagogorum habeatis in Chriſto, ſed non multos patres. Nā in Chriſto Jeſu, per euangeliū ego vos genui. Gradu. Conſtitues eos principes ſuper omnē terrā: memores erunt nominis tui domine. ℣. Pro patribus tuis nati ſunt tibi filij, propterea populi cōfitebuntur tibi. Alleluia, allel. ℣. Ego vos elegi de mundo, vt eatis ⁊ fructum afferatis, ⁊ fructus veſter maneat. Alleluia.

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Mattheum.



ca. 20. In illo tempore: Acceſſit ad Jeſū mater filiorū Zebedei cū filijs ſuis, adorans ⁊ petens aliquid ab eo. Qui dixit ei. Quid vis? Ait illi. Dic, vt ſedeāt hi duo filij mei, vnus ad dexteram tuam, ⁊ vnus ad ſiniſtram in regno tuo. Reſpondens autem Jeſus, dixit. Neſcitis quid petatis. Poteſtis bibere calicē, quem ego bibiturus ſum? Dicūt ei. Poſſumus. Ait illis. Calicem quidem meum bibetis: ſedere autem ad dexteram meā ⁊ ſiniſtrā, non eſt meum dare vobis: ſed quibus paratum eſt a patre meo. Dicitur, Credo. Offertorium. In omnem terram exiuit ſonus eorum, ⁊ in fines orbis terre verba eorum.

Secreta.

Oblationes populi tui, queſumus domine, beati apoſtoli tui Jacobi paſſio beata conciliet: ⁊ que noſtris non apta ſunt meritis, fiant tibi placita eius deprecatione. Per dominum.

Prefatio de apoſtolis. Cōmu. Vos, qui ſecuti eſtis me, ſedebitis ſuper ſedes, iudicantes duodecim tribus Iſrael. Poſtcom.

Beati apoſtoli tui Jacobi, queſumus domine, interceſſione nos adiuua: pro cuius feſtiuitate percepimus tua ſancta letantes. Per dominum noſtrum.

¶ Sancti Pantaleonis martyris, Miſſa. Letabitur iuſtus. de cōmuni vnius marty. fo. 565 die 27.

¶ In feſto ſanctorum Nazarij, Celſi, ⁊ Victoris martyrū, ⁊ Innocentij Pape, ⁊ Confeſſoris, Miſſa die 28.

Miſſa. Timet in cõſpectu tuo. cum Epiſtola: Reddidit deus mercedem. de communi plurimorum martyrum. folio. 568. pręter orationes, quę dicuntur vt ſequitur. Oratio.

Sanctorum tuorum nos domine Nazarij, Celſi, Victoris, & Innocentij confeſſio beata communiat: & fragilitati noſtrę ſubſidium dignanter exoret. Per dominum. Secreta.

Concede nobis omnipotens deus: vt his muneribus, quę pro ſanctorum tuorũ Nazarij, Celſi, Victoris, & Innocentij honore deferimus: & te placemus exhibitis, & nos viuificemur acceptis. Per dominum noſtrum Jeſum Chriſtum.

Poſtcom.

Sanctorum Nazarij, Celſi, Victoris, & Innocentij domine interceſſione placatus: pręſta quęſumus: vt, quod temporali celebramus actione, perpetua ſaluatione capiamus. Per dominum noſtrum.

die 29. C Sanctę Marthę virginis. Introitus.

Dilexiſti iuſtitiam, & odiſti iniquitatem: propterea vnxit te deus, deus tuus oleo letitię, pre conſortibus tuis. Pſalm. Eructauit cor meũ verbum bonũ: dico ego opera mea regi. Gloria. Oratio.

Exaudi nos deus ſalutaris noſter: vt ſicut de beatę Marthę virginis feſtiuitate gaudemus, ita pię deuotionis erudiamur affectu. Per dominum noſtrum Jeſum Chriſtum.

Pro cõmemoratione ſanctorum martyrum Felicis, Simplicij, Fauſtini, & Beatricis. Oratio.

Preſta, quęſumus domine: vt, ſicut populus Chriſtianus martyrum tuorum Felicis, Simplicij, Fauſtini, & Beatricis temporali ſollemnitate congaudet, ita perfruatur ęterna: & quod votis celebrat, comprehendat effectu. Tertia oratio. A cunctis. Epiſtola. Qui gloriatur, in domino glorietur. de communi virginum. folio. 586. Graduale.

Specie tua, & pulchritudine tua: intende, proſpere, pcede, & regna. V. Propter veritatem, & manſuetudinem, & iuſtitiam, & deducet te mirabiliter dextera tua. Alleluia, alleluia. V. Adducentur regi virgines poſt eam: proximę eius offerentur tibi in lętitia, Alleluia. Euange. Intrauit Jeſus in quoddã caſtellum. vt in feſto Aſſumptionis beatę Marię. Offertorium. Filię regum in honore tuo: aſtitit regina a dextris tuis in veſtitu deaurato, circundata varietate.

Secre

Secreta.

ACcepta tibi ſit domine ſacrate plebis oblatio pro tuorum honore ſanctorum: quorum ſe meritis de tribulatione percepiſſe cognoſcit auxilium. Per dominum noſtrum.

Pro commemoratione ſanctorum martyrū Felicis, Simplicij, Fauſtini et Beatricis. Secreta.

HOſtias tibi domine pro ſanctorum martyrum tuorū Felicis, Simplicij, Fauſtini, et Beatricis commemoratione deferimus ſuppliciter deprecantes: vt indulgentiam nobis pariter conferant, et ſalutem. Communio.

Quinque prudentes virgines acceperunt oleum in vaſis ſuis cum lampadibus: media autem nocte clamor factus eſt, ecce ſponſus venit, exite obuiam Chriſto domino. Poſtcom.

SAtiaſti domine familiam tuam muneribus ſacris: eius queſumus ſemper interuentione nos refoue, cuius ſollemnia celebramus. Per dominum noſtrum Jeſum Chriſtum.

Pro cōmemoratione ſanctorū martyrū Felicis, Simplicij, Fauſtini et Beatricis. Poſtcom.

PReſta queſumus omnipotens deus: vt ſanctorum martyrum tuorum Felicis, Simplicij, Fauſtini et Beatricis celeſtibus myſterijs celebrata ſollēnitas, indulgentiam nobis tue propitiationis acquirat.

Sanctorum martyrum Abdon et Sennen. Introitus. die 30.

INtret in conſpectu tuo domine gemitus compeditorum: redde vicinis noſtris ſeptuplum in ſinu eorum: vindica ſanguinem ſanctorum tuorum, qui effuſus eſt. Pſalmus. Deus venerunt gentes in hereditatem tuam: polluerunt templum ſanctum tuum: poſuerunt Hieruſalem in pomorum cuſtodiam. ℣. Gloria pa.

Oratio.

DEus qui ſanctis tuis Abdon et Sennen ad hāc gloriam veniendi copioſum munus gratie contuliſti: da famulis tuis ſuorum veniam peccatorū: vt, ſanctorum tuorum intercedentibus meritis, ab omnibus mereantur aduerſitatibus liberari. Per dn̄m.

Epiſtola. Exhibeamus nōſmet ipſos. de communi plurimorum martyrum. fol. 568. Graduale.

Glorioſus deus in ſanctis ſuis: mirabilis in maieſtate: faciens prodigia. ℣. Dextera tua domine glorificata eſt in virtute: dextera manus tua cōfregit inimicos. Alleluia, alleluia. ℣. Juſtorum anime in manu dei ſunt: et nō tanget illos tormentū malitie. Alleluia.

Euang. Videns Jeſus turbas. de eodem communi. folio. 569.
Offerto. Mirabilis deus in ſanctis ſuis: deus Iſrael ipſe dabit virtutem, ⁊ fortitudinem plebi ſuę: benedictus deus.

Secreta.

HAec hoſtia, quęſumus domine, quam in ſanctorum martyrum tuorum natalitijs recenſentes offerimus, ⁊ vincula noſtrę prauitatis abſoluat, ⁊ tuę nobis miſericordię dona cõciliet. Per dominum noſtrum.

Communio. Poſuerunt mortalia ſeruorum tuorum dñe eſcas volatilibus celi: carnes ſanctorũ tuorum beſtijs terrę: ſecundum magnitudinem brachij tui poſſide filios morte punitorum.

Poſtcom.

PEr huius domine operationem myſterij, ⁊ vitia noſtra purgentur, ⁊ intercedentibus ſanctis tuis Abdon, ⁊ Sennen, iuſta deſideria compleantur. Per dominum noſtrum Jeſum.

¶ Feria Auguſti.

die 1. ¶ In feſto ſancti Petri ad vincula. Introitus.

NUnc ſcio vere, quia miſit dominus angelum ſuum, ⁊ eripuit me de manu Herodis, ⁊ de omni expectatione plebis Judęorum. Pſalmus. Domine probaſti me, ⁊ cognouiſti me: tu cognouiſti ſeſſionem meam, ⁊ reſurrectionem meam. ℣. Gloria patri, ⁊ filio ⁊ ſpiritui ſancto.

Oratio.

DEus, qui beatum Petrum apoſtolum, a vinculis abſolutum, illęſum abire feciſti: noſtrorum, quęſumus, abſolue vincula peccatorum: ⁊ omnia mala a nobis propitiatus exclude. Per dominum noſtrum Jeſum.

Deinde fit commemoratio de ſancto Paulo. Oratio.

DEus, qui multitudinẽ gentium beati Pauli apoſtoli prędicatione docuiſti: da nobis, quęſumus: vt cuius commemorationem colimus, eius apud te patrocinia ſentiamus. Per dominum noſtrum Jeſum Chriſtum.

Pro commemoratione ſanctorum martyrum Machabeorum. Oratio.

FRaterna nos domine martyrum tuorum corona lętificet: quę ⁊ fidei noſtrę prębeat incrementa virtutum, ⁊ multiplici nos ſuffragio conſoletur. Per.

Epiſtola. Miſit Herodes rex manus. vt in feſto apoſtolorum Petri ⁊ Pauli. Graduale.

COnſtitues eos principes ſuper omnem terram: memores erunt nominis tui domine. ℣. Pro patribus tuis nati ſunt tibi filij: propterea populi cõfitebuntur tibi.

Alleluia,

Alleluia, alleluia. ℣. Solue iubente deo terrarum Petre catenas: qui facis, vt pateant celeſtia regna beatis, Alleluia. Euange.

Venit Jeſus in partes Ceſaree Philippi, ibidem vbi ſupra capitu/lo. Et dicitur Credo. Offertorium. Conſtitues eos principes ſuper omnem terram: memores erunt nominis tui domine in omni progenie ⁊ generatione.

Secreta.

Oblatū tibi dn̄e ſacrificiū, intercedente beato Petro apoſtolo tuo, viuificet nos ſemper ⁊ muniat. Per dominum.

Pro ſancto Paulo. Secreta.

Apoſtoli tui Pauli precibus dn̄e plebis tue dona ſanctifica: vt, que tibi tuo grata ſunt inſtituto, gratiora fiant patrocinio ſupplicantis.

Pro commemoratione ſanctorum martyrum Machabeorum. Secreta.

Iterata myſteria domine, pro ſanctorum martyrum tuorū commemoratione, deuota mente tractem⁹: quibus preſidiū nobis creſcat, ⁊ gaudium. Per.

Prefatio de apoſtolis. Comu.

Tu es Petrus: ⁊ ſuper hanc petram edificabo eccleſiam meam.

Poſtcom.

Corporis ſacri, ⁊ pretioſi ſāguinis repleti libamine, que ſumus dn̄e deus noſter: vt quod pia deuotione gerimus, certa redēptione capiamus. Per dominum noſtrum Jeſum Chriſtum.

Pro ſancto Paulo. Poſtcom.

Perceptis domine ſacramētis, beatis apoſtolis interuenientibus deprecamur: vt que pro illorū celebrata ſunt gloria, nobis proficiant ad medelam.

Pro comemoratione ſanctorū Machabeorum. Poſtcom.

Preſta, queſumus, omnipotens deus: vt, quorum memoriam ſacramenti participatione recolimus, fidem quoq; proficiendo ſectemur. Per dn̄m.

¶ Sancti Stephani Pape, ⁊ martyris. Introitus. ole 2.

Sacerdotes eius induāt ſalutari; ⁊ ſācti eius exultatione exultabūt. Pſal. Memento domine Dauid, ⁊ omnis manſuetudinis eius. ℣. Gloria patri. Oratio.

Deus, qui nos beati Stephani martyris tui atque pontificis annua ſollemnitate letificas: cōcede propitius: vt, cuius natalitia colimus, de eiuſdē etiā protectione gaudeamus. Per.

Lectio Actuum apoſtolorum.

In diebus illis. A Mileto Paulus mittēs Epheſū: ca. 20.
vocauit maiores natu eccleſie. Qui cum veniſſent ad eum, ⁊ ſi/

ſimul eſſent, dixit eis. Vos ſcitis a prima die qua ingreſſus ſum in Aſiam, qualiter vobiſcū per omne tempus fuerim, ſeruiens domino cum omni humilitate ⁊ lachrymis, ⁊ tentationibus que mihi acciderunt ex inſidijs Judeorum: quomodo nihil ſubtraxerim vobis vtilium, quominus annunciarem vobis, ⁊ docerem vos publice, ⁊ per domos, teſtificans Judeis atque gentilibus in deū penitentiam, ⁊ fidem in dominum noſtrum Jeſum Chriſtum. Graduale. Ecce ſacerdos magnus, qui in diebus ſuis placuit deo. ℣. Non eſt inuentus ſimilis illi, qui conſeruaret legem excelſi. Alleluia, alleluia. ℣. Tu es ſacerdos in eternum, ſecundum ordinem Melchiſedec. Alleluia. Euange. Si quis vult venire poſt me. de cōmuni vnius martyris pontificis, folio. 554. Offertorium. Inueni Dauid ſeruum meum: oleo ſancto meo vnxi eum: manus enim mea auxiliabitur ei: ⁊ brachium meum confortabit eum. Secreta.

Munera tibi domine dicata ſanctifica: ⁊ intercedente beato Stephano martyre tuo atque pontifice, per eadem nos placatus intende. Per dominum noſtrum Jeſum Chriſtum. Communio. Domine quinque talenta tradidiſti mihi: ecce alia quinque ſuperlucratus ſum: euge ſerue fidelis: quia in pauca fuiſti fidelis, ſupra multa te conſtituam: intra in gaudium domini tui. Poſtcom.

Hec nos communio domine purget a crimine: ⁊ intercedente beato Stephano martyre tuo atque pontifice, celeſtis remedij faciat eſſe conſortes. Per dominum noſtrum.

¶ In inuentione ſancti Stephani protomartyris, ad Miſſā omnia dicitur de natali eius. fol. 26. Et vbi dicitur in oratione Natalitia celebramus, dicat Inuentionem celebramus. die 3.

¶ In feſto ſancti Dominici confeſſoris. Introitus. die 4.

Os iuſti meditabitur ſapientiam: ⁊ lingua eius loquetur iudicium: lex dei eius in corde ipſius. pſalmus. Noli emulari in malignantibus, neque zelaueris facientes iniquitatem. ℣. Gloria patri ⁊ filio. Oratio.

Deus, qui eccleſiam tuam, beati Dominici confeſſoris tui illuminare dignatus es meritis ⁊ doctrinis: concede: vt, eius interceſſione, temporalibus non deſtituatur auxilijs, ⁊ ſpiritualibus ſemper proficiat incrementis. Per dominum. Epiſtola. Teſtificor coram deo,

deo. de communi Doctorum. folio. 575. Graduale. Iuſtus vt palma florebit: ſicut cedrus libani, multiplicabitur in domo domini. ℣. Ad annunciandum mane miſericordiam tuam, ⁊ veritatem tuam per noctem. Alleluia, alleluia. ℣. Iuſtus germinabit ſicut lilium: ⁊ florebit in ęternum ante dominum. Alleluia. Euange. Sint lumbi veſtri pręcincti. de communi confeſſorum nõ pontificum. fo. 578. Offertorium. Veritas mea ⁊ miſericordia mea cum ipſo: ⁊ in nomine meo exaltabitur cornu eius.

Secreta.

Munera tibi domine dicata ſanctifica: vt meritis beati Dominici confeſſoris tui, nobis proficiant ad medelam. Per dominum. Communio. Fidelis ſeruus, ⁊ prudens, quem conſtituit dominus ſuper familiam ſuam: vt det illis in tempore tritici menſuram.

Poſtcom.

Concede, quęſumus omnipotens deus: vt, qui peccatorum noſtrorum pondere premuntur, beati Dominici confeſſoris tui patrocinio ſubleuemur. Per dominum.

die 5 ¶ In dedicatione ſanctę Marię ad Niues, Miſſa. Salue ſancta parens. vt in miſſis votiuis beatę Marię virginis a Penteconſte vſq; ad Aduentum. fo. 609. Et dicitur, Credo. Pręfatio de ſancta Maria.

¶ In feſto Transfigurationis Domini noſtri Ieſu Chriſti. Introitus. die 6.

Illuxerunt coruſcationes tuę orbi terrę: commota eſt, ⁊ contremuit terra. Pſalmus. Quam dilecta tabernacula tua domine virtutum: concupiſcit, ⁊ deficit anima mea in atria domini. ℣. Gloria patri.

Oratio.

Deus, qui fidei ſacramenta, in vnigeniti tui glorioſa Transfiguratione patrum teſtimonio roboraſti: ⁊ adoptionem filiorum perfectam, voce delapſa in nube lucida, mirabiliter pręſignaſti: concede propitius: vt ipſius regis glorię nos coheredes efficias, ⁊ eiuſdem glorię tribuas eſſe conſortes. Per eundem dominum noſtrum.

Pro commemoratione ſanctorum martyrum Xiſti, Feliciſſimi, ⁊ Agapiti. Oratio.

Deus, qui nos concedis ſanctorum martyrum tuorum Xiſti, Feliciſſimi, ⁊ Agapiti natalitia colere: da nobis in ęterna beatitudine de eorum ſocietate gaudere. Per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum.

Lectio epiſtole beati Pe-tri apoſtoli.

Chariſſimi: Non doctas fa
2.c. bulas ſecuti, notū fecimus
1. vobis domini noſtri Jeſu Chriſti virtutem ⁊ preſentiam: ſed ſpeculatores facti illius magnitudinis. Accipiens enim a deo patre honorem ⁊ gloriam, voce ad euꝫ delapſa huiuſmodi a magnifica gloria. Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi complacui: ipſum audite. Et hanc vocem nos audiuimus de celo allatam: cum eſſemus cum ipſo in mōte ſancto. Et habemus firmiorem propheticum ſermonem: cui bene facitis attendentes, quaſi lucerne lucenti in caliginoſo loco: donec dies illuceſcat, ⁊ lucifer oriatur in cordib⁹ veſtris. Graduale. Speciosus forma pre filijs hominum: diffuſa eſt gratia in labijs tuis. ℣. Eructauit cor meū verbum bonū: dico ego opera mea regi. Alleluia alleluia. ℣. Candor eſt lucis eterne: ſpeculum ſine macula: ⁊ imago bonitatis illius. Alleluia.

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Mattheum.

ca.
17. 

In illo tempore. Aſſumpſit Jeſus Petrū, ⁊ Jacobum, ⁊ Joānem fratrem eius: ⁊ duxit illos in montem excelſum ſeorſum: ⁊ transfiguratus eſt ante eos. Et reſplenduit facies eius ſicut ſol: veſtimenta autem eius facta ſunt alba ſicut nix. Et ecce, apparuerunt illis Moyſes ⁊ Elias cum eo loquentes. Reſpondens autem Petrus, dixit ad Jeſum. Domine, bonum eſt nos hic eſſe. Si vis, faciamus hic tria tabernacula: tibi vnum, Moyſi vnuꝫ, ⁊ Elie vnum. Adhuc eo loquente, ecce nubes lucida obumbrauit eos. Et ecce vox de nube, dicēs. Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui: ipſum audite. Et audientes diſcipuli, ceciderunt in faciem ſuam: ⁊ timuerunt valde. Et acceſſit Jeſus, ⁊ tetigit eos: dixitque eis. Surgite, ⁊ nolite timere. Leuantes autem oculos ſuos, neminem viderunt, niſi ſolum Jeſum. Et deſcēdentibus illis de monte, precepit eis Jeſus, dicens. Nemini dixeritis viſionem: donec filius hominis a mortuis reſurgat. Dicitur, Credo. Offertorium. Gloria ⁊ diuitie in domo eius: ⁊ iuſtitia eius manet in ſeculum ſeculi, Alleluia.

Secreta.

Oblata, queſumus domine, munera, glorioſa vnigeniti tui Transfiguratione ſanctifica: noſque a peccatorum maculis, ſplendoribus ipſius illuſtrationis emunda. Per eundem dominum

minum noſtrum Jeſum Chriſtum filium tuum.

Pro commemoratione ſanctorum martyrum Xiſti, Feliciſſimi, & Agapiti. Secreta.

Munera tibi domine noſtrę deuotionis offerimus: quę pro tuorum grata ſint honore iuſtorum: & nobis ſalutaria te miſerante reddantur. Per dominuȝ noſtrum Jeſum Chriſtum.

Prefatio de natiuitate Domini.

Communio. Viſionem quam vidiſtis, nemini dixeritis: donec a mortuis reſurgat filius hominis.

Poſtcom.

Preſta, quęſumus, omnipotens deus: vt ſacroſancta Transfigurationis myſteria, quę ſollemni celebramus officio, purificatę mentis intelligentia conſequamur. Per dominum noſtrum Jeſum Chriſtum.

Pro commemoratione ſanctorum martyrum Xiſti, Feliciſſimi & Agapiti. Poſtcom.

Preſta nobis, quęſumus domine, intercedentibus ſanctis tuis Xiſto, Feliciſſimo & Agapito: vt quę ore contingimus: pura mente capiamus. Per dominum noſtrum Jeſum Chriſtum filium tuum.

Sancti Donati epiſcopi & martyris. Introitus. die 7.

Sacerdotes dei benedicite dominum: ſancti & humiles corde laudate deum. Pſalmus. Benedicite omnia opera domini domino: laudate & ſuperexaltate eum in ſecula. ℣. Gloria patri & filio.

Oratio.

Deus tuorũ gloria ſacerdotum: preſta, quęſumus: vt ſancti martyris tui & epiſcopi Donati, cuius feſta gerimus, ſentiamus auxilium. Per dominum.

Epiſtola. Omne gaudium exiſtimate fratres mei. de communi vnius martyris. f. 558. Gradua. Os iuſti meditabitur ſapientiaȝ: & lingua eius loquetur iudicium. ℣. Lex dei eius in corde ipſius: & nõ ſupplãtabuntur greſſus eius. Alleluia, alleluia. ℣. Juſtus nõ conturbabitur: quia dñs firmat manuȝ eius. Alleluia. Euange. Videte, & vigilate. de communi confeſſorum pontificuȝ. fol. 575. Offertorium. Inueni Dauid ſeruum meum: oleo ſancto meo vnxi eum: manus enim mea auxiliabitur ei: & brachium meum confortabit eum. Secreta.

Preſta, quęſumus domine: vt ſancti martyris tui & epiſcopi

ſcopi

ſcopi Donati interceſſione, queȝ ad laudem nominis tui dicatis muneribus honoramus, pię nobis fructus deuotionis accreſcat. Per dominum. Communio. Fidelis ſeruus ⁊ prudens: queȝ conſtituit dominus ſuper familiam ſuam: vt det illis in tempore tritici menſuram.

Poſtcom.

Omnipotens, ⁊ miſericors deus, qui nos ſacramentorum tuorum ⁊ participes efficis, ⁊ miniſtros: pręſta quęſumus: vt intercedente beato Donato martyre tuo atque pontifice, eiuſdem proficiamus ⁊ fidei conſortio, ⁊ digno ſeruitio. Per dominum noſtrum.

die. 8. In feſto Sanctorum martyrum Cyriaci, Largi, ⁊ Smaragdi. Introitus.

Timete dominum omnes ſancti eius: quoniam nihil deeſt timentibus euȝ: diuites eguerunt, ⁊ eſurierunt: inquirentes autem dominum non deficient omni bono. Pſalmus. Benedicam dominum in omni tempore: ſemper laus eius in ore meo. ℣. Gloria patri, ⁊ filio ⁊ ſpiritui ſancto.

Oratio.

Deus, qui nos annua beatorum martyrum tuorum Cyriaci, Largi, ⁊ Smaragdi ſollemnitate lętificas: concede propitius: vt quorum natalitia colimus, virtutem quoque paſſionis imitemur. Per dominuȝ noſtrum Jeſum Chriſtum.

Lectio epiſtolę beati Pauli apoſtoli ad Theſſalonicenſes.

Fratres: Gratias agimuſ 1. c.
deo ſine intermiſſione: 2.
quoniam cum accepiſſetis a nobis verbum auditus dei, accepiſtis illud non vt verbum hominum, ſed ſicut eſt vere verbuȝ dei, qui operatur in vobis qui crediditis. Vos enim imitatores facti eſtis, fratres, eccleſiarum dei qui ſunt in Judęa, in Chriſto Jeſu: quia eadem paſſi eſtis ⁊ voſ a contribulibuſ veſtris, ſicut ⁊ ipſi a Judeis: qui ⁊ dominum occiderunt Jeſuȝ, ⁊ prophetas, ⁊ nos perſequuti ſunt: ⁊ deo non placent: ⁊ omnibus hominibus aduerſantur. Prohibentes nos gentibus loqui, vt ſalui fiant: vt impleant peccata ſua ſemper. Peruenit enim ira dei ſuper illos vſque in finem.

Graduale. Timete dominum omnes ſancti eius: quoniam nihil deeſt timentibus eum. ℣. Inquirentes autem dominum, non deficient omni bono. Alleluia, alleluia. ℣. Fulgebunt iuſti: ⁊ tanquam ſcintillę in arundineto diſcurrent in ęternum. Alleluia.

Sequen-

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Marcum.



ca. 16. In illo tempore. Dixit Jeſus diſcipulis ſuis. Euntes in mundum vniuerſum, prędicate euãgelium omni creature. Qui crediderit ⁊ baptizatus fuerit: ſaluus erit. Qui vero non crediderit: condemnabitur. Signa autem eos qui crediderint, hęc ſequentur. In nomine meo dęmonia eijcient: linguis loquentur nouis: ſerpentes tollent: ⁊ ſi mortiferum quid biberint, non eis nocebit: ſuper ęgros manus imponent, ⁊ bene habebunt. Offertorium. Lętamini in domino, ⁊ exultate iuſti: ⁊ gloriamini omnes recti corde.

Secreta.

Accepta ſit in conſpectu tuo domine noſtra deuotio: ⁊ eorum nobis fiat ſupplicatione ſalutaris, pro quorum ſollemnitate defertur. Per dominum noſtrum. Communio.

Signa autem eos qui in me credunt, hęc ſequentur: dęmonia eijcient: ſuper ęgros manus imponent, ⁊ bene habebunt.

Poſtcom.

Refecti participatione muneris ſacri, quęſumus, domine deus noſter, vt cuius exequimur cultum, intercedentibus ſanctis Martyribus tuis Cyriaco, Largo ⁊ Smaragdo, ſentiamus effectum. Per dominum noſtrum Jeſum Chriſtum filium tuum.

¶ In vigilia ſancti Laurentij martyris. Introitus. die 9.

Diſperſit dedit pauperibus: iuſtitia eius manet in ſeculuꝫ ſeculi: cornu eius exaltabitur in gloria. pſalmus. Beatus vir qui timet dominum: in mandatis eius volet nimis. ℣. Gloria patri, ⁊ filio ⁊ ſpiritui ſancto.

Oratio.

Adeſto domine ſupplicationibus noſtris: ⁊ interceſſione beati Laurentij martyris tui: cuius pręuenimus feſtiuitatem, perpetuam nobis miſericordiam benignus impende. Per dominum noſtrum.

Pro commemoratione ſancti Romani martyris. Oratio.

Preſta quęſumus omnipotens deus: vt intercedente beato Romano martyre tuo, ⁊ a cunctis aduerſitatibus liberemur in corpore, ⁊ a prauis cogitationibus mundemur in mente. Per dominum. Tertia oratio de ſancta Maria. Concede. Si feſtum ſancti Laurentij venerit feria ſecunda de vigilia fit comme-

commemoratio in ſabbato, ꝛ de ſancto Romano in dominica, Ubi autem fuerit eccleſia collegiata, in ſabbato dicatur etiam miſſa de vigilia.

Lectio libri Sapientie.

Eccl. 51. Confitebor tibi domine rex, ꝛ collaudabo te deum ſaluatorem meum. Confitebor nomini tuo: quoniam adiutor ꝛ protector factus es mihi: ꝛ liberaſti corpus meum a perditione: a laqueo lingue inique, ꝛ a labiis operantium mendacium: ꝛ in conſpectu perſequentium factus es mihi adiutor. Et liberaſti me ſecundum multitudinem miſericordie nominis tui a rugientibus preparatis ad eſcam, de manibus querentium animam meam: ꝛ de portis tribulationum que circundederunt me: a preſſura flamme que circundedit me: ꝛ in medio ignis non ſum eſtuatus. De altitudine ventris inferi: ꝛ a lingua coinquinata, ꝛ a verbo mendacii: a rege iniquo: ꝛ a lingua iniuſta. Laudabit vſque ad mortem anima mea dominum: quoniam eruis ſuſtinentes te: ꝛ liberas eos de manu anguſtie, domine deus noſter. Graduale.

Diſperſit dedit pauperibus: iuſtitia eius manet in ſeculum ſeculi. ℣. Potens in terra erit ſemen eius: generatio rectorum benedicetur. Euangelium. Si quis vult venire poſt me. De communi vnius martyris. folio. 554.

Offertorium. Oratio mea munda eſt: ꝛ ideo peto, vt detur locus voci mee in celo: quia ibi eſt iudex meus, ꝛ conſcius meus: in excelſo aſcendat ad dominum deprecatio mea.

Secreta.

Hoſtias domine, quas tibi offerimus, propitius ſuſcipe: ꝛ intercedente beato Laurentio martyre tuo, vincula peccatorum noſtrorum abſolue. Per dominum noſtrum Jeſum Chriſtum.

Pro commemoratione ſancti Romani martyris. Secreta.

Accepta ſit in conſpectu tuo domine noſtra deuotio: ꝛ eius nobis fiat ſupplicatione ſalutaris, pro cuius ſollemnitate defertur.

Tertia de S. Maria. Commu.

Qui vult venire poſt me, abneget ſemetipſum: ꝛ tollat crucem ſuam, ꝛ ſequatur me. Poſtcom.

Da, queſumus, domine deus noſter: vt, ſicut beati Laurentii martyris tui commemoratione, temporali gratulamur officio: ita perpetuo letemur aſpectu. Per dominum noſtrum Jeſum Chriſtum filium tuum.

Pro commemoratione ſancti Romani martyris. Poſtcom.

Refecti participatione muneris ſacri, queſumus, domine

mine deus noſter: vt cuius exequimur cultum, intercedente beato Romano martyre tuo, ſentiamus effectum. Tertia de ſancta Maria.

die 10. In feſto ſancti Laurentij martyris. Introitus.

COnfeſſio ⁊ pulchritudo in conſpectu eius: ſanctitas ⁊ magnificentia in ſãctificatione eius. pſalmus. Cantate domino canticum nouum: cantate domino omnis terra. ℣. Gloria patri, ⁊ filio ⁊ ſpiritui ſancto.

Oratio.

DA nobis, quęſumus omnipotens deus, vitiorum noſtrorum flammas extinguere: qui beato Laurẽtio tribuiſti tormentorum ſuorum incendia ſuperare. Per dominum noſtrum Jeſum Chriſtum filium tuum.

Lectio epiſtolę beati Pauli apoſtoli ad Corinthios.

2.C. 9. FRatres: Qui parce ſeminat, parce ⁊ metet. Et qui ſeminat in benedictionibus, de benedictionibus ⁊ metet: vnuſquiſque prout deſtinauit in corde ſuo: non ex triſtitia, aut ex neceſſitate. Hilarem enim datorem diligit deus. Potens eſt autem deus omnem gratiam abundare facere in vobis: vt in omnibus ſemper omnem ſufficientiam habentes, abundetis in omne opus bonum: ſicut ſcriptum eſt. Diſperſit, dedit pauperibus: iuſtitia eius manet in ſeculum ſeculi. Qui autem adminiſtrat ſemen ſeminanti, ⁊ panẽ ad manducandum pręſtabit. Et multiplicabit ſemen veſtrum: ⁊ augebit incrementa frugum iuſtitię veſtre. Graduale. Probaſti domine cor meum: ⁊ viſitaſti nocte. ℣. Igne me examinaſti: ⁊ non eſt inuenta in me iniquitas. Alleluia, alleluia. ℣. Leuita Laurentius bonũ opus operatus eſt: qui per ſignum crucis cęcos illuminauit, Alleluia.

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Joannem.



IN illo tempore: Dixit Jeſus diſcipulis ſuis. Amen, amen ca. 12.
dico vobis: niſi granum frumenti cadens in terram, mortuum fuerit: ipſum ſolum manet. Si autẽ mortuũ fuerit: multũ fructum affert. Qui amat animam ſuam, perdet eam: ⁊ qui odit animam ſuã in hoc mundo, in vitam ęternam cuſtodit eam. Si quis mihi miniſtrat, me ſequatur: ⁊ vbi ego ſum, illic ⁊ miniſter meus erit. Si quis mihi miniſtrauerit: honorificabit eum pater meus, qui eſt in cęlis. non dicitur

dicitur Credo. [illegible] propria. [illegible] dominica. Offertorium. Confeſſio & pulchritudo in conſpectu eius: ſanctitas & magnificentia in ſanctificatione eius.

Secreta.

Accipe, queſumus domine, munera dignanter oblata: & beati Laurentij ſuffragantibus meritis, ad noſtre ſalutis auxilium prouenire concede. Per dominum.

Communio. Qui mihi miniſtrat, me ſequatur: & vbi ego ſum, illic & miniſter meus erit.

Poſtcommunio.

Sacro munere ſatiati, ſupplices te domine deprecamur: vt, quod debite ſeruitutis celebramus officio, intercedente beato Laurentio martyre tuo, ſaluationis tue ſentiamus augmentum: Per dominum noſtrum Jeſum Chriſtum filium tuum.

Infra octauam ſancti Laurentij fit idem officium quod in die: & poſt orationem diei dicitur oratione feſto ſimplici occurrente, tertia de ſancta Maria. Concede.

die 11, ¶ Pro commemoratione ſanctorum martyrum Tyburtij & Suſanne. Oratio.

Sanctorum martyrum tuorum Tyburtij & Suſanne nos domine foueant continuata preſidia: quia non deſinis propitius intueri, quos talibus auxilijs conceſſeris adiuuari. Per dominum noſtrum Jeſum Chriſtum filium tuum.

Tertia oratio de ſancta Maria. Concede. Si vero fuerit Dominica: tunc enim tertia oratio erit de ſanctis. Secreta.

Adeſto domine precibus populi tui: adeſto muneribus: vt, que ſacris ſunt oblata myſterijs, tuorum tibi placeant interceſſione ſanctorum. Per dominum noſtrum Jeſum.

Poſtcommunio.

Sumpſimus domine pignus redemptionis eterne: quod ſit nobis, queſumus, interuenientibus ſanctis martyribus tuis, vite preſentis auxilium, pariter & future. Per dominum noſtrum Jeſum Chriſtum filium tuum.

¶ Pro commemoratione [illegible] Clare virginis. Oratio. die 12,

Exaudi nos deus ſalutaris noſter: vt ſicut de beate Clare virginis feſtiuitate gaudemus: ita pie deuotionis erudiamur affectu. Tertia oratio de ſancta Maria. Concede. Secreta.

Accepta tibi ſit domine ſacrate plebis oblatio, pro tuorum honore ſanctorum: quorum ſe meritis percepiſſe de tribulatione cognoſcit auxilium.

Poſtcommunio.

Satiaſti domine familiam tuam muneribus ſacris, eius queſu-

queſumus ſemper interuentione nos refoue, cuius ſollemnia celebramus.

die 12. Pro commemoratione ſanctorum martyrum Hippolyti & Caſſiani.

Oratio.

Da, queſumus omnipotens deus: vt, beatorum martyrum tuorum Hippolyti & Caſſiani veneranda ſollemnitas, & deuotionem nobis augeat, & ſalutem. Commemoratio de ſancta Maria. Concede.

Secreta.

Reſpice domine munera populi tui ſanctorum feſtiuitate votiua: & tuę teſtificatio veritatis nobis proficiat ad ſalutē.

Poſtcom.

Sacramentorum tuorum domine communio ſumpta nos ſaluet: & in tuę veritatis luce confirmet.

¶ In vigilia aſſumptionis beatę Marię virginis.
die 14.

Introitus.

Vultum tuum deprecabuntur omnes diuites plebis: adducentur regi virgines poſt eā: proximę eius adducentur tibi, in lętitia & exultatione. Pſalmus. Eructauit cor meum verbum bonum: dico ego opera mea regi. Gloria patri & filio & ſpiritui ſancto. Kyrie. Gloria in excelſis deo.

Oratio.

Deus, qui virginalem aulam beatę Marię virginis, in qua habitares, eligere dignatus es: da, queſumus: vt ſua nos defenſione munitos, iucundos facias ſuę intereſſe feſtiuitati. Qui viuis & regnas cum deo patre in vnitate.

Pro commemoratione ſancti Laurentii. Oratio.

Da nobis, queſumus omnipotens deus, vitiorum noſtrorum flammas extinguere: qui beato Laurentio tribuiſti tormentorum ſuorum incendia ſuperare.

Deinde pro ſancto Euſebio confeſſore. Oratio.

Deus, qui nos beati Euſebij confeſſoris tui annua ſollemnitate lętificas: concede propitius: vt cuius natalitia colimus, per eius ad te exempla gradiamur. Per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuum.

Lectio libri ſapientię.

Ego quaſi vitis fructificaui ſuauitatem odoris: & flores mei, fructus honoris & honeſtatis. Ego mater pulchrę dilectionis, & timoris, & agnitionis, & ſan- ecc. 24.

cię ſpei. In me omnis gratia vię, ⁊ veritatis: in me omnis ſpes vitę, ⁊ virtutis. Tranſite ad me omnes qui concupiſcitis me: ⁊ a generationibus meis adimplemini. Spiritus enim meus ſuper mel dulcis: ⁊ hęreditas mea ſuper mel ⁊ fauum. Memoria mea in generatione ſeculorum. Qui edunt me, adhuc eſurient: ⁊ qui bibunt me, adhuc ſitient. Qui audiunt me, non confundentur: ⁊ qui operantur in me, non peccabunt. Qui elucidant me, vitam ęternam habebunt. Graduale. Benedicta ⁊ venerabilis es virgo Maria: quę ſine tactu pudoris inuenta es mater ſaluatoris. ℣. Virgo dei genitrix: quem totus non capit orbis, in tua ſe clauſit viſcera factus homo.

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Lucam.



ca. 11. In illo tempore: Loquēte Ieſu ad turbas: extollens vocem quędam mulier de turba dixit illi. Beatus venter qui te portauit: ⁊ vbera quę ſuxiſti. At ille dixit. Quinimmo, beati qui audiunt verbum dei, ⁊ cuſtodiunt illud. Offertorium. Beata es virgo Maria, quę omnium portaſti creatorem: genuiſti qui te fecit, ⁊ in ęternum permanes virgo. Secreta.

Munera noſtra, domine, apud clementiam tuam dei genitricis commendet oratio: quam idcirco de pręſenti ſeculo tranſtuliſti, vt pro peccatis noſtris apud te fiducialiter intercedat. Per eundem dominum noſtrum Ieſum Chriſtum.

Pro S. Laurentio. Secreta.

Accipe, quęſumus domine, munera dignanter oblata: ⁊ beati Lau[illegible]tij ſuffragantibus meritis, [illegible] noſtrę ſalutis auxilium prou[illegible] concede.

Pro comm[illegible]ratione ſancti Euſebij. Secreta.

Laudis tibi domine hoſtias immolamus, in tuorum cōmemoratione ſanctorum: quibus nos, ⁊ pręſentibus exui malis confidimus, ⁊ futuris. Per dominum noſtrum Ieſum.

Pręfatio communis. Cōmun.

Beata viſcera Marię virginis: quę portauerunt ęterni patris filium. Poſtcom.

Concede miſericors deus fragilitati noſtrę pręſidiū: vt, qui ſanctę dei genitricis feſtiuitatem pręuenimus, interceſſionis eius auxilio, a noſtris iniquitatibus reſurgamus. Per eundem dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuum.

Pro ſancto Laurentio. Poſtcō.

SAcro munere ſatiati, ſupplices te domine deprecamur: vt, quod debitę ſeruitutis celebramus officio, intercedente beato Laurentio martyre tuo, ſaluationis tuę ſentiamus augmētū.

Pro commemoratione ſancti Euſebii. Poſtcom.

REfecti cibo potuque celeſti, deus noſter, te ſupplices exoramus: vt in cuius hęc commemoratione percepimus, eius muniamur ⁊ precibus. Per dominum.

die 15. ¶ In Aſſumptione beatę Marię Virginis. Introitus.

GAudeamus omnes in domino, diem feſtum celebrantes ſub honore beatę Marię virginis: de cuius Aſſumptione gaudent Angeli: ⁊ collaudant filium dei.

Pſalmus. Eructauit cor meum verbum bonum: dico ego opera mea regi. ℣. Gloria patri, ⁊ filio ⁊ ſpiritui ſancto.

Oratio.

FAmulorum tuorum, quęſumus domine, delictis ignoſce: vt, qui tibi placere de actibus noſtris non valemus, genitricis filij tui domini noſtri interceſſione ſaluemur. Per eundem dominum noſtrum Jeſum Chriſtum.

Lectio libri Sapientie.

IN omnibus requiem quęſiui: ⁊ in hęreditate domini morabor. Tunc pręcepit, ⁊ dixit mihi creator omnium: ⁊ qui creauit me, requieuit in tabernaculo meo, ⁊ dixit mihi. In Jacob inhabita: ⁊ in Iſrael hęreditare: ⁊ in electis meis mitte radices. Et ſic in Sion firmata ſum: ⁊ in ciuitate ſanctificata ſimiliter requieui: ⁊ in Hieruſalem poteſtas mea. Et radicaui in populo honorificato: ⁊ in partes dei mei, hęreditas illius: ⁊ in plenitudine ſanctorum detentio mea. Quaſi cedrus exaltata ſum in Libano: ⁊ quaſi cypreſſus in monte Sion. Quaſi palma exaltata ſum in Cades: ⁊ quaſi plantatio roſę in Jericho. Quaſi oliua ſpecioſa in campis: ⁊ quaſi platanus exaltata ſum iuxta aquas. In plateis, ſicut cinnamomum, ⁊ balſamum aromatizans, odorem dedi. Quaſi myrra electa, dedi ſuauitatem odoris. ecc. 24.

Graduale. PRopter veritatem, ⁊ manſuetudinem, ⁊ iuſtitiam, deducet te mirabiliter dextera tua. ℣. Audi filia, ⁊ vide, ⁊ inclina aurem tuam: quia concupiuit rex ſpeciē tuam. Alleluia, alleluia. ℣. Aſſumpta eſt Maria in cęlum, gaudet exercitus angelorum. Alleluia.

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Lucam.



ca. 10. In illo tempore: Intrauit Jeſus in quoddam caſtellum: ⁊ mulier quedam Martha nomine, excepit illum in domum ſuam. Et huic erat ſoror nomine Maria: que etiam ſedens ſecus pedes dñi, audiebat verbum illius. Martha autem ſatagebat circa frequens miniſterium. Que ſtetit, ⁊ ait. Domine, non eſt tibi cure quod ſoror mea reliquit me ſolam miniſtrare? Dic ergo illi vt me adiuuet. Et reſpondens dixit illi dominus. Martha Martha, ſolicita es, ⁊ turbaris erga plurima. Porro, vnum eſt neceſſarium. Maria optimam partem elegit: que nõ auferetur ab ea. Dicitur. Credo. Offerto. Aſſumpta eſt Maria in celum: gaudent angeli: collaudantes benedicunt dominum Alleluia. Secreta.

Subueniat dñe plebi tue dei genitricis oratio: quam etſi pro cõditione carnis migraſſe cognoſcimus, in celeſti gloria apud te pro nobis intercedere ſentiamus. Per eundem dominum.

Prefatio de beata Maria.

Communio. Optimam partem elegit ſibi Maria: que non auferetur ab ea in eternum.

Poſtcom.

Menſe celeſtis participes effecti, imploramus clementiam tuam domine deus noſter: vt qui aſſumptionem dei genitricis colimus, a cunctis malis imminentibus, eius interceſſione liberemur. Per eundem dominũ.

Infra octauã Aſſumptionis beate virginis, ⁊ in eius octaua fit idẽ officium quod in die. Et infra octauam poſt orationem diei dicitur oratio de ſpiritu ſancto. Deus qui corda fidelium. tertia, Eccleſie. vel pro Papa. Et nõ fit de feſto: niſi fuerit duplex, vel ſemiduplex. De ſimplici autem fit tantum commemoratio.

¶ In octaua ſancti Laurentij. Introitus.

Probaſti domine cor meum, ⁊ viſitaſti nocte: igne me examinaſti, ⁊ non eſt inuenta in me iniquitas. Pſal. 16. Pſalmus. Exaudi domine iuſtitiam meam, intende deprecationem meam. ℣. Gloria patri, ⁊ filio.

Oratio.

Excita dñe in eccleſia tua ſpiritum, cui beatus Laurentius leuita ſeruiuit: vt, eodem nos repleti, ſtudeamus amare quod amauit, ⁊ opere exercere quod docuit. Per dominum. in vnitate eiuſdem.

Secreta

Et fit commemoratio de octa/ua Aſſumptionis beatę Marię. Epiſtola. Qui parce ſeminat. vt in feſto eiuſdem. Graduale. Gloria ⁊ honore coronaſti eū. ℣. Et cōſtituiſti eum ſuper ope/ra manuum tuarum. Alleluia, alleluia. ℣. Leuita Laurentius bonum opus operatus eſt, qui per ſignum crucis cęcos illumi/nauit, Alleluia. Euangelium. Niſi granum frumenti. vt in eius feſto. Et dicitur, Credo. Offertorium. In virtute tua domine lętabitur iuſtus, ⁊ ſuper ſalutare tuū exultabit vehemen/ter: deſiderium animę eius tri/buiſti ei.

Secreta.

Sacrificium noſtrū tibi do/mine, quęſumus, beati Lau/rentij precatio ſancta cōciliet: vt, cuius honore ſollemniter exhibe/tur, eius meritis efficiatur acce/ptum. Per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuum.

Communio. Qui vult venire poſt me, abneget ſemetipſum, ⁊ tollat crucem ſuam, ⁊ ſequatur me. Poſtcom.

Supplices te rogamus om/nipotens deus: vt, quos donis cęleſtibus ſatiaſti, interce/dente beato Laurentio martyre tuo, perpetua protectione cuſto/dias. Per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuum.

¶ [illegible] ſancti die
Agapiti martyris. Oratio. 18.

Lętetur eccleſia tua deus, beati Agapiti martyris tui confiſa ſuffragijs: atque eius pre/cibus glorioſis, ⁊ deuota perma/neat, ⁊ ſecura cōſiſtat. [illegible]. Deus qui cor/da fidelium. Secreta.

Suſcipe domine munera, quę in eius tibi ſollemnita/te deferimus, cuius nos confidi/mus patrocinio liberari.

Poſtcom.

Satiaſti domine familiam tuam muneribus ſacris: eius, quęſumus, ſemper inter/uentione nos refoue, cuius ſol/lemnia celebramus.

¶ In feſto ſancti Bernardi ab/
batis, Miſſa. Os iuſti medita. die
de cōmuni vnius Abbatis. f. 581. 20.
Epiſtola. Iuſtus cor ſuum. In communi Doctorum. ſol. 577. Fit commemoratio de octaua Aſ/ſumptionis beatę Marię: ⁊ dici/tur, Credo.

¶ In octaua Aſſumptionis bea/ die
tę Marię miſſa vt in die, cum cō/ 22.
memoratione ſanctorum marty/rum Timothei, Hippolyti, ⁊ Symphoriani. Oratio.

Auxilium tuū nobis domi/ne quęſumus, placatus im/pende: ⁊ intercedentibus beatis martyrib⁹ tuis Timotheo, Hip/polyto, ⁊ Symphoriano dexte/

ram ſuper nos tuę propitiationis extende. Per dominum noſtrum Jeſum Chriſtum.

Secreta.

ACcepta tibi ſit, domine, ſacratę plebis oblatio, pro tuorum honore ſanctorum: quorum ſe meritis percepiſſe de tribulatione cognoſcit auxilium. Per dominum.

Poſtcom.

DIuini muneris largitate ſatiati, quęſumus domine deus noſter: vt intercedentibus ſanctis martyribus tuis Timotheo, Hippolyto, ⁊ Symphoriano, in eius ſemper participatione viuamus. Per dominum

die noſtrum.

23. Miſſa vigilię ſancti Bartholomęi dicatur de communi vnius apoſtoli. Ego autē ſicut oliua. Sequens feſtum ſancti Bartholomęi celebretur ſecundū cōſuetudinem locorum vel 24. vel 25. Auguſti. Romę autem celebratur 25. cū cōmemoratione S. Ludouici in miſſis tantum priuatis.

die In feſto ſancti Bartholomęi

24. apoſtoli. Introitus.

vel

25. MIhi autem nimis honorati ſunt amici tui deus: nimis cōfortatus eſt principatus eorū. Pſalmus. Domine probaſti me, ⁊ cognouiſti me: tu cognouiſti ſeſſionem meam, ⁊ reſurrectionem meam. ℣. Gloria patri. Oratio.

OMnipotens ſempiterne deus: qui huius diei venerandam ſanctamque lętitiam, in beati apoſtoli tui Bartholomęi feſtiuitate tribuiſti: da eccleſię tuę, quęſumus, ⁊ amare quod credidit, ⁊ prędicare quod docuit. Per dominum.

Lectio epiſtolę beati Pauli apoſtoli ad Corinthios.

FRatres: Vos eſtis corpus 1.C.

Chriſti, ⁊ membra de mē- 12.

bro. Et quoſdam quidem poſuit deus in eccleſia: primo apoſtolos, ſecundo prophetas, tertio doctores, deinde virtutes, exinde gratias curationum, opitulationes, gubernationes, genera linguarum, interpretationes ſermonū. Nunquid omnes apoſtoli? nunquid omnes prophetę? nunquid omnes doctores? nunquid omnes virtutes? nūquid omnes gratiam habent curationum? nunquid omnes linguis loquuntur? nunquid omnes interpretantur? Aemulamini autem chariſmata meliora. Gradua. COnſtitues eos principes ſuper omnem terram: memores erunt nominis tui domine. ℣. Pro patrib9 tuis nati ſunt tibi filij, propterea populi cōfitebuntur tibi. Alleluia alla.

℣. Te

℣. Te glorioſus apoſtoloꝝ chorus laudat domine, Alleluia.

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Lucam. vi.



f.6. In illo tempore: Exijt Jeſus in montem orare: ⁊ erat pernoctans in oratione dei. Et cuꝫ dies factus eſſet, vocauit diſcipulos ſuos: ⁊ elegit duodeciꝫ ex ipſis, quos ⁊ Apoſtolos nominauit. Simonē queꝫ cognominauit Petrum, ⁊ Andreaꝫ fratrem eius: Jacobuꝫ ⁊ Joannem, Philippum ⁊ Bartholomęum, Matthęum ⁊ Thomam, Jacobuꝫ Alphęi, ⁊ Simonem qui vocatur Zelotes, ⁊ Judam Jacobi, ⁊ Judam Iſcarioten qui fuit proditor. Et deſcendens cum illis, ſtetit in loco campeſtri, ⁊ turba diſcipulorum eius, ⁊ multitudo copioſa plebis ab omni Judęa, ⁊ Hieruſalem: ⁊ Maritima ⁊ Tyri ⁊ Sidonis, qui venerant vt audirent eum, ⁊ ſanarentur a languoribus ſuis. Et qui vexabantur a ſpiritibus immundis, curabantur. Et omnis turba quęrebat eum tangere: quia virtus de illo exibat, ⁊ ſanabat omnes.

dicitur Credo. Offertorium.

Mihi autem nimis honorificati ſunt amici tui deus: nimis confortatus eſt principatus eorum.

Secreta.

Beati apoſtoli tui domine Bartholomęi ſollemnia recenſentes, quęſumus: vt eius auxilio tua beneficia capiamus, pro quo tibi hoſtias laudis immolamus. Per dominum noſtrum Jeſum Chriſtum.

Prefatio de Apoſtolis. Communio.

Vos qui ſecuti eſtis me, ſedebitis ſuper ſedes, iudicantes duodecim tribus Iſrael, dicit dominus. Poſtcom.

Sumptum domine pignus redemptionis ęternę ſit nobis, quęſumus, interueniente beato Bartholomęo apoſtolo tuo, vitę pręſentis auxilium pariter ⁊ futurę. Per dominum noſtrum.

¶ Sancti Ludouici confeſſoris. die 25.

Introitus.

Os iuſti meditabitur ſapientiam: ⁊ lingua eius loquetur iudicium: lex dei eius in corde ipſius. Pſalmus. Noli ęmulari in malignantibus, neque zelaueris facientes iniquitatem. ℣. Gloria patri.

Oratio.

Deus, qui beatum Ludouicum confeſſorem tuum, de terreno regno ad cęleſtis regni gloriam tranſtuliſti: eius quęſumus meritis ⁊ interceſſione, regis omnium Jeſu Chriſti filij tui nos cohęredes efficias. Per dñm.

Epiſtola. Iuſtum deduxit dñs. de communi vnius martyris non pontificis: fol. 555. Graduale. Iuſtus, vt palma florebit: ſicut cedrus libani multiplicabitur in domo domini. ℣. Ad annunciandum mane miſericordiam tuam, ꝛ veritatem tuam per noctem. Alleluia, allel. ℣. Beatus vir, qui ſuffert tentationem: quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam vite. Alleluia. Euangẽ. Homo quidam nobilis abijt in regionẽ longinquam. de com confeſſorum non pontificum fo. 580. Offertorium. Veritas mea ꝛ miſericordia mea cum ipſo: ꝛ in nomine meo exaltabitur cornu eius. Secreta.

PReſta, queſumus, omnipotens deus: vt ſicut beatus Ludouicus confeſſor tuus, ſpretis mundi oblectamentis, ſoli regi Chriſto placere ſtuduit, ita eiꝰ oratio nos tibi reddat acceptos. Per dominum noſtrum.

Communio. Beatus ſeruus, quem cum venerit dominus, inuenerit vigilantem: amen dico vobis, ſuper omnia bona ſua conſtituet eum. Poſtcom.

DEus, qui beatum confeſſorem tuum Ludouicum mirificaſti in terris: queſumus, vt quem in celis glorioſum feciſti, eccleſie tue conſtituas defenſorem. Per dominum noſtrum.

¶ Sancti Zephirini Pape martyris; Miſſa. Sacerdotes dei. de communi vnius martyris pontificis. fol. 553. preter orationem que dicitur vt infra. Oratio. die 26.

PReſta queſumus omnipotens deus: vt beati Zephirini martyris tui atque pontificis, cuius gaudemus meritis, inſtruamur exemplis. Per dñm. Secreta.

MUnera tibi domine dicata ſanctifica: ꝛ intercedente beato Zephirino martyre tuo atque pontifice, per eadem nos placatus intende. Per dominum. Poſtcom.

HAec nos communio, domine, purget a crimine: ꝛ intercedente beato Zephirino martyre tuo atque pontifice, celeſtis remedij faciat eſſe conſortes. Per dominum noſtrum.

¶ In feſto ſancti Auguſtini epiſcopi ꝛ confeſſoris, ac Doctoris eccleſie. Introitus. die 28.

IN medio eccleſie aperuit os eius, ꝛ impleuit eũ dominus ſpiritu ſapientie ꝛ intellectus: ſtolam glorie induit eum. Pſal. Bonum eſt confiteri domino, ꝛ pſallere nomini tuo altiſſime. ℣. Glo. pa. Oratio.

ADeſto ſupplicationibus noſtris omnipotens deus: ꝛ quibus

quibus fiduciam ſperandę pietatis indulges, intercedente beato Auguſtino confeſſore tuo atque pontifice, conſuetę miſericordię tribue benignus effectum. Per dominum noſtrum Jeſum.

Pro cõmemoratione S. Hermetis martyris. Oratio.

DEus, qui beatum Hermetem martyrem tuum virtute conſtantię in paſſione roboraſti: ex eius nobis imitatione tribue, pro amore tuo ꝓſpera mundi deſpicere, ⁊ nulla eius aduerſa formidare. Per dominum.

Epiſtola. Teſtificor. de cõmuni Doctorum. fol. 575. Graduale. Os iuſti meditabitur ſapientiā: ⁊ lingua eius loquetur iudicium. ℣. Lex dei eius in corde ipſius: ⁊ non ſupplantabuntur greſſus eius. Alleluia, alleluia. ℣. Inueni Dauid ſeruum meum: oleo ſancto meo vnxi eum. Alleluia. Euang. Vos eſtis ſal terrę. de eodem communi. fol. 576. Et dicitur, Credo. Offertorium. Iuſtus, vt palma florebit: ſicut cedrus, quę in libano eſt, multiplicabitur. Secreta.

SAncti confeſſoris tui Auguſtini nobis, domine, pia non deſit oratio: quę ⁊ munera noſtra conciliet, ⁊ tuam nobis indulgentiam ſemper obtineat. Per dominum noſtrum.

Pro cõmemoratione S. Hermetis. Secreta.

SAcrificiū tibi domine laudis offerimus in tuorum commemoratione ſanctorum: da, quęſumus: vt, quod illis contulit ad gloriam, nobis proſit ad ſalutem. Per dominū noſtrū.

Communio. Fidelis ſeruus ⁊ prudens, quem conſtituit dominus ſuper familiam ſuam, vt det illis in tempore tritici menſuram.

Poſtcom.

VT nobis domine tua ſacrificia dent ſalutem: beatus confeſſor tuus Auguſtinus ⁊ pontifex, quęſumus, precator accedat. Per dominum noſtrum.

Pro cõmemoratione S. Hermetis. Poſtcom.

REpleti benedictione cęleſti, quęſumus clementiam tuam: vt intercedēte beato Hermete martyre tuo, quę humiliter gerimus, ſalubriter ſentiamus. Per dominum noſtrum.

¶ In Decollatione ſancti Joannis Baptiſtę. Introitus. ri: 29.

LOquebar de teſtimonijs tuis in conſpectu regū, ⁊ nō confundebar: ⁊ meditabar in mādatis tuis, quę dilexi nimis. Pſalm. Bonum eſt confiteri domino, ⁊ pſallere nomini tuo altiſſime. ℣. Gloria patri.

Oratio.

Sancti Joannis Baptiſtę precurſoris, ⁊ martyris tui, quęſumus domine, veneranda feſtiuitas, ſalutaris auxilij nobis pręſtet effectum. Per dominum.

Pro commemoratione ſanctę Sabinę martyris. Oratio.

Deus, qui inter cętera potētię tuę miracula, etiaz in ſexu fragili victoriam martyrij contuliſti: concede propitius: vt qui beatę Sabinę martyris tuę natalitia colimus, per eius ad te exēpla gradiamur. Per dominum.


Lectio Hieremię prophetę.

c.1. In diebus illis. Factum eſt verbū domini ad me dicēs. Accinge lumbos tuos, ⁊ ſurge: ⁊ loquere ad Juda omnia quę ego pręcipio tibi. Ne formides a facie eoruz: nec enim timere te faciam vultuz eorū. Ego quippe dedi te hodie in ciuitatem munitam, ⁊ in columnam ferream, ⁊ in murum ereuz ſuper omnē terrā, regibus Juda, principibus eius ⁊ ſacerdotibus, ⁊ omni populo terrę. Et bellabunt aduerſuz te, ⁊ non pręualebunt: quia ego tecuz ſum, ait dñs, vt liberem te. Graduale.

Juſtus, vt palma florebit: ſicut cedrus Libani, multiplicabitur in domo dñi. ℣. Ad annunciandum mane miſericordiam tuaz, ⁊ veritatem tuam per noctem.

Alleluia, all'a. ℣. Juſtus germinabit ſicut lilium: ⁊ florebit in ęternum ante dominum, Alleluia.

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Marcum.



c.6. In illo tempore. Miſit Herodes ac tenuit Joannez: ⁊ vinxit eum in carcerem propter Herodiadem vxorem Philippi fratris ſui: quia duxerat eā. Dicebat enim Joānes Herodi: Non licet tibi habere vxorez fratris tui. Herodias autē inſidiabatur illi: ⁊ volebat occidere eū, nec poterat. Herodes eniz metuebat Joannem, ſciens eum virum iuſtum ⁊ ſanctuz: ⁊ cuſtodiebat euz: ⁊ audito eo multa faciebat, ⁊ libenter eū audiebat. Et cum dies opportunus accidiſſet, Herodes natalis ſui cęnam fecit principibus ⁊ tribunis ⁊ primis Galileę. Cumqz introiſſet filia ipſius Herodiadis, ⁊ ſaltaſſet, ⁊ placuiſſet Herodi, ſimulqz recūbentibus: rex ait puellę. Pete a me quod vis: ⁊ dabo tibi. Et iurauit illi: quia quicquid petieris dabo tibi, licet dimidium regni mei. Quę cū exiſſet: dixit matri ſuę. Quid petam? At illa dixit. Caput Joannis Baptiſtę. Cumqz introiſſet ſtatim cum feſtinatione ad regē: petiuit, dicens. Volo vt protinus des mihi in diſco caput Joannis Baptiſtę.

Baptiſtę. Et cōtriſtatus eſt rex. Propter iuſiurandū, ꝛ propter ſimul diſcumbentes, noluit eam contriſtare: ſed miſſo ſpiculatore pręcepit afferri caput eius in diſco. Et decollauit eū in carcere. Et attulit caput eius in diſco: ꝛ dedit illud puellę: ꝛ puella dedit matri ſuę. Quo audito: diſcipuli eius venerunt, ꝛ tulerunt corpus eius: ꝛ poſuerunt illud in monumento. Offertorium. In virtute tua domine lętabitur iuſtus: ꝛ ſuper ſalutare tuum exultabit vehementer: deſiderium animę eius tribuiſti ei. Secreta.

Munera, quę tibi, dñe, pro ſancti martyris tui Joānis Baptiſtę paſſione deferim⁹, quęſumus, vt eius obtētu nobis proficiāt ad ſalutem. Per dominū.

Pro commemoratione ſanctę Sabinę. Secreta.

Hoſtias tibi domine beatę Sabinę martyris tuę dicatas, meritis benignus aſſume: ꝛ ad perpetuum nobis tribue prouenire ſubſidium. Per dominū. Communio. Poſuiſti domine in capite eius coronam de lapide precioſo. Poſtcom.

Conferat nobis dñe ſancti Joannis Baptiſtę vtraqꝫ ſollemnitas: vt ꝛ magnifica ſacramenta quę ſumpſimus, ſignificata veneremur, ꝛ in nobis potius edita gaudeamus. Per dñm.

Pro commemoratione S. Sabinę. Poſtcom.

Diuini muneris largitate ſatiati, quęſumus dñe deus noſter: vt intercedente beata Sabina martyre tua, in eius ſemper participatione viuamus. Per.

¶ Sanctorum Felicis ꝛ Adaucti martyrum. Introitus. die 30.

Sapientiam ſanctoꝝ narrent populi: ꝛ laudes eorū nūciet eccleſia: nomina autem eoꝝ viuent in ſeculū ſeculi. Pſal. Exultate iuſti in domino: rectos decet collaudatio. ✠ Gloria. Oratio.

Maieſtatem tuam dñe ſupplices exoramus: vt, ſicut nos iugiter ſanctorum tuorum commemoratione lętificas, ita ſemper ſupplicatione defendas. Per dominum. Epiſtola.

Reddidit deus iuſtis mercedē. de communi plurimorum martyrum folio. 568. Graduale.

Iuſtoꝝ animę in manu dei ſunt: ꝛ non tanget illos tormentū malitię. ℣. Viſi ſunt oculis inſipientium mori: illi autem ſunt in pace. Alleluia, all'a. ℣. Fulgebunt iuſti, ꝛ tanquam ſcintillę in arundineto diſcurrent in ęternū. All'a. Euange. Qui vos audit. de com plurimorum martyrum fol. 570. Offertorium. Lętamini in domino

mino

mino ⁊ exultate iuſti: ⁊ gloriami-ni omnes recti corde. Secreta.

Hoſtias domine plebis tuę intende: ⁊ quas in bonore ſanctorum tuorum deuota mente celebrant, proficere ſibi ſentiant ad ſalutem. Per dominum.

Communio. Quod dico vobis in tenebris, dicite in lumine, dicit dñs: ⁊ quod in aure auditis, prędicate ſuper tecta. Poſtcom.

Repleti domine muneribus ſacris, quęſumus: vt, intercedentibus ſanctis tuis, in gratiarum tuarum ſemper actione maneamus. Per dominum.

Feſta Septembris.

die 1. S. Egidy Abbatis. Miſſa. Os iuſti medi. vt in communi Abbatis. folio. 581. cum cõmemoratione ſanctorum martyrum duodecim Fratrum. Oratio.

Fraterna nos domine martyrum tuorum corona lętificet: quę ⁊ fidei noſtrę prębeat incrementa virtutum, ⁊ multiplici nos ſuffragio conſoletur. Per dominum. Secreta.

Iterata myſteria, domine, pro ſanctorum martyrum tuorum commemoratione deuota mente tractemus: quibus nobis ⁊ pręſidium creſcat, ⁊ gaudiũ. Per dominum. Poſtcom.

Preſta, quęſumus, omnipotens deus: vt, quorum memoriam ſacramenti participatione recolimus, fidem quoqꝫ proficiendo ſectemur. Per dominus.

die 8. In Natiuitate ſancte Marię virginis. Introitus.

Salue ſancta parens, enixa puerpera regem: qui cęluz terramqꝫ regit in ſecula ſeculorum. Pſalm. Eructauit cor meum verbuz bonum: dico ego opera mea regi. Gloria patri. Oratio.

Famulis tuis, q̄s dñe, cęleſtis gratię munus impertire: vt quib⁹ beatę Virginis partus extitit ſalutis exordiuz, Natiuitatis eius votiua ſollẽnitas pacis tribuat incrementũ. Per do.

In miſſis priuatis pro cõmemo. S. Adriani mar. Orõ. Preſta quęſumus omnipotens deus, vt qui. de cõi vnius marty. fol. 555.

Lectio libri Sapientię.

Dominus poſſedit me in initio viaruz ſuarũ, antequaz quicquaz faceret a principio. Ab ęterno ordinata ſuz, ⁊ ex antiquis, antequam terra fieret. Nondum erant abyſſi: ⁊ ego iam concepta eram. Necdũ fontes aquarũ eruperant: necdũ montes graui mole conſtiterant. Ante oẽs colles ego parturiebar. Adhuc terram nõ fecerat, ⁊ flumina, ⁊ cardines orbis terrę. Quando pręparabat celos, aderam. Quãdo certa lege ⁊ gyro vallabat abyſſos. Quando

Prouer. 8.

do ethera firmabat ſurſum: ⁊ libra
bat fontes aquaruʒ. Quando cir
cundabat mari terminū ſuuʒ: ⁊ le
geʒ ponebat aquis, ne tranſirent
fines ſuos. Quando appendebat
fundamenta terrę, cuʒ eo eraʒ cun
cta cōponens. Et delectabar per
ſingulos dies, ludens coraʒ eo om
ni tempore, ludens in orbe terra
ruʒ: ⁊ delicię meę, eſſe cū filijs ho
minuʒ. Nunc ergo filij audite me.
Beati qui cuſtodiunt vias meas.
Audite diſciplinaʒ, ⁊ eſtote ſapiē
tes: ⁊ nolite abijcere eaʒ. Beatus
homo qui audit me: ⁊ qui vigilat
ad fores meas quotidie: ⁊ obſer
uat ad poſtes oſtij mei. Qui me in
uenerit, inueniet vitam, ⁊ hauriet
ſalutem a domino. Graduale.
Benedicta ⁊ venerabilis es vir
go Maria: quę ſine tactu pudo
ris, inuenta es mater ſaluatoris.
℣ Virgo dei genitrix, quem to
tus nō capit orbis, in tua ſe clauſit
viſcera, factus homo. Alleluia,
alla. ℣ Felix es ſacra virgo Ma
ria, ⁊ omni laude digniſſima: quia
ex te ortus eſt ſol iuſtitię. Alleluia.

Initium ſancti euangelij ſe
cundum Mattheum.



ca. 1. Liber gene
rationis Je
ſu Chriſti filij Da
uid, filij Abraham.
Abraham genuit
Iſaac. Iſaac autē,
genuit Jacob. Ja
cob autem, genuit Judā ⁊ fratres
eius. Judas autē, genuit Phares
⁊ Zaraʒ de Thamar. Phares au
tem, genuit Eſron. Eſron auteʒ,
genuit Aram. Aram autem, ge
nuit Aminadab. Aminadab au
tē, genuit Naaſon. Naaſon autē,
genuit Salmon. Salmon autē,
genuit Booʒ de Raab. Booʒ
autem, genuit Obeth ex Ruth.
Obeth auteʒ, genuit Jeſſe. Jeſſe
autē, genuit Dauid regē. Dauid
autem rex, genuit Salomonem
ex ea quę fuit Urię. Salomon au
tem, genuit Roboam. Roboam
autem, genuit Abiam. Abias au
tem, genuit Aſa. Aſa autem, ge
nuit Joſaphat. Joſaphat autem,
genuit Joram. Joram autem, ge
nuit Oziam. Ozias autē, genuit
Joathan. Joathan auteʒ, genuit
Achaʒ. Achaʒ autē, genuit Eze
chiam. Ezechias autem, genuit
Manaſſem. Manaſſes auteʒ, ge
nuit Amon. Amon auteʒ, genuit
Joſiam. Joſias autem, genuit Je
choniam ⁊ fratres eius in tranſ
migratione Babylonis. Et poſt
tranſmigrationem Babylonis,
Jechonias genuit Salathiel. Sa
lathiel auteʒ, genuit Zorobabel.
Zorobabel auteʒ, genuit Abiud.
Abiud autem, genuit Eliachim.
Eliachim autem, genuit Azor.
Azor autem, genuit Sadoc. Sa
doc autē, genuit Achim. Achim
autem, genuit Eliud. Eliud au
tem,

tem, genuit Eleazar. Eleazar autem, genuit Mathan. Mathan autem, genuit Jacob. Jacob autem, genuit Joſeph virũ Marię, de qua natus eſt Jeſus qui vocatur Chriſtus. C redo. Offertorio. B eata es virgo Maria, que omnium portaſti creatorem: genuiſti qui te fecit: ꝛ in ęternum permanes virgo. Secreta.

U Nigeniti tui domine nobis ſuccurrat humanitas: vt, qui natus de virgine, matris integritatem non minuit, ſed ſacrauit: in Natiuitatis eius ſollemnijs, noſtris nos piaculis exuens, oblationem noſtrã ſibi faciat acceptam Jeſus Chriſtus dominus noſter. Qui tecũ viuit ꝛ regnat.

Prefatio de beata Uirgine.

Communio. B eata viſcera Marię virginis, quę portauerũt ęterni patris filium. Poſtcom.

S Umpſimus dñe celebritatis annuę votiua ſacramenta: pręſta, quęſumus: vt temporalis vitę nobis remedia prębeant, ꝛ ęternę. Per dominum noſtrum.

Infra octauam Natiuitatis beatę Marię, ꝛ in die octaua, dicitur Miſſa ſicut in die, ſed infra octauã dicitur ſecunda oratio de Spiritu ſancto. D eus qui corda fid. tertia, E ccleſię. vel pro Papa. D eus omnium fidelium. Et non fit de feſto, niſi fuerit duplex, vel ſemiduplex. De ſimplici autem fit tantum commemoratio.

Pro commemoratione S. Gorgonij martyris. Oratio.

S Anctus tuus domine Gorgonius ſua nos interceſſione lętificet: ꝛ pia faciat ſollemnitate gaudere. Tertia oratio, de Spiritu ſancto. D eus qui corda fidelium. niſi venerit in Dominica: tunc enim tertia oratio erit de Sanctis. Secreta.

G Rata tibi ſit dñe noſtrę ſeruitutis oblatio: pro qua ſanctus Gorgonius martyr interuentor exiſtat. Per dñm. Postcom.

F Amiliam tuam deus ſuauitas ęterna contingat, ꝛ vegetet: quę in martyre tuo Gorgonio, Chriſti filij tui bono iugiter odore paſcatur. Qui tecum.

Pro comemo. ſanctorũ martyrum Proti ꝛ Hyacinthi. Oro.

B Eatorũ martyrũ tuorũ Proti ꝛ Hyacinthi nos domine foueat pretioſa confeſſio: ꝛ pia iugiter interceſſio tueatur. Tertia de Spiritu ſancto. Secr.

P Ro ſanctorum martyrum tuorũ Proti ꝛ Hyacinthi cõmemoratione, munera tibi domine, quę debemus exoluimus: pręſta, quęſumus: vt remedium nobis perpetuę ſalutis operentur. Per dñm. Poſtcom.

U T percepta nos dñe tua ſancta purificent, beatorũ martyrum tuorum Proti ꝛ Hyacinthi,

tibi, quęſumus, imploret oratio. Per dominum noſtrum.

die. 14. ¶ In Exaltatione ſancte Crucis. Introitus.

NOs autem gloriari oportet in Cruce dñi noſtri Jeſu Chriſti: in quo eſt ſalus, vita et reſurrectio noſtra: per quem ſaluati, et liberati ſumus. Pſalmus. Deus miſereatur noſtri, et benedicat nobis: illuminet vultũ ſuũ ſuper nos, et miſereatur noſtri. ℣. Gloria. Oro.

DEus, qui nos hodierna die Exaltationis ſancte Crucis annua ſollemnitate lętificas: pręſta, quęſumus: vt, cuius myſteriũ in terra cognouimus, eius redemptionis pręmia in cęlo mereamur. Per eundem dominũ. Et fit commemoratio de Natiuitate ſancte Marie.

Lectio epiſtole beati Pauli apoſtoli ad Philippenſes.

c. 2. FRatres: Chriſtus factus eſt pro nobis obediens vſque ad mortẽ, mortẽ autẽ Crucis. Propter quod et deus exaltauit illum: et donauit illi nomen quod eſt ſuper omne nomẽ: vt in nomine Jeſu omne hic genuflectitur genuflectatur, cęleſtiũ, terreſtriũ, et infernorũ. Et omnis lingua confiteatur: quia dñs Jeſus Chriſtus in gloria eſt dei patris. Graduale. Chriſtus factus eſt pro nobis obediens vſque ad mortem: mortem autem Crucis. ℣. Propter quod et deus exaltauit illũ: et dedit illi nomen, quod eſt ſuper omne nomẽ. Alleluia, allã. ℣. Dulce lignum, dulces clauos, dulcia ferens pondera: quę ſola fuiſti digna ſuſtinere regem cęlorum, et dominum. Alleluia.

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Joannem.



IN illo tempore: Dixit Jeſus turbis Judęorum: Nunc iudicium eſt mundi: nunc princeps huius mũdi eijcietur foras. Et ego ſi exaltatus fuero a terra, omnia traham ad meipſũ. Hoc autem dicebat, ſignificans qua morte eſſet moriturus. Reſpondit ei turba. Nos audiuimus ex lege quia Chriſtus manet in ęternũ. Et quomodo tu dicis, oportet exaltari filiũ hominis? Et quis eſt iſte filius hominis? Dixit ergo eis Jeſus. Adhuc modicũ lumen in vobis eſt. Ambulate dũ lucẽ habetis: vt non tenebrę vos cõprehendãt. Et qui ambulat in tenebris, neſcit quo vadat. Dum lucem habetis, credite in lucẽ, vt filij lucis ſitis. Omelia. Credo. Offertoriũ. Protege domine plebem tuam per ſignũ ſancte Crucis, ab inſidijs inimi- ca. 12.

corum

corum omnium: vt tibi gratam exhibeamus ſeruitutem, ⁊ acceptabile fiat ſacrificium noſtrum, Alleluia. Secreta.

Ieſu Chriſti domini noſtri corpore ⁊ ſanguine ſaginandi, per quem Crucis eſt ſanctificatum vexillum, queſumus domine deus noſter: vt ſicut illud adorare meruimus, ita perenniter eius glorię ſalutaris potiamur effectu. Per eundem dominum noſtrū Jeſum Chriſtum filium tuum.

Prefatio de Cruce. Comunio. Per ſignum Crucis de inimicis noſtris libera nos deus noſter.

Poſtcom.

Adeſto nobis domine deus noſter: ⁊ quos ſanctę Crucis letari feciſti honore, eius quoque perpetuis defende ſubſidijs. Per dominum noſtrum Jeſum Chriſtum filium tuum, qui tecū.

die 15. ℭ In octaua Natiuitatis beatę Marię, Miſſa vt in die, cum commemoratione ſancti Nicomedis martyris. Oratio.

Adeſto dn̄e populo tuo: vt beati Nicomedis martyris ſuffragia preclara ſuſcipiens, ad impetrandam miſericordiā tuam ſemper eius patrocinijs adiuuetur. Per dominum. Secreta.

Suſcipe dn̄e munera propitius oblata: quę maieſtati tuę, beati Nicomedis martyris tui cōmendet oratio. Per dn̄m.

Poſtcom.

Purificent nos domine ſacramenta que ſumpſimus ⁊ intercedente beato Nicomede martyre tuo, a cunctis efficiant vitijs abſolutos. Per dominū.

ℭ In feſto ſanctorum Pontificum ⁊ martyrum Cornelij ⁊ Cypriani, Miſſa Intret in conſpectu tuo. de commun plurimorum martyrum fol. 563. cum commemoratione aliorum martyrum, vt infra, niſi fuerit Dominica: quia tunc commemoratio ſequens fit in Dominica, ⁊ feſtum predictū transfertur in ſecundam feriam. die 16.

ℭ Pro cōmemoratione ſanctorum martyrum Euphemie, Lucię, ⁊ Geminiani. Oratio.

Preſta dn̄e precibus noſtris cū exultatione prouentū: vt quorum diem paſſionis annua deuotione recolimus, etiā fidei conſtantiā ſubſequamur. Tertia oratio. A cunctis. Secreta.

Vota populi tui, queſumus dn̄e, propitiatus intende: ⁊ quorū nos tribuis ſollemnia celebrare, fac gaudere ſuffragijs. Per dominum.

Poſtcom.

Exaudi dn̄e preces noſtras: ⁊ ſanctorum martyrū tuorum Euphemię, Lucię. ⁊ Geminiani, quorū feſta ſollemniter celebramus, continuis foueamur auxilijs. Per dominum noſtrū.

ℭ In

die 20. ¶ In vigilia ſancti Matthei apoſtoli ⁊ euangeliſte. Introitus.

E Go autē ſicut oliua fructificaui in domo dñi: ſperaui in miſericordia dei mei: ⁊ expectabo nomen tuū: quoniā bonū eſt ante conſpectuʒ ſanctoꝝ tuoꝝ. pſalm. Quid gloriaris in malitia? qui potēs es in iniquitate. ℣. Gloria patri. Oratio.

D A quęſumus, omnipotens deus: vt beati Matthęi apoſtoli tui ⁊ euangeliſtę quam pręuenimus veneranda ſollemnitas, ⁊ deuotionem nobis augeat, ⁊ ſalutē. Per dominum noſtruʒ.

Pro cōmemo. ſanctorū martyrū Euſtachij ⁊ ſocioꝝ. Oratio.

D Eus, qui nos concedis ſanctorum martyrum tuoꝝ Euſtachij ⁊ ſocioꝝ eius natalitia colere: da nobis in ęterna beatitudine de coꝝ ſocietate gaudere.

Tertia oratio, de ſancta Maria.

¶ I occide. Niſi feſtū ſancti Matthei veneris feria q quia tunc de ſanctis fit cōmemo. in Dominica ⁊ ſabbato fit de vigilia cum oratione de ſancta Maria, ⁊ Eccleſię vel pro Papa. Epiſtola.

B Enedictio dñi ſup caput iuſti. vt in cōi, in vigilia vnius apoſtoli. Gradu. I Uſtus, vt palma florebit: ſicut cedrus Libani, multiplicabitur in domo domini. ℣. Ad annunciandum mane miſericordiam tuam, ⁊ veritatem tuam per noctem.

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Lucam.



I N illo tēpore: Uidit Jeſus publicanuʒ nomine Leui, ſedentē ad teloniuʒ: ⁊ ait illi. Sequere me. Et relictis omnibus, ſurgens ſecutus eſt eum. Et fecit ei conuiuium magnum Leui in domo ſua: ⁊ erat turba multa publicanorum, ⁊ aliorum qui cuʒ illis erant diſcumbentes. Et murmurabant phariſęi ⁊ ſcribę eoꝝ dicentes ad diſcipulos eius. Quare cum publicanis, ⁊ peccatoribus manducatis ⁊ bibitis? Et reſpondens Jeſus, dixit ad illos. Non egent qui ſani ſunt, medico: ſed qui male habent. Non veni vocare iuſtos, ſed peccatores ad pęnitentiam. c. 5. Offertorium.

G Loria ⁊ honore coronaſti euʒ: ⁊ conſtituiſti euʒ ſuper opera manuū tuarum domine. Secreta.

A Poſtolici reuerentia culminis offerimus tibi Domine munera ſacris myſterijs imbuendi: pręſta, quęſumus: vt beati apoſtoli tui ⁊ euāgeliſtę Matthęi ſuffragijs, cuius natalitia pręuenimus, hęc plebs tua ſemper ⁊ ſua vota depromat, ⁊ deſiderata percipiat. Per dominum.

Pro cōmemo. ſſcōꝝ. martyꝝ [illegible] ⁊ ſociorum.

Secreta.

Munera tibi domine noſtre deuotionis offerimus: que ⁊ pro tuorum tibi grata ſint honore iuſtorum, ⁊ nobis ſalutaria te miſerante reddantur. [illegible]

Magna eſt gloria eius in ſalutari tuo: gloriam, ⁊ magnum decorem impones ſuper eū, domine.

Poſtcom.

Sancti apoſtoli tui, ⁊ euangeliſte Matthei queſumꝰ domine ſupplicatione placatus, ⁊ veniam nobis tribue, ⁊ remedia ſempiterna concede. Per dñm.

Pro cōmemo. ſanctorum mart. Euſtachii ⁊ ſociorum.

Poſtcom.

Preſta nobis queſumus domine, intercedentibus ſanctis tuis Euſtachio ⁊ ſociis: vt quod ore cōtingimus, pura mēte capiamꝰ. [illegible] S. Maria.

ble 21. In feſto ſancti Matthei apoſtoli ⁊ euangeliſte. Introitus.

Os iuſti meditabitur ſapientiam: ⁊ lingua eius loquetur iudicium: lex dei eius in corde ipſius. Pſal. Noli emulari in malignantibus, neque zelaueris facientes iniquitatem. ℣. Gloria patri, ⁊ filio.

Oratio.

Beati Apoſtoli ⁊ euangeliſte Matthei domine precibus adiuuemur: vt quod poſſibilitas noſtra nō obtinet, eius nobis interceſſione donetur. Per.

Lectio Ezechielis prophete.

Similitudo vultus quatuor animalium, facies hominis: ⁊ facies leonis a dextris ipſorum quatuor: facies autem bouis a ſiniſtris ipſorum quatuor: ⁊ facies aquile deſuper ipſorū quatuor. Et facies eoꝝ ⁊ penne eoꝝ extente deſuper: due penne ſingulorū iungebantur, ⁊ due tegebant corpora eorū. Et vnumquodq; eorum, coram facie ſua ambulabat. Ubi erat impetus ſpiritus, illuc gradiebantur: nec reuertebantur cum ambularent. Et ſimilitudo animalium, ⁊ aſpectus eorum quaſi carbonum ignis ardentiū, ⁊ quaſi aſpectus lampadarum. Hec erat viſio diſcurrens in medio animalium: ſplendor ignis, ⁊ de igne fulgur egrediens. Et animalia ibant, ⁊ reuertebantur in ſimilitudinem fulguris coruſcantis. C. I.

Graduale. Beatus vir qui timet dominum, in mandatis eius cupit nimis. ℣. Potens in terra erit ſemen eius, generatio rectorū benedicetur. Alleluia, alleluia. ℣. Te glorioſus apoſtolorum chorus laudat domine. Alleluia.

Sequen.

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Mattheum.

ca. 9.



In illo tempore: vidit Jeſus hominem ſedentem in telonio, Mattheum nomine: et ait illi. Sequere me. Et ſurgens, ſecutus eſt eum. Et factum eſt: diſcumbente eo in domo, ecce multi publicani et peccatores venientes, diſcumbebant cum Jeſu et diſcipulis eius. Et videntes phariſei, dicebant diſcipulis eius. Quare cum publicanis et peccatoribus manducat magiſter veſter? At Jeſus audiens, ait. Non eſt opus valentibus medicus, ſed male habentibus. Euntes autem, diſcite quid eſt, Miſericordiam volo, et non ſacrificiū. Non enim veni vocare iuſtos, ſed peccatores. Credo. Offerto. Poſuiſti domine in capite eius coronam de lapide precioſo: vitam petijt a te, et tribuiſti ei, Alleluia. Secreta.

Supplicationib⁹ apoſtolicis beati Matthei euāgeliſte, queſumus domine, eccleſie tue commendetur oblatio: cuius magnificis predicationibus eruditur. Per dominum noſtrum. Prefatio de Apoſtolis. Cōio. Magna eſt gloria eius in ſalutari tuo: gloriā et magnū decorē imponeſ ſuper eū dñe. Poſtcom.

Perceptis dñe ſacramētis, beato Mattheo apoſtolo tuo et euangeliſta interueniente, deprecamur: vt, que pro eius celebrata ſunt gloria, nobis proficiant ad medelam. Per dñm.

¶ Sanctoꝝ martyrū Mauritij et ſocioꝝ eius, Miſſa. Intret in conſpectu tuo. folio. 563. cum Epiſtola. Reſpōdit vnus de ſenioribus. de cōi plurimorū martyrum. fol. 569. preter orationē que dicitur vt infra. Oratio. die 22.

Annue, queſumus, omnipotēs deus: vt ſanctorū martyrum tuorum Mauritij et ſociorum eius, nos letificet feſtiua ſolemnitas: vt quorum ſuffragijs nitimur, eorum natalitijs glorie mur. Per dominum. Secreta.

Reſpice, queſumus domine, munera, que in ſanctorum martyrum tuorum Mauritij, et ſociorum eius commemoratione deferimus: et preſta: vt, quorum honore ſunt grata, eorum nobis fiant interceſſione perpetua. Per dominum. Poſtcom.

Celeſtibus refecti ſacramētis et gaudijs, ſupplices te rogamus domine: vt, quorum gloriamur triumphis, protegamur auxilijs. Per dominum.

¶ In feſto ſancti Lini Pape et martyris, Miſſa. Sacerdotes dei. De communi vnius marty- die 23.

ris pontificis fol. 553. cum com memoratione ſancte Thecle vir ginis et martyris, vt notatur in fe ria Dominica: quia tunc comme moratio ſequens fit in Dominica, et feſtum predictum transfer tur in ſecundam feriam.

Pro commemoratione S. The cle virginis et martyris. Oratio.

DA, quęſumus, omnipotens deus: vt qui beatę Theclę virginis et martyris tuę natalitia colimus, et annua ſollemnitate lę temur, et tantę fidei proficiamus exēplo. Secunda oratio. A cunctis.

Secreta.

SUſcipe dn̄e munera: quę in beatę Theclę virginis, et martyris tuę ſolemnitate defe rimus: cuius nos confidimus pa trocinio liberari.

Poſtcom.

AUxilientur nobis domine ſumpta myſteria: et interce dente beata Thecla virgine et martyre tua, ſempiterna faciant protectione gaudere.

die. 26. ¶ Sanctorum martyrū Cypria ni et Iuſtine. Miſſa. Salus au tem iuſtorum. De communi plu rimorum martyrum. folio. 566. preter orationem quę dicitur vt infra. Oratio.

BEatorum martyrum tuorꝫ Cypriani et Iuſtinę nos do mine foueant cōtinuata pręſidia: quia non deſinis propitius intue ri, quos talibus auxilijs conceſſe ris adiuuari. Per dn̄z. Secret.

MUnera tibi domine noſtrę deuotionis offerimus: quę et pro tuorū tibi grata ſint hono re iuſtorum, et nobis ſalutaria te miſerante reddantur. Per dn̄m.

Poſtcom.

PReſta nobis, quęſumus do mine, intercedentibus ſan ctis tuis Cypriano et Iuſtina: vt quę ore contingimus, pura men te capiamus. Per dominum.

¶ In feſto ſanctorum martyrum Coſme et Damia ni. Introitus. die 27.

SApientiam ſancto rum narrent po puli: et laudes eo rum nunciet eccle ſia: nomina autē eorū viuent in ſe culum ſeculi. Pſal. Exultate iuſti in domino: rectos decet col laudatio. ℣ Gloria patri, et filio.

Oratio.

PReſta, quęſumus, omnipo tens deus: vt, qui ſanctorūz martyruz tuorum Coſmę et Da miani natalitia colimus, a cunctis malis imminentibꝰ eorꝫ interceſ ſionibus liberemur. Per dn̄m.

Epiſtola. Iuſti autem in perpe tuum viuent. De communi plurimorum martyrum fol. 565. Graduale.

Clamauerunt iuſti, et dominus exaudiuit eos: et ex omnibus tri bulationibus

búlationibus eoꝝ liberauit eos. ℣ Iuxta eſt dominus his qui tribulato ſunt corde: ⁊ humiles ſpiritu ſaluabuntur. Alleluia, alleluia. ℣ Hęc eſt vera fraternitas: quę vicit mundi crimina: Chriſtum ſecuta eſt, inclyta tenens regna celeſtia, alleluia. Euange. Deſcendens Ieſus de monte. de eodem communi folio. 566.

Offerto. Gloriabũtur in te omnes, qui diligũt nomen tuuz: quoniam tu domine benedices iuſto: domine, vt ſcuto bonę voluntatis tuę coronaſti nos. Secreta.

Sanctoꝝ tuoꝝ nobis domine pia non deſit oratio: quę ⁊ munera noſtra conciliet, ⁊ tuam nobis indulgẽtiam ſemper obtineat Per dñm. Communio.

Poſuerũt mortalia ſeruoꝝ tuorum domine eſcas volatilibus celi: carnes ſanctorum tuorum beſtijs terrę: ſecundum magnitudinẽ brachij tui poſſide filios morte punitorum. Poſtcom.

Protegat, quęſumus domine, populum tuum, ⁊ participatio cęleſtis indulta conuiuij, ⁊ deprecatio collata ſanctorum. Per dominum noſtrum.

die. 29. ¶ In feſto Dedicationis ſancti Michaelis Archangeli.

Introitus.

Benedicite dominum omnes angeli eius: potentes virtute, qui facitis verbum eius, ad audiendã vocem ſermonum eius. Pſalmus. Benedic anima mea domino, ⁊ omnia quę intra me ſunt, nomini ſancto eius. ℣. Gloria patri. Oratio.

Deus, qui miro ordine, angelorum miniſteria, hominumque diſpenſas: concede propitius: vt quibus tibi miniſtrantibus in cęlo ſemper aſſiſtitur, ab his in terra vita noſtra muniatur. Per dominum noſtrum.

Lectio libri Apocalypſis beati Ioannis apoſtoli.

In dieb⁹ illis. Significauit c. 1. deus quę oportet fieri cito, loquens per angelũ ſuum ſeruo ſuo Ioanni: qui teſtimoniuz perhibuit verbo dei, ⁊ teſtimonium Ieſu Chriſti, quecũqз vidit. Beatus qui legit, ⁊ qui audit verba prophetię huius: ⁊ ſeruat ea quę in ea ſcripta ſunt. Tempus enim prope eſt. Ioãnes ſeptẽ eccleſijs quę ſunt in Aſia, gratia vobis, ⁊ pax ab eo qui eſt, ⁊ qui erat, ⁊ qui venturus eſt: ⁊ a ſeptem ſpiritib⁹ qui in cõſpectu throni eius ſunt, ⁊ a Ieſu Chriſto qui eſt teſtis fidelis, primogenitus mortuorum, ⁊ princeps regum terrę: qui dilexit nos, ⁊ lauit nos a peccatis noſtris in ſanguine ſuo. Alleluia. Benedicite dominuz omnes angeli eius, potentes virtute, qui facitis verbum eius. ℣ Benedic

anima mea dominuꝫ, ⁊ omnia in-
teriora mea nomē ſanctum eius.
Alleluia, alleluia. ℣. Sancte
Michael archāgele deffēde nos
in prelio: vt non pereamus in tre
mendo iudicio. Alleluia.

In Apparitione ſancti Michae
lis mēſe Maii, omiſſo graduali
dicitur ſequens. ℣. Concuſſuꝫ
eſt mare, ⁊ contremuit terra, vbi
archangelus Michael deſcēdit
de celo. Alleluia.

Sequentia ſancti euangelii
ſecundum Mattheum.



ca. 18. In illo tem-
pore: Acceſ
ſerunt diſcipuli ad
Ieſum, dicentes.
Quis, putas, ma-
ior eſt in regno ce-
lorū? Et aduocās
Ieſus paruulū, ſtatuit eum in me
dio eorū, ⁊ dixit. Amen dico vo-
bis: niſi conuerſi fueritis, ⁊ efficia-
mini ſicut paruuli: non intrabitis
in regnum celorū. Quicunqꝫ er-
go humiliauerit ſe ſicut paruulus
iſte: hic maior eſt in regno celoꝝ:
Et qui ſuſceperit vnū paruuluꝫ
taleꝫ in nomine meo: me ſuſcipit.
Qui autem ſcandalizauerit vnū
de puſillis iſtis qui in me credūt:
expedit ei vt ſuſpēdatur mola aſi
naria in collo eius, ⁊ demergatur
in profundū maris. Ve mundo a
ſcandalis. Neceſſe eſt eniꝫ vt ve-
niant ſcādala: veruntamē ve ho-
mini illi per quem ſcandalum ve
nit. Si autem manus tua vel pes
tuus ſcādalizat te: abſcinde euꝫ, ⁊
proijce abs te. Bonū eſt tibi ad
vitam ingredi debilem vel clau-
dum, quā duas manus, vel duos
pedes habentem mitti in ignem
eternum. Et, ſi oculus tuus ſcan-
dalizat te: erue eū, ⁊ proijce abs
te. Bonū eſt tibi cum vno oculo
in vitam intrare, quam duos ocu
los habentem mitti in gehennam
ignis. Videte ne contemnatis
vnum ex his puſillis. Dico enim
vobis: quia angeli eoꝝ ſemper
vident faciem patris mei, qui in
celis eſt. Credo. Offertorium.

Stetit angelus iuxta aram tem
pli, habens turibulum aureum in
manu ſua: ⁊ data ſunt ei incenſa
multa: ⁊ aſcendit fumus aroma-
tum in conſpectu dei. Alleluia.

Secreta.

Hoſtias tibi domine laudis
offerimus, ſuppliciter de-
precātes: vt eaſdeꝫ angelico pro
nobis intercedente ſuffragio, ⁊
placatus accipias, ⁊ ad ſalutem
noſtram prouenire concedas.
Per dominum noſtrum Ieſum.

Communio. Benedicite omnes
angeli domini dominum: hym-
num dicite, ⁊ ſuperexaltate eum
in ſecula. Poſtcom.

Beati archāgeli tui Michae
lis interceſſione ſuffulti, ſup
plices te domine deprecamur: vt
quod

quod ore proſequimur, contin-
gamus & mente. Per dominum
noſtrum Jeſum Chriſtum.

die. ¶ In feſto S. Hieronymi pre-
30. ſbyteri confeſſoris & Docto-
ris eccleſię. Introitus.

In medio eccleſię
aperuit os eius,
& impleuit eũ do-
minus ſpiritu ſa-
pientię, & intelle-
ctus: ſtolam glo-
rię induit eum. Pſalmus. Bo-
num eſt confiteri domino, & pſal-
lere nomini tuo altiſſime. ℣. Glo-
ria patri. Oratio.

Deus, qui eccleſię tuę in ex-
ponendis ſacris ſcripturis
beatum Hieronymum confeſſo-
rem tuum, doctorem maximum,
prouidere dignatus es: pręſta,
quęſumus: vt eius ſuffragantib⁹
meritis, quod ore ſimul & opere
docuit, te adiuuante exercere va-
leamus. Per dominum noſtrũ.
Epiſtola. Teſtificor corã deo.
de cõmuni doctorum. folio. 575.
Gradua. Os iuſti meditabitur
ſapiẽtiam, & lingua eius loquetur
iudicium. ℣. Lex dei eius in cor-
de ipſius: & nõ ſupplantabuntur
greſſus eius. Alleluia, alleluia.
℣. Amauit eum dominus, & or-
nauit eum: ſtolam glorię induit
eum. Alleluia. Euangelium.
Vos eſtis ſal terrę. de eodem
communi folio. 576. Et dicitur,

Credo. Offerto. Iuſtus, vt
palma florebit: ſicut cedrus, quę
in Libano eſt, multiplicabitur.

Secreta.

Donis cęleſtibus, quęſumus
domine, libera nos tribue
mente inſeruire: vt munera quę
deferimus, intercedente beato
Hieronymo cõfeſſore tuo, & me-
delam nobis operentur, & glo-
riam. Per dominum noſtrum.
Communio. Fidelis ſeruus, &
prudens: quem conſtituit domi-
nus ſuper familiam ſuam, vt det
illis in tempore tritici menſuram.

Poſtcom.

Repleti alimonia cęleſti
quęſumus, domine: vt inter-
ueniẽte beato Hieronymo cõ-
feſſore tuo, miſericordię tuę gra-
tiam conſequi mereamur. Per
dominum noſtrum.

¶ Feſta Octobris.

¶ Sancti Remigij Epiſcopi, & die. 1.
Confeſſoris, Miſſa Statuit ei
dominus. de communi confeſſo-
rum pontificum. folio. 571.

¶ In feſto ſancti Franciſci con- die.
feſſoris. Introitus. 4.

Mihi autem abſit
gloriari, niſi in
cruce domini no-
ſtri Jeſu Chriſti:
per quem mihi
mũdus crucifixus
eſt, & ego mũdo. Pſalm. Voce
mea ad dñz clamaui voce mea ad

dominum deprecatus ſum. ℣. Gloria patri. Oratio.

DEus, qui eccleſiam tuam beati Franciſci meritis fetu noue prolis amplificas: tribue nobis, ex eius imitatione, terrena deſpicere, ⁊ celeſtium donoruꝫ ſemper participatione gaudere. Per dominum noſtrum.

Lectio epiſtole beati Pauli apoſtoli ad Galatas.

c. 6. FRatres: Mihi autē abſit gloriari, niſi in cruce domini noſtri Jeſu Chriſti: per queꝫ mihi mundus crucifixus eſt, ⁊ ego mundo. In Chriſto enim Jeſu, neque circuncifio aliquid valet, neque preputium: ſed noua creatura. Et quicunqꝫ hanc regulaꝫ ſecuti fuerint: pax ſuper illos, ⁊ miſericordia, ⁊ ſuper Iſrael dei. De cetero nemo mihi moleſtus ſit. Ego enim ſtigmata domini Jeſu in corpore meo porto. Gratia domini noſtri Jeſu Chriſti, cum ſpiritu veſtro fratres. Amē.

Gradua. Os iuſti meditabitur ſapientiam, ⁊ lingua eius loquetur iudicium. ℣. Lex dei eius in corde ipſius: ⁊ nō ſupplantabūtur greſſus eius. Alleluia, alla. ℣. Franciſcus pauper ⁊ humilis, celum diues ingreditur, hymnis celeſtibus honoratur. Alleluia. Euange. Confiteor tibi pater. de cōi plurimorū marty. fo. 570. Offertorium. Veritas mea, ⁊ miſericordia mea cum ipſo, ⁊ in nomine meo exaltabitur cornu eius. Secreta.

MUnera tibi domine dicata ſanctifica: ⁊ intercedente beato Frācisco, ab omni nos culparum labe purifica. Per dñm. Communio. Fidelis ſeruus ⁊ prudens: quem conſtituit dominus ſuper familiam ſuam, vt det illis in tempore tritici menſuraꝫ.

Poſtcom.

ECcleſiaꝫ tuam queſumus dñe, gratia celeſtis amplificet: quam beati Franciſci illuminare voluiſti glorioſis meritis, ⁊ exēplis. Per dominum noſtruꝫ Jeſum Chriſtum filium tuum.

¶ Sancti Marci Pape ⁊ confeſſoris. Introitus. die. 7.

SAcerdotes tui domine induāt iuſtitiam: ⁊ ſancti tui exultent: propter Dauid ſeruū tuuꝫ, non auertas faciē Chriſti tui. pſal. Memēto dñe Dauid, ⁊ omnis manſuetudinis eius. ℣. Gloria patri.

Oratio.

EXaudi domine preces noſtras: ⁊ intercedēte beato Marco confeſſore tuo atqꝫ pōtifice, ſupplicationes noſtras placatus intende. Per dominum noſtrum Jeſum Chriſtum.

Pro cōmemoratione ſanctoruꝫ martyrū Sergij, Bacchi, Marcelli, ⁊ Apuleij. Oratio.

SAnctorum martyruꝫ tuorū nos dn̄e Sergij, Bacchi, Marcelli ⁊ Apuleij beata merita proſequātur: ⁊ tuo ſemper faciant amore feruentes. Per.

Epiſtola. Plures facti ſunt ſacerdotes. de communi confeſſorum pontificum. fol. 573.

Graduale. Sacerdotes eius induant ſalutare: ⁊ ſancti eius exultatione exultabūt. ℣. Illuc producā cornu Dauid: paraui lucernaꝫ Chriſto meo. Alleluia, alla. ℣. Iurauit dn̄s, ⁊ non penitebit eū: tu es ſacerdos in ęternū ſecūduꝫ ordinē Melchiſedec, Alla.

Euange. Vigilate quia neſcitis. de eodem cō. fo. 573. Offerto. Veritas mea, ⁊ miſericordia mea cum ipſo: ⁊ in nomnie meo exaltabitur cornu eius. Secreta.

ACcepta tibi ſit dn̄e ſacratę plebis oblatio, pro tuoruꝫ honore ſanctorū: quoruꝫ ſe meritis percepiſſe de tribulatione cognoſcit auxilium. Per dominū.

Pro comemoratione ſanctoruꝫ martyrū Sergij, Bacchi, Marcelli, ⁊ Apuleij Secreta.

MAieſtatem tuā nobis domine, queſumus, hęc hoſtia reddat immolāda placatam tuorum digna poſtulatione ſanctorum. Per dominum noſtrum.

Communio. Beatus ſeruus, quem cum venerit dominus, inuenerit vigilantem: amē dico vobis: ſuper omnia bona ſua conſtituet eum. Poſtcom.

DA, queſumus domine, fidelibus populis ſanctoruꝫ tuorum ſemper veneratione lętari, ⁊ eorum perpetua ſupplicatione muniri. Per dominum.

Pro commemoratione ſanctorum martyruꝫ Sergij, Bacchi, Marcelli ⁊ Apuleij. Poſtcō.

SAcramētis domine muniamur acceptis, ⁊ ſanctorum martyrum tuorum Sergij, Bacchi, Marcelli ⁊ Apuleij interceſſione, contra omnes nequitias irruentes, armis cęleſtibus protegamur. Per dominum.

¶ In feſto ſanctorum martyrū Dionyſij, Ruſtici ⁊ Eleuterij. Introitus. die. 9.

SApientiam ſanctorum narrent populi: ⁊ laudes eorū nunciet eccleſia: nomina autem eoruꝫ viuent in ſeculum ſeculi. Pſalmus. Exultate iuſti in dn̄o: rectos decet collaudatio. ℣. Gloria. Oratio.

DEus, qui hodierna die beatuꝫ Dionyſium martyrē tuum atqꝫ pontificem, virtute conſtantię in paſſione roboraſti: quique illi ad prędicandum gen-

tibus gloriam tuam, Ruſticum, ⁊
Eleutheriũ ſociare dignatus es:
tribue nobis, queſumus, eorum
imitatione pro amore tuo proſpe
ra mundi deſpicere, ⁊ nulla eius
aduerſa formidare, Per dñm.

Lectio Actuum apoſtolorum:

ca. 17. In diebus illis. Stãs Pau
lus in medio Areopagi, ait.
Viri Athenienſes, per omnia qua
ſi ſuperſtitioſos vos video. Prę
teriens enim ⁊ videns ſimulacra
veſtra, inueni ⁊ aram in qua ſcri
ptum erat, Ignoto deo. Quod
ergo ignorantes colitis, hoc ego
annuncio vobis. Deus qui fecit
mundum ⁊ omnia que in eo ſunt,
hic celi ⁊ terrę cum ſit dominus,
non in manufactis templis habi
tat, nec manibus humanis coli
tur, indigens aliquo, cum ipſe det
omnibus vitam ⁊ inſpirationem
⁊ omnia: fecitq; ex vno omne ge
nus hominum inhabitare ſuper
vniuerſam faciem terrę, definiẽs
ſtatuta tempora ⁊ terminos ha
bitationis eorum, querere deum
ſi forte attrectent eum aut inue
niant, quamuis non longe ſit ab
vnoquoq; noſtrũ. In ipſo enim
viuimus ⁊ mouemur ⁊ ſumus, ſi
cut ⁊ quidam veſtrorum poeta
rum dixerunt: Ipſius enim ⁊ ge
nus ſumus. Genus ergo cum ſi
mus dei, non debemus ęſtimare
auro ⁊ argẽto, aut lapidi ſculptu
rę artis ⁊ cogitationis hominis,
diuinum eſſe ſimile. Et tempora
quidem huius ignorantię deſpi
ciens deus, nunc annunciat ho
minibus, vt omnes vbique pęni
tentiam agant: eo quod ſtatuit
diem in quo iudicaturus eſt or
bem in equitate in viro in quo ſta
tuit, fidem prębens omnibus, ſu
ſcitans eum a mortuis. Cum au
diſſent autem reſurrectionẽ mor
tuorum, quidam quidem irride
bant, quidam vero dixerunt. Au
diemus te de hoc iterum. Sic
Paulus exiuit de medio eorum.
Quidam vero viri adhęrẽtes ei,
crediderunt: in quibus ⁊ Diony
ſius Areopagita, ⁊ mulier nomi
ne Damaris, ⁊ alij cũ eis. Grad.

Anima noſtra ſicut paſſer ere
pta eſt de laqueo venantium.
℣. Laqueus contritus eſt, ⁊ nos li
berati ſumus: adiutoriũ noſtrũ
in nomine domini, qui fecit celũ
⁊ terram. Alleluia, alleluia. ℣.
Iuſti epulentur, ⁊ exultent in cõ
ſpectu dei, ⁊ delectentur in lęti
tia, Alleluia. Euangelium.

Deſcendẽs Ieſus de monte. de
cõi plurimorũ martyrũ. fo. 566.

Offerto. Exultabunt ſancti in
gloria: lętabuntur in cubilibus
ſuis: exultationes dei in faucibus
eorum, Alleluia. Secreta.

Oblata tibi domine mune
ra populi tui, pro tuorum
honore ſanctorũ martyꝶ Dio
nyſii, Ruſtici, ⁊ Eleutherij, ſu
ſcipe

ſcipe propitius, quęſumus: ⁊ eorum nos interceſſione ſanctifica. Per dominum. Communio.
Dico autẽ vobis amicis meis: ne terreamini ab his, qui vos perſequuntur. Poſtcom.
Sumptis domine ſacramẽtis, quęſumus: vt intercedẽtibus beatis martyribus tuis Dionyſio, Ruſtico, ⁊ Eleutherio, ad redemptionis ęternę proficiamus augmentum. Per dñm.

die. ¶ In feſto ſancti Caliſti Pa-
14. pe ⁊ martyris. Introitus.

Sacerdotes dei benedicite dominum: ſancti ⁊ humiles corde laudate deum. pſalmus Benedicite omnia opera domini domino, laudate ⁊ ſuperexaltate eũ i ſecula. ℣ Gloria patri, ⁊ filio. Oratio.
Deus, qui nos conſpicis ex noſtra infirmitate deficere: ad amorem tuum nos miſericorditer per ſanctorum tuorum exempla reſtaura. Per dñm.
Epiſtola. Omnis pontifex. de cõmuni confeſſ. pont. fol. 574.
Gradua. Inueni Dauid ſeruuꝫ meum: oleo ſancto meo vnxi eũ: manus enim mea auxiliabitur ei: ⁊ brachium meuꝫ cõfortabit eũ. ℣ Nihil proficiet inimicus in eo, ⁊ filius iniquitatis nõ nocebit ei. Alleluia, alleluia. ℣ Amauit eum dominus ⁊ ornauit eum: ſtolam glorię induit eum. Alleluia.
Euang. Si quis venit ad me. de cõmuni marty. pont. fol. 553.
Offer. Veritas mea, ⁊ miſericordia mea cũ ipſo: ⁊ in nomine meo exaltabitur cornu eius. Secre.
Myſtica nobis dñe ꝑſit oblatio: quę nos, ⁊ a reatibus noſtris expediat, ⁊ perpetua ſaluatione confirmet. Per dñm.
Communio. Beatus ſeruus, quem cum venerit dominus inuenerit vigilantem: amen dico vobis: ſuper omnia bona ſua conſtituet eum. Poſtcom.
Quęſumus oĩpotens deus: vt reatum noſtrũ munera ſacra purificẽt: ⁊ recte viuẽdi nobis operẽtur effectũ. Per dñm.

¶ In feſto ſancti Lucę euange- die.
liſtę. Introitus. 18.

Mihi autẽ nimis honorati ſunt amici tui deus: nimis confortati ſunt principatus eorum. pſals. Domine probaſti me, ⁊ cognouiſti me: tu cognouiſti ſeſſionem meam, ⁊ reſurrectionẽ meã. ℣. Gloria. Oro.
Interueniat pro nobis, quęſumus dñe, ſanctus tuus Lucas euãgeliſta: qui crucis mortificationem iugiter in ſuo corpo-

re

rę pro tui nominis honore portauit. Per dominum noſtrum.

Lectio epiſtole beati Pauli apoſtoli ad Corinthios.

2.C. 8. FRatres: Gratias ago deo, qui dedit eandē ſolicitudinē pro vobis in corde Titi, quoniam exhortationem quidem ſuſcepit: ſed cum ſolicitior eſſet, ſua voluntate profectus eſt ad vos. Miſimus etiam cum illo fratrē noſtrum, cuius laus eſt in Euangelio per omnes eccleſias. Non ſolum autem: ſed ⁊ ordinatus eſt ab eccleſijs comes peregrinationis noſtrę, in hāc gratiam quę miniſtratur a nobis ad dñi gloriam, ⁊ deſtinatam voluntateꝫ noſtrā. Deuitantes hoc, ne quis nos vituperet in hac plenitudine, quę miniſtratur a nobis in dñi gloriā. Prouidemus enim bona: non ſolum coram deo, ſed etiam coram hominibus. Miſimus autē cum illis ⁊ fratrē noſtrum, quē probauimus in multis ſępe ſolicitum eſſe: nunc autem multo ſolicitioreꝫ, confidētia multa in vos: ſiue pro Tito qui eſt ſocius meus, ⁊ in vobis adiutor: ſiue fratres noſtri, apoſtoli eccleſiarū, gloria Chriſti. Oſtenſioneꝫ ergo quę eſt charitatis veſtrę ⁊ noſtrę glorię pro vobis, in illos oſtendite in facie eccleſiarum. Gradu. In omneꝫ terram exiuit ſonus eorum: ⁊ in fines orbis terrę verba eorum. ℣. Celi enarrant gloriam dei: ⁊ opera manuuꝫ eius annunciat firmamentum. Alleluia, alleluia. ℣. Ego vos elegi de mundo, vt eatis, ⁊ fructum afferatis: ⁊ fructus veſter maneat. Alleluia.

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Lucam.



IN illo tēpore: Deſignauit dominus, ⁊ alios ſeptuaginta duos: ⁊ miſit illos binos ante faciem ſuam, in omnem ciuitatem, ⁊ locum quo erat ipſe venturus. ca: 10. Et dicebat illis. Meſſis quidem, multa: operarij autem pauci. Rogate ergo dominum meſſis, vt mittat operarios in meſſeꝫ ſuaꝫ. Ite: ecce ego mitto vos ſicut agnos inter lupos. Nolite portare ſacculum, neque peram, neque calceamenta: ⁊ neminem per viaꝫ ſalutaueritis. In quamcunque domum intraueritis: primuꝫ dicite, Pax huic domui. Et ſi ibi fuerit filius pacis, requieſcet ſuper illuꝫ pax veſtra: ſin autem, ad vos reuertetur. In eadem autem domo manete: edentes, ⁊ bibentes, quę apud illos ſunt. Dignus eſt enim operarius mercede ſua. Nolite tranſire de domo in domum. Et in quamcunque ciuitatem intraueritis, ⁊ ſuſceperint vos: manducate quę apponuntur

ſiuntur vobis: ⁊ curate infirmos qui in illa ſunt: ⁊ dicite illis. Appropinquauit in vos regnū dei. Credo. Offerto. Mihi autem nimis honorificati ſunt amici tui deus: nimis confortatus eſt principatus eorum. Secreta.

Donis celeſtibus da nobis, queſumus dn̄e, libera tibi mēte ſeruire: vt munera que deferimus, interueniente beato euangeliſta tuo Luca, ⁊ medelā nobis operentur, ⁊ gloriam. Per dominum noſtrum Ieſū.

Prefatio de apoſtolis. Cōio. Uos, qui ſecuti eſtis me, ſedebitis ſuper ſedes, iudicantes duodecim tribus Iſrael. Poſtcom.

Preſta, queſumus, omnipotens deus: vt quod de ſancto altari tuo accepimus, precibus beati euangeliſte tui Luce, ſanctificet animas noſtras: per quod tuti eſſe poſſimus. Per do.

Die. 21. ¶ Sancti Hilarionis Abbatis. Miſſa. Os iuſti meditabit. de cōmuni vnius Abbatis. f.581.

Et pro cōmemoratione ſancte Urſule ⁊ ſociarum. Oratio.

Da nobis, queſumus domine, ſanctarum virginum ⁊ martyrum tuarum Urſule, ⁊ ſociarum eius, palmas inceſſabili deuotione venerari: vt quas digna mente nō poſſumus celebrare, humilibus ſaltem frequentemus obſequijs. Per dominum.

Secreta.

Intende, queſumus domine, munera altaribus tuis pro ſanctarum martyrum ⁊ virginum tuarū Urſule ⁊ ſociarum eius feſtiuitate propoſita: vt ſicut, per hec beata myſteria illis gloriam cōtuliſti, ita nobis indulgentiam largiaris. Per dn̄m.

Poſtcom.

Preſta nobis, queſumus domine, intercedentibus ſanctis martyribus ⁊ virginibus tuis: vt quod ore contingimus, pura mente capiamus. Per dn̄m.

¶ Sanctorum martyrū Chryſanti ⁊ Darie. Miſſa. Intret in conſpectu tuo. de cōi plurimorū martyrum. fol. 563. excepta oratione que dicit ut infra. Oratio. Die. 25.

Beatorum martyrū tuorū, domine, Chryſanti ⁊ Darie, queſumus, adſit nobis oratio: vt quos veneramur obſequio, eorum pium iugiter experiamur auxilium. Per dn̄m.

Secreta.

Populi tui, queſumus domine, tibi grata ſit hoſtia: que in natalitijs ſanctorum martyrū tuorū Chriſanti ⁊ Darie ſollemniter immolatur. Per dominū.

Poſtcom.

Myſticis domine repleti ſumus votis ⁊ gaudijs, preſta, queſumus: vt interceſſionibus ſanctorum martyrum tuorū Chryſanti

Chryſanti & Darię, quę temporaliter agimus, ſpiritualiter conſequamur. Per dominum.

die. 26. ¶ Sancti Euariſti Papę & martyris. Miſſa. Statuit ei dominus. de communi vnius martyris pontificis. fol. 552.

die. 27. ¶ In vigilia apoſtolorum Simonis & Iudę. Introitus.

Intret in cōſpectu tuo domine gemitus compeditoꝝ: redde vicinis noſtris ſeptuplum in ſinu eorū: vindica domine ſanguinem ſanctorū tuorū, qui effuſus eſt. pſalmus. Deus venerunt gentes in hereditatem tuam: polluerunt templum ſanctum tuum: poſuerunt Hieruſalem in pomorum cuſtodiaȝ. ℣. Gloria patri. Oratio

Concede, quęſumus, omnipotens deus: vt ſicut apoſtolorum tuorum Simonis, & Iudę glorioſa natalitia pręuenimus: ſic ad tua beneficia promerenda maieſtatem tuam pro nobis ipſi pręueniant. Per dominum noſtrum. Secunda oratio de ſancta Maria. Concede. & tertia, Eccleſię. vel pro Papa. Epiſtola. Spectaculum facti ſumus mundo. de communi confeſſorum non pontificum fol. 579. Graduale. Vindica domine ſanguinem ſanctorum tuorum, qui effuſus eſt. ℣. Poſuerunt mortalia ſeruorum tuorum domine eſcas volatilibus celi: carnes ſanctorum tuorum beſtijs terrę. Euangelium. Ego ſum vitis vera & pater. vt in communi martyrum tempore paſchali. fol. 560. Offertorium. Exultabunt ſancti in gloria, lętabuntur in cubilibus ſuis: exaltationes dei in faucibus eorum.

Secreta.

Muneribus noſtris domine ſanctorum apoſtoloꝝ tuorum Simonis & Iudę feſta pręcedimus, te ſuppliciter deprecantes: vt quę conſcientię noſtrę prępediuntur obſtaculis, illoꝝ meritis grata reddantur. Per dominum noſtrum.

Secūda oratio. Tua domine. tertia, Protege. vel Oblatis. Communio. Poſuerunt mortalia ſeruorum tuorum domine eſcas volatilibus celi: carnes ſanctorum tuorum beſtijs terrę: ſecundum magnitudinem brachij tui poſſide filios morte punitorum. Poſtcom.

Sumpto dn̄e ſacramento ſuppliciter deprecamur: vt intercedentibus beatis apoſtolis tuis Simone & Iuda, quod temporaliter gerimus, ad vitam capiamus ęternam. Per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum. Secunda oratio. Sumptis domine.

mine. tertia Queſumus domine. vel Hec nos queſumus.

die. 28. ¶ In feſto apoſtolorū Simonis et Jude. Introitus.

Mihi autē nimis honorati ſunt amici tui deus: nimis confortatus eſt principatus eorum. pſalm. Domine probaſti me, et cognouiſti me: tu cognouiſti ſeſſionem meam, et reſurrectionē meā. ℣. Gloria. Oratio.

Deus, qui nos per beatos apoſtolos tuos Simonē et Judam, ad agnitionem tui nominis venire tribuiſti: da nobis eorum gloriam ſempiternam, et proficiendo celebrare, et celebrādo proficere. Per dominum.

Lectio epiſtole beati Pauli apoſtoli ad Epheſios.

c.4. Fratres: Unicuiqȝ noſtruȝ data eſt gratia ſecūdū mēſuram donationis Chriſti. Propter quod dicit. Aſcendēs in altum, captiuā duxit captiuitatem: dedit dona hominibus. Quod autem aſcendit: quid eſt, niſi quia et deſcendit primum in inferiores partes terre? Qui deſcendit: ipſe eſt et qui aſcendit ſuper omnes celos, vt impleret omnia. Et ipſe dedit quoſdam quidem apoſtolos: quoſdam autem prophetas: alios vero euangeliſtas: alios autem paſtores et doctores, ad conſummationē ſanctorum, in opus miniſterij, in edificationē corporis Chriſti: donec occurramus omnes in vnitatē fidei et agnitionis filij dei, in virū perfectū, in mēſurā etatis plenitudinis Chriſti. Gradua. Conſtitues eos principes ſuper omnem terram: memores erunt nominis tui domine. ℣. Pro patribus tuis nati ſunt tibi filij: propterea populi confitebuntur tibi. Alleluia, alleluia. ℣. Nimis honorati ſunt amici tui deus: nimis confortatus eſt principatus eorum. Alleluia.

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Joannem.



ca. 15. In illo tempore: Dixit Jeſus diſcipulis ſuis. Hec mando vobis: vt diligatis inuicem. Si mundus vos odit: ſcitote, quia me priorem vobis odio habuit. Si de mundo fuiſſetis: mundus quod ſuum erat, diligeret. Quia vero de mundo non eſtis, ſed ego elegi vos de mundo: propterea odit vos mundus. Mementote ſermonis mei, queȝ ego dixi vobis: Non eſt ſeruus maior domino ſuo. Si me perſecuti ſunt: et vos perſequentur. Si ſermonem meum ſeruauerunt: et veſtrum ſeruabunt. Sed hec omnia

omnia facient vobis propter nomen meũ, quia neſciunt eum qui miſit me. Si non veniſſem, ⁊ locutus eis fuiſſem: peccatum non haberent. Nunc autem excuſationem non habent de peccato ſuo. Qui me odit: ⁊ patrem meum odit. Si opera non feciſſem in eis, quę nemo alius fecit: peccatum non haberent. Nunc autem ⁊ viderunt, ⁊ oderunt ⁊ me, ⁊ patrem meum. Sed vt impleatur ſermo qui in lege eorum ſcriptus eſt, Quia odio habuerũt me gratis. Credo. Offertorium.

In omnem terram exiuit ſonus eorum, ⁊ in fines orbis terrę verba eorum. Secreta.

Gloriam domine ſanctorum apoſtolorum tuorum perpetuam venerantes, quęſumus: vt eam ſacris myſteriis expiati, dignius celebremus. Per dominum noſtrum.

Præfatio de apoſtolis. Communio.

Vos, qui ſecuti eſtis me, ſedebitis ſuper ſedes iudicantes duodecim tribus Iſrael. Poſtcom.

Perceptis domine ſacramentis ſuppliciter exoramus: vt intercedentibus beatis apoſtolis tuis Simone ⁊ Iuda, quę pro illorum veneranda gerimus paſſione, nobis proficiant ad medelam. Per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum.

¶ In Vigilia omnium Sanctorum. Introitus.

Iudicãt ſancti gentes, ⁊ dominantur populis: ⁊ regnabit dominus deus illorum in perpetuum. Pſalmus. Exultate iuſti in domino: rectos decet collaudatio. ℣. Gloria patri; ⁊ filio. non dicitur. Gloria in excelſis deo. pſe. 31.

Oratio.

Domine deus noſter, multiplica ſuper nos gratiam tuam: ⁊ quorum præuenimus glorioſa ſollemnia, tribue ſubſequi in ſancta promiſſione lętitiam. Per dominum noſtrũ Ieſum.

Secũda oratio de Spiritu ſancto. Deus qui corda fidelium. tertia, Ecclesię. vel pro Papa. Deus omnium fidelium.

Lectio libri Apocalypſis beati Ioannis apoſtoli.

In diebus illis: Ecce ego Ioannes vidi in medio throni, ⁊ quatuor animalium, ⁊ in medio ſeniorum, agnum ſtantem tanquam occiſum, habentem cornua ſeptem ⁊ oculos ſeptem: qui ſunt ſeptem ſpiritus dei, miſſi in omnem terram. Et venit, ⁊ accepit librum de dextera ſedentis in throno. Et cum aperuiſſet librũ: quatuor animalia ⁊ viginti quatuor ſeniores ceciderunt coram agno c. 5.

agno: habentes ſinguli citharas
& phialas aureas, plenas odora-
mentorū: que ſunt orationes ſan-
ctorum. Et cantabant canticum
nouum, dicentes. Dignus es do-
mine accipere librū, & ſoluere ſi-
gnacula eius: quoniam occiſus
es: & redemiſti nos deo in ſangui-
ne tuo, ex omni tribu & lingua &
populo & natione: & feciſti nos
deo noſtro regnū & ſacerdotes:
& regnabimus ſuper terram. Et
vidi, & audiui vocem angelorum
multorū in circuitu throni, & ani-
malium & ſeniorum: & erat nume-
rus eorum millia millium voce
magna dicentium. Dignus eſt
agnus qui occiſus eſt, accipere
virtutē, & diuinitatē, & ſapientiā,
& fortitudinem, & honorem, & glo-
riam, & benedictionem, in ſecula
ſeculorū. Amē. Graduale. Exul-
tabunt ſancti in gloria: letabūtur
in cubilibus ſuis. ℣. Cantate do-
mino canticum nouum: laus eius
in eccleſia ſanctorum. Euange.
Deſcendens Jeſus de monte.
De communi plurimorum mar-
tyrum fol. 566. Offerto. Exul-
tabunt ſancti in gloria: letabūtur
in cubilibus ſuis: exaltationes dei
in faucibus eorum. Secreta.
Altare tuum domine deus
muneribus cumulamus
oblatis: da queſumus: vt ad ſalu-
tem noſtram, omnium ſanctorū
tuorum precatione proficiant,

quorum ſollemnia ventura pre-
currimus. Per dominum.
Communio. Juſtorū anime in
manu dei ſunt: & non tanget illos
tormentum malitie: viſi ſunt ocu-
lis inſipientium mori, illi autem
ſunt in pace. Poſtcom.
Sacramētis domine & gau-
dijs optata celebritate ex-
pletis, queſumus: vt eorum pre-
cibus adiuuemur, quorum recor-
dationibus exhibentur. Per
dominum noſtrum.

¶ Feſta Nouembris.

¶ In feſto omnium Sancto-
rum. Introitus.

Gaudeamus omnes
in domino diem fe-
ſtum celebrantes,
ſub honore ſancto-
rū omniū: de quo-
rum ſollemnitate
gaudent angeli, & collaudant fi-
lium dei. Pſalmus. Exultate iu-
ſti in domino: rectos decet col-
laudatio. ℣. Gloria patri.
Oratio.
Omnipotens ſempiterne
deus, qui nos omnium
Sanctorum tuorum merita ſub
vna tribuiſti celebritate venera-
ri: queſumus, vt deſideratam no-
bis tue propitiationis abundan-
tiam, multiplicatis interceſſori-
bus largiaris. Per dominum
noſtrum Jeſum Chriſtum.

Lectio libri Apocalypſis beati Ioannis apoſtoli.

IN diebus illis. Ecce, ego
c.7. Ioannes vidi alterum an-
gelum aſcendentem ab ortu ſo-
lis: habentem ſignum dei viui.
Et clamauit voce magna qua-
tuor angelis, quibus datum eſt
nocere terrę ⁊ mari, dicens. No-
lite nocere terrę ⁊ mari, neque
arboribus: quoadusque ſigne-
mus ſeruos dei noſtri in fronti-
bus eorum. Et audiui nume-
rum ſignatorum, centum qua-
draginta quatuor millia ſignati
ex omni tribu filiorum Iſrael.
Ex tribu Iuda, duodecim mil-
lia ſignati. Ex tribu Ruben,
duodecim millia ſignati. Ex
tribu Gad, duodecim millia ſi-
gnati. Ex tribu Aſer, duode-
cim millia ſignati. Ex tribu Ne-
phthalim, duodecim millia ſi-
gnati. Ex tribu Manaſſe, duo-
decim millia ſignati. Ex tribu
Simeon, duodecim millia ſigna-
ti. Ex tribu Leui, duodecim
millia ſignati. Ex tribu Iſſa-
char, duodecim millia ſignati.
Ex tribu Zabulon, duodecim
millia ſignati. Ex tribu Io-
ſeph, duodecim millia ſignati.
Ex tribu Beniamin, duodecim
millia ſignati. Poſt hęc vidi
turbam magnam quam dinu-
merare nemo poterat, ex omni-
bus gentibus, ⁊ tribubus, ⁊ po-
pulis ⁊ linguis, ſtantes ante thro-
num: ⁊ in conſpectu agni, amicti
ſtolis albis, ⁊ palmę in mani-
bus eorum: ⁊ clamabant voce
magna, dicentes. Salus deo
noſtro qui ſedet ſuper thronum,
⁊ agno. Et omnes angeli ſta-
bant in circuitu throni ⁊ ſenio-
rum, ⁊ quatuor animalium: ⁊ ce-
ciderunt in conſpectu throni in
facies ſuas, ⁊ adorauerunt deū,
dicentes, Amen. Benedictio, ⁊
claritas, ⁊ ſapientia ⁊ gratiarum
actio, honor, virtus, ⁊ fortitu-
do deo noſtro, in ſecula ſeculo-
rum. Amen.

Graduale.

Timete dominum omnes ſan-
cti eius: quoniam nihil deeſt ti-
mentibus eum. ℣. Inquirentes
autem dominum, non deficient
omni bono. Alleluia, alleluia.
℣. Venite ad me omnes qui la-
boratis, ⁊ onerati eſtis: ⁊ ego re-
ficiam vos, Alleluia.

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Mattheum.



IN illo tem- c.5.
pore. Vi-
dens Ieſus tur-
bas, aſcendit in
montem. Et cum
ſediſſet, acceſſe-
runt ad eum diſci-
puli eius: ⁊ aperiens os ſuum,
docebat eos, dicens. Beati
pauperes ſpiritu: quoniam
ipſorum eſt regnum celorum.

Beati mites: quoniam ipſi poſſidebunt terram. Beati qui lugent: quoniã ipſi cõſolabuntur. Beati, qui eſuriunt, ⁊ ſitiunt iuſtitiam: quoniam ipſi ſaturabuntur. Beati miſericordes: quoniam ipſi miſericordiam conſequentur. Beati mundo corde: quoniam ipſi deum videbunt. Beati pacifici: quoniam filij dei vocabuntur. Beati, qui perſecutionem patiuntur propter iuſtitiam: quoniam ipſorum eſt regnum celorũ. Beati eſtis, cum maledixerint vobis homines, ⁊ perſecuti vos fuerint: ⁊ dixerint omne malum aduerſum vos mentientes, propter me. Gaudete ⁊ exultate: quoniam merces veſtra copioſa eſt in celis. dicitur, Credo. Offertorium. Iuſtorum anime in manu dei ſunt: ⁊ non tanget illos tormentum mortis: viſi ſunt oculis inſipientium mori, illi autem ſunt in pace. Secreta.

Munera tibi domine noſtre deuotionis offerimus: que ⁊ pro cunctorũ tibi grata ſint honore iuſtorum, ⁊ nobis ſalutaria te miſerãte reddãtur. Per dñm. Communio. Beati mundo corde, quoniam ipſi deũ videbunt: beati pacifici, quoniã filij dei vocabuntur: beati qui perſecutionem patiuntur propter iuſtitiam, quoniam ipſorum eſt regnum celorum.

Poſtcom.

Da, queſumus domine, fidelibus populis, omnium ſanctorum tuorum ſemper veneratione letari: ⁊ eorum perpetua ſupplicatione muniri. Per dominum noſtrum.

Infra octauam omnium Sanctorum, ⁊ in die octaua: Miſſa dicitur ſicut in die, ſed infra octauam ſecunda oratio dicitur de ſancto Spiritu. Deus qui corda fideliũ. tertia, Eccleſie. vel pro Papa. De feſtis duplicibus ⁊ ſemiduplicibus infra eam occurrentibus, fit cum cõmemoratione octaue. De ſimplicibus autem fit tantũ commemoratio.

¶ Secunda die fit Cõmemoratio omnium fidelium defunctorũ: ⁊ dicitur Miſſa. Requiem eternam dona. que loco ſuo circa finem Miſſalis habetur fol. 659. Si autem ſecũda dies fuerit Dominica, dicta commemoratio defunctorum fit feria ſecunda. die 2.

¶ Pro cõmemoratione ſanctorum martyrum Vitalis, ⁊ Agricole. Oratio. die 4.

Preſta, queſumus, omnipotens deus: vt qui ſanctorum martyrum tuorum Vitalis ⁊ Agricole ſollemnia colimus, eorum apud te interceſſionibus adiuuemur.

Tertia oratio de Spiritu ſancto. Niſi venerit in Dominica, quia

tunc tertia erit de ſanctis. Secr.

O Blatis, quęſumus dñe placare muneribus: ⁊ intercedentibus ſanctis martyribus tuis Vitale ⁊ Agricola, a cunctis nos defende periculis. Per dominũ.

Poſtcom.

H Aec nos cõmunio dñe purget a crimine: ⁊ intercedentibus ſanctis martyribus tuis Vitale ⁊ Agricola, cęleſtis remedij faciat eſſe conſortes. Per dominum noſtrum Jeſum Chriſtum.

die 8. ¶ In die octaua omnium Sanctorum, dicitur Miſſa, vt in die cum cõmemoratione ſanctorum martyrum Quatuor Coronatorum. Oratio.

P Ręſta, quęſumus, omnipotens deus: vt qui glorioſos martyres fortes in ſua confeſſione cognouimus, pios apud te in noſtra interceſſione ſentiamus. Per dominum. Secreta.

B Enedictio tua domine larga deſcendat: quę ⁊ munera noſtra, deprecantibus ſanctis martyribus tuis, tibi reddat accepta, ⁊ nobis ſacramentum redemptionis efficiat. Per dñm.

Poſtcom.

C Oeleſtib⁹ refecti ſacramẽtis ⁊ gaudijs, ſupplices te dñe deprecamur: vt quorum gloriamur triumphis, protegamur auxilijs. Per dominum noſtrum Jeſum Chriſtum filium tuum.

¶ In dedicatione Baſilicę Saluatoris dicitur Miſſa. Terribilis eſt locus iſte. de communi Dedicationis eccleſię. fol. 591. ⁊ pro commemoratione ſancti Theodori martyris. Oratio. die 9.

D Eus, qui nos beati Theodori martyris tui confeſſione glorioſa circundas, ⁊ protegis, pręſta nobis, ex eius imitatione proficere, ⁊ oratione fulciri. Per dominum noſtrum Jeſum.


Secreta.

S Uſcipe domine fideliũ preces cum oblationibus hoſtiarum: ⁊ intercedente beato Theodoro martyre tuo, per hęc pię deuotionis officia, ad cęleſtem gloriam tranſeamus. Per dominum noſtrum Jeſum Chriſtum.

Poſtcom.

P Ręſta nobis, quęſumus domine, intercedente beato Theodoro martyre tuo: vt quod ore contingimus, pura mente capiamus. Per dominum noſtrum Jeſum Chriſtum filium tuum.

¶ Sanctorum martyrum Tryphonis, Reſpicij ⁊ Nymphę. Introitus. die 10.



C Lamauerunt iuſti, ⁊ dominus exaudiuit eos: ⁊ ex omnibus tribulationibus eorum liberauit eos. Pſalmus. Benedicam dominum in omni tem-

tempore, ſemper laus eius in ore meo. ℣. Gloria patri ⁊ filio.

Oratio.

HAc nos, quęſumus domine, ſanctorum martyrum tuorum Tryphonis, Reſpicij, ⁊ Nymphę, ſemper feſta ſectari: quorum ſuffragijs protectionis tuę dona ſentiamus. Per dominum noſtrum Jeſum Chriſtū.

Epiſtola. Non ſunt condignę. de communi plurimorum martyrum. folio. 568. Graduale. Vindica domine ſanguinem ſanctorum tuorum qui effuſus eſt. ℣. Poſuerunt mortalia ſeruorum tuorum eſcas volatilibus cęli, carnes ſanctorum tuorum beſtijs terrę. Alleluia, alleluia. ℣. Precioſa in conſpectu domini, mors ſanctorum eius, Alleluia. Euangelium. Attendite a fermento phariſęorum. de eodem communi. folio. 571. Offertorium. Lętamini in domino, ⁊ exultate iuſti: ⁊ gloriamini omnes recti corde.

Secreta.

MUnera tibi domine noſtrę deuotionis offerimus: quę ⁊ pro tuorum tibi grata ſint honore iuſtorum: ⁊ nobis ſalutaria te miſerante reddantur. Per dñm.

Communio. Quicunqȝ fecerit voluntatem patris mei qui in cęlis eſt: ipſe meus frater, ⁊ ſoror, ⁊ mater eſt, dicit dominus.

Poſtcom.

PReſta nobis, quęſumus domine, intercedentibus ſanctis martyribus tuis Tryphone, Reſpicio, ⁊ Nympha: vt quod ore contingimus, pura mente capiamus. Per dominum noſtrum Jeſum Chriſtum.

¶ In feſto ſancti Martini epiſcopi, ⁊ confeſſoris. die 11.

Introitus.

STatuit ei dominus teſtamentū pacis: ⁊ principem fecit eum: vt ſit illi ſacerdotij dignitas in ęternum. pſalmus. Memento domine Dauid, ⁊ omnis manſuetudinis eius. ℣. Gloria patri, ⁊ filio.

Oratio.

DEus, qui conſpicis, quia ex nulla noſtra virtute ſubſiſtimus: concede propitius: vt, interceſſione beati Martini confeſſoris tui atque pontificis, contra omnia aduerſa muniamur. Per dominum noſtrum Jeſum.

Pro commemoratione Sancti Menę martyris. Oratio.

PReſta, quęſumus, omnipotēs deus: vt, qui beati Menę martyris tui natalitia colimus, interceſſione eius in tui nominis amore roboremur. Per dñm.

Epiſtola. Ecce ſacerdos magnus. de communi confeſſorum

pontificum fol. 571. Graduale. Ecce ſacerdos magnus, qui in diebus ſuis placuit deo. ℣. Non eſt inuentus ſimilis illi, qui conſeruaret legē excelſi. Alleluia, all'a. ℣. Beatus vir ſanctus Martinus, vrbis Turonis epiſcopus, requieuit: quem ſuſceperunt angeli, atque archangeli, throni, dominationes, et virtutes. Alleluia. Euang. Nemo accēdit lucernā. de eodem cōi. fol. 575. Offerto. Veritas mea et miſericordia mea cum ipſo, et in nomine meo exaltabitur cornu eius. Secreta.

Da, miſericors deus: vt hęc nos ſalutaris oblatio, et a proprijs reatib⁹ indeſinenter expediat, et ab omnibus tueatur aduerſis. Per dominum noſtrum.

Pro cōmemoratione S. Menne martyris. Secreta.

Muneribus noſtris, quęſumus domine, precibuſque ſuſceptis: et cęleſtibus nos munda myſterijs, et clementer exaudi. Per dominum noſtrum Jeſum.

Communio. Beatus ſeruus, quem cum venerit dominus inuenerit vigilantem: amen dico vobis: ſuper omnia bona ſua conſtituet eum. Poſtcom.

Preſta quęſumus, dñe deus noſter: vt quorum feſtiuitate votiua ſunt ſacramenta, eorum nobis ſalutaria interceſſione reddantur. Per dominum noſtrū.

Pro cōmemoratione ſancti Menne. Poſtcom.

Da, quęſumus, dñe deus noſter, vt, ſicut tuorū cōmemoratione ſanctorum, temporali gratulamur officio: ita perpetuo lętemur aſpectu. Per dominum.

¶ Sancti Martini Pape et martyris. Miſſa. Sacerdotes dei. de communi vnius martyris pontificis. folio. 553. die 12.

¶ Sancti Gregorij Thaumaturgi Epiſcopi et confeſſoris. Introitus. die 17.

Statuit ei dñs teſtamentū pacis: et principē fecit eum: vt ſit illi ſacerdotij dignitas in ęternum. Pſalm. Memento domine David, et omnis manſuetudinis eius. ℣. Gloria. Oro.

Da, quęſumus, omnipotens deus: vt beati Gregorij cōfeſſoris tui atq; pontificis veneranda ſollemnitas, et deuotionem nobis augeat, et ſalutē. Per dñm. Epiſto. Ecce ſacerdos magnus. de cōi confeſſor. pontif. f. 571. Graduale. Ecce ſacerdos magnus, qui in diebus ſuis placuit deo. ℣. Non eſt inuentus ſimilis illi, qui conſeruaret legē excelſi. Alleluia, alleluia. ℣. Tu es ſacerdos in ęternū ſecundum ordinem Melchiſedec. Alleluia.

Sequen

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Marcum.

ca. 11.



IN illo tempore: Dixit Jeſus diſcipulis ſuis. Habete fidem dei. Amen dico vobis, quia quicunq; dixerit huic monti tollere ⁊ mittere in mare: ⁊ non heſitauerit in corde ſuo, ſed crediderit quia quodcunque dixerit, fiat: fiet ei. Propterea dico vobis: omnia quecunq; orantes petitis, credite quia accipietis, ⁊ euenient vobis. Offerto. Inueni Dauid ſeruum meum: oleo ſancto meo vnxi eum: manus enim mea auxiliabitur ei: ⁊ brachium meum confortabit eum.

Secreta.

SAncti tui, queſumus dñe, nos vbiq; letificēt: vt dum eorum merita recolimus: patrocinia ſentiamus. Per dominum.
Cōmunio. Fidelis ſeruus, ⁊ prudens: quem conſtituit dñs ſuper familiam ſuam: vt det illis in tempore tritici menſurā. Poſtcom.

PReſta, queſumus, omnipotens deus: vt de perceptis muneribus gratias exhibentes, intercedēte beato Gregorio cōfeſſore tuo atq; pontifice, beneficia potiora ſumamus. Per dominum noſtrum Jeſum Chriſtum.

die 18. ¶ In dedicatione Baſilice ſanctorum apoſtolorum Petri ⁊ Pauli, Miſſa. Terribilis eſt. de communi dedicationis eccleſie. fol. 591.

¶ Sancti Pontiani Pape ⁊ martyris, Miſſa. Statuit ei dominus. de communi vnius martyris pontificis. fol. 552. die 19.

¶ In feſto Sancte Cecilie virginis ⁊ martyris. die 22.

Introitus.

LOquebar de teſtimonijs tuis in conſpectu regum, ⁊ non confundebar: ⁊ meditabar in mandatis tuis, que dilexi nimis. pſalmus. Beati immaculati in via, qui ambulant in lege domini. ℣. Gloria patri, ⁊ filio. Oratio.

DEus, qui nos annua beate Cecilie virginis, ⁊ martyris tue ſollemnitate letificas: da, vt quam veneramur officio, etiam pie conuerſationis ſequamur exemplo. Per dominum noſtrum Jeſum Chriſtum.
Epiſtola. Domine deus meus. de communi virginis ⁊ martyris. folio. 584. Graduale. Audi filia, ⁊ vide, ⁊ inclina aurem tuam: quia concupiuit rex ſpecieʒ tuaʒ. ℣. Specie tua ⁊ pulchritudine tua intende, proſpere procede, ⁊ regna. Alleluia, alleluia. ℣. Quinque prudentes virgines acceperunt oleum in vaſis ſuis cuʒ

lempadibus: media autem nocte clamor factus eſt: ecce ſponſus venit, exite obuiam Chriſto domino, Alleluia. Euangelium. Simile eſt regnum celorum decem virginibus. de eodem communi. folio. 583. Offertorium. Offerentur regi virgines poſt eam: proxime eius offerentur tibi. Secreta.

Hec hoſtia, domine, placationis et laudis, queſumus: vt intercedente beata Cecilia martyre tua, nos propitiatione tua dignos ſemper efficiat. Per dominum noſtrum. Communio. Confundantur ſuperbi quia iniuſte iniquitatem fecerunt in me: ego autem in mandatis tuis exercebor: et meditabor in tuis iuſtificationibus, vt non confundar. Poſtcom.

Satiaſti domine familiam tuam muneribus ſacris: eius queſumus ſemper interuentione nos refoue, cuius ſollemnia celebramus. Per dominum.

die 23. ¶ In feſto ſancti Clementis Pape et martyris. Introitus.

Dicit dominus: ſermones mei, quos dedi in os tuum, non deficient de ore tuo: et munera tua accepta erunt ſuper altare meum. Pſalmus. Beatus vir qui timet dominum: in mandatis eius volet nimis. ℣. Gloria patri. Oratio.

Deus, qui nos annua beati Clementis martyris tui atque pontificis ſollemnitate letificas: concede propitius: vt cuius natalitia colimus, virtutem quoque paſſionis imitemur. Per dominum noſtrum Ieſum.

Pro commemoratione ſancte Felicitatis mart. Oratio.

Preſta queſumus, omnipotens deus: vt beate Felicitatis martyris tue ſollemnia recenſentes, meritis ipſius protegamur, et precibus. Tertia oratio. A cunctis. Epiſtola. Imitatores mei eſtote. vt in Dominica vigeſima tertia poſt Pentec. folio. 405. Graduale. Iurauit dominus, et non penitebit eum: tu es ſacerdos in eternum ſecundum ordinem Melchiſedec. ℣. Dixit dominus domino meo: ſede a dextris meis. Alleluia, alleluia. ℣. Hic eſt ſacerdos, quem coronauit dominus. Alleluia. Euangelium. Vigilate, quia neſcitis. de communi confeſſorum pontificum. folio. 573. Offertorium. Veritas mea, et miſericordia mea cum ipſo, et in nomine meo exaltabitur cornu eius. Secreta.

Munera tibi domine, oblata ſanctifica, et intercedente beato Clemente martyre tuo atque pontifice, per hec nos a pec

catorum noſtrorũ maculis emunda. Per dominum noſtrum.

Pro commemoratione ſancte Felicitatis. Secreta.

OTa populi tui domine propitiatus intende: ⁊ cuius nos tribuis ſollemnia celebrare, fac gaudere ſuffragijs. Per dominum noſtrum Jeſum Chriſtum. Communio. Beatus ſeruus, quem cum venerit dominus, inuenerit vigilantem: amen dico vobis, ſuper omnia bona ſua conſtituet eũ. Poſtcom.

COrporis ſacri, ⁊ precioſi ſanguinis repleti libamine, queſumus, domine deus noſter: vt, quod pia deuotione gerimus, intercedente beato Clemente martyre tuo atque pontifice, certa redemptione capiamus. Per dominum noſtrum Jeſum Chriſtum filium tuum, qui tecum viuit.

Pro commemoratione ſancte Felicitatis. Poſtcom.

SUpplices te rogamus omnipotens deus: vt intercedentibus ſanctis tuis, ⁊ tua in nobis dona multiplices, ⁊ tempora noſtra diſponas. Per dominum noſtrum Jeſum Chriſtum.

die 24. ¶ Sancti Chryſogoni martyris. In virtute tua domine. de communi vnius martyris. fol. 555. preter orationem, que dicitur vt infra.

Oratio.

ADeſto domine ſupplicationibus noſtris: vt, qui ex iniquitate noſtra reos nos eſſe cognoſcimus, beati Chryſogoni martyris tui interceſſione liberemur. Per dominum noſtrum.

Secreta.

OBlatis, queſumus dñe, placare muneribus: ⁊ intercedente beato Chryſogono martyre tuo, a cunctis nos defende periculis. Per dominum noſtrum Jeſum Chriſtum filium tuum.

Poſtcom.

TUi domine perceptione ſacramenti, ⁊ a noſtris mundemur occultis, ⁊ ab hoſtium liberemur inſidijs. Per dominuȝ noſtrum Jeſum Chriſtum filiuȝ tuum, qui tecum viuit ⁊ regnat.

¶ In feſto Sancte Catharine virginis ⁊ martyris. die 25.

Introitus.

LOquebar de teſtimonijs tuis in cõſpectu regum, ⁊ non cõfundebar: ⁊ meditabar in mandatis tuis, que dilexi nimis. Pſalmus. Beati immaculati in via, qui ambulant in lege domini. ℣. Gloria patri.

Oratio

DEus, q dediſti legẽ Moyſi in ſummitate mõtis Sinai: ⁊ in eodem loco per ſanctos ange-

angelos tuos corpus beatę Catharinę virginis, & martyris tuę mirabiliter collocaſti: pręſta, quęſumus: vt eius meritis & interceſſione, ad montem qui Chriſtus eſt, peruenire valeamus. Per eundem dominum noſtrum.

Epiſtola. Confitebor tibi domine rex. de communi vnius virginis & martyris. folio. 582.

Graduale. Dilexiſti iuſtitiam: & odiſti iniquitatē. ℣. Propterea vnxit te deus, deus tuus, oleo lętitię. Alleluia, alleluia. ℣. Adducentur regi virgines poſt eam: proximę eius offerentur tibi in lętitia, Alleluia. Euangelium. Simile eſt regnum cęlorum decem virginibus. de eodem communi. folio. 583. Offertorium. Offerentur regi virgines poſt eam: proximę eius offerētur tibi.

Secreta.

Suſcipe domine munera, quę in beatę Catharinę virginis, & martyris tuę ſollemnitate deferimus: cuius nos confidimus patrocinio liberari. Per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum. Communio. Confundantur ſuperbi, quia iniuſte iniquitatem fecerunt in me: ego autem in mandatis tuis exercebor, in tuis iuſtificationibus, vt non confundar. Poſtcom.

Auxilientur nobis domine ſumpta myſteria, & intercedente beata Catharina virgine & martyre tua, ſempiterna faciant protectione gaudere. Per.

¶ Sancti Petri Alexandrini die 26.
epiſcopi & martyris, Miſſa.

Statuit ei dominus. de communi vnius martyris pontificis. folio. 552.

Commu-

Commune Sanctorum.

¶ In vigilia vnius Apoſtoli. Introitus.



ps. 51. Ego autem ſicut oliua fructificaui i domo domini: ſperaui in miſericordia dei mei: ⁊ expectabo nomen tuum, quoniam bonum eſt ante conſpectum ſanctorum tuorum. pſalmus Quid gloriaris in malitia, qui potens es in iniquitate? ℣. Gloria patri.

Oratio.

Da queſumus omnipotens deus, vt beati N apoſtoli tui quam preuenimus veneranda ſollemnitas: ⁊ deuotionem nobis augeat ⁊ ſalutem. Per dñm.

Lectio libri Sapientie.

ec. 44. ⁊ 45. Benedictio dñi ſuper caput iuſti. Ideo dedit illi dñs hereditatem ⁊ diuiſit ei partẽ in tribubus duodecim: ⁊ inuenit gratiam in conſpectu omnis carnis. Magnificauit eum in timore inimicorũ: ⁊ in verbis ſuis monſtra placauit. Glorificauit euz in conſpectu regum: ⁊ oſtendit illi gloriam ſuã. In fide ⁊ lenitate ipſius ſanctũ fecit illum: ⁊ elegit eum ex omni carne. Et dedit illi coram precepta: ⁊ legem vite ⁊ diſcipline: ⁊ excelſum fecit illuz. Statuit illi teſtamentum eternũ: ⁊ circumcinxit eũ zona iuſtitie: ⁊ induit eũ dñs coronam glorie. Graduale. Iuſtus vt palma florebit, ſicut cedrus Libani multiplicabitur in domo domini. ps. 91. ℣ Ad annunciandum mane miſericordiam tuam, ⁊ veritatem tuam per noctem.

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Ioannem.

ca. 15. In illo tempore. Dixit Ieſus diſcipulis ſuis. Hoc eſt preceptum meum: vt diligatis inuicem, ſicut dilexi vos. Maiorez hac dilectionem nemo habet: vt animã ſuam ponat quis pro amicis ſuis. Vos amici mei eſtis: ſi feceritis que ego precipio vobis. Iam non dicam vos ſeruos: quia ſeruus neſcit quid faciat dominus eius. Vos autẽ dixi amicos: quia omnia queſcunqz audiui a patre meo, nota feci vobis. Non vos me elegiſtis: ſed ego elegi vos: ⁊ poſui vos: vt eatis: ⁊ fructũ afferatis ⁊ fructus veſter maneat: vt quodcunqz petieritis patrẽ in nomine meo, det vobis. Offerto.

Gloria

Gloria ⁊ honore coronaſti eũ: ⁊ conſtituiſti eũ ſuper opera manuum tuarũ, domine. Secreta


Apoſtolici reuerentia culminis offerimus tibi domine munera ſacris myſterijs imbuendi: preſta queſumus domine: vt beati apoſtoli tui N. ſuffragijs, cuius natalitia preuenimus, hec plebs tua ſemper, ⁊ ſua vota depromat, ⁊ deſiderata percipiat. Per dñm. Cõmunio.

ps. 51. Magna eſt gloria eius in ſalutari tuo: gloriã, ⁊ magnũ decorem impones ſuper eum, dñe. Poſtcõ.

Sancti apoſtoli tui N. que ſumus domine, ſupplicatione placatus: ⁊ veniam nobis tribue, ⁊ remedia ſempiterna concede. Per dominum noſtrum.

¶ In Natalitiis Apoſtolorũ, ⁊ Euangeliſtarum omnia vt ſuis locis in proprio Sanctorum.

¶ In communi vnius martyris pontificis. Introitus.



Statuit ei dominus teſtamentũ pacis, ⁊ principẽ fecit eum: vt ſit illi ſacerdotij dignitas in eternũ. Pſal. Memento domine Dauid: ⁊ omnis manſuetudinis eius. ℣. Gloria. Oro.

Infirmitatem noſtram reſpice omnipotens deus: ⁊ quia pondus proprie actionis grauat beati N. martyris tui atque pontificis, interceſſio glorioſa nos protegat. Per dominum noſtrum.

Lectio epiſtole beati Iacobi apoſtoli.

Chariſſimi. Beatus vir qui c. 1.
ſuffert tentationem: quoniam cũ probatus fuerit, accipiet coronam vite: quam repromiſit deus diligentibus ſe. Nemo cum tentatur, dicat quoniam a deo tentatur. Deus enim intentator malorum eſt: ipſe autem neminem tentat. Vnuſquiſque vero tentatur, a cõcupiſcentia ſua abſtractus ⁊ illectus. Deinde cõcupiſcentia cum cõceperit, parit peccatum: peccatum vero cum cõſummatum fuerit, generat mortem. Nolite itaque errare fratres mei dilectiſſimi. Omne datum optimum, ⁊ omne donum perfectũ deſurſum eſt, deſcẽdens a patre luminum: apud quem nõ eſt tranſmutatio, nec viciſſitudinis obumbratio. Voluntarie enim genuit nos verbo veritatis: vt ſimus initium aliquod creature eius. Graduale.

Inueni Dauid ſeruum meum: oleo ſancto meo vnxi eum: manus enim mea auxiliabitur ei, ⁊ brachium meum cõfortabit eum. ℣. Nihil proficiet inimicus in eo, ⁊ filius iniquitatis non nocebit ei.

Alleluia, alleluia. ℣. Tu es ſacerdos in eternum, ſecundum ordinem Melchiſedec, alleluia.

Poſt Septuageſimã. Tractus.

Deſiderium anime eius tribuiſti ei: ⁊ voluntate labiorum eius non fraudaſti eum. ℣. Quoniam preueniſti eum in benedictionibus dulcedinis. ℣. Poſuiſti in capite eius, coronam de lapide pretioſo.

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Lucam.



ca. 14. IN illo tempore. Dixit Jeſus turbis. Si quis venit ad me, ⁊ non odit patrem ſuum ⁊ matrem, ⁊ vxorem ⁊ filios, ⁊ fratres ⁊ ſorores, adhuc autem, ⁊ animam ſuam: non poteſt meus eſſe diſcipulus. Et qui non baiulat crucem ſuam, ⁊ venit poſt me: non poteſt meus eſſe diſcipulus. Quis enim ex vobis volens turrim edificare, non prius ſedens computat ſumptus qui neceſſarij ſunt, ſi habeat ad perficiendum: ne poſtquam poſuerit fundamentum, ⁊ non potuerit perficere, omnes qui vident, incipiant illudere ei, dicentes: quia hic homo cepit edificare, ⁊ non potuit conſummare? Aut quis rex iturus committere bellum aduerſus alium regem, non ſedens prius cogitat, ſi poſſit cum decem millibus occurrere ei, qui cum viginti millibus venit ad ſe? Alioquin, adhuc illo longe agente, legationem mittens, rogat ea que pacis ſunt. Sic ergo omnis ex vobis qui non renunciat omnibus que poſſidet: non poteſt meus eſſe diſcipulus. Offertorium.

Veritas mea, ⁊ miſericordia mea cum ipſo: ⁊ in nomine meo exaltabitur cornu eius. Secreta.

HOſtias tibi dñe beati N. martyris tui atque pontificis dicatas meritis, benignus aſſume: ⁊ ad perpetuum nobis tribue prouenire ſubſidium. Per dñm.

Cõmunio. Semel iuraui in ſancto meo, ſemen eius in eternum manebit: ⁊ ſedes eius ſicut ſol in conſpectu meo, ⁊ ſicut luna perfecta in eternum: ⁊ teſtis in celo fidelis. Poſtcom.

REfecti participatione muneris ſacri, queſumus domine deus noſter: vt cuius exequimur cultum intercedente beato N. martyre tuo atque pontifice ſentiamus effectum. Per dominum noſtrum.

¶ De eodem communi alia miſſa. Introitus.

SAcerdotes dei benedicite dominum: ſancti ⁊ humiles corde laudate deum. Pſal. Benedicite omnia opera domini domino: laudate ⁊ ſuperexaltate eum in ſecula. ℣. Gloria patri ⁊ filio.

Oratio.

Oratio.

DEus qui nos beati N. martyris tui atque pontificis annua ſollennitate letificas, concede propitius: vt cuius natalitia colimus, de eiuſdem etiam protectione gaudeamus. Per dominum.

Lectio epiſtole beati Pauli Apoſtoli ad Corinthios.

2.c. 1. FRatres. Benedictus deus ⁊ pater domini noſtri Jeſu Chriſti pater miſericordiarum ⁊ deus totius conſolationis: qui conſolatur nos in omni tribulatione noſtra: vt poſſimus ⁊ ipſi conſolari eos qui in omni preſſura ſunt, per exhortationem qua exhortamur ⁊ ipſi a deo. Quoniam ſicut abundant paſſiones Chriſti in nobis: ita ⁊ per Chriſtuʒ abundat conſolatio noſtra. Siue autem tribulamur, pro veſtra exhortatione ⁊ ſalute: ſiue conſolamur, pro veſtra conſolatione: ſiue exhortamur pro veſtra exhortatione, ⁊ ſalute: que operatur tolerantiam earundem paſſionũ quas ⁊ nos patimur: vt ſpes noſtra firma ſit pro vobis: ſcientes quoniam ſicut ſocij paſſionum eſtis, ſic eritis ⁊ conſolationis, In Chriſto Jeſu domino noſtro. Graduale. Gloria ⁊ honore coronaſti eum. V. Et conſtituiſti eum ſuper opera manuuʒ tuarum, domine. Alleluia, alleluia. V. Hic eſt ſacerdos, quem coronauit dominus, alleluia.

Poſt Septuageſimã. Tractus.

Beatus vir, qui timet dominuʒ: in mandatis eius cupit nimis. V. Ps. 3.
Potens in terra erit ſemen eius: generatio rectoruʒ benedicetur. V. Gloria ⁊ diuitie in domo eius: ⁊ iuſtitia eius manet in ſeculum ſeculi.

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Mattheum.



IN illo tempore. Dixit Jeſus diſcipulis ſuis. ca. 16. Si quis vult venire poſt me, abneget ſemetipſum, ⁊ tollat crucem ſuã ⁊ ſequatur me. Qui enim voluerit animam ſuam ſaluam facere, perdet eam. Qui autem perdiderit animam ſuam propter me, inueniet eam. Quid enim prodeſt homini, ſi vniuerſum mundum lucretur, anime vero ſue detrimentum patiatur? Aut quam dabit homo commutationem pro anima ſua? Filius enim hominis vẽturus eſt in gloria patris ſui cũ angelis ſuis: ⁊ tunc reddet vnicuiqʒ ſecundum opera ſua. Offertorium. Ps. 88.
Inueni Dauid ſeruuʒ meũ, oleo ſancto meo vnxi eũ: manus enim mea auxiliabitur ei, ⁊ brachium meum confortabit eum.

Secreta.

Secreta.

Munera tibi domine dicata ſanctifica: ⁊ intercedente beato N. martyre tuo atqꝫ pontifice: per eadem nos placatus intende. Per dominum noſtruꝫ.

Communio. Poſuiſti domine
ps. in capite eius coronam de lapide
20. pretioſo.

Poſtcom.

Hec nos communio domine purget a crimine: ⁊ intercedēte beato N. martyre tuo, atque pontifice: celeſtis remedij faciat eſſe conſortes. Per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum.

¶ Epiſtole, ⁊ euāgelia pro pōt. ⁊ marty. aſſignata, legi poſſint etiam pro marty. non pont. Et que infra habentur de mart. non pont. etiā pro mart. pont. Item pro mart. pont. legi poſſunt epiſtole ⁊ euāgelia inferius aſſignata pro confeſſ. pont. Epiſtole etiaꝫ ⁊ euāgelia que in vna miſſa de eodem cōi ponuntur, dici poſſunt in alijs miſſis de eodem cōmuni.

¶ In communi vnius martyris non pontificis. Introitus.

ps. IN virtute tua domine letabitur iu-
20. ſtus: ⁊ ſuper ſalutare tuū exultabit vehementer: deſiderium anime eius tribuiſti ei. Pſalmus. Quoniam preueniſti eum in benedictionibus dulcedinis: poſuiſti in capite eius coronam de lapide pretioſo. ℣. Gloria patri.

Oratio.

Preſta queſumus omnipotens deus, vt qui beati N. martyris tui, natalitia colimus: interceſſione eius in tui nominis amore roboremur. Per dnm.

Lectio libri Sapientie.

Iuſtū deduxit dominus per ſa.
vias rectas: ⁊ oſtēdit illi re- 10.
gnum dei: ⁊ dedit illi ſciētiam ſanctorum: honeſtauit illum in laboribus: ⁊ compleuit labores illius. In fraude circumuenientium, illi affuit: ⁊ honeſtum fecit illum. Cuſtodiuit eum ab inimicis, ⁊ a ſeductoribus tutauit illuꝫ: ⁊ certamen forte dedit illi, vt vinceret, ⁊ ſciret quoniam omnium potentior eſt ſapientia. Hec, venditum iuſtum non dereliquit: ſed a peccatoribus liberauit eū. Deſcenditque cum illo in foueam: ⁊ in vinculis non dereliquit eum, donec afferret illi ſceptrum regni, ⁊ potentiam aduerſus eos qui euꝫ deprimebant. Et mendaces oſtendit qui maculauerunt eum: ⁊ dedit illi claritatem eternam, dominus deus noſter.

Graduale.

Beatus vir, qui timet dominuꝫ: ps.
in mandatis eius cupit nimis. ℣. 1.
Potens in terra erit ſemen eius: generatio rectoruꝫ benedicetur.

Alleluia, alleluia. ℣. Poſuiſti
domine ſuper caput eius coronā ps.
de lapide pretioſo, alleluia. 20.

Poſt

Poſt Septuageſimā, Tractus.

DEſiderium anime eius tribuiſti ei: ⁊ voluntate labiorum eius non fraudaſti eum. ℣. Quoniam preueniſti eū in benedictionibus dulcedinis. ℣. Poſuiſti in capite eius coronam de lapide pretioſo.

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Matheum.

ca. 10.



IN illo tempore. Dixit Jeſus diſcipulis ſuis. Nolite arbitrari, quia venerim pacem mittere in terram: non veni pacem mittere, ſed gladium. Ueni enim ſeparare hominem aduerſus patrem ſuum, ⁊ filiam aduerſus matrem ſuam: ⁊ nurum aduerſus ſocrum ſuam: ⁊ inimici hominis, domeſtici eius. Qui amat patrem aut matrem plus quam me: non eſt me dignus. Et qui amat filium aut filiam ſuper me: non eſt me dignus. Et qui non accipit crucem ſuam, ⁊ ſequitur me: non eſt me dignus. Qui inuenit animam ſuam, perdet eam: ⁊ qui perdiderit animam ſuam propter me, inueniet eam. Qui recipit vos, me recipit: ⁊ qui recipit me, recipit eum qui me miſit. Qui recipit prophetam in nomine prophete: mercedē prophete accipiet. Et qui recipit iuſtū in nomine iuſti: mercedem iuſti accipiet. Et quicunqꝫ dederit vni ex minimis iſtis calicem aque frigide, tantum in nomine diſcipuli: amen dico vobis, non perdet mercedē ſuam. Offerto. Gloria ⁊ honore coronaſti eum: ⁊ conſtituiſti eum ſuper opera manuum tuarum domine. Secreta.

MUneribus noſtris, queſumus domine, precibuſqꝫ ſuſceptis: ⁊ celeſtibus nos mūda myſterijs, ⁊ clēmenter exaudi. Per.

Cōmunio. Qui vult venire poſt me, abneget ſemetipſum: ⁊ tollat crucem ſuam, ⁊ ſequatur me.

Poſtcom.

DA, queſumus dn̄e deus noſter: vt ſicut tuorum cōmemoratione ſanctorum temporali gratulamur officio: ita perpetuo letemur aſpectu. Per dominum.

¶ De eodem communi alia miſſa. Introitus.

LEtabitur iuſtus in domino, ⁊ ſperabit in eo: ⁊ laudabuntur omnes recti corde. Pſal. Exaudi deus orationem meam cum deprecor: a timore inimici eripe animam meā. ℣. Gloria patri. Oratio.

PReſta, queſumus omnipotens deus: vt intercedente beato N. martyre tuo, ⁊ a cūctis aduerſitatibus liberemur in corpore, ⁊ a prauis cogitationibus

mun-

mundemur in mente. Per dñm.

Lectio epiſtole beati Pauli apo
ſtoli ad Timotheum.

2.C. Chariſſime. Memor eſto
2. dominum Jeſum Chri
ſtum reſurrexiſſe a mortuis, ex
ſemine David, ſecundum euan
gelium meum, in quo laboro
vſque ad vincula, quaſi male ope
rans: ſed verbum dei non eſt al
ligatum. Jdeo omnia ſuſtineo
propter electos: vt ⁊ ipſi ſalutez
conſequantur que eſt in Chriſto
c.3. Jeſu, cum gloria celeſti. Tu au
tem aſſecutus es meam doctri
nam, inſtitutionem, propoſitum,
fidez, longanimitatez, dilectionẽ,
patientiam, perſecutiones, paſſio
nes: qualia mihi facta ſunt Antio
chie, Jconij, Lyſtris: quales per
ſecutiones ſuſtinui: ⁊ ex omnibus
eripuit me dñs. Et omnes qui vo
lunt pie viuere in Chriſto Jeſu,
perſecutiones patiũtur. Gradu.

Juſtus cum ceciderit non colli
detur, quia dominus ſupponit
manum ſuam. ℣. Tota die miſe
retur, ⁊ commodat: ⁊ ſemen eius
in benedictione erit. Alleluia.
alleluia. ℣. Qui ſequitur me, non
ambulat in tenebris: ſed habebit
lumen vite eterne, alleluia.

Poſt Septuageſimã, Tractus.

Beatus vir, qui timet dominũ: in
mãdatis eius cupit nimis. ℣. Po
tens in terra erit ſemen eius, gene
ratio rectorum benedicetur. ℣.
Gloria ⁊ diuitie in domo eius: ⁊
iuſtitia eius manet in ſeculũ ſeculi.

Sequentia ſancti euangelij
ſecundum Mattheum.



In illo tempo ca.
re. Dixit Jeſus 10.
diſcipulis ſuis. Nihil
opertum, quod non
reueletur: ⁊ occultũ,
quod nõ ſciat. Quod
dico vobis in tenebris, dicite in
lumine: ⁊ quod in aure auditis,
predicate ſuper tecta. Et nolite
timere eos qui occidunt corpus,
animam autem non poſſunt occi
dere: ſed potius eum timere, qui
poteſt ⁊ animam ⁊ corpus perde
re in gehennam. Nõne duo paſ
ſeres aſſe veneunt: ⁊ vnus ex illis
nõ cadet ſuper terram ſine patre
veſtro? Veſtri autem ⁊ capilli ca
pitis, omnes numerati ſunt. No
lite ergo timere: multis paſſeri
bus meliores eſtis vos. Omnis
ergo qui confitebitur me coram
hominibus: cõfitebor ⁊ ego eum
coram patre meo, qui in celis eſt.
Offerto. Poſuiſti domine in ca
pite eius coronam de lapide pre
tioſo: vitam petijt a te, ⁊ tribui
ſti ei, alleluia. Secreta.

Accepta ſit in cõſpectu tuo
domine noſtra deuotio: ⁊
eius nobis fiat ſupplicatione ſalu
taris, pro cuius ſollemnitate de
fertur. Per dominum. Commu.
Qui mihi miniſtrat, me ſequa
tur:

amen, dico vobis. Niſi granum frumenti cadens in terram, mortuum fuerit: ipſum ſolum manet. Si autem mortuum fuerit: multum fructũ affert. Qui amat animam ſuã, perdet eam: ꝛ qui odit animam ſuam in hoc mundo, in vitam eternam cuſtodit eam. Si quis mihi miniſtrat, me ſequatur: ꝛ vbi ego ſũ, illic ꝛ miniſter meus erit. Si quis mihi miniſtrauerit, honorificabit eum pater meus qui eſt in celis.

¶ In communi martyrum tempore paſchali, ſcilicet a Dominica in octaua Paſche, vſque ad vigiliam Penteceſtes.

¶ De vno martyre. Introitus.

Protexiſti me deus a conuentu malignantiũ, alleluia: a multitudine operantiũ iniquitatẽ, Alleluia, alleluia. Pſalmus. Exaudi deus orationem meam, cum deprecor: a timore inimici eripe animam meã. ℣. Gloria.

Pro martyre ꝛ pontifice. Oratio.

Infirmitatem noſtram reſpice omnipotens deus: ꝛ quia pondus proprie actionis grauat, beati N. martyris tui atq; pontificis interceſſio glorioſa nos protegat. Per dominum.

Pro marty. ꝛ pont. alia Oratio.

Deus, qui nos beati N. martyris tui atq; pontificis annua ſollemnitate letificas: concede propitius: vt cuius natalitia colimus, de eiuſdem etiam protectione gaudeamus. Per dñm.

Pro martyre tantum. Oratio.

Preſta, queſumus omnipotens deus, vt qui beati N. martyris tui natalitia colimus: interceſſione eius in tui nominis amore roboremur. Per dñm.

Pro martyre tantum. alia oratio.

Preſta, queſumus omnipotens deus, vt intercedente beato N. martyre tuo, ꝛ a cũctis aduerſitatibus liberemur in corpore, ꝛ a prauis cogitationibus mundemur in mente. Per dñm.

Lectio libri Sapientie.

Stabunt iuſti in magna con c.5
ſtantia aduerſus eos qui ſe
anguſtiauerunt, ꝛ qui abſtulerunt
labores eorum. Videntes turba
buntur timore horribili, ꝛ mira
buntur in ſubitatione inſperate
ſalutis, dicentes intra ſe, peniten
tiam agentes, ꝛ pre anguſtia ſpiri
tus gementes: Hi ſunt quos ali
quando habuimus in deriſum, ꝛ
in ſimilitudinem improperij. Nos
inſenſati, vitam illorum eſtimaba
mus inſaniam: ꝛ finem illorum ſi
ne honore. Ecce, quomodo com
putati ſunt inter filios dei, ꝛ inter
ſanctos ſors illorum eſt.

Vel epiſtola beati Pauli apoſtoli ad Timotheum. Memor eſto. vt ſupra in cõi vnius martyris ex-

In tempore paſch. vide fol. 556.
Alleluia, alleluia. ℣ Confitebū tur celi mirabilia tua domine, et enim veritatem tuam in eccleſia ſanctorum. Alleluia. ℣ Poſuiſti domine ſuper caput eius coronam de lapide pretioſo, alleluia.

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Joannem.

ca. 15.



In illo tempore. Dixit Jeſus diſcipulis ſuis. Ego ſum vitis vera: ⁊ pater meus agricola eſt. Omnem palmitē, in me non ferentem fructum, tollet eum: ⁊ omnem qui fert fructum, purgabit eum, vt fructum plus afferat. Jam vos mundi eſtis propter ſermonem, quem locutus ſum vobis. Manete in me: ⁊ ego in vobis. Sicut palmes non poteſt ferre fructum a ſemetipſo, niſi manſerit in vite: ſic nec vos, niſi in me manſeritis. Ego ſum vitis: vos palmites. Qui manet in me, ⁊ ego in eo, hic fert fructum multum: quia ſine me nihil poteſtis facere. Si quis in me nō manſerit: mittetur foras ſicut palmes, ⁊ areſcet, ⁊ colligent eum, ⁊ in ignē mittent, ⁊ ardet. Si manſeritis in me, ⁊ verba mea in vobis māſerint: quodcūq; volueritis petetis, ⁊ fiet vobis. Offerto.
Confitebūtur celi mirabilia tua domine, ⁊ veritatē tuam in eccleſia ſanctorum, alleluia, alleluia.

Pro marty. ⁊ pont. Secreta.
Hoſtias tibi dn̄e beati N. martyris tui atq; pontificis dicatas meritis, benignus aſſume: ⁊ ad perpetuū nobis tribue prouenire ſubſidium. Per dominum noſtrum Jeſum Chriſtum.

Pro marty. pont. alia Secreta.
Munera tibi domine dicata ſanctifica: ⁊ intercedente beato N. martyre tuo atq; pontifice: per eadem nos placatus intende. Per dominum noſtrum.

Pro martyre tantum. Secreta.
Muneribꝰ noſtris, quęſumus dn̄e, precibuſq; ſuſceptis: ⁊ celeſtibus nos munda myſterijs: ⁊ clementer exaudi. Per dn̄m.

Pro martyre tantū alia Secre.
Accepta ſit in cōſpectu tuo domine noſtra deuotio: ⁊ eius nobis fiat ſupplicatione ſalutaris, pro cuius ſollemnitate defertur. Per dn̄m. Commun.
Letabitur iuſtus in domino, ⁊ ſperabit in eo: ⁊ laudabuntur omnes recti corde, alleluia, alleluia.

Pro marty. ⁊ pont. Poſtcom.
Refecti participatione muneris ſacri, quęſumus domine deus noſter: vt cuius exequimur cultum, intercedente beato N. martyre tuo, atq; Pontifice ſentiamus effectum. Per dominum noſtrum Jeſum.

Pro mart. & pont. alia poſtcõ.

H Aec nos communio, domine, purget a crimine: & intercedẽte beato .N. martyre tuo atque pontifice, celeſtis remedij faciat eſſe conſortes. Per dñm.

Pro martyre tantum. Poſtcom.

O A, queſumus, domine deus noſter: vt ſicut tuorum commemoratione ſanctorum temporali gratulamur officio: ita perpetuo letemur aſpectu. Per dñm.

Pro marty. tantum alia. Poſtco.

R Efecti participatione muneris ſacri, queſumus dñe deus noſter: vt ſancti .N. martyris tui, cuius exequimur cultum, ſentiamus effectum. Per dñm.

C Epiſtola & euang. [illegible] dicuntur etiam in ſequenti miſſa: [illegible] in ſuperiori.

C De pluribus martyribus tempore paſchali. Introitus.

S Ancti tui domine benedicent te, gloriã regni tui dicent, Alleluia, alleluia, alleluia, pſal. Exaltabo te de[us] me[us] rex, & benedicam nomini tuo in ſeculum, & in ſeculum ſeculi. Glo.

Pro plurib[us] pont. & mart. Oratio.

B Eatorum martyrum tuorum pariterq; pontificum .N. & .N. nos, queſumus domine, feſta tueantur: & eorum commendet oratio veneranda. Per dñm.

De pluribus martyribus [illegible] Oratio.

D Eus, qui nos concedis ſanctorum martyrum tuorum .N. & .N. natalitia colere: da nobis in eterna beatitudine de eorum ſocietate gaudere. Per dñm.

Pro pluribus mart. alia Oratio.

D Eus, qui nos annua ſanctorum martyrum tuorum .N. & .N. ſollemnitate letificas: cõcede propitius: vt quorũ gaudemus meritis, inſtruamur exemplis. Per.

Lectio epiſtol. beati Petri apoſtoli.

B Enedictus deus & pater domini noſtri Jeſu Chriſti, qui I. c. i

ſecundũ magnam miſericordiam ſuam regenerauit nos in ſpem viuam, per reſurrectionẽ Jeſu Chriſti ex mortuis, in hereditatem incorruptibilem, & incontaminatã, & immarceſcibilem, conſeruatam in celis in vobis, qui in virtute dei cuſtodimini per fidem in ſalutem paratam reuelari in tempore nouiſſimo: in quo exultabitis, modicum nunc ſi oportet, contriſtati in varijs tentationibus: vt probatio veſtre fidei multo pretioſior auro (quod per ignem probatur) inueniatur in laudem & gloriam & honorem in reuelationem domini noſtri Jeſu Chriſti.

Alleluia, alleluia. Sancti tui dñe florebunt ſicut lilium, & ſicut

odoꝛ balſami erunt ante te. Alle
luia. ℣ Precioſa in cōſpectu do
mini, moꝛs ſanctoꝝ eius, alleluia.

Sequentia ſancti euangelij
ſecundum Joannem.

ca. 15. IN illo tēpoꝛe. Dixit Jeſus
diſcipulis ſuis. Ego ſum vi
tis: vos palmites. Qui manet in
me, ⁊ ego in eo, hic fert fructum
multum: quia ſine me nihil pote
ſtis facere. Si quis in me nō man
ſerit: mittetur foras ſicut palmes,
⁊ areſcet, ⁊ colligent eū, ⁊ in ignē
mittent, ⁊ ardet. Si manſeritis in
me, ⁊ verba mea in vobis manſe
rint: quodcunq; volueritis pete
tis, ⁊ fiet vobis. In hoc clarifica
tus eſt pater meus: vt fructum
plurimum afferatis, ⁊ efficiamini
mei diſcipuli. Sicut dilexit me pa
ter, ⁊ ego dilexi vos. Manete in
dilectione mea. Si pręcepta mea
ſeruaueritis, manebitis in dile
ctione mea: ſicut ⁊ ego patris mei
pręcepta ſeruaui, ⁊ maneo in eius
dilectione. Hęc locutus ſum vo
bis: vt gaudium meum in vobis
ſit, ⁊ gaudiū veſtrum impleatur.

Offerto. Letamini in domino,
⁊ exultate iuſti: ⁊ gloriamini om
nes recti coꝛde, alleluia, alleluia.

Pro pluribus pōt. ⁊ mart. Secr.

ADeſto domine ſupplicatio
nibus noſtris, quas in ſan
ctoꝛum tuoꝛum cōmemoꝛatione
deferimus: vt qui noſtrę iuſtitię
fiduciam non habemus, eoꝛum
qui tibi placuerunt meritis adiu
uemur. Per dominum noſtrum.

Pro pluribus mart. tantū. Secr.

MUnera tibi dñe noſtrę de
uotionis offerimus: quę ⁊
pro tuoꝛum tibi grata ſint hono
re iuſtoꝛum, ⁊ nobis ſalutaria te
miſerante reddantur. Per dñm.

Pro pluribus mart. alia Secr.

OBlatis queſumus domine
placare muneribus: ⁊ inter
cedentibus ſanctis tuis N. ⁊ N.
a cunctis nos defende periculis.
Per dominum. Communio.

Gaudete iuſti in dño, alleluia: re
ctos decet collaudatio, alleluia.

Pro pluribus pont. ⁊ martyri
bus. Poſtcom.

QUeſumus domine ſalutari
bus repleti myſterijs: vt
quoꝛum ſollemnia celebramus,
eoꝛum oꝛationibus adiuuemur.
Per dominum noſtrum.

Pro pluribus martyribus tan
tum. Poſtcom.

PReſta nobis queſumus do
mine, intercedentibus ſan
ctis martyribus tuis N. ⁊ N. vt
quod oꝛe cōtingimus, pura men
te capiamus. Per dominum.

Pro pluribus martyribus.
alia Poſtcom.

HAec nos communio domi
ne purget a crimine: ⁊ inter
cedentibus ſanctis martyribus
tuis N. ⁊ N. celeſtis remedij fa
ciat eſſe conſoꝛtes. Per dñm.

¶ In

¶ In communi martyrum tem‑
pore paſchali, alia Epiſto‑
la, ⁊ Euangelium.

Lectio libri Apocalypſis bea‑
ti Joannis apoſtoli.

ca. 19. In diebus illis. Poſt hec ego Joannes audiui quaſi vocem magnam turbarum multarum in celo dicentium, Alleluia. Laus, ⁊ gloria, ⁊ virtus deo noſtro eſt: quia vera ⁊ iuſta iudicia ſunt eius, qui iudicauit de meretrice magna, que corrupit terram in proſtitutione ſua: ⁊ vindicauit ſanguinem ſeruorum ſuorum de manibus eius. Et iterum dixerunt, Alleluia. Et fumus eius aſcendit in ſecula ſeculorum. Et ceciderunt ſeniores viginti quatuor, ⁊ quatuor animalia, ⁊ adorauerunt Deum ſedentem ſuper thronuz, dicentes: Amen, Alleluia. Et vox de throno exiuit, dicens. Laudem dicite deo noſtro omnes ſancti eius: ⁊ qui timetis eum puſilli ⁊ magni. Et audiui quaſi vocez turbe magne, ⁊ ſicut vocem aquarum multarum, ⁊ ſicut vocem tonitruoruz magnorum, dicentium Alleluia: quoniaz regnauit dominus deus noſter omnipotẽs. Gaudeamus ⁊ exultemus, ⁊ demus gloriam ei: quia venerunt nuptie Agni, ⁊ vxor eius preparauit ſe. Et datum eſt illi, vt cooperiat ſe byſſino ſplendenti ⁊ candido. Byſſinum enim: iuſtificationes ſunt ſanctorum. Et dixit mihi. Scribe, Beati qui ad cenam nuptiarum Agni vocati ſunt.

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Joannem.



In illo tempore: Dixit ca. 16.
Jeſus diſcipulis ſuis. Amen, amen dico vobis: quia plorabitis, ⁊ flebitis vos, mundus autez gaudebit: vos autem contriſtabimini, ſed triſtitia veſtra vertetur in gaudium. Mulier cum parit, triſtitiam habet, quia venit hora eius: cuz autem peperit puerum, iam non meminit preſſure propter gaudium, quia natus eſt homo in mundum. Et vos igitur, nunc quidem triſtitiaz habetis, iterum autem videbo vos, ⁊ gaudebit cor veſtrum: ⁊ gaudiuz veſtrum nemo tollet a vobis.

In communi confeſſ. ⁊ virginuz, ⁊ in alijs miſſis tempore Paſchali omnia dicuntur. vt infra addito in introitu ante Pſalmuz duplici Alleluia, ⁊ in fine Offertorij, ⁊ Communionis vno Alleluia, ⁊ omiſſo Graduali dicuntur duo verſus cum quatuor Alleluia, ſuis locis ponitur.

¶ In cõmuni plurimorum mar
tyrum extra tempus pa
ſchale. Introitus.

Intret in cõſpectu
tuo domine gemi
tus compeditorũ,
redde vicinis no
ſtris ſeptuplũ in
ſinu eorũ: vindica
ſanguinem ſanctorũ tuorum qui
effuſus eſt. Pſalo. Deus venerũt
gentes in hereditatem tuam: pol
luerunt templum ſanctum tuum:
poſuerunt Hieruſalez in pomo
rum cuſtodiam. ℣. Gloria patri.

Pro pluribus pontificibus ꝛ
martyribus. Oratio.

Beatorũ martyrũ tuorũ
pariterq; pontificũ .N. ꝛ
.N. nos, queſumus domine, feſta
tueantur: ꝛ eorum commendet
oratio veneranda. Per dñm.

Si non fuerint pontifices, dicitur
oratio vt in ſequenti Miſſa.

Lectio libri Sapientie.

c.3. Iuſtorũ anime in manu dei
ſunt: ꝛ non tanget illos tor
mentum mortis. Viſi ſunt oculis
inſipientium mori: ꝛ eſtimata eſt
afflictio, exitus illorũ. Et ab itine
re iuſto abierunt in exterminium:
ꝛ quod a nobis eſt iter extermi
nũ, illi autẽ ſunt in pace. Et ſi co
ram hominibus tormenta paſſi
ſunt: ſpes illorum immortalitate
plena eſt. In paucis vexati, in mul
tis bene diſponentur: quoniam
Deus tentauit eos, ꝛ inuenit eos
dignos ſe. Tanquam aurum in
fornace probauit illos: ꝛ quaſi ho
locauſti hoſtiã accepit illos: ꝛ in
tempore erit reſpectus illorum.
Fulgebunt iuſti, ꝛ tanquam ſcin
tille in arundineto diſcurrent. Iu
dicabũt nationes, ꝛ dominabun
tur populis: ꝛ regnabit dominus
illorum in perpetuum. Gradua.

Glorioſus deus in ſanctis ſuis:
mirabilis in maieſtate faciẽs pro
digia. ℣. Dextera tua dñe glori
ficata eſt in virtute, dextera ma
nus tua confregit inimicos.

Alleluia, alleluia. ℣. Corpora
ſanctorum in pace ſepulta ſunt, ꝛ
nomina eorum viuent in genera
tione ꝛ generationem. Alleluia.

Poſt Septuageſimã, Tractus.

Qui ſeminãt in lachrymis, in gau
dio metẽt. ℣. Euntes ibãt, ꝛ fle
bant, mittẽtes ſemina ſua. ℣. Ve
nientes autẽ venient cũ exultatio
ne, portantes manipulos ſuos.

Sequentia ſancti euangelij ſe
cundum Lucam.

In illo tẽpore: Dixit Ieſus ca.
diſcipulis ſuis. Cum audie 21.
ritis prelia ꝛ ſeditiones, nolite ter
reri: oportet primũ hec fieri, ſed
nondũ ſtatim finis. Tũc dicebat
illis. Surget gens contra gentẽ:
ꝛ regnum aduerſus regnũ: ꝛ ter
remotus magni erunt per loca: ꝛ
peſtilentie ꝛ fames: terroreſq; de
celo, ꝛ ſigna magna erũt. Sed an

te

te hec omnia, iniĳcient vobis manus ſuas: & perſequentur tradentes in ſynagogas & cuſtodias, trahentes ad reges, & preſides propter nomen meum. Cõtinget autem vobis in teſtimonium. Ponite ergo in cordibus veſtris nõ premeditari quemadmodum reſpondeatis. Ego enim dabo vobis os & ſapientiam: cui nõ poterunt reſiſtere & contradicere omnes aduerſarĳ veſtri. Trademini autẽ a parentibus & fratribus, & cognatis & amicis: & morte afficient ex vobis. Et eritis odio omnibus hominibus propter nomen meũ: & capillus de capite veſtro nõ peribit. In patientia veſtra poſſidebitis animas veſtras. Offerto. Mirabilis deus in ſanctis ſuis, deus Iſrael: ipſe dabit virtutem, & fortitudinem plebi ſue: benedictus deus, Alleluia. Secreta.

Adeſto domine ſupplicationibus noſtris, quas in ſanctorum tuorum cõmemoratione deferimus: vt qui noſtre iuſtitie fiduciam non habemus, eorum qui tibi placuerunt meritis adiuuemur. Per dominum. Cõmunio.

Et ſi coram hominibus tormenta paſſi ſunt: deus tentauit eos, tanquam aurum in fornace probauit eos: & quaſi holocauſta accepit eos. Poſtcom.

Queſumus dñe ſalutaribus repleti myſterĳs: vt quorum ſollemnia celebramus, eorum orationibus adiuuemur. Per dñm.

De eodem communi alia Miſſa. Introitus.

Sapientiam ſanctorum narrent populi: & laudes eorum nunciet eccleſia: nomina autem eorum viuent in ſeculum ſeculi. Pſalmus. Exultate iuſti in domino: rectos decet collaudatio. ℣. Gloria patri & filio & ſpiritui ſancto. Oratio.

Deus, qui nos cõcedis ſanctorum martyrum tuorum N. & N. natalitia colere: da nobis in eterna beatitudine de eorum ſocietate gaudere. Per dominum. Si fuerint pontifices dicatur oratio precedentis miſſe, quod & in ſequentibus ſeruetur.

Lectio libri Sapientie

Iuſti autem in perpetuũ viuent: & apud dominum eſt merces eorum: & cogitatio eorum apud altiſſimum. Ideo accipient regnum decoris, & diadema ſpeciei de manu domini: quoniam dextera ſua teget eos, & brachio ſancto ſuo defendet illos. Accipiet armaturam zelus illius, & armabit creaturam ad vltiones inimicorum. Induet pro thorace iuſtitiam: & accipiet pro galea iudicium certum. Sumet ſcutum inexpugnabile, equitatem. Gradua. c.5.

Anima noſtra ſicut paſſer ere

pta eſt de laqueo venantium. ℣. Laqueus contritus eſt, ⁊ nos liberati ſumus: adiutoriū noſtrū in nomine dñi, qui fecit celū ⁊ terrā. Alleluia, alleluia. ℣. Juſti epulentur, ⁊ exultent in cõſpectu dei: ⁊ delectentur in letitia, alleluia. Poſt ſeptuageſimã, Tractus. Qui ſeminãt in lachrymis, in gaudio metent. ℣. Euntes ibãt, ⁊ flebant, mittẽtes ſemina ſua. ℣. Venientes autem venient cū exultatione, portãtes manipulos ſuos.

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Lucam.

c. 6. 

In illo tempore. Deſcẽdens Jeſus de mõte, ſtetit in loco cãpeſtri, ⁊ turba diſcipulorum eius, ⁊ multitudo copioſa plebis ab omni Judea ⁊ Hieruſalem: ⁊ Maritima ⁊ Tyri ⁊ Sidonis, qui venerant vt audirent eum, ⁊ ſanarentur a languoribus ſuis. Et qui vexabãtur a ſpiritib⁹ immundis, curabantur. Et oĩs turba querebat eū tangere: quia virtus de illo exibat, ⁊ ſanabat oẽs. Et ipſe eleuatis oculis in diſcipulos ſuos, dicebat. Beati pauperes: quoniam veſtrū eſt regnū dei. Beati qui nũc eſuritis: quoniã ſaturabimini. Beati qui nũc fletis: quia ridebitis. Beati eritis cū vos oderint hoĩes ⁊ cum ſeparauerint vos, ⁊ exprobrauerint, ⁊ eiecerint nomen veſtrū tanquam malum, propter filium hominis. Gaudete in illa die ⁊ exultate: ecce enim merces veſtra, multa eſt in celo. Offerto. Exultabunt ſancti in gloria, letabuntur in cubilibus ſuis: exaltationes dei in faucibus eorū, alleluia. Secreta.

Munera tibi dñe noſtre deuotionis offerimus: que ⁊ pro tuorum tibi grata ſint honore iuſtorum: ⁊ nobis ſalutaria te miſerante reddantur. Per dñm.

Cõmunio. Dico autem vobis amicis meis: ne terreamini ab his qui vos perſequuntur. Poſtcõ.

Preſta nobis, q̃s dñe, intercedentibus ſanctis martyribus tuis. N. ⁊ N. vt, qđ ore cõtingimus, pura mẽte capiam⁹. Per.

De eodem communi alia miſſa. Introitus.

Salus autē iuſtorū a dño: ⁊ protector eorū eſt in tẽpore tribulationis. Pſalm. Noli emulari in malignantibus: neq3 zelaueris facientes iniquitatẽ. ℣. Glo. Oro.

Deus, qui nos annua ſanctorum martyrum tuorū N. ⁊ N. ſollemnitate letificas: concede propitius: vt quorum gaudemus meritis, inſtruamur exemplis. Per dominum noſtrum.

Lectio

Lectio epiſtole beati Pauli apoſtoli ad Hebreos.

ca. 10. FRatres. Rememoramini priſtinos dies: in quibus illuminati, magnũ certamen ſuſtinuiſtis paſſionum. Et in altero quidẽ opprobrijs ⁊ tribulationibus ſpectaculum facti: in altero autẽ ſocij taliter conuerſantiũ effecti. Nam ⁊ vinctis cõpaſſi eſtis: ⁊ rapinam bonorum veſtrorum cum gaudio ſuſcepiſtis, cognoſcentes vos habere meliorem, ⁊ manentem ſubſtantiam. Nolite itaque amittere confidentiam veſtram, quę magnaz habet remunerationẽ. Patientia eniz vobis neceſſaria eſt: vt voluntatẽ dei facientes, reportetis promiſſionez. Adhuc enim modicum aliquantulumq;, qui venturus eſt veniet, ⁊ nõ tardabit. Juſtus autez ex fide viuit.

Graduale. Clamauerunt iuſti, ⁊ dñs exaudiuit eos: ⁊ ex omnibus tribulationibus eorum liberauit eos. ℣. Juxta eſt dñs his qui tribulato ſunt corde: ⁊ humiles ſpiritu ſaluabuntur. Alleluia, all'a. ℣. Te martyruz candidatus laudat exercitus domine, alleluia.

Poſt Septuageſimã. Tractus. Qui ſeminãt in lachrymis, in gaudio metent. ℣. Euntes ibãt, ⁊ flebant, mittẽtes ſemina ſua. ℣. Venientes autẽ venient cum exultatione, portãtes manipulos ſuos.

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Matheum.



IN illo tempore. Sedente Jeſu ſuper montem Oliueti, acceſſerunt ad euz diſcipuli eius ſecreto, dicentes. Dic nobis, quando hęc erunt, ⁊ quod ſignum aduentus tui, ⁊ cõſummationis ſeculi? Et reſpondens Jeſus dixit eis. Videte, ne quis vos ſeducat. Multi eniz veniẽt in noie meo dicentes, ego ſuz Chriſtus: ⁊ multos ſeducent. Audituri enim eſtis pręlia, ⁊ opiniones pręliorũ. Videte, ne turbemini. Oportet enim hęc fieri: ſed nondũ eſt finis. Conſurget eniz gens in gentem, ⁊ regnum in regnum: ⁊ erunt peſtilentię, ⁊ fames, ⁊ terręmotus per loca. Hęc autem omnia, initia ſunt dolorum. Tunc tradent vos in tribulationem, ⁊ occident vos: ⁊ eritis odio omnibus gentibus propter nomen meum. Et tunc ſcãdalizabuntur multi: ⁊ inuicem tradent: ⁊ odio habebunt inuicez. Et multi pſeudopropbetę ſurgent: ⁊ ſeducent multos. Et quoniam abundabit iniquitas: refrigeſcet charitas multorum. Qui autem perſeuerauerit vſque in finem: hic ſaluus erit. ca. 24.

Offertorium. Juſtorum animę in manu dei ſunt, ⁊ non tanget il

loſ tormentum mortis: viſi ſunt oculis inſipientiū mori: illi autē ſunt in pace, Alleluia. Secreta.

Oblatis quęſumus domine, placare muneribus: ⁊ inter cedentibus ſanctis tuis N. ⁊ N. a cunctis nos defende periculis. Per dominum. Communio.

Quod dico vobis in tenebris, dicite in lumine dicit dominus: ⁊ quod in aure auditis, prędicate ſuper tecta. Poſtcom.

Hęc nos communio domine purget a crimine: ⁊ inter cedentibus ſanctis martyribus tuis N. ⁊ N. cęleſtis remedij faciat eſſe conſortes. Per dñm.

¶ Item alię Epiſtolę ⁊ euangelia pro pluribus martyribus.

Lectio libri Sapientię.

ca. 10.

Reddidit deus iuſtis mercedem laborū ſuorum: ⁊ deduxit illos in via mirabili. Et fuit illis in velamento diei, ⁊ in luce ſtellarum per noctem. Tranſtulit illos per mare rubrum, ⁊ tranſuexit illos per aquam nimiam. Inimicos autem illorum demerſit in mare, ⁊ ab altitudine inferorum eduxit illos. Ideo iuſti tulerunt ſpolia impiorum: ⁊ decantauerunt domine nomen ſanctum tuum: ⁊ victricem manum tuam laudauerunt pariter. Domine deus noſter.

Lectio epiſtolę beati Pauli apoſtoli ad Romanos.

ca. 5.

Fratres. Iuſtificati ex fide, pacem habeamus ad deū per dñm noſtrum Ieſum Chriſtum: per quem ⁊ habemus acceſſum per fidē in gratiam iſtam in qua ſtamus, ⁊ gloriamur, in ſpe glorię filiorum dei. Nō ſolum autem: ſed ⁊ gloriamur in tribulationibus, ſcientes quod tribulatio patientiam operatur, patientia autem probationē, probatio vero ſpem. Spes autem non cōfundit: quia charitas dei diffuſa eſt in cordibus noſtris, per Spiritum ſanctū qui datus eſt nobis.

Lectio epiſtolę beati Pauli apoſtoli ad Romanos.

ca. 8.

Fratres. Non ſunt condignę paſſiones huius tēporis, ad futuram gloriam quę reuelabitur in nobis. Nam expectatio creaturę, reuelationem filiorum dei expectat. Vanitati enim creatura ſubiecta eſt, non volens, ſed propter eum qui ſubiecit eam in ſpe: quia ⁊ ipſa creatura liberabitur a ſeruitute corruptionis, in libertatē glorię filiorū dei. Scimus enim quod omnis creatura ingemiſcit, ⁊ parturit vſque adhuc. Non ſolum autem illa, ſed ⁊ noſipſi primitias ſpiritus habentes, ⁊ ipſi intra nos gemimus adoptionem filiorū dei, expectantes redemptionem corporis noſtri.

Lectio

Lectio epiſtole beati Pauli apoſtoli ad Corinthios.

2.c. 6. Fratres. Exhibeamus noſmetipſos ſicut dei miniſtros, in multa patientia, in tribulationibus, in neceſſitatibus, in anguſtijs, in plagis, in carceribus, in ſeditionibus, in laboribus, in vigilijs, in ieiunijs. In caſtitate, in ſcientia, in longanimitate, in ſuauitate, in ſpiritu ſancto, in charitate non ficta, in verbo veritatis, in virtute dei. Per arma iuſtitię a dextris ꝛ a ſiniſtris. Per gloriaꝫ ꝛ ignobilitatem: per infamiam ꝛ bonā famam: vt ſeductores ꝛ veraces: ſicut qui ignoti ꝛ cogniti: quaſi morientes, ꝛ ecce viuimus: vt caſtigati, ꝛ nō mortificati: quaſi triſtes, ſemper autem gaudentes: ſicut egentes, multos autem locupletantes: tanquam nihil habentes, ꝛ omnia poſſidentes.

Lectio epiſtolę beati Pauli apoſtoli ad Hebreos.

c.2. Fratres. Sancti per fideꝫ vicerūt regna: operati sūt iuſtitiaꝫ: adepti ſunt repromiſſiones: obturauerunt ora leonū: extinxerunt impetum ignis: effugauerunt aciē gladij: conualuerunt de infirmitate: fortes facti ſunt in bello: caſtra verterunt exterorū: acceperunt mulieres de reſurrectione mortuos ſuos. Alij autem diſtenti ſunt, non ſuſcipientes redemptioneꝫ, vt meliorē inuenirēt reſurrectionē. Alij vero ludibria ꝛ verbera experti, inſuper ꝛ vincula ꝛ carceres: lapidati ſunt, ſecti ſunt, tētati ſunt, in occiſione gladij mortui ſunt. Circuierunt in melotis, in pellibus caprinis: egentes, anguſtiati, afflicti: quibus dignus non erat mūdus. In ſolitudinibus errantes in montibus ꝛ ſpeluncis, ꝛ in cauernis terrę. Et hi omnes teſtimonio fidei, probati, inuenti ſunt in Chriſto Jeſu dn̄o noſtro.

Lectio libri Apocalypſis beati Joannis apoſtoli.

In diebus illis. Reſpondit vnus de ſenioribus, ꝛ dixit mihi. Hi qui amicti ſunt ſtolis albis, qui ſunt? ꝛ vnde venerunt? Et dixi illi. Domine mi, tu ſcis. Et dixit mihi. Hi ſunt qui venerunt de tribulatione magna: ꝛ lauerunt ſtolas ſuas, ꝛ dealbauerunt eas in ſanguine Agni. Ideo ſunt ante thronuꝫ dei, ꝛ ſeruiunt ei die ac nocte in templo eius: ꝛ qui ſedet in throno, habitabit ſuper illos. Nō eſurient neqꝫ ſitient amplius: nec cadet ſup illos Sol, neqꝫ vllus ęſtus. Quoniā Agnus qui in medio throni eſt, reget illos: ꝛ deducet eos ad vitę fontes aquarum: ꝛ abſterget deus omnem lachrymam ab oculis eoruꝫ. c.7.

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Mattheuꝫ.

In illo tempore. Uidens Jeſus turbas, aſcendit in montem c.5.

tur: ⁊ vbi ſum ego, illic ⁊ miniſter meus erit. Poſtcom.

REfecti participatione muneris ſacri, quęſumus domine deus noſter, vt cuius exequimur cultū intercedēte beato N. martyre tuo ſentiamus effectum. Per dominum.

¶ Item alię epiſtole, ⁊ euangelium, in cōmuni vnius martyris.

Lectio epiſtole beati Iacobi apoſtoli.

CHariſſimi. Omne gaudium exiſtimate fratres mei cum in tentationes varias incideritis: ſcientes quod probatio fidei veſtrę patientiam operatur. Patientia autem opus perfectum habeat: vt ſitis perfecti ⁊ integri, in nullo deficientes. Si quis autem veſtrum indiget ſapientia, poſtulet a deo qui dat omnibus affluenter, ⁊ non improperat: ⁊ dabitur ei. Poſtulet autem in fide, nihil heſitans. Qui enim heſitat, ſimilis eſt fluctui maris, qui a vento mouetur ⁊ circumfertur. Non ergo exiſtimet homo ille quod accipiat aliquid a domino. Vir duplex animo inconſtans eſt in omnibus vijs ſuis. Glorietur autem frater humilis, in exaltatione ſua. Diues autem, in humilitate ſua, quoniam, ſicut flos feni tranſibit: exortus eſt enim ſol cum ardore, ⁊ areſecit fenum, ⁊ flos eius decidit, ⁊ decor vultus eius deperijt: ita ⁊ diues in itineribus ſuis marceſcet. Beatus vir qui ſuffert tentationem: quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam vite: quam repromiſit deus diligentibus ſe.

Lectio epiſtole beati Petri apoſtoli.

CHariſſimi. Communicantes Chriſti paſſionib⁹ gaudete, vt ⁊ in reuelatione glorię 1.c. 4.
eius gaudeatis exultantes. Si exprobramini in nomine Chriſti, beati eritis: quoniā quod eſt honoris, glorię, ⁊ virtutis dei, ⁊ qui eſt eius ſpiritus: ſuper vos requieſcit. Nemo autem veſtrum patiatur vt homicida, aut fur, aut maledicus, aut alienorum appetitor. Si autem vt chriſtianus: non erubeſcat, glorificet autem deum in iſto nomine. Quoniam tempus eſt, vt incipiat iudicium a domo dei. Si autem primum a nobis: quis finis eorum qui non credunt dei euangelio? Et ſi iuſtus quidem vix ſaluabitur: impius ⁊ peccator vbi parebunt? Itaq; ⁊ hi qui patiuntur ſecundum voluntatem dei: fideli creatori commendent animas ſuas in benefactis.

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Ioannem.

IN illo tempore. Dixit Ieſus diſcipulis ſuis. Amen, cā. 12.
amen,

amen, dico vobis. Niſi granum frumenti cadens in terram, mortuum fuerit: ipſum ſolum manet. Si autem mortuum fuerit: multum fructũ affert. Qui amat animam ſuã, perdet eam: & qui odit animam ſuam in hoc mundo, in vitam eternam cuſtodit eam. Si quis mihi miniſtrat, me ſequatur: & vbi ego ſũ, illic & miniſter meus erit. Si quis mihi miniſtrauerit, honorificabit eum pater meus qui eſt in celis.

¶ In communi martyrum tempore paſchali, ſcilicet a Dominica in octaua Paſche, vſque ad vigiliam Pentecoſtes.

¶ De vno martyre. Introitus.

Protexiſti me deus a conuentu malignantiũ, alleluia: a multitudine operantiũ iniquitatẽ, Alleluia, alleluia. Pſalmus. Exaudi deus orationem meam, cum deprecor: a timore inimici eripe animam meã. ℣. Gloria.

Pro martyre & pontifice. Oratio.

Infirmitatẽ noſtrã reſpice omnipotens deus: & quia pondus proprie actionis grauat, beati N. martyris tui atq; pontificis interceſſio glorioſa nos protegat. Per dominum.

Pro marty. & pont. alia Oratio.

Deus, qui nos beati N. martyris tui atq; pontificis annua ſollemnitate letificas: concede propitius: vt cuius natalitia colimus, de eiuſdem etiam protectione gaudeamus. Per dñm.

Pro martyre tantum. Oratio.

Preſta, queſumus omnipotens deus, vt qui beati N. martyris tui natalitia colimus: interceſſione eius in tui nominis amore roboremur. Per dñm.

Pro martyre tantum. alia Oratio.

Preſta, queſumus omnipotens deus, vt intercedente beato N. martyre tuo, & a cũctis aduerſitatibus liberemur in corpore, & a prauis cogitationibus mundemur in mente. Per dñm.

Lectio libri Sapientie.

Stabunt iuſti in magna conſtantia aduerſus eos qui ſe anguſtiauerunt, & qui abſtulerunt labores eorum. Videntes turbabuntur timore horribili, & mirabuntur in ſubitatione inſperate ſalutis, dicentes intra ſe, penitentiam agentes, & pre anguſtia ſpiritus gementes: Hi ſunt quos aliquando habuimus in deriſum, & in ſimilitudinem improperij. Nos inſenſati, vitam illorũ eſtimabamus inſaniam: & finem illorum ſine honore. Ecce, quomodo computati ſunt inter filios dei, & inter ſanctos ſors illorum eſt. c.5

Vel epiſtola beati Pauli apoſtoli ad Timotheum. Memor eſto. vt ſupra in cõi vnius martyris ex-

[illegible] fol. 556.

Alleluia, alleluia. ℣ Confitebũtur celi mirabilia tua domine, etenim veritatem tuam in eccleſia ſanctorum. Alleluia. ℣ Poſuiſti domine ſuper caput eius coronam de lapide precioſo, alleluia.

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Joannem.



ca. 15. In illo tempore: Dixit Jeſus diſcipulis ſuis. Ego ſum vitis vera: ⁊ pater meus agricola eſt. Omnem palmitem, in me non ferentem fructum, tollet eum: ⁊ omnem qui fert fructum, purgabit eum, vt fructum plus afferat. Jam vos mundi eſtis propter ſermonem, quem locutus ſum vobis. Manete in me: ⁊ ego in vobis. Sicut palmes non poteſt ferre fructum a ſemetipſo, niſi manſerit in vite: ſic nec vos, niſi in me manſeritis. Ego ſum vitis: vos palmites. Qui manet in me, ⁊ ego in eo, hic fert fructum multum: quia ſine me nihil poteſtis facere. Si quis in me nõ manſerit: mittetur foras ſicut palmes, ⁊ areſcet, ⁊ colligent eum, ⁊ in ignẽ mittent, ⁊ ardet. Si manſeritis in me, ⁊ verba mea in vobis manſerint: quodcũqȝ volueritis petetis, ⁊ fiet vobis. Offerto. Confitebũtur celi mirabilia tua domine, ⁊ veritatẽ tuam in eccleſia ſanctorum, alleluia, alleluia.

Pro mart. ⁊ pont. Oratio.

Hoſtias tibi dñe beati N. martyris tui atqȝ pontificis dicatas meritis, benignus aſſume: ⁊ ad perpetuũ nobis tribue prouenire ſubſidium. Per dominum noſtrum Jeſum Chriſtum.

Pro mart. pont. alia Secreta.

Munera tibi domine dicata ſanctifica: ⁊ intercedente beato N. martyre tuo atqȝ pontifice: per eadem nos placatus intende. Per dominum noſtrum.

Pro martyre tantum. Secreta.

Muneribꝰ noſtris, quęſumus dñe, precibuſqȝ ſuſceptis: ⁊ celeſtibus nos munda myſterijs: ⁊ clementer exaudi. Per dñm.

Pro martyre tantũ alia Secre.

Accepta ſit in cõſpectu tuo domine noſtra deuotio: ⁊ eius nobis fiat ſupplicatione ſalutaris, pro cuius ſollemnitate defertur. Per dñm. Communio.

Letabitur iuſtus in domino, ⁊ ſperabit in eo: ⁊ laudabuntur omnes recti corde, alleluia, alleluia.

Pro mart. ⁊ pont. Poſtcom.

Refecti participatione muneris ſacri, quęſumus domine deus noſter: vt cuius exequimur cultum, intercedente beato N. martyre tuo, atqȝ Pontifice ſentiamus effectum. Per dominum noſtrum Jeſum.

Pro mart. ⁊ pont. alia Poſtcō.

Hec nos communio, domine, purget a crimine: ⁊ intercedēte beato N. martyre tuo atque pontifice, cęleſtis remedij faciat eſſe conſortes. Per dñm.

Pro martyre tantum. Poſtcom.

Da, quęſumus, domine deus noſter: vt ſicut tuorum commemoratione ſanctorum temporali gratulamur officio: ita perpetuo lętemur aſpectu. Per dñm.

Pro marty. tantum alia. Poſtco.

Refecti participatione muneris ſacri, quęſumus dñe deus noſter: vt ſancti N. martyris tui, cuius exequimur cultum, ſentiamus effectum. Per dñm.

¶ Epiſtola ⁊ euang. ſupradicte miſſe dicuntur etiam in ſequenti miſſa: ⁊ que in ſequenti ponuntur poſſunt in ſuperiori.

¶ De pluribus martyribus tempore paſchali. Introitus.

Sancti tui domine benedicent te, gloriā regni tui dicent, Alleluia, alleluia. Pſal. Exaltabo te deus meus rex, ⁊ benedicam nomini tuo in ſeculum, ⁊ in ſeculum ſeculi. ℣ Glo.

Pro plurib. pont. ⁊ mart. Oro.

Beatorum martyrum tuorum pariterque pontificum N. ⁊ N. nos, quęſumus domine, feſta tueantur: ⁊ eorum commendet oratio veneranda. Per dñm.

Pro pluribus martyribus non pontificibus. Oratio.

Deus, qui nos concedis ſanctorum martyrum tuorum N. ⁊ N. natalitia colere: da nobis in ęterna beatitudine de eorum ſocietate gaudere. Per dñm.

Pro plurib. non pont. mart. alia Oratio.

Deus, qui nos annua ſanctorum martyrum tuorum N. ⁊ N. ſollemnitate lętificas: cōcede propitius: vt quorū gaudemus meritis, inſtruamur exemplis. Per.

Lectio epiſtol. beati Petri apoſtoli.

Benedictus deus ⁊ pater domini noſtri Jeſu Chriſti, qui ſecundū magnam miſericordiam ſuam regenerauit nos in ſpem viuam, per reſurrectionē Jeſu Chriſti ex mortuis, in hereditatem incorruptibilem, ⁊ incontaminatā, ⁊ immarceſcibilem, conſeruatam in celis in vobis, qui in virtute dei cuſtodimini per fidem in ſalutem paratam reuelari in tempore nouiſſimo: in quo exultabitis, modicum nunc ſi oportet, contriſtari in varijs tentationibus: vt probatio veſtrę fidei multo pretioſior auro (quod per ignem probatur) inueniatur in laudem ⁊ gloriam ⁊ honorem in reuelatione domini noſtri Jeſu Chriſti. 1. c. 1

Alleluia, alleluia. ℣ Sancti tui dñe florebunt ſicut lilium, ⁊ ſicut

odoꝛ balſami erunt ante te. Alleluia. ℣. Precioſa in cõſpectu domini, moꝛs ſanctoꝝ eius, alleluia.

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Joannem.

ca. 15. In illo tẽpoꝛe. Dixit Jeſus diſcipulis ſuis. Ego ſum vitis: vos palmites. Qui manet in me, ⁊ ego in eo, hic fert fructum multum: quia ſine me nihil poteſtis facere. Si quis in me nõ manſerit: mittetur foras ſicut palmes, ⁊ areſcet, ⁊ colligent euꝫ, ⁊ in ignẽ mittent, ⁊ ardet. Si manſeritis in me. ⁊ verba mea in vobis manſerint: quodcunqꝫ volueritis petetis, ⁊ fiet vobis. In hoc clarificatus eſt pater meus: vt fructum plurimum afferatis, ⁊ efficiamini mei diſcipuli. Sicut dilexit me pater, ⁊ ego dilexi vos. Manete in dilectione mea. Si pręcepta mea ſeruaueritis, manebitis in dilectione mea: ſicut ⁊ ego patris mei pręcepta ſeruaui, ⁊ maneo in eius dilectione. Hęc locutus ſum vobis: vt gaudium meum in vobis ſit, ⁊ gaudiuꝫ veſtrum impleatur.

Offerto. Letamini in domino, ⁊ exultate iuſti: ⁊ gloriamini omnes recti coꝛde, alleluia, alleluia.

Pro pluribus põt. ⁊ mart. Secr.

Adeſto domine ſupplicationibus noſtris, quas in ſanctoꝛum tuoꝛum cõmemoratione deferimus: vt qui noſtrę iuſtitię fiduciam non habemus, eoꝛum qui tibi placuerunt meritis adiuuemur. Per dominum noſtrum.

Pro pluribus mart. tantũ Secr.

Munera tibi dñe noſtrę deuotionis offerimus: quę ⁊ pro tuoꝛum tibi grata ſint honore iuſtoꝛum, ⁊ nobis ſalutaria te miſerante reddantur. Per dñm.

Pro pluribus mart. alia Secr.

Oblatis quęſumus domine placare muneribus: ⁊ intercedentibus ſanctis tuis N. ⁊ N. a cunctis nos defende periculis. Per dominum. Communio.

Gaudete iuſti in dño, alleluia: rectos decet collaudatio, alleluia.

Pro pluribus pont. ⁊ martyribus. Poſtcom.

Quęſumus domine ſalutaribus repleti myſterijs: vt quoꝛum ſollemnia celebramus, eoꝛum orationibus adiuuemur. Per dominum noſtrum.

Pro pluribus martyribus tantum. Poſtcom.

Preſta nobis quęſumus domine, intercedentibus ſanctis martyribus tuis N. ⁊ N. vt quod oꝛe cõtingimus, pura mente capiamus. Per dominum.

Pro pluribus martyribus. alia Poſtcom.

Hęc nos communio domine purget a crimine: ⁊ intercedentibus ſanctis martyribus tuis N. ⁊ N. celeſtis remedij faciat eſſe conſortes. Per dñm.

¶ In

¶ In communi martyrum tempore paſchali, alia Epiſtola, & Euangelium.

Lectio libri Apocalypſis beati Joannis apoſtoli.

ca. 19. In diebus illis. Poſt hec ego Joannes audiui quaſi vocem magnam turbarum multarum in celo dicentium, Alleluia. Laus, & gloria, & virtus deo noſtro eſt: quia vera & iuſta iudicia ſunt eius, qui iudicauit de meretrice magna, que corrupit terram in proſtitutione ſua: & vindicauit ſanguinem ſeruorum ſuorum de manibus eius. Et iterum dixerunt, Alleluia. Et fumus eius aſcendit in ſecula ſeculorum. Et ceciderunt ſeniores vigintiquatuor, & quatuor animalia, & adorauerunt Deum ſedentem ſuper thronuz, dicentes: Amen, Alleluia. Et vox de throno exiuit, dicens. Laudem dicite deo noſtro omnes ſancti eius: & qui timetis eum puſilli & magni. Et audiui quaſi vocez turbe magne, & ſicut vocem aquarum multarum, & ſicut vocem tonitruoruz magnorum, dicentium Alleluia: quoniaz regnauit dominus deus noſter omnipotēs. Gaudeamus & exultemus, & demus gloriam ei: quia venerunt nuptie Agni, & vxor eius preparauit ſe. Et datum eſt illi, vt cooperiat ſe byſſino ſplendenti & candido. Byſſinum enim: iuſtificationes ſunt ſanctorum. Et dixit mihi. Scribe, Beati qui ad cenam nuptiarum Agni vocati ſunt.

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Joannem.



In illo tempore: Dixit Jeſus diſcipulis ſuis. Amen, amen dico vobis: quia plorabitis, & flebitis vos, mundus autez gaudebit: vos autem contriſtabimini, ſed triſtitia veſtra vertetur in gaudium. Mulier cum parit, triſtitiam habet, quia venit hora eius: cuz autem peperit puerum, iam non meminit preſſure propter gaudium, quia natus eſt homo in mundum. Et vos igitur, nunc quidem triſtitiaz habetis, iterum autem videbo vos, & gaudebit cor veſtrum: & gaudiuz veſtrum nemo tollet a vobis. ca. 16.

In communi confeſſ. & virginuz, & in alijs miſſis tempore Paſchali omnia dicuntur vt infra addito in introitu ante Pſalmuz duplici Alleluia, & in fine Offertorij, & Communionis vno Alleluia, & omiſſo Graduali dicuntur duo verſus cum quatuor Alleluia, vt ſuis locis ponitur.

¶ In cōmuni plurimorum martyrum extra tempus paſchale. Introitus.

Intret in cōſpectu tuo domine gemitus compeditorū, redde vicinis noſtris ſeptupluꝫ in ſinu eorū: vindica ſanguinem ſanctoruꝫ tuorum qui effuſus eſt. Pſalo. Deus venerūt gentes in hereditatem tuam: polluerunt templum ſanctum tuum: poſuerunt Hieruſaleꝫ in pomorum cuſtodiam. ℣. Gloria patri.

Pro pluribus pontificibus ⁊ martyribus. Oratio.

Beatoruꝫ martyruꝫ tuoruꝫ pariterq; pontificuꝫ N. ⁊ N. nos, queſumus domine, feſta tueantur: ⁊ eorum commendet oratio veneranda. Per dn̄m.

Si non fuerint pontifices, dicitur oratio vt in ſequenti Miſſa.

Lectio libri Sapientię.

c. 3. Iuſtoruꝫ animę in manu dei ſunt: ⁊ non tanget illos tormentum mortis. Viſi ſunt oculis inſipientium mori: ⁊ eſtimata eſt afflictio, exitus illoꝝ. Et ab itinere iuſto abierunt in exterminium: ⁊ quod a nobis eſt iter exterminij, illi auteꝫ ſunt in pace. Et ſi coram hominibus tormenta paſſi ſunt: ſpes illorum immortalitate plena eſt. In paucis vexati, in multis bene diſponentur: quoniam Deus tentauit eos, ⁊ inuenit eos dignos ſe. Tanquam aurum in fornace probauit illos: ⁊ quaſi holocauſti hoſtiaꝫ accepit illos: ⁊ in tempore erit reſpectus illorum. Fulgebunt iuſti, ⁊ tanquam ſcintillę in arundineto diſcurrent. Iudicabūt nationes, ⁊ dominabuntur populis: ⁊ regnabit dominus illorum in perpetuum. Gradua.

Glorioſus deus in ſanctis ſuis: mirabilis in maieſtate, faciēs prodigia. ℣. Dextera tua dn̄e glorificata eſt in virtute, dextera manus tua confregit inimicos.

Alleluia, alleluia. ℣. Corpora ſanctorum in pace ſepulta ſunt, ⁊ nomina eorum viuent in generatione ⁊ generationem. Alleluia.

Poſt Septuageſimā, Tractus.

Qui ſeminant in lachrymis, in gaudio metēt. ℣. Euntes ibāt, ⁊ flebant, mittētes ſemina ſua. ℣. Venientes autē venient cū exultatione, portantes manipulos ſuos.

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Lucam.

In illo tēpore: Dixit Ieſus ca.
diſcipulis ſuis. Cum audie 21.
ritis prelia ⁊ ſeditiones, nolite terreri: oportet primuꝫ hec fieri, ſed nondū ſtatim finis. Tūc dicebat illis. Surget gens contra gentē: ⁊ regnum aduerſus regnū: ⁊ terremotus magni erunt per loca: ⁊ peſtilentię ⁊ fames: terroreſq; de celo, ⁊ ſigna magna erūt. Sed an

te hęc omnia, iniȷ́cient vobis manus ſuas: ⁊ perſequentur tradentes in ſynagogas ⁊ cuſtodias, trahentes ad reges, ⁊ pręſides propter nomen meum. Cõtinget autem vobis in teſtimoniuꝫ. Ponite ergo in cordibus veſtris nõ pręmeditari quemadmoduꝫ reſpondeatis. Ego enim dabo vobis os ⁊ ſapientiam: cui nõ poterunt reſiſtere ⁊ contradicere omnes aduerſarij veſtri. Trademini autẽ a parentibus ⁊ fratribus, ⁊ cognatis ⁊ amicis: ⁊ morte afficient ex vobis. Et eritis odio omnibus hominibus propter nomen meũ: ⁊ capillus de capite veſtro nõ peribit. In patientia veſtra poſſidebitis animas veſtras. Offerto.

Mirabilis deus in ſanctis ſuis, deus Iſrael: ipſe dabit virtutem, ⁊ fortitudinem plebi ſuę: benedictus deus, Alleluia. Secreta.

Adeſto domine ſupplicationibus noſtris, quas in ſanctorum tuorum cõmemoratione deferimus: vt qui noſtrę iuſtitię fiduciam non habemus, eorum qui tibi placuerunt meritis adiuuemur. Per dominum. Cõmunio.

Et ſi coram hominibus tormenta paſſi ſunt: deus tentauit eos, tanquam aurum in fornace probauit eos: ⁊ quaſi holocauſta accepit eos. Poſtcom.

Quęſumus dñe ſalutaribus repleti myſterijs: vt quoꝝ ſollemnia celebramus, eoruꝫ orationibus adiuuemur. Per dñm.

¶ De eodem communi alia Miſſa. Introitus.

Sapientiam ſanctorum narrent populi: ⁊ laudes eorum nunciet eccleſia: nomina autem eorum viuent in ſeculum ſeculi. Pſalmus. Exultate iuſti in domino: rectos decet collaudatio. ℣. Gloria patri ⁊ filio ⁊ ſpiritui ſancto. Oratio.

Deus, qui nos cõcedis ſanctoꝝ martyruꝫ tuoruꝫ N. ⁊ N. natalitia colere: da nobis in ęterna beatitudine de eorum ſocietate gaudere. Per dominum.

Si fuerint pontifices dicatur oratio pręcedentis miſſę, quod ⁊ in ſequentibus ſeruetur.

Lectio libri Sapientię

Iuſti autem in perpetuũ viuent: ⁊ apud dominum eſt merces eorum: ⁊ cogitatio eoruꝫ apud altiſſimum. Ideo accipient regnum decoris, ⁊ diadema ſpeciei de manu domini: quoniam dextera ſua teget eos, ⁊ brachio ſancto ſuo defendet illos. Accipiet armaturam zelus illius, ⁊ armabit creaturam ad vltioneꝫ inimicorum. Induet pro thorace iuſtitiam: ⁊ accipiet pro galea iudicium certuꝫ. Sumet ſcutuꝫ inexpugnabile, ęquitatem. Gradua.

Anima noſtra ſicut paſſer ere-

pta eſt de laqueo venantium. ℣. Laqueus contritus eſt, ⁊ nos liberati ſumus: adiutoriũ noſtrũ in nomine dñi, qui fecit celuʒ ⁊ terraʒ. Alleluia, alleluia. ℣. Juſti epulentur, ⁊ exultent in cõſpectu dei: ⁊ delectentur in letitia, alleluia.

Poſt ſeptuageſimaʒ, Tractus.

Qui ſeminãt in lachrymis, in gaudio metent. ℣. Euntes ibãt, ⁊ flebant, mittẽtes ſemina ſua. ℣. Venientes autem venient cũ exultatione, portãtes manipulos ſuos.

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Lucam.

c.6. 

In illo tempore. Deſcẽdens Jeſus de mõte, ſtetit in loco cãpeſtri, ⁊ turba diſcipulorum eius, ⁊ multitudo copioſa plebis ab omni Judea ⁊ Hieruſalem: ⁊ Maritima ⁊ Tyri ⁊ Sidonis, qui venerant vt audirent eum, ⁊ ſanarentur a languoribus ſuis. Et qui vexabãtur a ſpiritib⁹ immundis, curabantur. Et oĩs turba querebat eũ tangere: quia virtus de illo exibat, ⁊ ſanabat oẽs. Et ipſe eleuatis oculis in diſcipulos ſuos, dicebat. Beati pauperes: quoniam veſtrũ eſt regnuʒ dei. Beati qui nũc eſuritis: quoniaʒ ſaturabimini. Beati qui nũc fletis: quia ridebitis. Beati eritis cũ vos oderint hoĩes ⁊ cum ſeparauerint vos, ⁊ exprobrauerint, ⁊ eiecerint nomen veſtrũ tanquam malum, propter filium hominis. Gaudete in illa die ⁊ exultate: ecce enim merces veſtra, multa eſt in celo. Offerto. Exultabunt ſancti in gloria, letabuntur in cubilibus ſuis: exaltationes dei in faucibus eorũ, alleluia. Secreta.

Munera tibi dñe noſtre deuotionis offerimus: que ⁊ pro tuorum tibi grata ſint honore iuſtorum: ⁊ nobis ſalutaria te miſerante reddantur. Per dñm. Cõmunio. Dico autem vobis amicis meis: ne terreamini ab his qui vos perſequuntur. Poſtcõ.

Preſta nobis, qs dñe, intercedentibus ſanctis martyribus tuis. N. ⁊ N. vt, qđ ore cõtingimus, pura mẽte capiam⁹. Per.

¶ De eodem communi alia miſſa. Introitus.

Salus autẽ iuſtoruʒ a dño: ⁊ protector eoruʒ eſt in tẽpore tribulationis. Pſalm. Noli emulari in malignantibus: neq3 zelaueris facientes iniquitatẽ. ℣. Glo. Oro.

Deus, qui nos annua ſanctorum martyrum tuoruʒ N. ⁊ N. ſollemnitate letificas: concede propitius: vt quorum gaudemus meritis, inſtruamur exemplis. Per dominum noſtrum.

Lectio

Lectio epiſtole beati Pauli apoſtoli ad Hebreos.

ca. 10. Fratres. Rememoramini
priſtinos dies: in quibus illu
minati, magnū certamen ſuſtinui
ſtis paſſionum. Et in altero qui
dē opprobrijs ⁊ tribulationibus
ſpectaculum facti: in altero autē
ſocij taliter conuerſantiū effecti.
Nam ⁊ vinctis cōpaſſi eſtis: ⁊ ra
pinam bonorum veſtrorum cum
gaudio ſuſcepiſtis, cognoſcentes
vos habere meliorem, ⁊ manen
tem ſubſtantiam. Nolite itaque
amittere confidentiam veſtram,
quę magnā habet remuneratio
nē. Patientia enim vobis neceſſa
ria eſt: vt voluntatē dei facientes,
reportetis promiſſionē. Adhuc
enim modicum aliquantulumq;,
qui venturus eſt veniet, ⁊ nō tar
dabit. Juſtus autē ex fide viuit.

Graduale. Clamauerunt iuſti, ⁊
dñs exaudiuit eos: ⁊ ex omnibus
tribulationibus eorum liberauit
eos. ℣. Juxta eſt dñs his qui tri
bulato ſunt corde: ⁊ humiles ſpi
ritu ſaluabuntur. Alleluia, all'a.
℣. Te martyrum candidatus lau
dat exercitus domine, alleluia.

Poſt Septuageſimā. Tractus.
Qui ſeminant in lachrymis, in gau
dio metent. ℣. Euntes ibāt, ⁊ fle
bant, mittētes ſemina ſua. ℣. Ve
nientes autē venient cum exulta
tione, portātes manipulos ſuos.

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Matheum.



In illo tem
pore. Se ca. 24.
dente Jeſu ſuper
montem Oliueti,
acceſſerunt ad eum
diſcipuli eius ſecre
to, dicentes. Dic
nobis, quando hęc erunt, ⁊ quod
ſignum aduentus tui, ⁊ cōſumma
tionis ſeculi? Et reſpondens Je
ſus dixit eis. Videte, ne quis vos ſe
ducat. Multi enim venient in noie
meo dicentes, ego ſum Chriſtus: ⁊
multos ſeducent. Audituri enim
eſtis pręlia, ⁊ opiniones pręliorū.
Videte, ne turbemini. Oportet
enim hęc fieri: ſed nondū eſt finis.
Conſurget enim gens in gentem,
⁊ regnum in regnum: ⁊ erunt pe
ſtilentię, ⁊ fames, ⁊ terręmotus
per loca. Hęc autem omnia, ini
tia ſunt dolorum. Tunc tradent
vos in tribulationem, ⁊ occident
vos: ⁊ eritis odio omnibus gen
tibus propter nomen meum. Et
tunc ſcādalizabuntur multi: ⁊ in
uicem tradent: ⁊ odio habebunt
inuicē. Et multi pſeudopropheę
tę ſurgent: ⁊ ſeducent multos.
Et quoniam abundabit iniqui
tas: refrigeſcet charitas multo
rum. Qui autem perſeuerauerit
rit vſque in finem: hic ſaluus erit.
Offertorium. Juſtorum animę
in manu dei ſunt, ⁊ non tanget il
los

Lectio epiſtole beati Pauli apoſtoli ad Corinthios.

2.C. 6. Fratres. Exhibeamus noſmetipſos ſicut dei miniſtros, in multa patientia, in tribulationibus, in neceſſitatibus, in anguſtijs, in plagis, in carceribus, in ſeditionibus, in laboribus, in vigilijs, in ieiunijs. In caſtitate, in ſcientia, in longanimitate, in ſuauitate, in ſpiritu ſancto, in charitate non ficta, in verbo veritatis, in virtute dei. Per arma iuſtitię a dextris ⁊ a ſiniſtris. Per gloriaꝫ ⁊ ignobilitatem: per infamiam ⁊ bonã famam: vt ſeductores ⁊ veraces: ſicut qui ignoti ⁊ cogniti: quaſi morientes, ⁊ ecce viuimus: vt caſtigati, ⁊ nõ mortificati: quaſi triſtes, ſemper autem gaudentes: ſicut egentes, multos autem locupletantes: tanquam nihil habentes, ⁊ omnia poſſidentes.

Lectio epiſtolę beati Pauli apoſtoli ad Hebręos.

C.2. Fratres. Sancti per fideꝫ vicerũt regna: operati sũt iuſtitiaꝫ: adepti ſunt repromiſſiones: obturauerunt ora leonũ: extinxerunt impetum ignis: effugauerunt aciẽ gladij: conualuerunt de infirmitate: fortes facti ſunt in bello: caſtra verterunt exterorũ: acceperunt mulieres de reſurrectione mortuos ſuos. Alij autem diſtenti ſunt, non ſuſcipientes redemptioneꝫ, vt meliorẽ inuenirẽt reſurrectionẽ. Alij vero ludibria ⁊ verbera experti, inſuper ⁊ vincula ⁊ carceres: lapidati ſunt, ſecti ſunt, tẽtati ſunt, in occiſione gladij mortui ſunt. Circuierunt in melotis, in pellibus caprinis: egentes, anguſtiati, afflicti: quibus dignus non erat mũdus. In ſolitudinibus errantes in montibus ⁊ ſpeluncis, ⁊ in cauernis terrę. Et hi omnes teſtimonio fidei probati, inuenti ſunt in Chriſto Ieſu dño noſtro.

Lectio libri Apocalypſis beati Ioannis apoſtoli.

In diebus illis. Reſpondit vnus de ſenioribus, ⁊ dixit mihi. Hi qui amicti ſunt ſtolis albis, qui ſunt? ⁊ vnde venerunt? C.7.
Et dixi illi. Domine mi, tu ſcis. Et dixit mihi. Hi ſunt qui venerunt de tribulatione magna: ⁊ lauerunt ſtolas ſuas, ⁊ dealbauerunt eas in ſanguine Agni. Ideo ſunt ante thronuꝫ dei, ⁊ ſeruiunt ei die ac nocte in templo eius: ⁊ qui ſedet in throno, habitabit ſuper illos. Nõ eſurient neqꝫ ſitient amplius: nec cadet ſup illos Sol, neqꝫ vllus ęſtus. Quoniã Agnus qui in medio throni eſt, reget illos: ⁊ deducet eos ad vitę fontes aquarum: ⁊ abſterget deus omnem lachrymam ab oculis eorũ.

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Mattheũ.

In illo tempore. Uidens Ieſus turbas, aſcendit in montem C.5.

montem. Et cum ſediſſet, ac-
ceſſerunt ad eum diſcipuli eius: ⁊
aperiens os ſuum, docebat eos,
dicens. Beati pauperes ſpiritu:
quoniam ipſorum eſt regnum ce-
lorum. Beati mites: quoniam
ipſi poſſidebunt terram. Beati
qui lugent: quoniam ipſi conſo-
labuntur. Beati qui eſuriunt, ⁊
ſitiunt iuſtitiam: quoniam ipſi ſa-
turabuntur. Beati miſericordes:
quoniam ipſi miſericordiam con-
ſequentur. Beati mundo corde:
quoniam ipſi deum videbunt.
Beati pacifici: quoniam filij dei
vocabuntur. Beati qui perſe-
cutionem patiuntur propter iu-
ſtitiam: quoniam ipſorum eſt re-
gnum celorum. Beati eſtis, cum
maledixerint vobis homines, ⁊
perſecuti vos fuerint: ⁊ dixerint
omne malum aduerſus vos, men-
tientes propter me. Gaudete, ⁊
exultate: quoniam merces veſtra
copioſa eſt in celis.

Sequentia ſancti euangelij
ſecundum Mattheum.

ca. IN illo tempore: Reſpon-
xi. dens Jeſus dixit. Cōfiteor
tibi pater dñe celi ⁊ terrę: quia
abſcondiſti hęc a ſapientibus, ⁊
prudētibus, ⁊ reuelaſti ea paruu-
lis. Ita pater: quoniam ſic pla-
citum fuit ante te. Omnia mihi
tradita ſunt a patre meo. Et
nemo nouit filium, niſi pater:
neque patrem quis nouit, niſi
filius, ⁊ cui voluerit filius reue-
lare. Venite ad me omnes qui
laboratis, ⁊ onerati eſtis: ⁊ ego
reficiam vos. Tollite iugum
meum ſuper vos, ⁊ diſcite a me,
quia mitis ſum ⁊ humilis corde:
⁊ inuenietis requiem animabus
veſtris. Iugum enim meū ſuaue
eſt, ⁊ onus meum leue.

Sequentia ſancti euangelij
ſecundum Lucam.

IN illo tempore. Dicebat ca.
Jeſus turbis Iudęorum, ⁊ xi.
principibus ſacerdotum. Vę vo-
bis, qui ędificatis monumenta
prophetarum: patres autem ve-
ſtri occiderūt illos. Profecto te-
ſtificamini, quod conſentitis ope-
ribus patrum veſtrorum: quo-
niam ipſi quidē eos occiderunt,
vos autem ędificatis eorum ſe-
pulchra. Propterea ⁊ ſapientia
dei dixit. Mittam ad illos pro-
phetas ⁊ apoſtolos, ⁊ ex illis oc-
cident ⁊ perſequentur: vt inqui-
ratur ſanguis omnium prophe-
tarum, qui effuſus eſt a conſtitu-
tione mundi a generatione iſta, a
ſanguine Abel, vſque ad ſangui-
nem Zacharię qui periīt inter al-
tare ⁊ ędem. Ita dico vobis, re-
quiretur ab hac generatione.

Sequentia ſancti euangelij
ſecundum Lucam.

IN illo tempore: Dixit ca.
Jeſus diſcipulis ſuis. Qui 10.
vos audit, me audit: ⁊ qui vos
ſpernit,

ſpernit, me ſpernit. Qui autez me ſpernit: ſpernit eum qui me miſit. Reuerſi ſunt autem ſeptuaginta duo cum gaudio, dicentes. Dn̄e, etiam demonia in nomine tuo ſubijciuntur nobis. Et ait illis. Ui debam ſatanaz ſicut fulgur de celo cadentem. Ecce, dedi vobis poteſtatem cālcādi ſupra ſerpentes, ⁊ ſcorpiones, ⁊ ſupra omnem virtutem inimici: ⁊ nihil vobis nocebit. Uerumtamen in hoc nolite gaudere, quia ſpiritus ſubijciuntur vobis: gaudete autem quia nomina veſtra ſcripta ſūt in celis.

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Lucam.

ca. 12. In illo tēpore: Dixit Jeſus diſcipulis ſuis. Attendite a fermento phariſeorum, quod eſt hypocriſis. Nihil autem opertum, quod non reueletur: neqz abſconditū, quod non ſciatur. Quoniaz que in tenebris dixiſtis, in lumine dicentur: ⁊ quod in aure locuti eſtis in cubiculis, predicabitur in tectis. Dico autem vobis amicis meis: Ne terreamini ab his qui occidunt corpus, ⁊ poſt hec nō habent amplius quid faciāt. Oſtendam autē vobis quem timeatis. Timete eum qui poſtquā occiderit, habet poteſtatē mittere in gehennam. Ita dico vobis, hunc timete. None quinqz paſſeres veneunt dipondio: ⁊ vnus ex illis non eſt in obliuione coram deo? Sed ⁊ capilli capitis veſtri, omnes numerati ſunt. Nolite ergo timere: multis paſſeribus pluris eſtis vos. Dico autem vobis: oīs quicunqz confeſſus fuerit me coram hominibus, ⁊ filius hominis cōfitebitur eū coram angelis dei.

¶ In communi confeſſ. pont.

Introitus.

Statuit ei dominus teſtamentū pacis, ⁊ principem fecit eum: vt ſit illi ſacerdotij dignitas in eternū. Ps. 131. Memento dn̄e Dauid, ⁊ omnis manſuetudinis eius. ℣. Glo. Oratio.

Da, queſumus, omnipotens deus: vt beati N. confeſſoris tui atqz pontificis veneranda ſollemnitas: ⁊ deuotionem nobis augeat, ⁊ ſalutē. Per dominum.

Lectio libri Sapientie.

Ecce ſacerdos magnus, qui in diebus ſuis placuit deo, ⁊ inuentus eſt iuſtus: ⁊ in tempore iracundie factus eſt reconciliatio. Non eſt inuentus ſimilis illi, qui cōſeruaret legē excelſi. Ideo iureiurando fecit illuz dn̄s creſcere in plebem ſuam. Benedictionem omnium gentiuz dedit illi, ⁊ teſtamentuz ſuuz confirmauit ſuper caput eius. Cognouit eum in benedictionibus ſuis: conſeruauit illi miſericordiam ſuam: ⁊ inuenit gratiam coram oculis dn̄i. Magnificauit

eccē 44.

gnificauit eum in cōſpectu regū: ⁊ dedit illi coronam glorię. Sta- tuit illi teſtamentum ſempiternū: ⁊ dedit illi ſacerdotiū magnum: ⁊ beatificauit illū in gloria. Fun- gi ſacerdotio, ⁊ habere laudem in nomine ipſius: ⁊ offerre illi incen ſum dignū: in odorem ſuauitatis.

Graduale. Ecce ſacerdos ma- gnus, qui in diebus ſuis placuit deo. ℣ Non eſt inuentus ſimilis illi, qui conſeruaret legē excelſi. Alleluia, alleluia. ℣ Tu es ſacer dos in eternum ſecundum ordi- nem Melchiſedec, Alleluia.

¶ Tempore paſchali Graduale omittitur vſque ad Alleluia ⁊ ad eius verſum additur ſequens. ℣. Hic eſt ſacerdos, quem corona- uit dominus, Alleluia.

Poſt Septuageſimā Tractus.

Beatus vir, qui timet dominū: in mandatis eius cupit nimis. ℣. Potens in terra erit ſemen eius: generatio rectorū benedicetur. ℣ Gloria ⁊ diuitię in domo eius: ⁊ iuſtitia eius manet in ſeculum ſeculi.

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Mattheum.

In illo tempore: Dixit Ie-
ca. ſus diſcipulis ſuis parabo-
25. lam hanc. Homo quidam pe- regre proficiſcens, vocauit ſer- uos ſuos, ⁊ tradidit illis bona ſua. Et vni dedit quinque talenta, alij autem duo, alij vero vnum. Unicuique ſecundum propriam virtutem: ⁊ profectus eſt ſtatim. Abijt autem qui quinque talen- ta acceperat, ⁊ operatus eſt in eis, ⁊ lucratus eſt alia quinque. Similiter ⁊ qui duo talenta ac- ceperat, lucratus eſt alia duo. Qui autē vnū acceperat, abiens fodit in terram, ⁊ abſcondit pe- cuniam domini ſui. Poſt multū vero tēporis venit dominus ſer- uorum illorum, ⁊ poſuit rationem cum eis. Et accedens qui quin- que talēta acceperat, obtulit alia quinq; talenta, dicens. Domine, quinq; talenta tradidiſti mihi: ec ce, alia quinq; ſuperlucratus ſū. Ait illi dominus eius. Euge ſer ue bone ⁊ fidelis: quia in pauca fuiſti fidelis, ſupra multa te cōſti- tuam: intra in gaudiū domini tui. Acceſſit autem ⁊ qui duo talenta acceperat, ⁊ ait. Domine, duo ta- lēta tradidiſti mihi: ecce, alia duo ſuperlucratus ſum. Ait illi domi- nus eius. Euge ſerue bone ⁊ fi- delis: quia ſuper pauca fuiſti fi- delis, ſupra multa te conſtituam: intra in gaudium domini tui.

Offertorium. Inueni Dauid ſeruum meum, oleo ſancto meo vnxi eum: manus enim mea auxi- liabitur ei, ⁊ brachium meū con- fortabit eum.

Secreta.

Sancti tui, quęſumus domi- ne, nos vbiq; letificent: vt dum eorū merita recolimus, pa- trocinia

trocinia ſentiamus. Per dñm.

Communio. Fidelis ſeruus & prudens: quem conſtituit dominus ſuper familiam ſuam: vt det illis in tempore tritici menſuram.

Poſtcom.

Preſta, quęſumus, omnipotens deus: vt de perceptis muneribus gratias exhibentes, intercedente beato N. confeſſore tuo atque pontifice beneficia potiora ſumamus. Per dñm.

¶ De eodem communi alia miſſa. Introitus.

Sacerdotes tui dñe induant iuſtitiam: & ſancti tui exultent: propter Dauid ſeruum tuum, non auertas faciem Chriſti tui. Pſal. Memento domine Dauid, & omnis manſuetudinis eius. ℣. Gloria. Oratio.

Exaudi, quęſumus dñe, preces noſtras: quas in beati N. confeſſoris tui atq; pontificis ſollemnitate deferimus: & qui tibi digne meruit famulari, eius intercedentibus meritis, ab omnibus nos abſolue peccatis. Per.

Lectio epiſtolę beati Pauli apoſtoli ad Hebreos.

c.7. Fratres. Plures facti ſunt ſacerdotes ſecundũ legem, iccirco quod morte prohiberentur permanere. Jeſus autem eo quod maneat in ęternum, ſempiternum habet ſacerdotium. Unde & ſaluare in perpetuũ poteſt, accedẽs per ſemetipſum ad deũ, ſemper viuens ad interpellandum pro nobis. Talis enim decebat vt nobis eſſet põtifex, ſanctus, innocẽs, impollutus, ſegregatus a peccatoribus, & excelſior celis factus. Qui non habet quotidie neceſſitatẽ (quemadmodũ ſacerdotes) prius pro ſuis delictis hoſtias offerre, deinde pro populi: Hoc enim fecit ſemel, ſe offerendo, dominus noſter Jeſus Chriſtus.

Graduale. Sacerdotes eius induant ſalutare: & ſancti eius exultatione exultabunt. ℣. Illuc producam cornu Dauid: paraui lucernam Chriſto meo.

Alleluia, alleluia. ℣. Jurauit dominus, & non pęnitebit eum: tu es ſacerdos in ęternum ſecundum ordinem Melchiſedec, alleluia.

¶ Tẽpore paſchali Graduale omittitur, & ad eius verſum additur ſequens. ℣. Amauit eum dominus, & ornauit eum: ſtolam glorię induit eum, alleluia.

Poſt Septuageſimã Tractus. Beatus vir, qui timet dominũ: in mandatis eius cupit nimis. ℣. Potens in terra erit ſemen eius: generatio rectorum benedicetur. ℣. Gloria & diuitię in domo eius: & iuſtitia eius manet in ſeculum ſeculi.

Sequen-

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Matheum.

ca. 24. In illo tempore. Dixit Jeſus diſcipulis ſuis. Uigilate, quia neſcitis qua hora dominus veſter venturus ſit. Illud autem ſcitote, quoniam ſi ſciret paterfamilias qua hora fur veniret: vigilaret vtiqꝫ, ⁊ non fineret perfodi domum ſuam. Ideo ⁊ vos eſtote parati: quia neſcitis qua hora filius hominis venturus ſit. Quis, putas, eſt fidelis ſeruus ⁊ prudens, quem conſtituit dominus ſuper familiam ſuam, vt det illis cibum in tempore? Beatus ille ſeruus, quē cum venerit dñs eius, inuenerit ſic facientē. Amen dico vobis, quoniā ſuper omnia bona ſua conſtituet eū. Offerto. Ueritas mea ⁊ miſericordia mea cum ipſo: ⁊ in nomine meo exaltabitur cornu eius. Secreta.

Sancti N. cōfeſſoris tui atque pontificis, quęſumus, dñe, annua ſollēnitas pietati tuę nos reddat acceptos: vt per hęc pię placationis officia, ⁊ illū beata retributio comitetur, ⁊ nobis gratię tuę dona conciliet. Per. Communio. Beatus ſeruus, quem cum venerit dominus, inuenerit vigilantē: amen dico vobis, ſuper omnia bona ſua conſtituet eum. Poſtcom.

Deus fidelium remunerator animarum, pręſta vt beati N. confeſſoris tui atque pontificis, cuius venerandā celebramus feſtiuitatem, precibus eius indulgentiam cōſequamur. Per dominum noſtrum Jeſum.

¶ Item alię epiſtolę, ⁊ Euangelia pro confeſſ. pont.

Lectio epiſtolę beati Pauli apoſtoli ad Hebreos.

Fratres. Omnis pon c. 5.
tifex ex hominibus aſſumptus, pro hominibus conſtituitur in ijs quę ſunt ad deum: vt offerat dona ⁊ ſacrificia pro peccatis. Qui condolere poſſit ijs qui ignorant ⁊ errant: quoniam ⁊ ipſe circundatus eſt infirmitate. Et propterea debet, quemadmodum pro populo, ita etiam ⁊ pro ſemetipſo offerre pro peccatis. Nec quiſquam ſumit ſibi honorem: ſed qui vocatur a deo, tanquam Aaron.

Lectio epiſtolę beati Pauli apoſtoli ad Hebreos.

Fratres: Mementote prę ca.
poſitorum veſtrorum, qui 13.
vobis locuti ſunt verbū dei: quorum intuentes exitum conuerſationis, imitamini fidem. Jeſus Chriſtus heri ⁊ hodie: ipſe ⁊ in ſecula. Doctrinis varijs ⁊ peregrinis nolite abduci. Optimum eſt enim gratia ſtabilire cor, non eſcis quę non profuerunt ambulantibus in eis. Habemus altare:

re: de quo edere non habent poteſtatem qui tabernaculo deſeruiunt. Quorum enim animalium infertur ſanguis pro peccato in ſancta per pontificem, horuʒ corpora cremãtur extra caſtra. Propterquod ⁊ Jeſus, vt ſanctificaret per ſuum ſanguinem populũ, extra portam paſſus eſt. Exeamus igitur ad eũ extra caſtra: improperium eius portantes. Non enim habemus hic manentem ciuitatem: ſed futurã inquirimus. Per ipſum ergo offeramus hoſtiam laudis ſemper deo, ideſt, fructum labiorum confitentium nomini eius. Beneficentię autem ⁊ cõmunionis nolite obliuiſci. Talibus enim hoſtijs promeretur Deus. Obedite prępoſitis veſtris, ⁊ ſubiacete eis. Ipſi enim peruigilant, quaſi rationem pro animabus veſtris reddituri.

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Lucam.

ca. 11. In illo tẽpore: Dixit Jeſus diſcipulis ſuis. Nemo accẽdit lucernã, ⁊ in abſcõdito ponit, neqʒ ſub modio: ſed ſuper candelabrũ, vt qui ingrediuntur lumen videãt. Lucerna corporis tui, eſt oculus tuus. Si oculus tuus ſimplex fuerit: totuʒ corpus tuum lucidum erit. Si autem nequã fuerit: etiã corpus tuum tenebroſum erit. Vide ergo ne lumẽ quod in te eſt, tenebrę ſint. Si ergo totuʒ corpus tuum lucidum fuerit, non habens aliquam partem tenebrarum, erit lucidum totum, ⁊ ſicut lucerna fulgoris illuminabit te.

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Marcum.

ca. 13. In illo tempore: Dixit Jeſus diſcipulis ſuis. Videte, vigilate, ⁊ orate. Neſcitis enim quando tempus ſit. Sicut homo qui peregre profectus reliquit domum ſuam: ⁊ dedit ſeruis ſuis poteſtatem cuiuſqʒ operis, ⁊ ianitori pręcepit vt vigilet. Vigilate ergo (neſcitis enim quando dominus domus veniat: ſero, an media nocte, an galli cãtu, an mane) ne cum venerit repẽte, inueniat vos dormientes. Quod autẽ vobis dico, omnibus dico, Vigilate.

¶ In commune Doctorum. Introitus.

In medio eccleſię aperuit os eius, ⁊ impleuit eũ dñs ſpiritu ſapientię, ⁊ intellectus: ſtolam glorię induit eum. Pſalm. Bonum eſt confiteri domino, ⁊ pſallere nomini tuo altiſſime. ℣. Gloria patri. Oratio.

Deus, qui populo tuo ęternę ſalutis beatũ N. miniſtrum tribuiſti: pręſta quęſumus: vt quem doctorẽ vitę habuimus in terris, interceſſorem habere mereamur in cęlis. Per dñm.


Lectio epiſtolę beati Pauli apoſtoli ad Timotheum.

2.c. 4. Chariſſime. Teſtificor coram deo ⁊ Chriſto Jeſu qui iudicaturus eſt viuos ⁊ mortuos, per aduentum ipſius, ⁊ regnum eius: prędica verbū: inſta opportune, importune: argue, obſecra, increpa in omni patiētia ⁊ doctrina. Erit enim tempus cū ſanam doctrinam non ſuſtinebunt: ſed ad ſua deſideria coaceruabūt ſibi magiſtros pruriētes auribus: ⁊ a veritate quidem auditum auertent, ad fabulas autem cōuertentur. Tu vero vigila, in omnibus labora, opus fac euāgeliſtę, miniſterium tuū imple, ſobrius eſto. Ego enim iam delibor: ⁊ tēpus reſolutionis meę inſtat. Bonum certamen certaui, curſum cōſummaui, fidem ſeruaui. In reliquo, repoſita eſt mihi corona iuſtitię, quam reddet mihi dominus in illa die, iuſtus iudex: non ſolum autem mihi, ſed ⁊ ijs qui diligūt aduentum eius. Gradua. Os iuſti meditabitur ſapientiam, ⁊ lingua eius loquetur iudicium. ℣. Lex dei eius in corde ipſius: ⁊ non ſupplantabuntur greſſus eius.

Alleluia, alleluia. ℣. Amauit eū dñs ⁊ ornauit eum, ſtolam glorię induit eū, alleluia. Tempore paſchali Graduale omittitur, ⁊ ad eius verſum additur ſequens ℣. Juſtus germinabit ſicut lilium, ⁊ florebit in ęternū ante dñm, alleluia.

Poſt Septuageſimā, Tractus. Beatus vir, qui timet dñm, in mādatis eius cupit nimis. ℣. Potens in terra erit ſemē eius, generatio rectorū benedicet. ℣. Gloria ⁊ diuitię in domo eius, ⁊ iuſtitia eius manet in ſeculum ſeculi.

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Mattheum.



In illo tempore: ca. 5.
Dixit Jeſus diſcipulis ſuis. Vos eſtis ſal terrę. Quod ſi ſal euanuerit, in quo ſalietur? Ad nihilum valet vltra, niſi vt mittatur foras, ⁊ conculcetur ab hominibus. Vos eſtis lux mundi. Non poteſt ciuitas abſcōdi ſupra montem poſita. Neq; accendunt lucernam, ⁊ ponunt eā ſub modio, ſed ſuper candelabrum, vt luceat omnibus qui in domo ſunt. Sic luceat lux veſtra coram hominibus: vt videant opera veſtra bona, ⁊ glorificent patrem veſtrū qui in cęlis eſt. Nolite putare quoniā veni ſoluere legem aut prophetas: non veni ſoluere, ſed adimplere. Amen quippe dico vobis, donec tranſeat cęlum ⁊ terra, iota vnū aut vnus apex nō pręteribit a lege, donec omnia fiant. Qui ergo ſoluerit vnum de mandatis iſtis minimis, ⁊ docuerit ſic homines: minimus

minimus vocabitur in regno celorum. Qui autem fecerit ⁊ docuerit: hic magnus vocabitur in regno celorum. Offertorium.

Iuſtus vt palma florebit: ſicut cedrus que in libano eſt, multiplicabitur. Secreta.

Sancti tui N. nobis dñe pia non deſit oratio: que ⁊ munera noſtra cõciliet, ⁊ tuam nobis indulgentiam ſemper obtineat. Per dominum. Communio.

Fidelis ſeruus ⁊ prudẽs, quem cõſtituit dominus ſuper familiam ſuam: vt det illis in tempore tritici menſuram. Poſtcom.

Ut nobis, dñe, tua ſacrificia dent ſalutẽ, beatus N. confeſſor tuus, ⁊ doctor egregius precator accedat. Per dominum.

¶ Alia epiſtola pro Doctorib⁹.

Lectio libri Sapientie.

Iuſtus cor ſuum tradet ad vigilandum diluculo ad dominum qui fecit illum: ⁊ in cõſpectu altiſſimi deprecabitur. Aperiet os ſuum in oratione: ⁊ ꝓ delictis ſuis deprecabitur. Si enim dñs magnus voluerit, ſpiritu intelligentie replebit illum: ⁊ ipſe tanquã imbres emittet eloquia ſapientie ſue, ⁊ in oratione confitebitur dño. Et ipſe diriget cõſilium eius ⁊ diſciplinam: ⁊ in abſconditis ſuis conſiliabitur. Ipſe palam faciet diſciplinam doctrine ſue, ⁊ in lege teſtamenti dñi gloriabitur. Collaudabũt multi ſapientiam eius, ⁊ vſque in ſeculum non delebitur. Non recedet memoria eius, ⁊ nomen eius requiretur a generatione in generationem. Sapientiam eius enarrabunt gentes, ⁊ laudem eius enunciabit eccleſia.

¶ In communi confeſſ. nõ pontificum. Introitus.

Os iuſti meditabitur ſapiẽtiã, ⁊ lingua eius loquetur iudiciũ: lex dei eius in corde ipſius. Pſal. Noli emulari in malignãtibus, neq; zelaueris facientes iniquitatem. ℣. Gloria patri, ⁊ filio. Oratio.

Deus, qui nos beati N. cõfeſſoris tui annua ſollemnitate letificas: concede propitius: vt cuius natalitia colimus, etiam actiones imitemur. Per dominum noſtrum.

Lectio libri Sapientie.

Beatus vir, qui inuentus eſt eccle.
ſine macula: ⁊ q poſt aurũ 31.
non abijt, nec ſperauit in pecunie theſauris. Quis eſt hic, ⁊ laudabimus eum? fecit enim mirabilia in vita ſua. Qui probatus eſt in illo, ⁊ perfectus inuẽtus eſt, ⁊ erit illi gloria eterna. Qui potuit tranſgredi, ⁊ non eſt tranſgreſſus: facere mala, ⁊ non fecit. Ideo ſtabilita ſunt bona illius in dño: ⁊ eleemoſynas illius enarrabit omnis

eccleſia ſanctorum. Graduale.
Iuſtus vt palma florebit: ſicut cedrus libani multiplicabitur in domo domini. ℣. Ad annũciandum mane miſericordiam tuam, ⁊ veritatem tuam per noctem.
Alleluia, alleluia. ℣. Beatus vir, qui ſuffert tentationem, quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam vitę, alleluia.
¶ Tēpore paſchali Graduale omittitur, ⁊ additur ſequens ℣. Amauit eum dñs, ⁊ ornauit eum, ſtolã glorię induit eum, alleluia.
Poſt Septuageſimã. Tractus.
Beatus vir, qui timet dñm, in mãdatis eius cupit nimis. ℣. Potēs in terra erit ſemē eius: generatio rectoꝝ benedicet. ℣. Gloria ⁊ diuitię in domo eius, ⁊ iuſtitia eius manet in ſeculum ſeculi.

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Lucam.



Ca. 12. In illo tēpore: Dixit Jeſus diſcipulis ſuis. Sint lumbi veſtri pręcincti, ⁊ lucernę ardētes in manib⁹ veſtris. Et vos ſimiles hominibus expectantibus dominum ſuum quando reuertatur a nuptijs: vt cũ venerit ⁊ pulſauerit cõfeſtim aperiãt ei. Beati ſerui illi, quos cum venerit dominus, inuenerit vigilãtes. Amē dico vobis, quod pręcinget ſe, ⁊ faciet illos diſcũbere, ⁊ tranſiens miniſtrabit illis. Et ſi venerit in ſecunda vigilia, ⁊ ſi in tertia vigilia venerit, ⁊ ita inuenerit: beati ſunt ſerui illi. Hoc autē ſcitote, quoniã ſi ſciret paterfamilias qua hora fur veniret: vigilaret vtique, ⁊ nõ fineret perfodi domum ſuam. Et vos eſtote parati: quia qua hora non putatis, filius hominis veniet. Offertorium.
Veritas mea ⁊ miſericordia mea cum ipſo: ⁊ in nomine meo exaltabitur cornu eius. Secreta.
Laudis tibi domine hoſtias immolamus in tuorũ commemoratione ſanctorum: quibus nos ⁊ pręſentibus exui malis cõfidimus, ⁊ futuris. Per dñm.
Communio. Beatus ſeruus, quem cum venerit dominus inuenerit vigilantem: amē dico vobis, ſuper omnia bona ſua conſtituet eum. Poſtcom.
Refecti cibo, potuq; cęleſti, de⁹ noſter, te ſupplices exoramus: vt in cuius hęc cõmemoratione percepimus, eius muniamur ⁊ precibus. Per dominum.
¶ De eodem communi alia Miſſa. Introitus.
Iuſt⁹, vt palma florebit, ſicut cedrus libani multiplicabitur, plantatus in domo domini, in atrijs domus dei noſtri.

noſtri. Pſalm. Bonũ eſt confiteri domino, ⁊ pſallere nomini tuo altiſſime. ℣. Gloria patri, ⁊ filio ⁊ ſpiritui ſancto. Oratio.

Adeſto dñe ſupplicationibus noſtris, quas in beati N. confeſſoris tui ſollemnitate deferimus: vt qui noſtrę iuſtitię fiduciam non habemus, eius qui tibi placuit precibus adiuuemur. Per dominum noſtrum.

Lectio epiſtolę beati Pauli apoſtoli ad Corinthios.

1. c. Fratres: Spectaculum fa
4. cti ſumus mundo ⁊ ange
lis ⁊ hominibus. Nos ſtulti propter Chriſtum: vos autem prudentes in Chriſto. Nos infirmi: vos autem fortes. Vos nobiles: nos autem ignobiles. Uſqȝ in hanc horam ⁊ eſurimus, ⁊ ſitimus, ⁊ nudi ſumus, ⁊ colaphis cędimur, ⁊ inſtabiles ſumus, ⁊ laboramus operantes manibꝰ noſtris. Maledicimur: ⁊ benedicimus. Perſecutionem patimur: ⁊ ſuſtinemus. Blaſphemamur: ⁊ obſecramus. Tanquã purgamẽta huius mundi facti ſumus, omnium peripſema vſqȝ adhuc. Non vt confundam vos, hęc ſcribo: ſed vt filios meos chariſſimos moneo, In Chriſto Jeſu dño noſtro. Grad.

Os iuſti meditabitur ſapiẽtiam, ⁊ lingua eius loquetur iudicium. ℣. Lex dei eius in corde ipſius: ⁊ nõ ſupplãtabũtur greſſus eius.

Alleluia, alleluia. ℣. Beatꝰ vir, qui timet dominum: in mandatis eius cupit nimis, alleluia.

¶ Tẽpore paſchali Graduale omittitur, ⁊ additur ſequens ℣. Iuſtus germinabit ſicut lilium: ⁊ florebit in ęternũ ante dñm, alla.

Poſt Septuageſimã. Tractus.

Beatus vir, qui timet dñm: in mãdatis eius cupit nimis. ℣. Potens in terra erit ſemen eius: generatio rectorum benedicetur. ℣. Gloria ⁊ diuitię in domo eius: ⁊ iuſtitia eius manet in ſeculum ſeculi.

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Lucam.

In illo tempore: Dixit Je co.
ſus diſcipulis ſuis. Nolite 12.
timere puſillus grex, quia cõplacuit patri veſtro dare vobis regnum. Vendite quę poſſidetis, ⁊ date eleemoſynam. Facite vobis ſacculos qui nõ veteraſcunt, theſaurum non deficientem in celis: quo fur nõ appropiat, neqȝ tinea corrumpit. Ubi enim theſaurus veſter eſt, ibi ⁊ cor veſtrum erit.

Offertorium. In virtute tua domine lętabitur iuſtus, ⁊ ſuper ſalutare tuum exultabit vehementer: deſiderium animę eius tribuiſti ei. Secreta.

Preſta nobis, quęſumus, omnipotẽs deus: vt noſtrę humilitatis oblatio, ⁊ pro tuorum tibi grata ſit honore ſanctorum, ⁊ nos corpore pariter ⁊ mente purificet.

rificet. Per dñm. Communio.

Amen dico vobis, quod vos qui reliquiſtis omnia, ⁊ ſecuti eſtis me: centuplum accipietis, ⁊ vitã eternã poſſidebitis. Poſtcom.

Quęſumus, omnipotẽs deus, vt qui cęleſtia alimenta ꝑcepimus intercedente beato, N. confeſſore tuo, per hęc cõtra omnia aduerſa muniamur. Per do.

¶ Item alia epiſtola ⁊ Euãgelium pro confeſſ. non pontific.

Lectio epiſtolę beati Pauli apoſtoli ad Philippenſes.

c. 3. Fratres. Quę mihi fuerunt lucra, hęc arbitratus ſum propter Chriſtum detrimenta. Veruntamen exiſtimo omnia detrimentum eſſe propter eminẽtem ſcientiam Jeſu Chriſti dñi mei: propter quem omnia detrimentum feci, ⁊ arbitror vt ſtercora, vt Chriſtum lucrifaciam: vt ⁊ inueniar in illo non habens meam iuſtitiam quę ex lege eſt, ſed illam quę ex fide eſt Chriſti Jeſu, quę ex deo eſt iuſtitia in fide: ad cognoſcendum illum, ⁊ virtutẽ reſurrectionis eius, ⁊ ſocietatem paſſionis illius: cõfiguratus morti eius, ſi quo modo occurram ad reſurrectionẽ quę eſt ex mortuis. Nõ quod iam acceperim, aut iã perfectus ſim: ſequor autẽ, ſi quo modo comprehendam in quo ⁊ cõprehẽſus ſum a Chriſto Jeſu.

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Lucam.



In illo tempore: Dixit Jeſus diſcipulis ſuis parabolam hanc. ca. 19. Homo quidam nobilis abijt in regionem lõginquam accipere ſibi regnum, ⁊ reuerti. Vocatis autem decem ſeruis ſuis dedit eis decem mnas, ⁊ ait ad illos. Negotiamini dum venio. Ciues autem eius oderant eum: ⁊ miſerunt legationẽ poſt illum, dicentes. Nolumus hũc regnare ſuper nos. Et factũ eſt vt rediret accepto regno: ⁊ iuſſit vocari ſeruos, quibus dedit pecuniam: vt ſciret quantum quiſque negotiatus eſſet. Venit autem primus, dicens. Domine, mna tua decem mnas acquiſiuit. Et ait illi. Euge ſerue bone, quia in modico fuiſti fidelis, eris poteſtatem habens ſuper decẽ ciuitates. Et alter venit, dicens. Domine, mna tua fecit quinque mnas. Et huic ait. Et tu eſto ſuper quinque ciuitates. Et alter venit, dicens. Domine, ecce mna tua quam habui, repoſita eſt in ſudario. Timui enim te, quia homo auſterus es: tollis quod non poſuiſti, ⁊ metis quod non ſeminaſti. Dicit ei. De ore tuo te iudico ſerue nequã. Sciebas quod ego

ego homo auſterus ſum, tolleris quod non poſui, ⁊ metens quod non ſeminaui: ⁊ quare non dediſti pecuniam meã ad menſam, ⁊ ego veniens cum vſuris vtiq; exegiſſem illam? Et aſtantibus dixit. Auferte ab illo mnam, ⁊ date illi qui decem mnas habet. Et dixerunt ei. Domine, habet decem mnas. Dico autem vobis, quia omni habẽti dabitur ⁊ abũdabit: ab eo autem qui nõ habet, ⁊ quod habet auferetur ab eo.

¶ De eodẽ cõmuni pro Abbatibus alia Miſſa. Introitus.

Os iuſti meditabitur ſapientiam, ⁊ lingua eius loquetur iudicium: lex dei eius in corde ipſius. Pſalmus. Noli ęmulari in malignantibus: neque zelaueris facientes iniquitatem. ℣. Gloria patri ⁊ filio.

Oratio.

Interceſſio nos, queſumus, domine beati N. abbatis commendet: vt quod noſtris meritis non valemus, eius patrocinio aſſequamur. Per dominum.

Lectio libri Sapientię.

ec/cle. 45. Dilectus deo ⁊ hominibus, cuius memoria in benedictione eſt. Similem illuz fecit in gloria ſanctorum, ⁊ magnificauit eum in timore inimicorum, ⁊ in verbis ſuis mõſtra placauit. Glorificauit eum in cõſpectu regum, ⁊ iuſſit illi coram populo ſuo, ⁊ oſtendit illi gloriã ſuaz. In fide ⁊ lenitate ipſius ſanctum fecit illum, ⁊ elegit eum ex omni carne. Audiuit enim vocem ipſius, ⁊ induxit illuz in nubez. Et dedit illi corã pręcepta, ⁊ legẽ vitę ⁊ diſciplinę. Gradua. Domine pręueniſti euz in benedictionib⁹ dulcedinis: poſuiſti in capite eius coronam de lapide precioſo. ℣. Vitã petijt a te, ⁊ tribuiſti ei longitudinem dierum in ſeculum ſeculi.

Alleluia, alleluia. ℣. Iuſtus vt palma florebit: ſicut cedrus libani multiplicabitur, alleluia.

Tempore paſchali Graduale omittitur, ⁊ additur ſequens. ℣.

Iuſtus germinabit ſicut lilium, ⁊ florebit in ęternũ ante dñm, alla.

Poſt Septuageſimã. Tractus.

Beatus vir, qui timet dñm: in mãdatis eius cupit nimis. ℣. Potens in terra erit ſemen eius: generatio rectoꝝ benedicet. ℣. Gloria ⁊ diuitię in domo eius, ⁊ iuſtitia eius manet in ſeculum ſeculi.

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Mattheum.

In illo tempore: Dixit Simon Petrus ad Ieſuz. Ecce nos reliquimus omnia, ⁊ ſecuti ſumus te: quid ergo erit nobis? Ieſus autem dixit illis. Amen dico uobis, quod vos qui ſecuti eſtis me, in regeneratione cum ſe-

derit filius hominis in ſede maie/
ſtatis ſuę, ſedebitis ꝛ vos ſuper
ſedes duodecim, iudicantes duo/
decim tribus Iſrael. Et omnis
qui reliquerit domuz, vel fratres,
aut ſorores, aut patrem, aut ma/
trem, aut vxorem, aut filios, aut
agros propter nomen meuz: cen
tupluz accipiet, ꝛ vitam ęternam
poſſidebit. Offertorium.

Deſiderium animę eius tribuiſti
ei domine, ꝛ voluntate labiorum
eius non fraudaſti eum: poſuiſti
in capite eius coronam de lapide
precioſo. Secreta.

SAcris altaribus domine
hoſtias ſuperpoſitas ſan/
ctus N. abbas, queſumus, in ſalu
tem nobis prouenire depoſcat.
Per dominum noſtrum.

Communio. Fidelis ſeruus ꝛ
prudens, quē conſtituit dominus
ſuper familiam ſuam: vt det illis
in tempore tritici menſuram.

Poſtcom.

PRotegat nos domine cum
tui perceptione ſacramēti
beatus N. abbas pro nobis in/
tercedendo: vt ꝛ conuerſationis
eius experiamur inſignia, ꝛ inter/
ceſſionis ipſius percipiamus ſuf/
fragia. Per dominum noſtrum
Ieſum Chriſtum filium tuum:
qui tecum viuit ꝛ regnat in vni/
tate ſpiritus ſancti deus: per om
nia ſecula ſeculorum Amen.

¶ In communi virginum.

¶ Pro virgine ꝛ martyre.

Introitus.

LOquebar de teſti/
monijs tuis in con/
ſpectu regum ꝛ nō
confundebar: ꝛ me/
ditabar in mādatis
tuis quę dilexi nimis. pſalmus.
Beati immaculati in via, qui am/
bulant in lege domini. ℣. Glo/
ria patri. Oratio.

DEus, qui inter cętera po/
tentię tuę miracula, etiam
in ſexu fragili victoriaz martyrū
contuliſti: concede propitius: vt
qui beatę N. virginis ꝛ marty/
ris tuę natalitia colimus: per
eius ad te exempla gradiamur.
Per dominum noſtrum Ieſum
Chriſtum.

Lectio libri Sapientię.

COnfitebor tibi domine eccle.
rex, ꝛ collaudabo te deuz 51.
ſaluatorem meum. Confitebor
nomini tuo: quoniam adiutor ꝛ
protector factus es mihi: ꝛ libe/
raſti corpus meum a perditione,
a laqueo linguę iniquę, ꝛ a labijs
operantium mendacium: ꝛ in
conſpectu aſtantium factus es mi
hi adiutor. Et liberaſti me ſecun
dum multitudinem miſericordię
nominis tui a rugientibus prępa
ratis ad eſcam: de manibus quę/
rentium animam meam, ꝛ de por
tis tribulationum, que circunde/
derunt

derunt me. A preſſura flamme, que circundedit me: ⁊ in medio ignis non ſum eſtuata. De altitudine ventris inferi, ⁊ a lingua coinquinata, ⁊ a verbo mendacij, a rege iniquo, ⁊ a lingua iniuſta. Laudabit vſque ad mortem anima mea dominum: quoniam eruis ſuſtinentes te, ⁊ liberas eos de manibus gentium domine deus noſter. Graduale.
Dilexiſti iuſtitiam, ⁊ odiſti iniquitatem. ℣. Propterea vnxit te deus, deus tuus oleo letitie.
Alleluia, alleluia. ℣. Adducentur regi virgines poſt eam, proxime eius offerentur tibi in letitia, alleluia.

¶ Tempore paſchali Graduale omittitur, ⁊ additur ſequens ℣.
Specie tua ⁊ pulchritudine tua: intende, proſpere procede, ⁊ regna, alleluia.

Poſt Septuageſimã. Tractus.
Ueni ſponſa Chriſti, accipe coronã quam tibi dominus prepa rauit in eternum: pro cuius amore ſanguinẽ tuum fudiſti. ℣. Dilexiſti iuſtitiam, ⁊ odiſti iniquitatem: propterea vnxit te deus, deus tuus oleo letitie pre conſortibus tuis. ℣. Specie tua, ⁊ pulchritudine tua: intende, proſpere procede, ⁊ regna.

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Matheum.



In illo tempore: Dixit ca. 25.
Jeſus diſcipulis ſuis parabolã hanc. Simile eſt regnũ celorum decẽ virginibus: que accipientes lampades ſuas exierunt obuiam ſponſo ⁊ ſponſe. Quinque autem ex eis erant fatue, ⁊ quinque prudentes. Sed quinque fatue, acceptis lampadibus, non ſumpſerunt oleum ſecum. Prudentes vero acceperunt oleum in vaſis ſuis cum lampadibus. Moram autem faciente ſponſo, dormitauerunt omnes ⁊ dormierunt. Media autem nocte clamor factus eſt: Ecce ſponſus venit, exite obuiam ei. Tunc ſurrexerunt omnes virgines ille, ⁊ ornauerunt lampades ſuas. Fatue autem ſapientibus dixerunt. Date nobis de oleo veſtro: quia lampades noſtre extinguuntur. Reſponderũt prudentes, dicentes. Ne forte non ſufficiat nobis ⁊ vobis, ite potius ad vendẽtes, ⁊ emite vobis. Dũ autem irent emere, venit ſpõſus: ⁊ que parate erant, intrauerunt cum eo ad nuptias, ⁊ clauſa eſt ianua. Nouiſſime vero veniunt ⁊ relique virgines, dicentes. Domine, domine, aperi nobis.

At ille

At ille reſpōdens, ait. Amē dico vobis, neſcio vos. Vigilate itaque, quia neſcitis diē neq; horā. Offertorium. Offerentur regi virgines poſt eam: proximę eius offerentur tibi. Secreta.

SUſcipe dñe munera, quę in beatę N. virginis & martyris tuę ſollemnitate deferimus: cuius nos cōfidimus patrocinio liberari. Per dominum noſtrū. Communio. Confundātur ſuperbi, quia iniuſte iniquitatem fecerunt in me: ego autem in mandatis tuis exercebor, in tuis iuſtificationibus, vt non confundar.

Poſtcom.

AUxilientur nobis domine ſumpta myſteria: & intercedente beata N. virgine & martyre tua ſempiterna faciant protectione gaudere. Per dominum.

¶ Item pro virgine & martyre alia Miſſa. Introitus.

ME expectauerunt peccatores, vt perderent me: teſtimonia tua domine intellexi: omnis conſummationis vidi finem: latum mandatum tuum nimis. Pſalmus. Beati immaculati in via, qui ambulant in lege domini. ℣. Gloria patri, & filio.

Oratio.

INdulgentiā nobis, quęſumus domine, beata N. virgo & martyr imploret: quę tibi grata ſemper extitit & merito caſtitatis, & tuę profeſſione virtutis. Per dominum noſtrum.

Lectio libri Sapientię.

DOmine deus meus exaltaſti ſuper terram habitationem meam, & pro morte defluente deprecata ſum. Inuocaui dominum patrē domini mei, vt non derelinquat me in die tribulationis meę, & in tempore ſuperborum ſine adiutorio. Laudabo nomen tuum aſſidue, & collaudabo illud in cōfeſſione, & exaudita eſt oratio mea: Liberaſti me de perditione, & eripuiſti me de tempore iniquo. Propterea cōfitebor tibi, & laudem dicam nomini tuo, domine deus noſter. Graduale. Adiuuabit eam deus vultu ſuo: deus in medio eius non commouebitur. ℣. Fluminis impetus lętificat ciuitatem dei: ſanctificauit tabernaculum ſuum altiſſimus. Alleluia, alleluia. ℣. Hęc eſt virgo ſapiens, & vna de numero prudentum, alleluia.

Eccle. 51.

Tempore paſchali Graduale omittitur, & additur ſequēs. ℣. O quam pulchra eſt caſta generatio cum claritate, alleluia.

Poſt Septuageſimā, Tractus. Veni ſpōſa Chriſti, accipe coronam, quā tibi dominus pręparauit in ęternum: pro cuius amore ſanguinē tuū fudiſti. ℣. Dilexi

ſti

-ſti iuſtitiam, ⁊ odiſti iniquitatem: propterea vnxit te deus, deus tuus, oleo letitię prę cõſortibus tuis. ℣. Specie tua, ⁊ pulchritudine tua: intende, proſpere procede, ⁊ regna.

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Mattheum.



ca. 13. IN illo tẽpore: Dixit Jeſus diſcipulis ſuis parabolaz hanc. Simile eſt regnũ celorũ theſauro abſcõdito in agro: quẽ qui inuenit homo, abſcõdit, ⁊ prę gaudio illius vadit, ⁊ vẽdit vniuerſa quę habet, ⁊ emit agrũ illũ. Iterũ, ſimile eſt regnũ celorũ homini negotiatori, quęrenti bonas margaritas. Inuenta autẽ vna pretioſa margarita, abijt, ⁊ vendidit oia quę habuit, ⁊ emit eam. Iterum, ſimile eſt regnũ celoꝝ ſagenę miſſę in mare, ⁊ ex omni genere piſcium congreganti. Quam cũ impleta eſſet, educentes, ⁊ ſecus littus ſedentes, elegerunt bonos in vaſa, malos autez foras miſerũt. Sic erit in cõſummatione ſeculi. Exibũt angeli, ⁊ ſeparabũt malos de medio iuſtorum, ⁊ mittent eos in caminum ignis. Ibi erit fletus ⁊ ſtridor dentiũ. Intellexiſtis hęc omnia? Dicunt ei: Etiaz domine. Ait illis. Ideo, omnis ſcriba doctus in regno celoꝝ, ſimilis eſt homini patrifamilias, qui profert dẽ theſauro ſuo noua ⁊ vetera. Offerto.

Diffuſa eſt gratia in labijs tuis, propterea benedixit te deus in ęternũ, ⁊ in ſeculũ ſeculi. Secre.

Hoſtias tibi dñe beatę N. virginis ⁊ martyris tuę dicatas meritis benignus aſſume: ⁊ ad perpetuũ nobis tribue prouenire ſubſidiũ. Per dominum. Cõmunio. Feci iudiciũ ⁊ iuſtitiaz, dñe, non calumnientur mihi ſuperbi: ad omnia mãdata tua dirigebar: omnem viam iniquitatis odio habui. Poſtcom.

Diuini muneris largitate ſatiati, quęſumus, dñe deus noſter: vt intercedente beata N. virgine ⁊ martyre tua: in eius ſemper participatione viuamus. Per dominum noſtrum.

¶ In communi plurium virginum ⁊ martyrum.

Omnia dicitur vt ſupra pro vna virgine ⁊ martyre, excepta oratione quę dicitur vt ſequitur. ⁊ epiſtola. De virginibus pręceptum domini. quę dicitur vt infra in cõmuni virgin: non martyrũ. fol. 587. Oratio.

DA nobis, quęſumus domine deus noſter ſanctaruz virginuz ⁊ martyruz tuarum N. ⁊ N. palmas inceſſabili veneratione venerari: vt quas digna mente non poſſu-

mus celebrare, humilibus ſal-
tem frequentemus obſequijs.
Per dominum. Secreta.

I Ntende, queſumus dñe, mu
nera, altaribus tuis pro ſan-
ctaruꝫ martyrum ꝛ virginuꝫ tua-
rum. N. ꝛ N. feſtiuitate propoſi-
ta: vt ſicut per hec beata myſte-
ria illis gloriam contuliſti, ita no-
bis indulgentiam largiaris. Per
dominum. Poſtcom.

P Reſta nobis, queſumus do
mine, intercedentibus ſan-
ctis martyribus atqꝫ virginibus
tuis: vt quod ore cõtingimus, pu-
ra mente capiamus. Per domi-
num noſtrum.

¶ Pro virgine tantum.

Introitus.

D Ilexiſti iuſtitiam, ꝛ
odiſti iniquitatem:
propterea vnxit te
deus, de⁹ tuus oleo
letitie, pre conſorti-
bus tuis. Pſalmus.
Eructauit cor meum verbuꝫ bo
num: dico ego opera mea regi.
℣ Gloria patri. Oratio.

E Xaudi nos deus ſalutaris
noſter: vt ſicut de beate
N. virginis tue feſtiuitate gau-
demus: ita pie deuotionis eru-
diamur affectu. Per dominum.

Lectio epiſtole beati Pauli
apoſtoli ad Corinthios.

2. c. 10. ꝛ 11. F Ratres. Qui gloriatur, in
domino glorietur. Non
enim qui ſe ipſum cõmendat, ille
probatus eſt: ſed quem deus cõ-
mendat. Utinam ſuſtineretis mo
dicum quid inſipientie mee: ſed ꝛ
ſupportate me. Aemulor enim
vos dei emulatione. Deſpondi
enim vos vni viro, virginem ca-
ſtam exhibere Chriſto. Gradual.

S Pecie tua ꝛ pulchritudine tua:
intende, proſpere procede, ꝛ re-
gna. ℣. Propter veritatẽ ꝛ mã
ſuetudinem, ꝛ iuſtitiam: ꝛ dedu-
cet te mirabiliter dextera tua.
Alleluia, alla. ℣ Adducẽtur re
gi virgines poſt eã: proxime eius
offerentur tibi in letitia, alleluia.

Tẽpore paſchali Graduale
omittitur, ꝛ additur ſequens ℣.

Specie tua ꝛ pulchritudine tua:
intende, proſpere procede, ꝛ re-
gna, alleluia.

Poſt Septuageſimã Tractus.

A udi filia, ꝛ vide, ꝛ inclina aurẽ
tuam: quia cõcupiuit rex ſpecieꝫ
tuam. ℣ Uultum tuum depreca-
buntur omnes diuites plebis: fi-
lie regũ in honore tuo. ℣ Addu
centur regi virgines poſt eã: pro-
xime eius offerentur tibi. ℣ Of-
ferentur in letitia ꝛ exultatione:
adducentur in templum regis.

Euangelium. Simile eſt regnũ
celorum decem virginibus. Re-
quire in miſſa virg. ꝛ mart. fol. 585.

Offertorium. Filie regum in ho
nore tuo, aſtitit regina a dextris
tuis in veſtitu deaurato, circun-
data

data varietate. Secreta.

Accepta tibi ſit domine ſacratę plebis oblatio, pro ſuorum honore ſanctorum: quorum ſe meritis de tribulatione percepiſſe cognoſcit auxilium. Per dominum.

Cōmunio. Quinq; prudentes virgines acceperūt oleum in vaſis ſuis cum lampadibus: media autem nocte clamor factus eſt, ecce ſponſus venit: exite obuiam Chriſto domino. Poſtcom.

Satiaſti domine, familiam tuā muneribus ſacris: eius quęſumus ſemper interuentione nos refoue, cuius ſollemnia celebramus. Per dominum.

¶ Item pro virgine tantū alia Miſſa. Introitus.

Vultum tuum deprecabuntur omnes diuites plebis: adducentur regi virgines poſt eam: proximę eius adducentur tibi in lętitia, ⁊ exultatione. Pſal. Eructauit cor meū verbum bonum: dico ego opera mea regi. ℣. Gloria patri. Oratio.

Exaudi nos deus ſalutaris noſter: vt ſicut de beatę N. virginis tuę feſtiuitate gaudemus: ita pię deuotionis erudiamur affectu. Per dominum noſtrum Jeſum Chriſtum.

Lectio epiſtolę beati Pauli apoſtoli ad Corinthios.

Fratres. De virginibus 1.C. 7.
pręceptū domini non habeo: conſiliū autē do, tanquā miſericordiam conſecutus a domino vt ſim fidelis. Exiſtimo enim hoc bonū eſſe propter inſtantē neceſſitatem, quoniam bonū eſt homini ſic eſſe. Alligatus es vxori? noli quęrere ſolutionem. Solutus es ab vxore? noli quęrere vxorem. Si autē acceperis vxorem: non peccaſti. Et ſi nupſerit virgo: non peccauit. Tribulationem tamen carnis habebunt huiuſmodi. Ego autem vobis parco. Hoc itaq; dico fratres, tempus breue eſt. Reliquum eſt, vt ⁊ qui habent vxores, tanquam nō habentes ſint: ⁊ qui flent, tanquā non flentes: ⁊ qui gaudent, tanquam nō gaudētes: ⁊ qui emunt, tanquam non poſſidentes: ⁊ qui vtuntur hoc mundo, tanquā non vtātur. Pręterit enim figura huius mundi. Volo autem vos ſine ſolicitudine eſſe. Qui ſine vxore eſt: ſolicitus eſt quę domini ſunt, quomodo placeat deo. Qui autem cum vxore eſt, ſolicitus eſt quę ſunt mundi, quomodo placeat vxori: ⁊ diuiſus eſt. Et mulier innupta ⁊ virgo cogitat quę domini ſunt: vt ſit ſancta ⁊ corpore ⁊ ſpiritu. In Chriſto Jeſu domino noſtro. Graduale. Concupiuit

piuit rex decorem tuum, quoniã ipſe eſt dñs deus tuus. ℣. Audi filia, ⁊ vide, ⁊ inclina aurem tuaꝫ. Alleluia, alleluia. ℣. Hec eſt virgo ſapiens, ⁊ vna de numero prudentum, alleluia.

¶ Tempore paſchali Graduale omittitur, ⁊ additur ſequens ℣. O quam pulchra eſt caſta generatio cum claritate, alleluia

Poſt Septuageſimã, Tractus. Audi filia, ⁊ vide, ⁊ inclina aurẽ tuam: quia cõcupiuit rex ſpecieꝫ tuam. ℣. Vultum tuum deprecabuntur omnes diuites plebis: filię regũ in honore tuo. ℣. Adducentur regi virgines poſt eã: proximę eius offerentur tibi. ℣. Offerentur in lętitia ⁊ exultatione: adducentur in templum regis.

Euãgelium. Simile eſt regnuꝫ celorum theſauro abſcondito in agro. vt ſupra in miſſa virginum ⁊ martyrum folio. 585.

Offerto. Offerentur regi virgines poſt eam, proximę eius offerentur tibi in lętitia ⁊ exultatione: adducentur in templum regi domino. Secreta.

Accepta tibi ſit domine ſacratę plebis oblatio, pro tuorum honore ſanctorum: quorum ſe meritis de tribulatione percepiſſe cognoſcit auxilium. Per dominum.

Communio. Simile eſt regnuꝫ celoruꝫ homini negotiatori quęrenti bonas margaritas: inuenta autem vna precioſa margarita, dedit omnia ſua, ⁊ comparauit eam. Poſtcom.

Satiaſti dñe familiam tuam muneribꝰ ſacris: eius quęſumus ſemper interuẽtione nos refoue, cuius ſollemnia celebramus. Per dominum noſtrum.

¶ In communi non virginum.

¶ Pro vna martyre non virgine. Introitus.

Me expectauerunt peccatores vt perderent me, teſtimonia tua dñe intellexi: omnis conſummationis vidi finẽ: latum mandatum tuum nimis. pſalmus. Beati immaculati in via, qui ambulãt in lege domini. ℣. Gloria patri, ⁊ filio ⁊ ſpiritui ſancto. Oratio.

Deus, qui inter cętera potẽtię tuę miracula, etiaꝫ in ſexu fragili victoriã martyrij contuliſti: concede propitius: vt qui beatę N. martyris tuę natalitia colimus, per eius ad te exempla gradiamur. Per dominum.

Si fuerint plures. Oratio.

Da nobis, quęſumus domine deus noſter, ſanctarum martyrum tuarum N. ⁊ N. palmas inceſſabili veneratione venerari: vt quas digna mente nõ poſſumus celebrare, humilibus ſaltem

ſaltem frequentemus obſequijs. Per dominum noſtrum.

Epiſto. Confitebor tibi dñe rex. vt ſup. in miſſa virg. ⁊ mart. f. 582

Grad. Dilexiſti iuſtitiã, ⁊ odiſti iniquitatẽ. ℣. Propterea vnxit te deus, deus tuus, oleo letitię.

Alleluia, all'a. ℣. Specie tua ⁊ pulchritudine tua: intende, proſpere procede, ⁊ regna, alleluia.

¶ Tẽpore paſchali Graduale omittitur ⁊ additur ſequens ℣. Propter veritatem, ⁊ manſuetudinem, ⁊ iuſtitiam, ⁊ deducet te mirabiliter dextera tua, alleluia.

Poſt Septuageſimã Tractus. Veni ſponſa Chriſti, accipe coronam quã tibi dominus preparauit in eternum: pro cuius amore ſanguinem tuũ fudiſti. ℣. Dilexiſti iuſtitiam, ⁊ odiſti iniquitatem: propterea vnxit te deus, deus tuus oleo letitię prę conſortibus tuis. ℣. Specie tua, ⁊ pulchritudine tua: intende, proſpere procede, ⁊ regna. Euangeliũ. Simile eſt regnum celorum theſauro abſcondito in agro. vt ſupra. folio. 585.

Offertorium. Diffuſa eſt gratia in labiis tuis, propterea benedixit te deus in eternum, ⁊ in ſeculum ſeculi, alleluia. Secreta.

Suſcipe domine, munera, quę in beatę N. martyris tuę ſollẽnitate deferimus: cuius nos confidimus patrocinio liberari. Per dominum noſtrum.

Si fuerint plures. Secreta.

Intende, quęſumus domine, munera, altaribus tuis pro ſanctarum martyrum tuarũ N. ⁊ N. feſtiuitate propoſita: vt ſicut per hęc beata myſteria illis gloriam contuliſti, ita nobis indulgentiam largiaris. Per dominum noſtrum

Communio. Principes perſecuti ſunt me gratis, ⁊ a verbis tuis formidauit cor meum: letabor ego ſuper eloquia tua, quaſi qui inuenit ſpolia multa. Poſtcom.

Auxilientur nobis dñe ſumpta myſteria: ⁊ intercedente beata N martyre tua: ſempiterna faciant protectione gaudere. Per dominum noſtrum.

Si fuerint plures. Poſtcom.

Preſta nobis, quęſumus domine, intercedentibus ſanctis martyribus tuis: vt quod ore contingimus, pura mente capiamus. Per dominum noſtrum Jeſum Chriſtum filium tuum.

¶ Pro nec virgine nec martyre. Introitus.

Cognoui domine quia equitas iudicia tua, ⁊ in veritate tua humiliaſti me: confige timore tuo carnes meas, a mandatis tuis timui. Pſalm. Beati immaculati in via, qui ambulãt in legẽ domini. ℣. Glo-

℣. Gloria patri, ⁊ filio ⁊ ſpiritui ſancto. Oratio.

EXaudi nos deus ſalutaris noſter: vt ſicut de beatę N. feſtiuitate gaudemus: ita pię deuotionis erudiamur affectu. Per dominum noſtrum.

Lectio libri Sapientię.

pro. 31. MUlierem fortem quis inueniet? Procul, ⁊ de vltimis finibus pretium eius. Confidit in ea cor viri ſui: ⁊ ſpolijs non indigebit. Reddet ei bonum, ⁊ non malum, omnibus diebus vitę ſuę. Quęſiuit lanam ⁊ linuz: ⁊ operata eſt cõſilio manuum ſuarũ. Facta eſt quaſi nauis inſtitoris de longe portãs panẽ ſuum. Et de nocte ſurrexit, deditque prędam domeſticis ſuis: ⁊ cibaria ancillis ſuis. Conſiderauit agrum, ⁊ emit eum: de fructu manuum ſuarum plantauit vineam. Accinxit fortitudine lumbos ſuos: ⁊ roborauit brachium ſuuz. Guſtauit ⁊ vidit, quia bona eſt negotiatio eius: non extinguetur in nocte lucerna eius. Manum ſuam miſit ad fortia: ⁊ digiti eius apprehenderunt fuſum. Manum ſuã aperuit inopi: ⁊ palmas ſuas extendit ad pauperem. Non timebit domui ſuę a frigoribus niuis: omnes enim domeſtici eius veſtiti ſunt duplicib⁹. Stragulatã veſtẽ fecit ſibi, byſſus ⁊ purpura indumentuz eius. Nobilis in portis vir eius, quando ſederit cũ ſenatoribus terrę. Sindonez fecit ⁊ vendidit, ⁊ cingulum tradidit Chananęo. Fortitudo ⁊ decor indumentum eius, ⁊ ridebit in die nouiſſimo. Os ſuum aperuit ſapientię: ⁊ lex clementię in lingua eius. Cõſiderauit ſemitas domus ſuę: ⁊ panem otioſa non comedit. Surrexerunt filij eius, ⁊ beatiſſimam prędicauerunt: vir eius, ⁊ laudauit eam. Multę filię congregauerunt diuitias: tu ſupergreſſa es vniuerſas. Fallax gratia, ⁊ vana eſt pulchritudo: mulier timẽs dominum, ipſa laudabitur. Date ei de fructu manuum ſuarum: ⁊ laudent eam in portis opera eius. Graduale. Diffuſa eſt gratia in labijs tuis, propterea benedixit te deus in ęternum. ℣. Propter veritatem, ⁊ manſuetudinem, ⁊ iuſtitiaz, ⁊ deducet te mirabiliter dextera tua. Alleluia, alleluia. ℣. Specie tua, ⁊ pulchritudine tua: intende, proſpere procede, ⁊ regna, alleluia.

¶ Tempore paſchali Graduale omittitur, ⁊ additur ſequens ℣. Propter veritatem, ⁊ manſuetudinem, ⁊ iuſtitiam, ⁊ deducet te mirabiliter dextera tua, alleluia. Poſt Septuageſimã. Tractus. Ueni ſponſa Chriſti, accipe coronam quam tibi dominus prępa rauit in ęternum. ℣. Dilexiſti iuſtitiam, ⁊ odiſti iniquitatẽ: propterea

pterea vnxit te deus, deus tuus oleo letitię prę conſortibus tuis. ℣. Specie tua, ⁊ pulchritudine tua: intende, proſpere procede, ⁊ regna. Euangelium. Simile eſt regnum celorum theſauro abſcondito in agro. vt ſupra folio 585. Offertorium. Diffuſa eſt gratia in labijs tuis: propterea benedixit te deus in ęternum, ⁊ in ſeculum ſeculi. Secreta.

ACcepta tibi ſit domine ſacrę plebis oblatio, pro tuorum honore ſanctorum, quorum ſe meritis de tribulatione percepiſſe cognoſcit auxilium. Per dominum. Communio. Dilexiſti iuſtitiam, ⁊ odiſti iniquitatē: propterea vnxit te deus, deus tuus oleo letitię prę conſortibus tuis. Poſtcom.

SAtiaſti, domine, familiam tuam muneribus ſacris: eius, quęſumus, ſemper interuentione nos refoue, cuius ſollemnia celebramus. Per dominum.

¶ Item alia epiſtola, pro vidua. Lectio epiſtole beati Pauli apoſtoli ad Timotheum.

1.C, 5. CHariſſime. Viduas honora: quę vere viduę ſunt. Si qua autem vidua filios aut nepotes habet: diſcat primum domum ſuam regere, ⁊ mutuam vicem reddere parentibus. Hoc enim acceptum eſt coram deo. Quę autem vere vidua eſt ⁊ deſolata: ſperet in deum, ⁊ inſtet obſecrationibus, ⁊ orationibus nocte ⁊ die. Nam quę in delicijs eſt: viuens mortua eſt. Et hoc precipe, vt irreprehenſibiles ſint. Si quis autem ſuorum ⁊ maxime domeſticorum curam non habet: fidem negauit, ⁊ eſt infideli deterior. Vidua eligatur non minus ſexaginta annorum, quę fuerit vnius viri vxor, in operibus bonis teſtimoniū habens: ſi filios educauit, ſi hoſpitio recepit, ſi ſanctorum pedes lauit, ſi tribulationem patientibus ſubminiſtrauit: ſi omne opus bonū ſubſecuta eſt.

¶ In anniuerſario Dedicationis eccleſię. Introitus.

TErribilis eſt locus iſte: hic domus dei eſt, ⁊ porta celi: ⁊ vocabitur aula dei. Pſalmus. Quam dilecta tabernacula tua domine virtutū: concupiſcit, ⁊ deficit anima mea in atria domini. ℣. Gloria patri, ⁊ filio ⁊ ſpiritui ſancto.

Oratio.

DEus, qui nobis per ſingulos annos, huius ſancti tēpli tui conſecrationis reparas diem, ⁊ ſacris ſemper myſterijs reprę ſentas incolumes: exaudi preces populi

populi tui, ꝛ pręſta: vt quiſquis
hoc templū beneficia petiturus
ingreditur, cuncta ſe impetraſſe
lętetur. Per dominum noſtrum.

Lectio libri Apocalypſis bea-
ti Ioannis apoſtoli.

ca. 21. In diebus illis. Vidi ciuita
tem ſanctā Hieruſalem no
uam deſcendentē de cęlo, a deo
paratam, ſicut ſponſam ornatam
viro ſuo. Et audiui vocem ma
gnam de throno dicentem. Ecce
tabernaculū dei cū hominibus,
ꝛ habitabit cum eis. Et ipſi po
pulus eius erunt: ꝛ ipſe deus cum
eis erit eorum deus. Et abſter
get deus omnem lachrymam ab
oculis eorum: ꝛ mors vltra non
erit, neque luctus, neque clamor,
neque dolor erit vltra, quę prima
abierunt. Et dixit qui ſedebat in
throno: Ecce noua facio omnia.

Graduale. Locus iſte a deo fa
ctus eſt, ineſtimabile ſacramentū,
irreprehenſibilis eſt. ℣. Deus,
cui aſtat angelorum chorus, exau
di preces ſeruorum tuorum.

Alleluia, alleluia. ℣. Adorabo
ad templum ſanctū tuum: ꝛ con
fitebor nomini tuo, alleluia.

Tempore paſchali Graduale
omittitur, ꝛ additur ſequens ℣.
Bene fundata eſt domus domi
ni, ſuper firmam petram, alleluia.

Poſt Septuageſima, Tractus.
Qui confidunt in domino, ſicut
mons Sion, non commouebitur
in ęternum, qui habitat in Hieru
ſalem. ℣. Mōtes in circuitu eius,
ꝛ dominus in circuitu populi ſui,
ex hoc nunc ꝛ vſque in ſeculum.

Sequentia ſancti euangelij
ſecundum Lucam.

In illo tempore: Ingreſſus ca. 19.
Ieſus perambulabat Ieri
cho. Et ecce vir noīe Zaccheus:
ꝛ hic erat princeps Publicanoꝝ,
ꝛ ipſe diues. Et quęrebat videre
Ieſum quis eſſet: ꝛ non poterat
pre turba, quia ſtatura puſillus
erat. Et pręcurrens aſcendit in
arborem ſycomorum vt videret
eum: quia inde erat tranſiturus.
Et cum veniſſet ad locum, ſuſpi
ciens Ieſus vidit illum, ꝛ dixit ad
eum. Zacchee, feſtinans deſcen
de: quia hodie in domo tua opor
tet me manere. Et feſtinans de
ſcendit: ꝛ excepit illum gaudens.
Et cū viderent omnes, murmu
rabant, dicentes quod ad homi
nem peccatorē diuertiſſet. Stās
autē Zaccheus dixit ad Ieſum:
Ecce dimidium bonorum meo
rum domine do pauperibus: ꝛ ſi
quid aliquem defraudaui, reddo
quadruplum. Ait Ieſus ad eum.
Quia hodie ſalus domui huic fa
cta eſt: eo quod ꝛ ipſe ſit filius
Abrahę. Venit enim filius homi
nis quęrere ꝛ ſaluū facere quod
perierat. Offertorium. Domine
deus in ſimplicitate cordis mei le
tus obtuli vniuerſa: ꝛ populum

tuum

tuum qui repertus eſt vidi cum ingenti gaudio: deus Iſrael cuſtodi hanc voluntatem, domine deus. Secreta.

Annue, queſumus domine, precibus noſtris: vt quicunque intra templi huius, cuius anniuerſarium dedicationis diez celebramus, ambitum continemur: plena tibi atque perfecta corporis, et anime deuotione placeamus: vt dum hec vota preſentia reddimus, ad eterna premia te adiuuante peruenire mereamur. Per dominum noſtrum.

Communio. Domus mea, domus orationis vocabitur, dicit dominus: in ea omnis qui petit accipit: et qui querit inuenit, et pulſanti aperietur. Poſtcom.

Deus, qui de viuis et electis lapidibus eternuz maieſtati tue preparas habitaculum: auxiliare populo tuo ſupplicanti: vt quod eccleſie tue proficit corporalibus ſpatijs, ſpiritualibus amplificetur augmentis. Per dnm.

Infra octa. Dedic. et in die octaua dicitur miſſa vt ſupra in anniuerſario Dedic. ſed infra octa. ſecunda oratio di. de ſancta Maria tertia, Eccleſie. vel pro Papa.

¶ In ipſa die dedicationis Eccleſie miſſa dicitur vt ſupra in anniuerſario dedicationis, exceptis orationibus, que dicantur vt ſequitur.

Oratio.

Deus, qui inuiſibiliter omnia contines, et tamen pro ſalute generis humani ſigna tue potentie viſibiliter oſtendis: templum hoc potentia tue inhabitationis illuſtra: et concede, vt omnes, qui huc deprecaturi conueniunt, ex quacunque tribulatione ad te clamauerint, conſolationis tue beneficia conſequantur. Per dominum. Secreta.

Deus, qui ſacrandorum tibi auctor es munerum, effunde ſuper hanc orationis domum benedictionem tuam: vt ab omnibus in ea inuocantibus nomen tuum, defenſionis tue ſentiatur auxilium. Per dominum.

Poſtcom.

Queſumus, omnipotẽ deus: vt in hoc loco, quem nomini tuo indigni dedicauimus, cunctis petentibus aures tue pietatis accomodes. Per dominum.

¶ In ipſa die dedicationis altaris totum officium agitur vt ſupra in anniuerſario dedicationis Eccleſie preter orationes, loco quarum dicuntur ſequentes. Oratio.

Deus, qui ex omni coaptatione ſanctorum, eternum tibi condis habitaculum: da edificationi tue incrementa celeſtia: vt quorum hic reliquias pio amore complectimur eorum ſemper meritis adiuuemur. Per dominum.

Secreta.

OMnipotens ſempiterne deus, altare hoc nomini tuo ędificatum cęleſtis virtutis benedictione ſanctifica, ⁊ omnibus in te ſperantibus auxilij tui munus oſtende: vt ⁊ hic ſacramentorum virtus, ⁊ votorum obtineatur effectus. Per dom.

Poſtcom.

QUęſumus omnipotens deus: vt in hoc loco nomini tuo dedicato cunctis petentibus aures tuę pietatis accommodes. Per dominum noſtrum.

¶ Sequentes miſſę votiue, licet pro ſacerdotis deuotione quacunque die dici poſſint per hebdomadam quando feſtum duplex non occurrit, (Quod tamen paſſim, niſi rationabili de cauſa fieri nõ debet, ſed quoad fieri poteſt, miſſa cum officio conueniat) cuiqȝ tamen diei propria miſſa poteſt aſſignari, vt feria ij. (niſi dicatur pro defunctis) Miſſa de Trinitate. Feria iij. de Angelis. Feria iiij de Apoſtolis Feria v. de Spiritu ſancto. Feria vj. de Cruce. Sabbato de ſancta Maria. In ipſis non dicitur, Gloria in excelſis deo, nec Credo, niſi pro [illegible] eccleſię cauſa. In miſſa autem beatę Marię. ⁊ in miſſa Angelorum [illegible] dicitur tantum Gloria in excelſis deo.

¶ Miſſa de ſancta Trinitate. Introitus.

BEnedicta ſit ſancta Trinitas, atque indiuiſa vnitas: confitebimur ei; quia fecit nobiſcum miſericordiam ſuam. Pſalmus. Domine dominus noſter, quam admirabile eſt nomen tuum in vniuerſa terra. ℣ Gloria patri.

Oratio.

OMnipotens ſempiterne deus, qui dediſti famulis tuis in confeſſione verę fidei ęternę Trinitatis gloriam agnoſcere, ⁊ in potentia maieſtatis adorare vnitatem: quęſumus: vt eiuſdem fidei firmitate, ab omnibus ſemper muniamur aduerſis. Per dominum noſtrum Ieſum.

Lectio epiſtolę beati Pauli apoſtoli ad Corinthios.

FRatres Gaudete, perfecti eſtote, exhortamini, idem ſa- ca. 13.
pite pacem habete, ⁊ deus pacis ⁊ dilectionis erit vobiſcum. Gratia domini noſtri Ieſu Chriſti ⁊ charitas dei, ⁊ cõmunicatio ſancti ſpiritus ſit cum omnibus vobis. Amen. Graduale. Benedictus es domine, qui intueris abyſſos, ⁊ ſedes ſuper Cherubim. ℣ Benedictus es domine in firmamento celi ⁊ laudabilis in ſecula. Alleluia. allel. ℣ Benedictus es domine deus patrum noſtrorum,

ſtus, ⁊ laudabilis in ſecula, alleluia.

¶ Tempore paſchali [illegible] omittitur, [illegible] Alleluia [illegible]

℣. Benedicamus patrem, ⁊ filium cum ſancto ſpiritu, alleluia.

Poſt Septuag. [illegible]

Te deum patrem ingenitum, te filium vnigenituȝ, te ſpiritum ſanctum paraclitum, ſanctam ⁊ indiuiduam Trinitatem, toto corde confitemur, laudamus, atque benedicimus. ℣. Quoniã magnus es tu, ⁊ faciens mirabilia, tu es deus ſolus. ℣. Tibi laus, tibi gloria: tibi gratiarum actio, in ſecula ſempiterna, o beata Trinitas.

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Joannem.



ca. 15. ⁊ 16

In illo tempore: Dixit Jeſus diſcipulis ſuis. Cum venerit paraclitus, quem ego mittam vobis a patre, ſpirituȝ veritatis qui a patre procedit: ille teſtimoniuȝ perhibebit de me. Et vos teſtimoniũ perhibebitis: quia ab initio mecuȝ eſtis. Hęc locutus ſum vobis, vt non ſcandalizemini. Abſque ſynagogis facient vos. Sed venit hora, vt omnis qui interficit vos, arbitretur ſe obſequium pręſtare deo. Et hęc facient vobis, quia non nouerunt patrem, neque me. Sed hęc locutus ſum vobis: vt cum venerit hora, eorum reminiſcamini, quia ego dixi vobis. Offertorium. Benedictus ſit deus pater, vnigenituſque dei filius, ſanctus quoque ſpiritus: quia fecit nobiſcum miſericordiam ſuam.

Secreta.

Sanctifica, quęſumus domine deus noſter, per tui ſancti nominis inuocationem, huius oblationis hoſtiam, ⁊ per eam nolmetipſos tibi perfice munus ęternum. Per dominum noſtrum Jeſum Chriſtum.

Prefatio de ſancta Trinitate.

Qui cum vnigenito. folio. 274.

Communio. Benedicimus deum cęli, ⁊ coram omnibus viuentibus confitebimur ei: quia fecit nobiſcuȝ miſericordiaȝ ſuaȝ.

Poſtcom.

Proficiat nobis ad ſalutem corporis ⁊ animę, domine deus noſter, huius ſacramenti ſuſceptio: ⁊ ſempiternę ſanctę Trinitatis, eiuſdemque indiuiduę vnitatis confeſſio. Per dominum noſtrum Jeſum Chriſtũ.

¶ Tempore paſchali in hoc Introitu dicuntur duo Alleluia, ⁊ in fine Offertorij, ⁊ Communionis, tam in ſuperiori, quam in ſequentibus miſſis vbi non habetur, additur, Alleluia.

¶ Pro gratiarum actione dicitur miſſa de S. Trinitate, vel [illegible]

Spiritu ſancto, vel de S. Maria additis ſequentibus orationibus. Oratio.

DEus, cuius miſericordię non eſt numerus, ⁊ bonitatis infinitus eſt theſaurus, pijſſimę maieſtati tuę pro collatis donis gratias agimus, tuã ſemper clementiam exorantes: vt qui petentibus poſtulata concedis, eoſdem non deſerens, ad prẽmia futura diſponas. Per dñm. Secreta.

ODorem dñe ſacrificij huius cũ gratiarũ actionibus ſuſcipe ſuauitatis, ⁊ preſta: vt quos exaudire, ⁊ incolumes ſeruare dignatus es: ab omni in poſterũ aduerſitate cuſtodias: ⁊ in tuo ſeruitio, ⁊ amore concreſcant. Per dominum noſtrum. Poſtcom.

DEus, qui neminem in te ſperantem, nimium affligi permittis, ſed pium precibus preſtas auditum: pro poſtulationibus noſtris, votiſqȝ ſuſceptis gratias agimus, te pijſſime deprecantes: vt per hęc, quę ſumpſimus, a cunctis eripi mereamur aduerſis. Per.

¶ Miſſa de Angelis.

Introitus.

BEnedicite dominum omnes angeli eius, potentes virtute: qui facitis verbum eius, ad audiendam vocem ſermonum eius. Pſalmus. Benedic anima mea domino: ⁊ omnia quę intra me ſunt nomini ſancto eius. ℣. Gloria patri.

Oratio.

DEus, qui miro ordine angelorum miniſteria, hominũque diſpenſas: concede propitius, vt quibus tibi miniſtrantibus in cęlo ſemper aſſiſtitur, ab his in terra vita noſtra muniatur. Per domi.

Lectio libri Apocalypſis beati Ioannis apoſtoli.

IN diebus illis. Audiui vo c. 5.
cem angelorum multorum in circuitu throni ⁊ animalium ⁊ ſeniorum: ⁊ erat numerus eorum millia millium, dicentiũ voce magna. Dignus eſt agnus qui occiſus eſt, accipere virtutem, ⁊ diuinitatem, ⁊ ſapientiam, ⁊ fortitudinẽ, ⁊ honorem, ⁊ gloriam, ⁊ benedictionem. Et omnem creaturam quę in cęlo eſt, ⁊ ſuper terram, ⁊ ſub terra, ⁊ quę ſunt in mari, ⁊ quę in eo, omnes audiui dicẽtes: Sedẽti in throno, ⁊ agno, benedictio, ⁊ honor, ⁊ gloria ⁊ poteſtas in ſcla ſeculorũ. Et quatuor aialia dicebant: Amen. Et viginti quatuor ſeniores ceciderũt in facies ſuas: ⁊ adorauerũt viuẽtẽ in ſecula ſeculorũ. Graduale. Laudate dñm de cęlis, laudate eũ in excelſis. ℣. Laudate eum omnes angeli eius, laudate eum omnes virtutes eius. Alleluia, alleluia. ℣. In conſpe

ctu

ctu angelorum pſallam tibi; adorabo ad templum ſanctum tuum, ⁊ confitebor nomini tuo, alleluia.

¶ Tempore paſchali Graduale omittitur, ⁊ additur ſequens ℣.

Angelus domini deſcendit de celo, ⁊ accedens reuoluit lapidē, ⁊ ſedebat ſuper eum, alleluia.

Poſt Septuageſimā, Tractus.

Benedicite dn̄m omnes angeli eius: potentes virtute, qui facitis verbū eius. ℣. Benedicite dn̄o omnes virtutes eius: miniſtri eius qui facitis voluntatem eius. ℣. Benedicite domino omnia opera eius, in omni loco dominationis eius. benedic anima mea dn̄o.

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Joannem.

C. 1 In illo tempore: Vidit Jeſus Nathanael venientem ad ſe: ⁊ dicit de eo. Ecce vere Iſraelita, in quo dolus non eſt. Dicit ei Nathanael. Unde me noſti? Reſpondit Jeſus, ⁊ dixit ei. Priuſquam te Philippus vocaret, cum eſſes ſub ficu, vidi te. Reſpondit ei Nathanael, ⁊ ait. Rabbi, tu es filius dei, tu es rex Iſrael. Reſpondit Jeſus, ⁊ dixit ei. Quia dixi tibi, vidi te ſub ficu, credis: maius his videbis. Et dicit ei. Amen, amen dico vobis, videbitis celū apertum, ⁊ angelos dei aſcendentes, ⁊ deſcendentes ſupra filium hominis. Offerto.

Stetit Angelus iuxta aram templi, habens thuribulum aureum in manu ſua: ⁊ data ſunt ei incenſa multa: ⁊ aſcendit fumus aromatum de manu angeli in conſpectu dei. Secreta.

Hoſtias tibi domine laudis offerimus, ſuppliciter deprecantes: vt eaſdē angelico pro nobis interueniente ſuffragio, ⁊ placatus accipias, ⁊ ad ſalutem noſtram prouenire concedas. Per dominum noſtrum Jeſum.

Communio. Angeli, Archangeli, Principatus ⁊ Poteſtates, Virtutes celorum, Dominationes, ⁊ Throni, Cherubim atque Seraphim, dominum benedicite in eternum. Poſtcom.

Repleti, dn̄e, benedictione celeſti, ſuppliciter imploramus: vt quod fragili celebramus officio, ſanctorum angelorum atque archangelorū nobis prodeſſe ſentiamus auxilio. Per dominum noſtrum Jeſum Chriſtum filium tuum, qui tecum.

¶ Alia Miſſa votiua de S. Michaele archāg. ponitur in eius dedicatione mēſe Sept. f. 529.

¶ Miſſa votiua de ſanctis apoſtolis Petro ⁊ Paulo.

Introitus.

Mihi autem nimis honorati ſunt amici tui deus: ⁊ nimis confortatus eſt principatus eorum. Pſalmus. Domine probaſti me,

⁊ cognouiſti me: tu cognouiſti
ſeſſionem meam, ⁊ reſurrectio-
nem meam. ℣. Gloria patri,
⁊ filio ⁊ ſpiritui ſancto.

Oratio.

DEus, cuius dextera bea-
tum Petrum ambulan-
tem in fluctibus, ne mergeretur
erexit, ⁊ coapoſtolum eius Pau-
lum tertio naufragantem de pro-
fundo pelagi liberauit: exaudi
nos propitius, ⁊ concede: vt
amborum meritis, ęternitatis
gloriaʒ conſequamur. Qui viuis.

Lectio Actuum apoſtolorum.

In diebus illis. Per manus
c. 5. Apoſtolorum fiebant ſi-
gna, ⁊ prodigia multa in plebe.
Et erant vnanimiter omnes in
portico Salomonis. Cęterorum
autem nemo audebat ſe coniun-
gere illis: ſed magnificabat eos
populus. Magis autem auge-
batur credentium in domino mul-
titudo virorum ac mulierum: ita
vt in plateas eiicerent infirmos,
⁊ ponerent in lectulis ⁊ grabatis:
vt veniente Petro, ſaltem vmbra
illius obumbraret quemquam il-
lorum, ⁊ liberarentur ab infirmi-
tatibus ſuis. Concurrebat auteʒ
⁊ multitudo vicinarum ciuitatum
Hieruſalem, afferentes ęgros
⁊ vexatos a ſpiritibus immundis
qui curabantur omnes.

Graduale. Conſtitues eos
principes ſuper omnem terram:
memores erunt nominis tui do-
mine. ℣. Pro patribus tuis na-
ti ſunt tibi filij, propterea populi
confitebuntur tibi. Alleluia,
alleluia. ℣. Nimis honorati ſunt
amici tui deus, nimis confortatus
eſt principatus eorum, alleluia.

Poſt Septuageſimã. Tractus.

Qui ſeminant in lachrymis, in
gaudio metent. ℣. Euntes ibant
⁊ flebant mittentes ſemina ſua.
℣. Venientes autem venient
cum exultatione portantes mani-
pulos ſuos.

Sequentia ſancti euangelij
ſecundum Matthęum. ca.



In illo tem- 19.
pore: Dixit
Simon Petrus
ad Jeſum. Ecce,
nos reliquimus om-
nia, ⁊ ſecuti ſumus
te: quid ergo erit
nobis? Jeſus autem dixit illis.
Amen dico vobis, quod vos qui
ſecuti eſtis me, in regeneratio-
ne, cuʒ ſederit filius hominis in ſe-
de maieſtatis ſuę, ſedebitis ⁊ vos
ſuper ſedes duodecim, iudican-
tes duodecim tribus Iſrael. Et
omnis, qui reliquerit domuʒ, vel
fratres, aut ſorores, aut patrem,
aut matrem, aut vxorem, aut fi-
lios, aut agros propter nomen
meum: centuplũ accipiet, ⁊ vitam
ęternam poſſidebit. Offertorium.

In omnem terram exiuit ſonus

eorum: ⁊ in fines orbis terre verba eorum. Alleluia. Secreta.

Oblatis. Fferimus tibi domine preces ⁊ munera: que, vt tuo ſint digna conſpectu, apoſtolorū tuorum Petri ⁊ Pauli precibus adiuuemur. Per dominum.

Prefatio de Apoſtolis. Comu.

Vos qui ſecuti eſtis me, ſedebitis ſuper ſedes iudicantes duodecim tribus Iſrael. Poſtcom.

Protege domine populum tuum: ⁊ apoſtolorum tuorum Petri, ⁊ Pauli patrocinio confidentem perpetua defenſione conſerua. Per dominum.

Tempore paſchali dicitur Miſſa vt in feſto ſancti Marci, preter Orationem, Epiſtolam, ⁊ Euangelium que dicuntur vt ſupra.

¶ Miſſa de Spiritu ſancto.

Introitus.



Spiritus domini repleuit orbem terrarum, ⁊ hoc quod continet omnia, ſcientiam habet vocis. Pſalm. Exurgat deus, ⁊ diſſipentur inimici eius, ⁊ fugiant qui oderunt eū, a facie eius. ℣. Gloria patri. Oratio.

Deus qui corda fidelium, ſancti ſpiritus illuſtratione docuiſti: da nobis in eodem ſpiritu recta ſapere, ⁊ de eius ſemper conſolatione gaudere. Per. in vnitate eiuſdem.

Lectio Actuum apoſtolorum.

In diebus illis. Cum audiſſent apoſtoli qui erāt Hieroſolymis, quia recepit Samaria verbum dei: miſerunt ad eos Petrum ⁊ Joannem. Qui cum veniſſent, orauerunt pro ipſis, vt acciperent ſpiritum ſanctū. Nondum enim in quenquam illorum venerat: ſed baptizati tantum erant in nomine dn̄i Jeſu. Tunc imponebant manus ſuper illos, ⁊ accipiebant ſpiritum ſanctum. c. 8.

Graduale. Beata gens, cuius eſt dominus deus eorum: populus quem elegit dominus in hereditatem ſibi. ℣. Verbo domini celi firmati ſunt, ⁊ ſpiritu oris eius omnis virtus eorum. Alleluia, alleluia. ℣. Veni ſancte ſpiritus: reple tuorum corda fidelium: ⁊ tui amoris in eis ignem accende, alleluia.

¶ Tempore paſchali Graduale omittitur, ⁊ additur ſequens. ℣. Emitte ſpiritum tuū, ⁊ creabuntur: ⁊ renouabis faciē terre, all'a.

Poſt Septuageſimā, Tractus. Emitte ſpiritum tuum, ⁊ creabuntur: ⁊ renouabis faciem terre. ℣. O quam bonus ⁊ ſuauis eſt, domine, ſpiritus tuus in nobis. ℣. Veni ſancte ſpiritus: reple tuorum corda fidelium: ⁊ tui amoris in eis ignem accende.

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Joannem.

In illo tempore. Dixit Jeſus diſcipulis ſuis. Si quis
ca. 14. diligit me, ſermonem meum ſeruabit, et pater meus diliget eum, et ad eum veniemus, et manſionem apud eum faciemus. Qui non diligit me, ſermones meos non ſeruat. Et ſermonem quem audiſtis, non eſt meus: ſed eius qui miſit me, patris. Hec locutus ſum vobis apud vos manens. Paraclitus autem, ſpiritus ſanctus, quem mittet pater in nomine meo: ille vos docebit omnia, et ſuggeret vobis oia queçunque dixero vobis. Pacem relinquo vobis pacem meam do vobis. Non quomodo mundus dat, ego do vobis. Nõ turbetur cor veſtrũ, neque formidet. Audiſtis quia ego dixi vobis: Vado et venio ad vos. Si diligeretis me, gauderetis vtique quia vado ad patrem: quia pater maior me eſt. Et nunc dixi vobis priuſquam fiat: vt cum factũ fuerit, credatis. Jam non multa loquar vobiſcum. Venit enim princeps mundi huius, et in me non habet quicquam. Sed, vt cognoſcat mundus quia diligo patrem: et ſicut mandatum dedit mihi pater, ſic facio. Offerto. Confirma hoc deus, quod operatus es in nobis: a templo ſancto tuo, quod eſt in Hieruſalem, tibi offerent reges munera. Secreta.

Munera, quęſumus, dñe, oblata ſanctifica: et corda noſtra ſancti ſpiritus illuſtratione emunda. Per dñm. in vnitate eiuſdem. Prefatio. Qui aſcendens ſuper omnes cęlos. fol. 589. Commu. Factus eſt repẽte de cęlo ſonus tamquam aduenientis ſpiritus vehementis, vbi erant ſedentes: et repleti ſunt omnes ſpiritu ſancto, loquentes magnalia dei. Poſtcom.

Sancti ſpiritus, quęſumus dñe, corda noſtra mundet infuſio: et ſui roris intima aſperſione fęcundet. Per dñm. in vnitate eiuſdẽ.

¶ Ad poſtulandam gratiam Spiritus ſancti, pro qua miſſa vt ſupra cum ſequentibus exceptionibus. Oratio.

Deus, cui omne cor patet, et ois voluntas loquitur, et quem nullum latet ſecretũ: purifica per infuſionem ſancti ſpiritus cogitationes cordis noſtri: vt te perfecte diligere, et digne laudare mereamur. Per. in vnitate eiuſdem. Secreta.

Hec oblatio, quęſumus domine, cordis noſtri maculas emundet: vt ſancti ſpiritus digna efficiatur habitatio. Per dñm. in vnitate eiuſdem. Poſtcom.

Concede, quęſumus omnipotens deus, ſanctum nos ſpiritum votis promereri ſedulis: quatenus eius gratia, et ab omnibus

nibus liberemur tentationibus, ⁊ peccatoruꝫ noſtroruꝫ indulgentiaꝫ mereamur accipere. Per dominum. in vnitate eiuſdem.

¶ Poterit etiam in hebdomada quinta feria dici miſſa votiua de ſanctiſſimo Sacramento, que habetur in eius feſto. folio. 356.

¶ Miſſa de ſancta Cruce.

Introitus.



Nos autem gloriari oportet in cruce domini noſtri Jeſu Chriſti: in quo eſt ſalus, vita, ⁊ reſurrectio noſtra: per queꝫ ſaluati, ⁊ liberati ſumus. Pſal. Deus miſereatur noſtri, ⁊ benedicat nobis: illuminet vultum ſuum ſuper nos, ⁊ miſereatur noſtri. ℣. Gloria patri. Oratio.

Deus, qui vnigeniti filij tui pretioſo ſanguine, viuificę crucis vexilluꝫ ſanctificare voluiſti: concede, quęſumus, eos, qui eiuſdem ſanctę crucis gaudent honore, tua quoque vbique protectione gaudere. Per eundeꝫ.

Lectio epiſtole beati Pauli apoſtoli ad Philippenſes.


C.2. Fratres: Chriſtus factus eſt pro nobis obediens vſque ad mortem: mortem auteꝫ crucis. Propter quod ⁊ deus exaltauit illum: ⁊ donauit illi nomen quod eſt ſuper omne nomen: vt in nomine Jeſu omne Hic genuflectitur genu flectatur, celeſtium, terreſtrium, ⁊ infernorum: ⁊ omnis lingua confiteatur, quia dominus Jeſus Chriſtus in gloria eſt dei patris. Graduale. Chriſtus factus eſt pro nobis obediens vſque ad mortem: mortem autem crucis. ℣. Propter quod ⁊ deus exaltauit illum: ⁊ dedit illi nomen, quod eſt ſuper omne nomen. Alleluia, alleluia. ℣. Dulce lignum, dulces clauos, dulcia ferens pondera: quę ſola fuiſti digna ſuſtinere regem celorum, ⁊ dñm. alla.

¶ Tempore paſcali Graduale omittitur, ⁊ additur ſequens ℣. Dicite in gentibus, quia dominus regnauit a ligno, alleluia.

Poſt Septuageſimam, Tractus.

Adoramus te Chriſte, ⁊ benedicimus tibi: quia per crucem tuam redemiſti mundum. ℣. Tuam crucem adoramus domine, tuam glorioſam recolimus paſſionem: miſerere noſtri, qui paſſus es pro nobis. ℣. O crux benedicta, quę ſola fuiſti digna portare regeꝫ celoꝝ ⁊ dominū.

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Mattheum.



In illo tempore: ca. 20.
Aſſumpſit Jeſus duodecim diſcipulos ſuos ſecreto, ⁊ ait illis. Ecce, aſcendimus Hieroſolymam,

morti, ⁊ filius hominis tradetur principibus ſacerdotuȝ ⁊ ſcribis, ⁊ condemnabunt eum morte, ⁊ tradent eum Gentibus ad illudendum ⁊ flagellandum, ⁊ crucifigendum: ⁊ tertia die reſurget. Offertorium. Protege domine plebem tuam per ſignum ſancte crucis ab omnibus inſidijs inimicorum omnium: vt tibi gratam exhibeamus ſeruitutem, ⁊ acceptabile tibi fiat ſacrificium noſtrum. Secreta.

Haec oblatio, quęſumus domine ab omnibus nos purget offenſis: quę in ara crucis immolata, etiam totius mundi tulit offenſam. Per dominum. Prefatio. Qui ſaluteȝ humani generis in ligno crucis conſtituiſti. folio. 283. Communio. Per ſignum crucis de inimicis noſtris libera nos deus noſter. Poſtcom.

Adeſto nobis domine deus noſter: ⁊ quos ſancte crucis letari facis honore, eius quoque perpetuis defende ſubſidijs. Per dominum noſtrum Jeſum Chriſtum filium tuum, qui tecuȝ. ¶ Tempore paſch. [illegible] mationem dicitur [illegible].

Deus, qui pro nobis filiuȝ tuum crucis patibulũ ſubire voluiſti, vt inimici a nobis expelleres poteſtatem: concede nobis famulis tuis: vt reſurrectionis gloriam conſequamur. Per eundem dominum noſtrum. [illegible] Alleluia [illegible] Alle. [illegible]

¶ Alia Miſſa de Paſſione dni noſtri Jeſu Chriſti. Introitus.

Humiliauit ſemetipſuȝ dominus Jeſus Chriſtus vſque ad mortẽ, mortem autẽ crucis: propter quod ⁊ deus exaltauit illum, ⁊ donauit illi nomen, quod eſt ſuper omne nomen. Pſalmus. Miſericordias domini in ęternũ cantabo: in generatione ⁊ generationem. ℣. Gloria. Oratio.

Domine Jeſu Chriſte, qui de celis ad terrã de ſinu patris deſcẽdiſti, ⁊ ſanguinẽ tuuȝ pretiolum in remiſſionẽ peccatoruȝ noſtroruȝ fudiſti: te humiliter deprecamur: vt in die iudicij, ad dexteram tuaȝ audire mereamur, venite benedicti. Qui viuis.

Lectio Zacharie prophete.

Haec dicit dominus. Effundam ſuper domuȝ Dauid, ⁊ ſuper omnes habitantes Hieruſalem, ſpiritum gratię, ⁊ miſerationis: ⁊ aſpicient in eum quem confixerunt: ⁊ plangent euȝ planctu quaſi ſuper vnigenituȝ: ⁊ dolebunt ſuper eum, vt doleri ſolet in morte primogeniti. In illa die erit planctus magnus in Hieruſalem: Cap. 12. ⁊ 13.

ſalem: ꝛ dicetur. Quid ſunt plage
iſte in medio manuum tuarum?
Et dicet. His plagatus ſum in
domo eorum qui diligebant me.
Framea ſuſcitare ſuper paſtorem
meum, ꝛ ſuper virum coherentẽ
mihi, dicit dominus exercituum:
Percute paſtorem, ꝛ diſpergen
tur oues. Ait dñs omnipotens.
Graduale. Improperium expe
ctauit cor meum, ꝛ miſeriam: ꝛ ſu
ſtinui, qui ſimul mecum contriſta
retur, ꝛ non fuit: conſolantem me
quęſiui, ꝛ non inueni. ℣. Dede
runt in eſcam meam fel, ꝛ in ſiti
mea potauerunt me aceto.
Alleluia, alleluia. ℣. Aue rex no
ſter: tu ſolus noſtros es miſeratus
errores, patri obediens, ductus
es ad crucifigendum: vt agnus
mãſuetus ad occiſionem, alleluia.
¶ Tempore paſchali Graduale
omittitur, ꝛ dicitur ſequens ℣.
Tibi gloria oſanna: tibi trium
phus ꝛ victoria: tibi ſumme lau
dis ꝛ honoris corona, Alleluia.
Poſt Septuageſimã, Tractus.
Vere languores noſtros ipſe tu
lit, ꝛ dolores noſtros ipſe porta
uit. ℣. Et nos putauimus eum
quaſi leproſum, ꝛ percuſſum a
deo, ꝛ humiliatum. ℣. Ipſe autẽ
vulneratus eſt propter iniquita
tes noſtras: attritus eſt propter
ſcelera noſtra. ℣. Diſciplina pa
cis ſuper eum: ꝛ liuore eius ſana
ti ſumus.

Sequentia ſancti euangelii
ſecundum Ioannem.

In illo tempore: Sciẽs Ie ca. 19.
ſus quia iam omnia cõſum
mata ſunt, vt conſummaretur
ſcriptura, dicit. Sitio. Vas
ergo poſitum erat aceto plenũ.
Illi autem ſpongiam aceto ple
nam, hyſſopo circumponentes,
obtulerunt ori eius. Cum ergo
accepiſſet Ieſus acetum, dixit.
Conſummatum eſt. Et inclinato
capite tradidit ſpiritum. Iudęi
ergo quoniam paraſceue erat,
vt non remanerent in cruce cor
pora ſabbato (erat enim magnus
dies ille ſabbati) rogauerunt Pi
latum, vt frangerentur eorum
crura, ꝛ tollerentur. Venerunt
ergo milites: ꝛ primi quidem fre
gerunt crura: ꝛ alterius, qui cru
cifixus eſt cum eo. Ad Ieſum
autem cum veniſſent, vt viderunt
eum iam mortuũ, non fregerunt
eius crura, ſed vnus militum lan
cea latus eius aperuit, ꝛ continuo
exiuit ſanguis ꝛ aqua. Et qui vi
dit, teſtimonium perhibuit: ꝛ
verum eſt teſtimonium eius.
Offertorium. Inſurrexerunt in
me viri iniqui: abſque miſericor
dia, quęſierunt me interficere: ꝛ
non pepercerunt in faciem meã
ſpuere: lanceis ſuis vulnerauerunt
me, ꝛ concuſſa ſunt omnia
oſſa mea.

Secreta.

Oblatum tibi domine ſacrificium, intercedente vnigeniti filij tui paſſione, viuificet nos ſemper ⁊ muniat. Qui tecum.

Prefatio de cruce. Communio.

Foderunt manus meas ⁊ pedes meos: dinumerauerunt omnia oſſa mea.

Poſtcom.

Domine Jeſu Chriſte fili dei viui, qui hora ſexta pro redemptione mundi crucis patibulum aſcendiſti, ⁊ ſanguinem tuuȝ, precioſum in remiſſionem peccatorum noſtrorum fudiſti: te humiliter deprecamur: vt poſt obitum noſtruȝ, paradiſi ianuas nos gaudenter introire concedas. Qui viuis ⁊ regnas.

¶ Miſſa votiua de ſancta Maria, ab Aduentu vſqȝ ad natiuitatem. Introitus.




Rorate celi deſuper, ⁊ nubes pluãt iuſtum: aperiatur terra, ⁊ germinet ſaluatorem. Pſalm. Benedixiſti domine terram tuam, auertiſti captiuitatem Jacob. ℣. Gloria patri. Oratio.

Deus, qui de beatę Marię virginis vtero, verbum tuum angelo nunciante carnem ſuſcipere voluiſti: preſta ſupplicibus tuis: vt, qui vere eam genitriceȝ dei credimus, eius apud te interceſſionibus adiuuemur. Per eundem dominum noſtrum.

Lectio Iſaie prophete.

In diebus illis: Locutus eſt C.7.
dominus ad Achaȝ, dicēs. Pete tibi ſignum a domino deo tuo in profundum inferni, ſiue in excelſum ſupra. Et dixit Achaȝ. Non petam: ⁊ non tentabo dominum. Et dixit. Audite ergo domus Dauid. Nunquid parum vobis eſt, moleſtos eſſe hominibus, quia moleſti eſtis ⁊ deo meo? Propter hoc dabit dominus ipſe vobis ſignum. Ecce, virgo concipiet ⁊ pariet filium, ⁊ vocabitur nomen eius Emmanuel. Butyrum ⁊ mel comedet, vt ſciat reprobare malum, ⁊ eligere bonum. Gradua. Tollite portas principes veſtras, ⁊ eleuamini porte eternales, ⁊ introibit rex glorie. ℣. Quis aſcendet in montem domini, aut quis ſtabit in loco ſancto eius? innocens manibus, ⁊ mundo corde. Alleluia, alleluia. ℣. Aue Maria, gratia plena, dominus tecum: benedicta tu in mulieribus, alleluia.

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Lucam.



In illo tēpore: C.1.
Miſſus eſt angelus Gabriel a deo in ciuitatem Galilee, cui nomen Nazareth, ad virginem deſponſatam

ſatam viro cui nomen erat Ioſeph, de domo Dauid: ⁊ nomen virginis Maria. Et ingreſſus angelus, ad eam dixit. Aue gratia plena, dominus tecum: benedicta tu in mulieribus. Que cum audiſſet, turbata eſt in ſermone eius, ⁊ cogitabat qualis eſſet iſta ſalutatio. Et ait angelus ei. Ne timeas Maria, inueniſti enim gratiam apud deum. Ecce concipies in utero, ⁊ paries filium: ⁊ vocabis nomen eius Jeſum. Hic erit magnus: ⁊ filius altiſſimi vocabitur: Et dabit illi dominus deus ſedem Dauid patris eius: ⁊ regnabit in domo Jacob in eternum: ⁊ regni eius non erit finis. Dixit autem Maria ad angelum. Quomodo fiet iſtud, quoniam virum non cognoſco? Et reſpondens angelus, dixit ei. Spiritus ſanctus ſuperueniet in te: ⁊ virtus altiſſimi obumbrabit tibi. Ideoque, ⁊ quod naſcetur ex te ſanctum, vocabitur filius dei. Et ecce Eliſabeth cognata tua, ⁊ ipſa concepit filium in ſenectute ſua: ⁊ hic menſis, eſt ſextus illi que vocatur ſterilis: quia non erit impoſſibile apud deum omne verbum. Dixit autem Maria. Ecce ancilla domini, fiat mihi ſecundum verbum tuum. Offertorium. Aue Maria gratia plena, dominus tecum: benedicta tu in mulieribus: ⁊ benedictus fructus ventris tui. Secre.

In mentibus noſtris, queſumus domine, vere fidei ſacramenta confirma: vt, qui conceptum de virgine, deum verum ⁊ hominem confitemur: per eiuſdē ſalutifere reſurrectionis potentiam, ad eternam mereamur peruenire letitiam. Per eundem dominum. Prefatio. Et te in veneratione beate Marie: que in ſequentibus quoque Miſſis de ſancta Maria dicitur. fol. 177 Communio. Ecce virgo concipiet, ⁊ pariet filium: ⁊ vocabitur nomen eius Emmanuel.

Poſtcom.

Gratiam tuam, queſumus dñe, mētibus noſtris infunde: vt, qui angelo nunciāte, Chriſti filij tui incarnationem cognouimus: per paſſionem eius ⁊ crucem ad reſurrectionis gloriam perducamur. Per eundem dominum noſtrum.

¶ A Natiuitate vſque ad purificationem. Introitus.



Vultum tuum deprecabūtur omnes diuites plebis: adducentur regi virgines poſt eam: proxime eius adducentur tibi in letitia ⁊ exultatione. pſalm. Eructauit cor meum verbum bonum: dico ego opera mea regi. ℣. Gloria patri, ⁊ filio, ⁊ ſpiritui ſancto.

Oratio.

DEus, qui ſalutis eternę beatę Marię virginitate fecunda, humano generi pręmia pręſtitiſti: tribue quęſumus: vt ipſam pro nobis intercedere ſentiamus: per quam meruimus auctorem vitę ſuſcipere dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuum. Qui tecum.

Lectio epiſtolę beati Pauli apoſtoli ad Titum.

CHariſſime, Apparuit benignitas ⁊ humanitas ſaluatoris noſtri dei: non ex operibus iuſtitię quę fecimus nos, ſed ſecundum ſuam miſericordiam ſaluos nos fecit per lauacrum regenerationis, ⁊ renouationis ſpiritus ſancti, quem effudit in nos abunde per Ieſum Chriſtum ſaluatorem noſtrum: vt iuſtificati gratia ipſius, hęredes ſimus ſecundum ſpem vitę ęternę. In Chriſto Ieſu domino noſtro. Graduale.

Speciosus forma pręfilijs hominum: diffuſa eſt gratia in labijs tuis. ℣. Eructauit cor meum verbum bonum, dico ego opera mea regi: lingua mea calamus ſcribę velociter ſcribentis. Alleluia, alleluia. ℣. Poſt partum virgo inuiolata permanſiſti: dei genitrix intercede pro nobis, alleluia.

Poſt Septuageſimã, Tractus. Gaude Maria virgo. vt in tertia Miſſa.

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Lucam.



IN illo tempore: Paſtores loquebantur adinuicem. Tranſeamus vſque Bethlehem: ⁊ videamus hoc verbum quod factum eſt: quod fecit dominus, ⁊ oſtendit nobis. Et venerunt feſtinantes: ⁊ inuenerunt Mariam ⁊ Ioſeph, ⁊ infantem poſitum in pręſepio. Videntes autem cognouerunt de verbo, quod dictum erat illis de puero hoc. Et omnes qui audierunt, mirati ſunt: ⁊ de his, quę dicta erant a paſtoribus ad ipſos. Maria autem conſeruabat omnia verba hęc, conferens in corde ſuo. Et reuerſi ſunt paſtores, glorificantes, ⁊ laudantes deum in omnibus quę audierant ⁊ viderant: ſicut dictum eſt ad illos. c. 2.

Offerto. Felix nãq; es ſacra virgo Maria, ⁊ omni laude digniſſima: quia ex te ortus eſt ſol iuſtitię, Chriſtus deus noſter. Secreta.

MUneribus noſtris, quęſumus domine, precibuſque ſuſceptis: ⁊ cęleſtibus nos munda myſterijs, ⁊ clementer exaudi. Per dominum. Communio.

Beata viſcera Marię virginis, quę portauerunt ęterni patris filium.

Poſtcom.

Poſtcom.

HAec nos communio domine purget a crimine: ⁊ intercedente beata dei genitrice Maria: celeſtis remedij faciat eſſe cõſortes. Per eundem dominum.

¶ A purificatione vſque ad Paſcha. Introitus.



SAlue ſácta Parens, enixa puerpera regẽ: qui celũ, terramq; regit in ſecula ſeculorũ. pſal. Eructauit cor meum verbum bonum: dico ego opera mea regi. ℣. Gloria. Oratio.

COnce de nos famulos tuos, que ſumus, domine deus, perpetua mentis, ⁊ corporis ſanitate gaudere: ⁊ glorioſa beate Marie ſemper virginis interceſſione, a preſenti liberari triſtitia, ⁊ eterna perfrui letitia. Per dominum noſtrum Jeſum Chriſtum.

Lectio libri Sapientie.

ecc 24. AB initio ⁊ ante ſecula creata ſum: ⁊ vſque ad futurũ ſeculũ non deſinam: ⁊ in habitatione ſancta coram ipſo miniſtraui. Et ſic in Sion firmata ſum: ⁊ in ciuitate ſanctificata ſimiliter requieui: ⁊ in Hieruſalem poteſtas mea. Et radicaui in populo honorificato: ⁊ in partes dei mei hereditas illius: ⁊ in plenitudine ſanctorum detentio mea. Gradua. Benedicta ⁊ venerabilis es virgo Maria: que ſine tactu pudoris inuenta es mater ſaluatoris. ℣. Uirgo dei genitrix, quem totus non capit orbis, in tua ſe clauſit viſcera factus homo.

Alleluia, allel. ℣. Uirga Jeſſe floruit: virgo deum ⁊ hominem genuit: pacẽ deus reddidit: in ſe recõcilians ima ſummis, alleluia.

Poſt Septuageſimã, Tractus.

Gaude Maria virgo, cunctas hereſes ſola interemiſti. ℣. Que Gabrielis archãgeli dictis crediſti. ℣. Dum virgo deum ⁊ hominem genuiſti: ⁊ poſt partũ virgo inuiolata permanſiſti. ℣. Dei genitrix intercede pro nobis.

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Lucam.



IN illo tẽpore: ca. 11.
Loquente Jeſu ad turbas, Extollens vocem quedam mulier de turba, dixit illi. Beatus venter qui te portauit, ⁊ vbera que ſuxiſti. At ille dixit. Quinimmo beati qui audiunt verbum dei, ⁊ cuſtodiunt illud. Offerto. Felix namq; es ſacra virgo Maria, ⁊ omni laude digniſſima: quia ex te ortus eſt ſol iuſtitie, Chriſtus deus noſter. Sec.

TUa domine propitiatione, ⁊ beate Marie ſemper virginis interceſſione, ad perpetuã atque preſentem hec oblatio nobis proficiat proſperitatem, ⁊ pacem

cem. Per dominum noſtrum. **Communio.** Beata viſcera Marię virginis, quę portauerunt ęterni patris filium. **Poſtcom.**

Sumptis domine ſalutis noſtrę ſubſidijs, da, quęſumus, beatę Marię ſemper virginis patrocinijs nos vbiqꝫ protegi, in cuius veneratione, hęc tuę obtulimus maieſtati. Per dominum noſtrum Jeſum Chriſtum.

¶ A Paſcha vſque ad Pentecoſtem. **Introitus.**

Salue ſancta parens, enixa puerpera regem: qui cęlum, terramque regit in ſecula ſeculorum, alleluia. **pſalmus.** Eructauit cor meum verbum bonum: dico ego opera mea regi. ℣. Gloria patri, ⁊ filio.

Oratio.

Concede nos famulos tuos, quęſumus domine deus, perpetua mentis, ⁊ corporis ſanitate gaudere: ⁊ glorioſa beatę Marię ſemper virginis interceſſione, a pręſenti liberari triſtitia, ⁊ ęterna perfrui lętitia. Per dominum noſtrum Jeſum Chriſtum.

Lectio libri Sapientię.

ca. Ab initio ⁊ ante ſecula creata
24. ſum: ⁊ vſqꝫ ad futurum
ſeculum non deſinam: ⁊ in habitatione ſancta, coram ipſo miniſtraui. Et ſic in Sion firmata ſum, ⁊ in ciuitate ſanctificata ſimiliter requieui: ⁊ in Hieruſalem poteſtas mea. Et radicaui in populo honorificato: ⁊ in partes dei mei hęreditas illius: ⁊ in plenitudine ſanctorum detentio mea.

Alleluia, alleluia. ℣. Virga Jeſſe floruit: virgo deum ⁊ hominem genuit: pacem deus reddidit: in ſe reconcilians ima ſummis. Alleluia. ℣. Aue Maria, gratia plena, dominus tecum: benedicta tu in mulieribus, alleluia.

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Joannem.

In illo tempore: Stabant
iuxta crucem Jeſu mater ca.
eius, ⁊ ſoror matris eius Maria 19.
Cleophe, ⁊ Maria Magdalene. Cum vidiſſet ergo Jeſus matrem, ⁊ diſcipulum ſtantem quem diligebat, dicit matri ſuę. Mulier, ecce filius tuus. Deinde dicit diſcipulo. Ecce mater tua. Et ex illa hora accepit eam diſcipulus in ſua. **Offertorium.**

Beata es virgo Maria, quę omnium portaſti creatorem: genuiſti qui te fecit, ⁊ in ęternum permanes virgo, alleluia.

Secreta.

Tua domine propitiatione, ⁊ beatę Marię ſemper virginis interceſſione: ad perpetuam atque pręſentem hęc oblatio nobis proficiat proſperitatem ⁊ pacem. Per dominum noſtrum.

Communio. Beata viſcera Ma
rię virginis, quę portauerunt ęter
ni patris filium, alleluia.

Poſtcom.

Sumptis domine ſalutis no
ſtrę ſubſidijs: da, quęſu
mus, beatę Marię ſemper virgi
nis patrocinijs nos vbiqȝ prote
gi: in cuius veneratione, hęc tuę
obtulimus maieſtati. Per domi
num noſtrum Jeſum Chriſtum.

A Pentecoſte vſque ad Ad
uentum. Introitus.



Salue ſácta pa
rens, enixa pu
erpera regem: qui cę
lum, terramque re
git in ſecula ſeculo
rum. Pſalmus. Eru
ctauit cor meum verbum bonū:
dico ego opera mea regi. ℣.
Gloria patri, ⁊ filio ⁊ ſpiritui ſan
cto. Oratio.

Concede nos famulos tuos,
quęſumus, domine deus,
perpetua mentis ⁊ corporis ſa
nitate gaudere: ⁊ glorioſa beatę
Marię ſemper virginis interceſ
ſione, a pręſenti liberari triſtitia, ⁊
ęterna perfrui lętitia. Per domi
num noſtrum Jeſum Chriſtum
filium tuum.

Lectio libri Sapientię.

ca. Ab initio ⁊ ante ſecula crea
24. ta ſum: ⁊ vſque ad futurum
ſeculū non deſinam: ⁊ in habita
tione ſancta coram ipſo miniſtra
ui. Et ſic in Sion firmata ſum: ⁊
in ciuitate ſanctificata ſimiliter re
quieui: ⁊ in Hieruſalem poteſtas
mea. Et radicaui in populo ho
norificato: ⁊ in partes dei mei he
reditas illius: ⁊ in plenitudine ſan
ctorum detentio mea. Gradu.

Benedicta ⁊ venerabilis es vir
go Maria: quę ſine tactu pudo
ris inuenta es mater ſaluatoris.
℣. Virgo dei genitrix, quem to
tus non capit orbis, in tua ſe clau
ſit viſcera factus homo.
Alleluia, alleluia. ℣. Poſt par
tum virgo inuiolata permanſi
ſti: dei genitrix intercede pro no
bis, alleluia.

Sequentia ſancti euangelij
ſecundum Lucam.



In illo tem ca.
pore: Loquē 11.
te Jeſu ad turbas,
extollens vocem
quędam mulier de
turba dixit illi. Bea
tus venter qui te
portauit, ⁊ vbera quę ſuxiſti. At il
le dixit. Quinimmo beati qui au
diunt verbum dei, ⁊ cuſtodiunt il
lud. Offerto. Aue Maria, gra
tia plena, dominus tecum: bene
dicta tu in mulieribus, ⁊ benedi
ctus fructus ventris tui. Secre.

Tua domine propitiatione,
⁊ beatę Marię ſemper vir
ginis interceſſione, ad perpetuā
atque pręſentem hęc oblatio no

bis proficiat proſperitatem, ⁊ pacem. Per dominum. Communio.

Beata viſcera Marie virginis, que portauerunt eterni patris filium. Poſtcommunio.

Sumptis domine ſalutis noſtre ſubſidijs, da, queſumus, beate Marie ſemper virginis patrocinijs nos vbique protegi: in cuius veneratione, hec tue obtulimus maieſtatī. Per dominum noſtrum Jeſum Chriſtum filiuʒ tuum, qui tecum viuit ⁊ regnat.

¶ Iſte Miſſe votiue pro diuerſis quacunque die dicende, niſi fuerit Dominica, vel officium duplex, que tamen paſſim non dicantur, niſi vrgente de cauſa, vt ſupra dictum eſt de alijs miſſis votiuis.

¶ Miſſa pro quacunqʒ neceſſitate. Introitus.

Salus populi ego ſum, dicit dominus: de quacunque tribulatione clamauerint ad me, exaudiā eos: ⁊ ero illorum dominus in perpetuum. Pſalmus. Attendite popule meus legem meam: inclinate aurem veſtraʒ in verba oris mei. ℣ Gloria patri. Oratio.

Ineffabilem miſericordiaʒ tuam domine nobis clementer oſtende: vt ſimul nos ⁊ a peccatis omnibus exuas, ⁊ a penis quas pro his meremur, eripias. Per dominum noſtrum.

Lectio Hieremie prophete.

Si iniquitates noſtre cōtenderint contra nos: domine fac propter nomen tuum: quoniam multe ſunt auerſiones noſtre. Hiere. 14. Tibi peccauimus, expectatio Iſrael, ſaluator eius in tempore tribulationis. Tu auteʒ in nobis es domine, ⁊ nomen tuum inuocatum eſt ſuper nos: ne derelinquas nos, domine deus noſter. Graduale. Liberaſti nos domine ex affligentibus nos: ⁊ eos qui nos oderunt, cōfudiſti. ℣ In deo laudabimur tota die, ⁊ nomini tuo cōfitebimur in ſecula. Alleluia, alleluia. ℣ Propitius eſto domine peccatis noſtris: ne quando dicāt gētes, vbi eſt deus eorū? allelu.

¶ Tempore paſchali Graduale omittitur, ⁊ additur ſequens ℣. Exultabo, ⁊ letabor in miſericordia tua: quoniam reſpexiſti humilitatem meam: ſaluaſti de neceſſitatibus animam meam, alleluia.

Poſt Septuageſimā, Tractus.

De neceſſitatibus meis eripe me domine: vide humilitatem meaʒ, ⁊ laborem meum: ⁊ dimitte omnia peccata mea. ℣ Ad te domine leuaui animam meam: deus meus in te confido, non erubeſcam: neque irrideant me inimici mei. ℣ Etenim vniuerſi qui te expectant, nō confundentur: confundantur omnes faciētes vana.

Sequentia ſancti euangelii ſecundum Marcum.

ca. In illo tempore: Dixit Ieſus diſcipulis ſuis. Habe-
11. te fidem dei. Amen dico vobis, quia quicunque dixerit huic monti, Tollere, ⁊ mittere in mare; ⁊ non heſitauerit in corde ſuo, ſed crediderit quia quodcunque dixerit, fiat: fiet ei. Propterea dico vobis: omnia quecunq; orantes petitis, credite quia accipietis, ⁊ eueniet vobis. Offertorium. Si ambulauero in medio tribulationis, viuificabis me dñe: ⁊ ſuper iram inimicorum meorum extendes manum tuam, ⁊ ſaluum me fecit dextera tua. Secreta.

Purificet nos domine queſumus muneris preſentis oblatio: ⁊ dignos ſacra participatione perficiat. Per dominum.

Communio. Memento verbi tui ſeruo tuo domine, in quo mihi ſpẽ dediſti: hec me conſolata eſt in humilitate mea. Poſtcom.

Preſta queſumus domine: vt terrenis affectibus expiati, ad ſuperni plenitudinem ſacramenti, cuius libauimus ſancta, tendamus. Per dominum.

¶ Miſſa pro peccatis.

Introitus.

Miſereris omnium domine, ⁊ nihil odiſti eorum que feciſti: diſſimulans peccata hominum propter penitentiam, ⁊ parcens illis, quia tu es dominus deus noſter. Pſalmus. Miſerere mei deus, miſerere mei: quoniam in te confidit anima mea. ℣. Gloria patri ⁊ filio ⁊ ſpiritui ſancto.

Oratio.

Exaudi, queſumus domine, ſupplicum preces, ⁊ confitentium tibi parce peccatis: vt pariter nobis indulgentiam tribuas benignus, ⁊ pacem. Per dominum noſtrum Ieſum.

Lectio epiſtole beati Pauli apoſtoli ad Romanos.

Fratres: Condelector legi c. 7
dei ſecundum interiorem hominem. Video autem aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis mee: ⁊ captiuantem me in lege peccati, que eſt in membris meis. Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia dei per Ieſum Chriſtum dominum noſtrum. Graduale. Propitius eſto domine peccatis noſtris, ne quando dicant gentes, vbi eſt deus eorum? ℣. Adiuua nos deus ſalutaris noſter, ⁊ propter honorem nominis tui domine libera nos. Alleluia, alleluia. ℣. Deus iudex iuſtus, fortis, ⁊ patiens: nunquid iraſcetur per ſingulos dies? alleluia.

¶ Tẽpore paſchali Graduale, omittitur, ⁊ additur ſequens ℣.

Auditui meo dabis gaudiū ⁊ letitiam, ⁊ exultabunt oſſa humiliata, alleluia.

Poſt Septuageſimā Tractus.

De profundis clamaui ad te domine, domine exaudi voceꝫ meā. ℣. Fiant aures tuę intendentes in orationem ſerui tui. ℣. Si iniquitates obſeruaueris domine, domine quis ſuſtinebit?

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Lucam.

ce. In illo tempore: Dixit Je
11. ſus diſcipulis ſuis. Petite,
⁊ dabitur vobis: querite, ⁊ inuenietis: pulſate, ⁊ aperietur vobis.
Omnis enim qui petit, accipit: ⁊
qui querit, inuenit, ⁊ pulſanti aperietur. Quis autem ex vobis patrem petit panem, nunquid lapidem dabit illi? Aut piſcem: nunquid ſerpentem pro piſce dabit illi? Aut ſi petierit ouum: nunquid
porriget illi ſcorpioneꝫ? Si ergo
vos cum ſitis mali, noſtis bona
data dare filijs veſtris: quanto
magis pater veſter de celo, dabit
ſpiritum bonum petentibus ſe?

Offertorium. Domine exaudi orationem meam: ⁊ clamor meus ad te perueniat. Secreta.

Hoſtias tibi domine placationis, ⁊ laudis offerimus: vt ⁊ delicta noſtra miſeratus abſoluas, ⁊ nutantia corda tu dirigas. Per dominum noſtrum Jeſum Chriſtum filium tuum.

Communio. Petite, ⁊ accipietis: querite, ⁊ inuenietis: pulſate, ⁊ aperietur vobis: omnis enim qui petit, accipit: ⁊ qui querit, inuenit, ⁊ pulſanti aperietur, alleluia. Poſtcom.

Preſta nobis eterne ſaluator: vt percipientes hoc munere veniam peccatorum, deinceps peccata vitemus. Per dñm.

¶ Miſſa pro eligendo ſummo Pontifice ſede vacante dicitur de Spiritu ſancto vel vt ſequitur.

Introitus.

Suſcitabo mihi ſacerdotē fideleꝫ, qui iuxta cor meum ⁊ animaꝫ meā faciet, ⁊ edificabo ei domū fideleꝫ, ⁊ ambulabit corā Chriſto meo cunctis diebus. Pſalm. Memento domine Dauid, ⁊ omnis māſuetudinis eius. ℣. Glo. Oro.

Supplici domine humilitate depoſcimus: vt ſacroſancte Romanę eccleſię cōcedat pōtificem illuꝫ tua immenſa pietas: qui ⁊ pio in nos ſtudio ſemper tibi placitus, ⁊ tuo populo pro ſalubri regimine ſit aſſiduę ad gloriaꝫ tui nominis reuerendus. Per.

Lectio epiſtolę beati Pauli apoſtoli ad Hebreos.

Fratres: Adeamus cuꝫ fi c. 4
ducia ad thronū gratię ei⁹: 15

vt miſericordiam conſequamur, ⁊ gratiam inueniamus in auxilio opportuno. Omnis nanq; pontifex ex hominib⁹ aſſumptus, pro hominibus conſtituitur in his quę ſunt ad deum: vt offerat dona ⁊ ſacrificia pro peccatis. Qui condolere poſſit his qui ignorant ⁊ errant: quoniam ⁊ ipſe circundatus eſt infirmitate: ⁊ propterea debet, quemadmodum ⁊ pro populo, ita ⁊ pro ſemetipſo offerre pro peccatis. Nec quiſquam ſumit ſibi honorem: ſed qui vocatur a deo tanquā Aaron. Sic ⁊ Chriſtus non ſemetipſum clarificauit vt pontifex fieret: ſed qui locutus eſt ad eum, Filius meus es tu, ego hodie genui te. Quemadmodū ⁊ in alio loco dicit. Tu es ſacerdos in ęternum, ſecundū ordinem Melchiſedec. Qui in diebus carnis ſuę, preces, ſupplicationeſque ad eum, qui poſſit eum ſaluū facere a morte, cum clamore valido, ⁊ lachrymis offerens, exauditus eſt pro ſui reuerentia.

Graduale. Pontifex ſacerdos magnus, inter fratres ſuos, ſuper cuius caput fuſum eſt vnctionis oleum, ⁊ cuius manus in ſacerdotio conſecratę ſunt, veſtituſq; eſt ſanctis veſtibus: debuit per omnia fratribus ſimilari. ℣. Ut miſericors fieret ⁊ fidelis pontifex ad deum, vt repropitiaret debita populi. Alleluia, alleluia. ℣. Sacerdos ſit ſanctus, ſicut ego ſum dñs, qui ſanctifico vos, alla.

¶ Tēpore paſchali Graduale omittitur, ⁊ additur ſequens ℣. Ego ſum paſtor bonus: ⁊ cognoſco oues meas, ⁊ cognoſcunt me meę, alleluia.

Poſt Septuageſimā Tractus. Surge domine in requiem tuā tu, ⁊ arca ſanctificationis tuę. ℣. Sacerdotes tui induantur iuſtitiam, ⁊ ſancti tui exultatione exultabūt. ℣. Propter Dauid ſeruū tuū nō auertas faciē Chriſti tui.

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Ioannem.



In illo tempore: Dixit Ieſus diſcipulis ſuis. Si diligitis me, mandata mea ſeruate. Et ego rogabo patrem, ⁊ alium paraclitum dabit vobis, vt maneat vobiſcum in ęternum, ſpiritum veritatis, quem mundus non poteſt accipere, quia non videt eum, nec ſcit eum. Uos autem cognoſcetis eum: quia apud vos manebit, ⁊ in vobis erit. Non relinquam vos orphanos: veniam ad vos. Adhuc modicum: ⁊ mundus iam me non videt. Uos autem videbitis me: quia ego viuo, ⁊ vos viuetis. Offertorium. Non participentur ſancta, donec exurgat

ca. 14.

pontifex in oſtenſione, ⁊ veritate.

Secreta.

TUe nobis domine abũdantia pietatis indulgeat: vt per ſacra munera quę tibi reuerẽter offerimus, gratum maieſtati tuę pontificem ſancte matris eccleſię regimini pręeſſe gaudeamus. Per dominum noſtrum Jeſum Chriſtum filium tuum.

Communio. Veſte ſancta vtetur pontifex, qui fuerit conſtitutus, ⁊ qui ingredietur tabernaculũ teſtimonij, vt miniſtret in ſanctuario.

Poſtcom.

PRetioſi corporis, ⁊ ſanguinis tui nos dñe ſacramento refectos mirifica tuę gratia maieſtatis de illius ſummi pontificis conceſſione lętificet: qui ⁊ plebes tuam virtutibus inſtruat, ⁊ fidelium mentes ſpiritualium aromatũ odore perfundat. Qui viuis.

¶ In die creationis ⁊ coronationis Pape, ⁊ eiuſdem diei anniuerſario, dicit miſſa vt in Cathedra beati Petri. fo. 426. cũ oratione. Deus omnium fideliũ. fol 50. omiſſis orationibus Sanctorũ Petri ⁊ Pauli. ¶ In anniuerſario creationis Epiſcopi dicitur ſequens miſſa. Introitus. Sacerdotes tui. de communi confeſſ. pont. fol 575. omiſſa oratione ſecreti, ⁊ eius loco dicitur oratio. Deus omnium fideliũ. ſicut pro Papa. ⁊ vbi dicitur, eccleſię tuę pręeſſe voluiſti. [illegible] eſt, dicetur eccleſię, N. [illegible] huic pręeſſe voluiſti. Epiſtola dicitur, Omnis pontifex. de communi confeſſ. pont. fo. 574. ⁊ Euang. Videte, vigilate, ⁊ orate. de eodem communi. folio. 575.

¶ Miſſa ad tollendum Schiſma, vel pro quacunque neceſſitate Eccleſie. Introitus.

SAluos nos fac, domine deus noſter: ⁊ congrega nos de nationibus: vt confiteamur nomini ſancto tuo, ⁊ gloriemur in laude tua. Pſalmus. Confitemini domino quoniam bonus, quoniam in ſeculum miſericordia eius. ℣. Gloria patri. Oratio.

DEus qui errata corrigis, ⁊ diſperſa congregas, ⁊ congregata conſeruas: quęſumus: ſuper populum Chriſtianum tuę vnionis gratiam clementer infunde: vt diuiſione reiecta, vero paſtori eccleſię tuę ſe vniens, tibi digne valeat famulari. Per dñm.

Lectio epiſtole beati Pauli apoſtoli ad Epheſios.

FRatres. Obſecro vos, vt digne ambuletis vocatione qua vocati eſtis, cũ omni humilitate ⁊ manſuetudine, cũ patientia, ſupportantes inuicem in charitate: ſoliciti ſeruare vnitatẽ ſpiritus in vinculo pacis. Unũ corpus, ⁊ vnus ſpiritus: ſicut vocati eſtis

c.4

eſtis in vna ſpe vocationis veſtrę. Unus dominus, vna fides, vnum baptiſma. Unus deus ⁊ pater omnium, qui eſt ſuper omnes, ⁊ per omnia, ⁊ in omnibus nobis. Unicuiqꝫ autem noſtrum data eſt gratia ſecundum menſuram donationis Chriſti: donec occurramus omnes in vnitatem fidei ⁊ agnitionis filij dei, in virum perfectū, in menſuram ętatis plenitudinis Chriſti, vt iā nō ſimus paruuli, fluctuantes, ⁊ circumferamur omni vento doctrinę in nequitia hominum, in aſtutia ad circumuentionem erroris. Ueritatem autem facientes in charitate, creſcamus in illo per omnia, qui eſt caput, Chriſtus: ex quo totum corpus compactum ⁊ connexum per omnem iuncturā ſubminiſtrationis, ſecundum operationem in menſuram vniuſcuiuſqꝫ membri, augmentum corporis facit in ędificationem ſui in charitate. Hoc igitur dico ⁊ teſtificor in domino: vt iam non ambuletis ſicut ⁊ gentes ambulant in vanitate ſenſus ſui, tenebris obſcuratum habentes intellectum, alienati a vita dei per ignorantiam, quę eſt in illis propter cęcitatem cordis ipſorum. Qui deſperantes, ſemetipſos tradiderūt impudicitię in operationem immundicię omnis, in auaritiam. Uos autem non ita didiciſtis Chriſtum: ſi tamen illum audiſtis, ⁊ in ipſo edocti eſtis: ſicut eſt veritas in Chriſto Ieſu domino noſtro. Graduale. Rogate que ad pacē ſunt Hieruſalem: ⁊ abundantia diligentib⁹ te. V. Fiat pax in virtute tua, ⁊ abundātia in turribus tuis. Alleluia, alleluia. V. Lauda Hieruſalem dominum; lauda deum tuum Sion, alleluia.

¶ Tempore paſchali Graduale omittitur, ⁊ additur ſequens V. Qui poſuit fines tuos pacem, ⁊ adipe frumenti ſatiat te, alleluia.

Poſt Septuageſimam Tractus. Notus in Iudęa deus in Iſrael magnum nomen eius. V. Et factus eſt in pace locus eius, ⁊ habitatio eius in Sion. V. Ibi confregit potentias, arcum, ſcutum, gladium, ⁊ bellum.

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Ioannem.

In illo tempore: Subleuatis Ieſus oculis in cęlum, dixit. Pater ſancte, ſerua eos in nomine tuo, quos dediſti mihi: vt ſint vnum, ſicut ⁊ nos. Cum eſſem cum eis, ego ſeruabam eos in nomine tuo. Quos dediſti mihi, ego cuſtodiui: ⁊ nemo ex eis perijt, niſi filius perditionis, vt ſcriptura impleretur. Nunc autem ad te venio: ⁊ hęc loquor in mundo, vt habeant gaudium meum impletum in ſemetipſis. Ego dedi eis ſermonem tuum: ⁊ mundus

ca. 17.

Secreta.

OBlatum tibi domine ſacrificium, intercedente vnigeniti filij tui paſſione, viuificet nos ſemper ⁊ muniat. Qui tecum.

Prefatio de cruce. Communio.

Foderunt manus meas ⁊ pedes meos: dinumerauerunt omnia oſſa mea.

Poſtcom.

DOmine Jeſu Chriſte fili dei viui, qui hora ſexta pro redemptione mundi crucis patibulum aſcendiſti, ⁊ ſanguinem tuum pretioſum in remiſſionem peccatorum noſtrorum fudiſti: te humiliter deprecamur: vt poſt obitum noſtrum, paradiſi ianuas nos gaudenter introire concedas. Qui viuis ⁊ regnas.

¶ Miſſa votiua de ſancta Maria, ab Aduentu vſq; ad natiuitatem. Introitus.



ROrate celi deſuper, ⁊ nubes pluāt iuſtum: aperiatur terra, ⁊ germinet ſaluatorem. Pſalm. Benedixiſti domine terram tuam, auertiſti captiuitatem Jacob. ℣. Gloria patri. Oratio.

DEus, qui de beatę Marię virginis vtero, verbum tuum angelo nunciante carnem ſuſcipere voluiſti: pręſta ſupplicibus tuis: vt, qui vere eam genitricem dei credimus, eius apud te interceſſionibus adiuuemur. Per eundem dominum noſtrum.

Lectio Iſaie prophete.

IN diebus illis: Locutus eſt C.7.
dominus ad Achaz, dicēs. Pete tibi ſignum a domino deo tuo in profundum inferni, ſiue in excelſum ſupra. Et dixit Achaz. Non petam: ⁊ non tentabo dominum. Et dixit. Audite ergo domus Dauid. Nunquid parum vobis eſt, moleſtos eſſe hominibus, quia moleſti eſtis ⁊ deo meo? Propter hoc dabit dominus ipſe vobis ſignum. Ecce, virgo concipiet ⁊ pariet filium, ⁊ vocabitur nomen eius Emmanuel. Butyrum ⁊ mel comedet, vt ſciat reprobare malum, ⁊ eligere bonum. Gradua. Tollite portas principes veſtras, ⁊ eleuamini portę ęternales, ⁊ introibit rex glorię. ℣. Quis aſcendet in montem domini, aut quis ſtabit in loco ſancto eius? innocens manibus, ⁊ mundo corde. Alleluia, alleluia. ℣. Aue Maria, gratia plena, dominus tecum: benedicta tu in mulieribus, alleluia.

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Lucam.



IN illo tēpore: C.1.
Miſſus eſt angelus Gabriel a deo in ciuitatem Galilęę, cui nomen Nazareth, ad virginem deſponſatam

ſatam viro cui nomen erat Jo-
ſeph, de domo Dauid: ⁊ nomen
virginis Maria. Et ingreſſus an-
gelus, ad eam dixit. Aue gratia
plena, dominus tecum: benedi-
cta tu in mulieribus. Quę cum
audiſſet, turbata eſt in ſermone
eius, ⁊ cogitabat qualis eſſet iſta
ſalutatio. Et ait angelus ei. Ne
timeas Maria, inueniſti eniꝫ gra-
tiam apud deuꝫ. Ecce concipies
in utero, ⁊ paries filium: ⁊ voca-
bis nomen eius Jeſum. Hic erit
magnus: ⁊ filius altiſſimi voca-
bitur. Et dabit illi dominus
deus ſedem Dauid patris eius:
⁊ regnabit in domo Jacob in
ęternum: ⁊ regni eius non erit fi-
nis. Dixit autem Maria ad an-
gelum. Quomodo fiet iſtud,
quoniam virum non cognoſco?
Et reſpondens angelus, dixit ei.
Spiritus ſanctus ſuperueniet in
te: ⁊ virtus altiſſimi obumbrabit
tibi. Ideoque, ⁊ quod naſcetur
ex te ſanctum, vocabitur filius
dei. Et ecce Eliſabeth cogna-
ta tua, ⁊ ipſa concepit filium in ſe-
nectute ſua: ⁊ hic menſis, eſt ſex-
tus illi quę vocatur ſterilis: quia
non erit impoſſibile apud deum
omne verbum. Dixit autem
Maria. Ecce ancilla domini,
fiat mihi ſecunduꝫ verbum tuuꝫ.
Offertorium. Aue Maria gra-
tia plena, dominus tecum: bene-
dicta tu in mulieribus: ⁊ benedi-
ctus fructus ventris tui. Secre.

In mentibus noſtris, quęſu-
mus domine, verę fidei ſa-
cramenta confirma: vt, qui conce-
ptum de virgine, deum verum ⁊
hominem confitemur: per eiuſdē
ſalutiferę reſurrectionis poten-
tiam, ad ęternaꝫ mereamur per-
uenire lętitiam. Per eundem
dominum. Prefatio. Et te in
veneratione beatę Marię: quę
in ſequentibus quoque Miſſis
de ſancta Maria dicitur. fol. 277
Communio. Ecce virgo conci-
piet, ⁊ pariet filium: ⁊ vocabitur
nomen eius Emmanuel.

Poſtcom.

Gratiam tuam, quęſumus
dñe, mētibus noſtris infun-
de: vt, qui angelo nunciāte, Chri-
ſti filij tui incarnationem cogno-
uimus: per paſſionem eius ⁊ cru-
cem ad reſurrectionis gloriam
perducamur. Per eundem do-
minum noſtrum.

¶ A Natiuitate vſque ad puri-
ficationem. Introitus.



Vultum tuum de-
precabūtur om-
nes diuites plebis: ad-
ducentur regi virgines
poſt eam: proximę eius
adducentur tibi in lęti-
tia ⁊ exultatione. pſal. Eructa-
uit cor meum verbum bonum: di-
co ego opera mea regi. ℣. Glo-
ria patri, ⁊ filio, ⁊ ſpiritui ſancto.

Oratio.

DEus, qui ſalutis eterne beate Marie virginitate fecunda, humano generi premia preſtitiſti: tribue queſumus: vt ipſam pro nobis intercedere ſentiamus: per quam meruimus auctorem vite ſuſcipere dominum noſtrum Jeſum Chriſtum filium tuum. Qui tecum.

Lectio epiſtole beati Pauli apoſtoli ad Titum.

Chariſſime, Apparuit benignitas ⁊ humanitas ſaluatoris noſtri dei: non ex operibus iuſtitie que fecimus nos, ſed ſecundum ſuam miſericordiam ſaluos nos fecit per lauacrum regenerationis, ⁊ renouationis ſpiritus ſancti, quem effudit in nos abunde per Jeſum Chriſtum ſaluatorem noſtrum: vt iuſtificati gratia ipſius, heredes ſimus ſecundum ſpem vite eterne. Jn Chriſto Jeſu domino noſtro. Graduale.

Speciosus forma pre filijs hominum: diffuſa eſt gratia in labijs tuis. ℣. Eructauit cor meuȝ verbum bonuȝ, dico ego opera mea regi: lingua mea calamus ſcribe velociter ſcribentis. Alleluia, alleluia. ℣. Poſt partum virgo inuiolata permanſiſti: dei genitrix intercede pro nobis, alleluia.

Poſt Septuageſimã, Tractus.

Gaude Maria virgo. vt in ſeptima Miſſa.

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Lucam.



Jn illo tempore: Paſtores loquebantur adinuicem. Tranſeamus vſque Bethlehem: ⁊ videamus hoc verbum quod factum eſt: quod fecit dominus, ⁊ oſtendit nobis. Et venerunt feſtinantes: ⁊ inuenerunt Mariam ⁊ Joſeph, ⁊ infantem poſitum in preſepio. Uidentes autem cognouerunt de verbo, quod dictum erat illis de puero hoc. Et omnes qui audierunt, mirati ſunt: ⁊ de his, que dicta erant a paſtoribus ad ipſos. Maria autem conſeruabat omnia verba hec, conferens in corde ſuo. Et reuerſi ſunt paſtores, glorificantes, ⁊ laudantes deum in omnibus que audierant ⁊ viderant: ſicut dictum eſt ad illos. c.2.

Offerto. Felix nãqȝ es ſacra virgo Maria, ⁊ omni laude digniſſima: quia ex te ortus eſt ſol iuſtitie, Chriſtus deus noſter. Secreta.

Muneribus noſtris, queſumus domine, precibuſque ſuſceptis: ⁊ celeſtibus nos munda myſterijs, ⁊ clementer exaudi. Per dominum. Communio.

Beata viſcera Marie virginis, que portauerunt eterni patris filium.

Poſtcom.

Poſtcom.

HAec nos communio domine purget a crimine: ⁊ intercedente beata dei genitrice Maria: cęleſtis remedij faciat eſſe cõſortes. Per eundem dominum.

¶ A purificatione vſque ad Paſcha. Introitus.



SAlue ſácta Parens, enixa puerpera regē: qui celū, terramq; regit in ſecula ſeculorū. pſal. Eructauit cor meum verbum bonum: dico ego opera mea regi. ℣. Gloria. Oratio.

COncede nos famulos tuos, quęſumus, domine deus, perpetua mentis, ⁊ corporis ſanitate gaudere: ⁊ glorioſa beatę Marię ſemper virginis interceſſione, a pręſenti liberari triſtitia, ⁊ ęterna perfrui lętitia. Per dominum noſtrum Jeſum Chriſtum.

Lectio libri Sapientię.

ecc 24. AB initio ⁊ ante ſecula creata ſum: ⁊ vſque ad futurū ſeculū non deſinam: ⁊ in habitatione ſancta coram ipſo miniſtraui. Et ſic in Sion firmata ſum: ⁊ in ciuitate ſanctificata ſimiliter requieui: ⁊ in Hieruſalem poteſtas mea. Et radicaui in populo honorificato: ⁊ in partes dei mei hęreditas illius: ⁊ in plenitudine ſanctorum detentio mea. Gradua. Benedicta ⁊ venerabilis es virgo Maria: quę ſine tactu pudoris inuenta es mater ſaluatoris. ℣. Virgo dei genitrix, quem totus non capit orbis, in tua ſe clauſit viſcera factus homo.

Alleluia, allel. ℣. Virga Jeſſe floruit: virgo deum ⁊ hominem genuit: pacē deus reddidit: in ſe recõcilians ima ſummis, alleluia.

Poſt Septuageſimā. Tractus.

Gaude Maria virgo, cunctas hęreſes ſola interemiſti. ℣. Quę Gabrielis archãgeli dictis credidiſti. ℣. Dum virgo deum ⁊ hominem genuiſti: ⁊ poſt partū virgo inuiolata permanſiſti. ℣. Dei genitrix intercede pro nobis.

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Lucam.



IN illo tẽpore: ca. 11.
Loquente Jeſu ad turbas. Extollens vocem quędam mulier de turba, dixit illi. Beatus venter qui te portauit, ⁊ vbera quę ſuxiſti. At ille dixit. Quinimmo beati qui audiunt verbum dei, ⁊ cuſtodiunt illud. Offerto. Felix namq; es ſacra virgo Maria, ⁊ omni laude digniſſima: quia ex te ortus eſt ſol iuſtitię, Chriſtus deus noſter. Sec.

TUa domine propitiatione, ⁊ beatę Marię ſemper virginis interceſſione, ad perpetuā atque pręſentem hęc oblatio nobis proficiat proſperitatem, ⁊ pa-

cem. Per dominum noſtrum. Communio. Beata viſcera Marię virginis, quę portauerunt ęterni patris filium. Poſtcom.

Sumptis domine ſalutis noſtrę ſubſidijs, da, quęſumus, beatę Marię ſemper virginis patrocinijs nos vbiqʒ protegi, in cuius veneratione, hęc tuę obtulimus maieſtati. Per dominum noſtrum Jeſum Chriſtum.

A Paſcha vſque ad Pentecoſtem. Introitus.

Salue ſancta parens, enixa puerpera regem: qui cęlum, terramque regit in ſecula ſeculorum, alleluia. pſalmus. Eructauit cor meum verbum bonum: dico ego opera mea regi. ℣. Gloria patri, ⁊ filio.

Oratio.

Concede nos famulos tuos, quęſumus domine deus, perpetua mentis, ⁊ corporis ſanitate gaudere: ⁊ glorioſa beatę Marię ſemper virginis interceſſione, a pręſenti liberari triſtitia, ⁊ ęterna perfrui lętitia. Per dominum noſtrum Jeſum Chriſtum.

Lectio libri Sapientię.

ca. 24. Ab initio ⁊ ante ſecula creata ſum: ⁊ vſqʒ ad futurum ſeculum non deſinam: ⁊ in habitatione ſancta, coram ipſo miniſtraui. Et ſic in Sion firmata ſum, ⁊ in ciuitate ſanctificata ſimiliter requieui: ⁊ in Hieruſalem poteſtas mea. Et radicaui in populo honorificato: ⁊ in partes dei mei hęreditas illius: ⁊ in plenitudine ſanctorum detentio mea.

Alleluia, alleluia. ℣. Uirga Jeſſe floruit: virgo deuʒ ⁊ hominem genuit: pacem deus reddidit: in ſe reconcilians ima ſummis. Alleluia. ℣. Aue Maria, gratia plena, dominus tecum: benedicta tu in mulieribus, alleluia.

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Joannem.

In illo tempore: Stabant iuxta crucem Jeſu mater ca. 19.
eius, ⁊ ſoror matris eius Maria Cleophe, ⁊ Maria Magdalene. Cum vidiſſet ergo Jeſus matrem, ⁊ diſcipulum ſtantem quem diligebat, dicit matri ſuę. Mulier, ecce filius tuus. Deinde dicit diſcipulo. Ecce mater tua. Et ex illa hora accepit eam diſcipulus in ſua. Offertorium. Beata es virgo Maria, quę omnium portaſti creatorem: genuiſti qui te fecit, ⁊ in ęternum permanes virgo, alleluia.

Secreta.

Tua domine propitiatione, ⁊ beatę Marię ſemper virginis interceſſione: ad perpetuaʒ atque pręſentem hęc oblatio nobis proficiat proſperitatem ⁊ pacem. Per dominum noſtrum.

Communio.

Cōmunio. Beata viſcera Ma
rię virginis, quę portauerunt ęter
ni patris filium, alleluia.

Poſtcom.

Sumptis domine ſalutis no
ſtrę ſubſidijs: da, quęſu-
mus, beatę Marię ſemper virgi
nis patrocinijs nos vbiq; prote
gi: in cuius veneratione, hęc tuę
obtulimus maieſtati. Per domi-
num noſtrum Ieſum Chriſtum.

A Penthecoſte vſque ad Ad
uentum. Introitus.



Salue ſācta pa
rens, enixa pu
erpera regem: qui cę
lum, terramque re-
git in ſecula ſeculo-
rum. Pſalmus. Eru
ctauit cor meum verbum bonū:
dico ego opera mea regi. ℣.
Gloria patri, ⁊ filio ⁊ ſpiritui ſan
cto. Oratio.

Concede nos famulos tuos,
quęſumus, domine deus,
perpetua mentis ⁊ corporis ſa
nitate gaudere: ⁊ glorioſa beatę
Marię ſemper virginis interceſ
ſione, a pręſenti liberari triſtitia, ⁊
ęterna perfrui lętitia. Per domi
num noſtrum Ieſum Chriſtum
filium tuum.

Lectio libri Sapientię.

ca. 24. Ab initio ⁊ ante ſecula crea
ta ſum: ⁊ vſque ad futurum
ſeculū non deſinam: ⁊ in habita-
tione ſancta coram ipſo miniſtra-
ui. Et ſic in Sion firmata ſum: ⁊
in ciuitate ſanctificata ſimiliter re-
quieui: ⁊ in Hieruſalem poteſtas
mea. Et radicaui in populo ho-
norificato: ⁊ in partes dei mei he-
reditas illius: ⁊ in plenitudine ſan
ctorum detentio mea. Gradua.

Benedicta ⁊ venerabilis es vir-
go Maria: quę ſine tactu pudo
ris inuenta es mater ſaluatoris.
℣. Virgo dei genitrix, quem to-
tus non capit orbis, in tua ſe clau-
ſit viſcera factus homo.
Alleluia, alleluia. ℣. Poſt par
tum virgo inuiolata permanſi-
ſti: dei genitrix intercede pro no-
bis, alleluia.

Sequentia ſancti euangelij
ſecundum Lucam.



In illo tem- ca.
pore: Loquē 11.
te Ieſu ad turbas,
extollens vocem
quędam mulier de
turba dixit illi. Bea
tus venter qui te
portauit, ⁊ vbera quę ſuxiſti. At il
le dixit. Quin immo beati qui au-
diunt verbum dei, ⁊ cuſtodiunt il
lud. Offerto. Aue Maria, gra
tia plena, dominus tecum: bene-
dicta tu in mulieribus, ⁊ benedi-
ctus fructus ventris tui. Secre.

Tua domine propitiatione,
⁊ beatę Marię ſemper vir
ginis interceſſione, ad perpetuā
atque pręſentem hęc oblatio no-

bis proficiat proſperitatem, ⁊ pacem. Per dominum. Communio.

Beata viſcera Marie virginis, que portauerunt eterni patris filium. Poſtcom.

Sumptis domine ſalutis noſtre ſubſidijs, da, queſumus, beate Marie ſemper virginis patrocinijs nos vbique protegi: in cuius veneratione, hec tue obtulimus maieſtati. Per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuum, qui tecum viuit ⁊ regnat.

¶ Alie Miſſe votiue pro diuerſis quacunque die dicende, niſi fuerit Dominica, vel officium duplex. que tamen paſſim non dicantur, niſi vrgenti de cauſa, vt ſupra dictum eſt de alijs miſſis votiuis.

¶ Miſſa pro quacunque neceſſitate. Introitus.

Salus populi ego ſum, dicit dominus: de quacunque tribulatione clamauerint ad me, exaudiã eos: ⁊ ero illorum dominus in perpetuum. Pſalmus. Attendite popule meus legem meam: inclinate aurem veſtram in verba oris mei. ℣ Gloria patri. Oratio.

Ineffabilem miſericordiam tuam domine nobis clementer oſtende: vt ſimul nos ⁊ a peccatis omnibus exuas, ⁊ a penis quas pro his meremur, eripias. Per dominum noſtrum.

Lectio Hieremie prophete.

Si iniquitates noſtre cõtenderint contra nos: domine ca. 14.
fac propter nomen tuum: quoniam multe ſunt auerſiones noſtre. Tibi peccauimus, expectatio Iſrael, ſaluator eius in tempore tribulationis. Tu autem in nobis es domine, ⁊ nomen tuum inuocatum eſt ſuper nos: ne derelinquas nos, domine deus noſter.

Graduale. Liberaſti nos domine ex affligentibus nos: ⁊ eos qui nos oderunt, cõfudiſti. ℣. In deo laudabimur tota die, ⁊ nomini tuo cõfitebimur in ſecula. Alleluia, alleluia. ℣ Propitius eſto domine peccatis noſtris: ne quando dicãt gẽtes, vbi eſt deus eorũ? Allã.

¶ Tempore paſchali Graduale omittitur, ⁊ additur ſequens ℣. Exultabo, ⁊ letabor in miſericordia tua: quoniam reſpexiſti humilitatem meam: ſaluaſti de neceſſitatibus animam meam, alleluia.

Poſt Septuageſimã, Tractus.

De neceſſitatibus meis eripe me domine: vide humilitatem meam, ⁊ laborem meum: ⁊ dimitte omnia peccata mea. ℣ Ad te domine leuaui animam meam: deus meus in te confido, non erubeſcam: neque irrideant me inimici mei. ℣ Etenim vniuerſi qui te expectant, nõ confundentur: confundantur omnes facientes vana.

Sequentia ſancti euangelii ſecundum Marcum.

Ca. In illo tempore: Dixit Jeſus diſcipulis ſuis. Habe
11. te fidem dei. Amen dico vobis, quia quicunque dixerit huic monti, Tollere, & mittere in mare; & non heſitauerit in corde ſuo, ſed crediderit quia quodcunque dixerit, fiat: fiet ei. Propterea dico vobis: omnia queçunq; orantes petitis, credite quia accipietis, & eueniet vobis. Offertorium. Si ambulauero in medio tribulationis, viuificabis me dñe: & ſuper iram inimicorum meorum extendes manum tuam, & ſaluum me fecit dextera tua. Secreta. Purificet nos domine queſumus muneris preſentis oblatio: & dignos ſacra participatione perficiat. Per dominum. Communio. Memento verbi tui ſeruo tuo domine, in quo mihi ſpẽ dediſti: hec me conſolata eſt in humilitate mea. Poſtcom. Preſta queſumus domine: vt terrenis affectibus expiati, ad ſuperni plenitudinem ſacramenti, cuius libauimus ſancta, tendamus. Per dominum.

¶ Miſſa pro peccatis.

Introitus.

Miſereris omnium domine, & nihil odiſti eorum que feciſti: diſſimulans peccata hominũ propter penitentiam, & parcens illis, quia tu es dominus deus noſter. Pſalmus. Miſerere mei deus, miſerere mei: quoniam in te confidit anima mea. ℣. Gloria patri & filio & ſpiritui ſancto.

Oratio.

Exaudi, queſumus domine, ſupplicum preces, & confitentium tibi parce peccatis: vt pariter nobis indulgentiam tribuas benignus, & pacem. Per dominum noſtrum Jeſum.

Lectio epiſtole beati Pauli apoſtoli ad Romanos.

Fratres: Condelector legi c. 7
dei ſecundũ interiorẽ hominem. Video autem aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis mee: & captiuantem me in lege peccati, que eſt in membris meis. Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia dei per Jeſum Chriſtum dominum noſtrum. Graduale. Propitius eſto domine peccatis noſtris, ne quando dicant gentes, vbi eſt deus eorum? ℣. Adiuua nos deus ſalutaris noſter, & propter honorem nominis tui domine libera nos. Alleluia, alleluia. ℣. Deus iudex iuſtus, fortis, & patiens: nunquid iraſcetur per ſingulos dies? alleluia.

¶ Tẽpore paſchali Graduale omittitur, & additur ſequens ℣.

Auditui meo dabis gaudiũ ⁊ le/
titiam, ⁊ exultabunt oſſa humi/
liata, alleluia.

Poſt Septuageſimã Tractus.

De profundis clamaui ad te do
mine: domine exaudi vocẽ meã.
℣. Fiant aures tuę intendentes
in orationem ſerui tui. ℣. Si ini/
quitates obſeruaueris domine,
domine quis ſuſtinebit?

Sequentia ſancti euangelij
ſecundum Lucam.

ce. In illo tempore: Dixit Je
11. ſus diſcipulis ſuis. Petite,
⁊ dabitur vobis: querite, ⁊ inue/
nietis: pulſate, ⁊ aperietur vobis.
Omnis enim qui petit, accipit: ⁊
qui querit, inuenit, ⁊ pulſanti ape
rietur. Quis autem ex vobis pa
trem petit panem, nunquid lapi/
dem dabit illi? Aut piſcem: nun/
quid ſerpentem pro piſce dabit il
li? Aut ſi petierit ouum: nunquid
porriget illi ſcorpionẽ? Si ergo
vos cum ſitis mali, noſtis bona
data dare filijs veſtris: quanto
magis pater veſter de celo, dabit
ſpiritum bonum petentibus ſe?

Offertorium. Domine exaudi
orationem meam: ⁊ clamor meus
ad te perueniat. Secreta.

Hoſtias tibi domine placa/
tionis, ⁊ laudis offerimus:
vt ⁊ delicta noſtra miſeratus ab/
ſoluas, ⁊ nutantia corda tu diri/
gas. Per dominum noſtrum Je
ſum Chriſtum filium tuum.

Communio. Petite, ⁊ accipie/
tis: querite, ⁊ inuenietis: pulſate,
⁊ aperietur vobis: omnis enim
qui petit, accipit: ⁊ qui querit,
inuenit, ⁊ pulſanti aperietur, al/
leluia. Poſtcom.

Preſta nobis eterne ſalua/
tor: vt percipientes hoc mu
nere veniam peccatorum, dein/
ceps peccata vitemus. Per dñm.

¶ Miſſa pro eligendo ſummo
pontifice ſede vacante dici
tur de Spiritu ſancto
vel vt ſequitur.

Introitus.

Suſcitabo mihi ſa
cerdotẽ fidelẽ,
qui iuxta cor
meum ⁊ animã
meã faciet, ⁊ ędi
ficabo ei domũ
fidelẽ, ⁊ ambulabit corã Chriſto
meo cunctis diebus. Pſal. Me/
mento domine Dauid, ⁊ omnis
mãſuetudinis eius. ℣. Glo. Oro.

Supplici domine humilita/
te depoſcimus: vt ſacroſan
cte Romanę eccleſię cõcedat põ/
tificem illũ tua immenſa pietas:
qui ⁊ pio in nos ſtudio ſemper ti/
bi placitus, ⁊ tuo populo pro ſalu
bri regimine ſit aſſiduę ad gloriã
tui nominis reuerendus. Per.

Lectio epiſtole beati Pauli
apoſtoli ad Hebreos.

Fratres: Adeamus cũ fi c. 4
ducia ad thronũ gratię ei⁹: 16.

vt miſericordiam conſequamur, ⁊ gratiam inueniamus in auxilio opportuno. Omnis nanqȝ pontifex ex hominib⁹ aſſumptus, pro hominibus conſtituitur in his quę ſunt ad deum: vt offerat dona ⁊ ſacrificia pro peccatis. Qui condolere poſſit his qui ignorant ⁊ errant: quoniam ⁊ ipſe circundatus eſt infirmitate: ⁊ propterea debet, quemadmodum ⁊ pro populo, ita ⁊ pro ſemetipſo offerre pro peccatis. Nec quiſquam ſumit ſibi honorem: ſed qui vocatur a deo tanquā Aaron. Sic ⁊ Chriſtus non ſemetipſum clarificauit vt pontifex fieret: ſed qui locutus eſt ad eum, Filius meus es tu, ego hodie genui te. Quemadmodū ⁊ in alio loco dicit. Tu es ſacerdos in ęternum, ſecundū ordinem Melchiſedec Qui in diebus carnis ſuę, preces, ſupplicationeſque ad eum, qui poſſit eum ſaluū facere a morte, cum clamore valido, ⁊ lachrymis offerens, exauditus eſt pro ſui reuerentia.

Graduale. Pontifex ſacerdos magnus, inter fratres ſuos, ſuper cuius caput fuſum eſt vnctionis oleum, ⁊ cuius manus in ſacerdotio conſecratę ſunt, veſtituſqȝ eſt ſanctis veſtibus: debuit per omnia fratribus ſimilari. ℣. Ut miſericors fieret ⁊ fidelis pontifex ad deum, vt repropitiaret debita populi. Alleluia, alleluia. ℣. Sacerdos ſit ſanctus, ſicut ego ſum dñs, qui ſanctifico vos, all'a.

¶ Tēpore paſchali Graduale omittitur, ⁊ additur ſequens ℣.

Ego ſum paſtor bonus: ⁊ cognoſco oues meas, ⁊ cognoſcunt me meę, alleluia.

Poſt Septuageſimā Tractus.

Surge domine in requiem tuā tu, ⁊ arca ſanctificationis tuę ℣. Sacerdotes tui induantur iuſtitiam, ⁊ ſancti tui exultatione exultabūt. ℣. Propter David ſeruū tuū nō auertas faciē Chriſti tui.

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Joannem.



In illo tempore: Dixit Jeſus diſcipulis ſuis. Si diligitis me, mandata mea ſeruate. Et ego rogabo patrem, ⁊ alium paraclitum dabit vobis, vt maneat vobiſcum in ęternum, ſpiritum veritatis, quem mundus non poteſt accipere, quia non videt eum, nec ſcit eum. Uos autem cognoſcetis eum: quia apud vos manebit, ⁊ in vobis erit. Non relinquam vos orphanos: veniam ad vos. Adhuc modicum: ⁊ mundus iam me non videt. Uos autem videbitis me: quia ego viuo, ⁊ vos viuetis. ca. 14.

Offertorium. Non participentur ſancta, donec exurgat

ſeſtis in vna ſpe vocationis veſtrę. Unus dominus, vna fides, vnum baptiſma. Unus deus ⁊ pater omnium, qui eſt ſuper omnes, ⁊ per omnia, ⁊ in omnibus nobis. Unicuiqꝫ autem noſtrū data eſt gratia ſecundū menſuram donationis Chriſti: donec occurramus omnes in vnitatem fidei ⁊ agnitionis filij dei, in virum perfectū, in menſuram ętatis plenitudinis Chriſti, vt iā nō ſimus paruuli, fluctuantes, ⁊ circumferamur omni vento doctrinę in nequitia hominum, in aſtutia ad circunuentionem erroris. Ueritatem autē facientes in charitate, creſcamus in illo per omnia, qui eſt caput, Chriſtus: ex quo totum corpus compactum ⁊ connexum per omnem iuncturā ſubminiſtrationis, ſecundum operationem in menſuram vniuſcuiuſqꝫ membri, augmentum corporis facit in edificationem ſui in charitate. Hoc igitur dico ⁊ teſtificor in domino: vt iam non ambuletis ſicut ⁊ gentes ambulant in vanitate ſenſus ſui, tenebris obſcuratū habentes intellectum, alienati a vita dei per ignorantiam, quę eſt in illis propter cęcitatem cordis ipſorum. Qui deſperantes, ſemetipſos tradiderūt impudicitię in operationem immunditię omnis, in auaritiam. Uos autem non ita didiciſtis Chriſtum: ſi tamen illum audiſtis, ⁊ in ipſo edocti eſtis: ſicut eſt veritas in Chriſto Ieſu domino noſtro. Graduale. Rogate quę ad pacē ſunt Hieruſalē: ⁊ abundantia diligentibus te. V. Fiat pax in virtute tua, ⁊ abundātia in turribus tuis. Alleluia, alleluia. V. Lauda Hieruſalem dominum: lauda deū tuum Sion, alleluia.

Tempore paſchali Graduale omittitur, ⁊ additur ſequens V.

Qui poſuit fines tuos pacem, ⁊ adipe frumenti ſatiat te, alleluia.

Poſt Septuageſimā Tractus.

Notus in Iudea deus in Iſrael magnum nomen eius. V. Et factus eſt in pace locus eius, ⁊ habitatio eius in Sion. V. Ibi confregit potentias, arcum, ſcutum, gladium, ⁊ bellum.

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Ioannem.

In illo tempore: Subleuatis Ieſus oculis in cę- ca.
lum, dixit. Pater ſancte, ſerua 17.
eos in nomine tuo, quos dediſti mihi: vt ſint vnum, ſicut ⁊ nos. Cum eſſem cum eis, ego ſeruabam eos in nomine tuo. Quos dediſti mihi, ego cuſtodiui: ⁊ nemo ex eis perijt, niſi filius perditionis, vt ſcriptura impleretur. Nunc autem ad te venio: ⁊ hęc loquor in mundo, vt habeant gaudium meum impletum in ſemetipſis. Ego dedi eis ſermonem tuum: ⁊ mundus

eos odio habuit, quia nō ſunt de
mundo, ſicut ⁊ ego non ſum de
mundo. Non rogo vt tollas eoꝫ
de mundo: ſed vt ſerues eos a
malo. De mundo non ſunt: ſicut
⁊ ego non ſum de mundo. San
ctifica eos in veritate. Sermo
tuus, veritas eſt. Sicut tu me mi
ſiſti in munduꝫ, ita ⁊ ego miſi eos
in mundum. Et pro eis ego ſan
ctifico meipſum: vt ſint ⁊ ipſi ſan
ctificati in veritate. Non pro eis
autem rogo tantum, ſed ⁊ pro eis
qui credituri ſunt per verbum eo
rum in me: vt omnes vnum ſint,
ſicut tu pater in me, ⁊ ego in te: vt
⁊ ipſi in nobis vnum ſint, vt cre
dat mundus quia tu me miſiſti.
Et ego claritatem quam dediſti
mihi dedi eis: vt ſint vnum, ſicut
⁊ nos vnum ſumus. Ego in eis,
⁊ tu in me: vt ſint conſummati in
vnum. Offertorium. Det vo
bis deus idipſum ſapere in alte
rutrum: vt vnanimes vno ore ho
norificetis deum noſtrū. Secre.
Munera hec pro vnione po
puli Chriſtiani tibi domi
ne oblata ſanctifica: per que vni
tatis ⁊ pacis in eccleſia tua nobis
dona concede. Per dominum.
Cōmunio. Unus panis ⁊ vnuꝫ
corpus multi ſumus, omnes qui
de vno pane, ⁊ de vno calice par
ticipamus. Poſtcom.
Haec tua domine ſumpta ſa
cra cōmunio, ſicut fideliuꝫ
in te vnionem pręſignat: ſic in tua
eccleſia vnitatis quęſumus ope
retur effectum. Per dominum

¶ Miſſa contra paganos.

Introitus.

Exurge, quare ob
dormis domine?
exurge, ⁊ ne repel
las in fineꝫ: quare
facię tuaꝫ auertis?
obliuiſceris tribu
lationeꝫ noſtraꝫ: adheſit in terra
venter noſter: exurge domine
adiuua nos, ⁊ libera nos. Pſalmus.
Deus auribus noſtris audiuimus:
patres noſtri annunciauerunt no
bis. ℣. Gloria patri. Oratio.
Omnipotens ſempiterne
deus, in cuius manu ſunt
omniuꝫ poteſtates, ⁊ omniuꝫ iura
regnorū, reſpice in auxiliuꝫ Chri
ſtianorum: vt gentes paganorum
que in ſua feritate cōfidunt, dex
terę tuę potentia conterantur.
Per dominum noſtrum.
Epiſtola. In diebus illis. Ora
uit Mardocheus ad dominuꝫ di
cens. In feria quarta poſt ſecun
dam Dominicam xl. folio. 102.
Graduale. Sciant gentes, quo
niaꝫ nomen tibi deus: tu ſolus al
tiſſimus ſuper omnem terraꝫ. ℣.
Deus meus pone illos vt rotam,
⁊ ſicut ſtipulaꝫ ante faciem venti.
Alleluia, alleluia. ℣. Excita do
mine potentiam tuam ⁊ veni: vt
ſaluos facias nos, alleluia.
Tempore

¶ Tēpore paſchali Graduale omittitur, ⁊ dicitur ſequens ℣.

Deus virtutum conuertere, reſpice de celo, ⁊ vide, ⁊ viſita vineam iſtam: ⁊ perfice eam quam plantauit dextera tua, alleluia.

Poſt Septuageſimā, Tractus.

Adiuua nos deus ſalutaris noſter, ⁊ propter gloriam nominis tui domine libera nos: ⁊ propitius eſto peccatis noſtris propter nomen tuuꝫ. ℣ Ne forte dicant in gentibus, vbi eſt deus eorum? ⁊ innoteſcat coraꝫ oculis noſtris. ℣ Ultio ſanguinis ſeruorum tuorum qui effuſus eſt, intrent in conſpectu tuo gemitus cōpeditoruꝫ.

Euangeliū. Quis veſtrum habebit amicum. vt in Rogationibus. folio. 329. Offertorium.

Populum humilem ſaluum facies, ⁊ oculos ſuperborum humiliabis: quoniam quis deus preter te domine? Secreta.

Sacrificium domine quod immolamus intende: vt propugnatores tuos ab omni eruas paganoruꝫ nequitia, ⁊ in tue protectionis ſecuritate conſtituas. Per dominum noſtrum Jeſum.

Communio. In ſalutari tuo anima mea, ⁊ in verbum tuum ſperaui: quando facies de perſequentibus me iudicium? iniqui perſecuti ſunt me adiuua me domine deus meus.

Poſtcom.

Protector noſter aſpice deus, ⁊ propugnatores tuos a paganorum defende periculis: vt ab omnibus perturbationibus ſemoti, liberis tibi mentibus ſeruiant. Per dominum noſtrum.

¶ Miſſa tempore belli.

Introitus.

Reminiſcere miſerationuꝫ tuaruꝫ dñe, ⁊ miſericordie tue que a ſeculo ſunt: ne vnquaꝫ dominentur nobis inimici noſtri, libera nos deus Iſrael ex omnibus anguſtiis noſtris. Pſal. Ad te dñe leuaui animam meaꝫ: deus meus in te confido, nō erubeſcam. ℣ Gloria pa. Oratio.

Deus qui conteris bella, ⁊ impugnatores in te ſperantiuꝫ potentia tue defenſionis expugnas: auxiliare famulis tuis implorantibus miſericordiam tuā, vt omnium inimicoruꝫ ſuoruꝫ feritate depreſſa, inceſſabili te gratiarū actione laudemus. Per do.

Lectio Hieremie prophete.

In diebus illis. Acceſſerunt omnes principes bellatorū: dixeruntq; ad Hieremiam prophetam. Ora pro nobis ad dominum deum tuum. Et factum eſt verbum dñi ad Hieremiam. Vocauitq; Iohanan filium Caree, ⁊ omnes principes bellatorum, ⁊ vniuerſum populum a mi- cap. 42.

nimo

nimio vſqꝫ ad magnum. Et dixit
ad eos. Hec dicit dominus deus
Iſrael, ad quē miſiſtis me, vt pro/
ſternerem preces veſtras in con/
ſpectu eius. Si quieſcentes man
ſeritis in terra hac, edificabo vos,
& non deſtruam: plantabo, & non
euellam. Iam enim placatus ſum
ſuper malo, quod feci vobis. No/
lite timere a facie regis Babylo/
nis, quē vos pauidi formidatis.
Nolite metuere eum, dicit domi/
nus: quia vobiſcum ſum ego, vt
ſaluos vos faciam, & eruam de
manu eius. Et dabo vobis miſe/
ricordias, & miſerebor veſtri: & ha
bitare vos faciaꝫ in terra veſtra.
Dicit dominus omnipotens.

Graduale. Tu es deus, qui fa/
cis mirabilia ſolus: notam feciſti
in gentibus virtutē tuam. ℣ Li
beraſti in brachio tuo populum
tuum: filios Iſrael & Ioſeph.

Allel. all'a. ℣ Eripe me de ini/
micis meis deus meus: & ab inſur
gētibus in me libera me, alleluia.

¶ Tēpore paſchali Graduale
omittitur, & dicitur ſequens ℣.
Ego autem cantabo fortitudi/
nem tuam: & exaltabo mane mi/
ſericordiam tuam, alleluia.

Poſt Septuageſimā Tractus.
Domine, non ſecunduꝫ peccata
noſtra quę fecimus nos: neqꝫ ſe/
cunduꝫ iniquitates noſtras retri/
buas nobis. ℣ Domine, ne me/
mineris iniquitatum noſtrarum
antiquarum: cito anticipent nos
miſericordię tuę, qa pauperes fa/
cti ſumus nimis. ℣ Adiuua nos
deus ſalutaris noſter: & propter
gloriam nominis tui domine libe/
ra nos, & propitius eſto peccatis
noſtris propter nomen tuum.

Sequentia ſancti euangelij
ſecundum Matthęum.

In illo tempore: Acceſſe/ ca.
runt ad Ieſum diſcipuli ſe/ 24.
creto, dicentes. Dic nobis,
quando hęc erunt? & quod ſignū
aduentus tui, & conſummationis
ſeculi? Et reſpondens Ieſus, di/
xit illis. Uidete ne quis vos ſedu
cat. Multi enim venient in nomi
ne meo, dicentes, Ego ſum Chri
ſtus: & multos ſeducent. Auditu/
ri enim eſtis pręlia, & opiniones
pręliorum. Uidete ne conturbe/
mini. Oportet enim hęc fieri: ſed
nondū eſt finis. Conſurget enim
gens in gentem, & regnum in re/
gnuꝫ: & erunt peſtilentię, & fames,
& terręmotus per loca. Hęc au/
tem omnia, initia ſunt dolorum.

Offertorio. Populuꝫ humilem ſal
uum facies domine, & oculos ſu/
perborum humiliabis: quoniam
quis deus pręter te domine?

Secreta.

Sacrificiuꝫ dn̄e quod immo
lamus, intende placatus: vt
ab omnibus nos eruat bellorum
nequitijs, & in tuę protectionis ſe
curitate conſtituat. Per dn̄m.

Communio.

Cōmunio. Inclina aurem tuam; accelera, vt eruas nos. Poſtcō.

DEus regnorum omnium regumq; dominator: qui nos ⁊ percutiendo ſanas, ⁊ ignoſcendo cōſeruas: pretende nobis miſericordiam tuam: vt tranquillitate pacis, tua poteſtate ſeruata, ad remedia correctionis vtamur. Per dominum noſtrum.

¶ Miſſa pro pace. Introitus.

DA pacem domine ſuſtinentibus te, vt prophetę tui fideles inueniātur: exaudi preces ſerui tui, ⁊ plebis tuę Iſrael. Pſalmus. Lętatus ſum in his quę dicta ſunt mihi: in domum domini ibimus. ℣. Gloria patri. Oratio.

DEus a quo ſācta deſideria, recta cōſilia, ⁊ iuſta ſūt opera: da ſeruis tuis illam quam mundus dare non poteſt pacem: vt corda noſtra mandatis tuis dedita: ⁊ hoſtium ſublata formidine, tempora ſint tua protectione trā quilla. Per dominum noſtrum.

Lectio libri Machabeorum.

2.c.5. IN diebus illis. Orationem faciebant ſacerdotes, dum offerrent ſacrificium pro populo Iſrael: Ionatha inchoante, cęteris autem reſpondentibus, ⁊ dicentib᷒. Benefaciat vobis deus: ⁊ meminerit teſtamenti ſui, quod ad Abraham, Iſaac, ⁊ Iacob locutus eſt ſeruorum ſuorum fidelium: ⁊ det vobis cor omnibus vt colatis eum, ⁊ faciatis eius voluntatem. Adaperiat cor veſtrum in lege ſua, ⁊ in pręceptis ſuis: ⁊ faciat pacem. Exaudiat orationes veſtras, ⁊ reconcilietur vobis: nec vos deſerat in tempore malo dominus deus veſter. Graduale.

Rogate quę ad pacem ſunt Hieruſalem, ⁊ abundantia diligentibus te. ℣. Fiat pax in virtute tua: ⁊ abundantia in turribus tuis. Alleluia, alleluia. ℣. Lauda Hieruſalem dominum: lauda deum tuum Sion. Alleluia.

¶ Tempore paſchali Graduale omittitur, ⁊ dicitur ſequens ℣. Qui poſuit fines tuos pacem: ⁊ adipe frumenti ſatiat te, alleluia.

Poſt Septuageſimā. Tractus.

Notus in Iudęa deus: in Iſrael magnum nomen eius. ℣. Et factus eſt in pace locus eius: ⁊ habitatio eius in Sion. ℣. Ibi confregit potentias: arcum, ſcutum, gladium, ⁊ bellum.

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Ioannem.



IN illo tempore. Cum ſero eſſet die illo, vna ſabbatorum, ⁊ fores eſſent clauſę, vbi erant diſcipuli congregati propter metum Iudęorum: venit ca. 20.

venit Jeſus, ⁊ ſtetit in medio, ⁊
dicit eis. Pax vobis. Et cũ hoc
dixiſſet, oſtendit eis manus ⁊ la-
tus. Gauiſi ſunt ergo diſcipuli vi-
ſo dño. Dixit ergo eis iterũ. Pax
vobis. Sicut miſit me pater, ⁊
ego mitto vos. Hec cũ dixiſſet, in
ſufflauit: ⁊ dixit eis. Accipite ſpiri
tum ſanctũ. Quorum remiſeritis
peccata, remittuntur eis: ⁊ quorũ
retinueritis, retẽta ſunt. Offerto.
Laudate dñm, quia benignus
eſt: pſallite nomini eius, quoniã
ſuaue eſt: omnia quecũq; voluit:
fecit in celo ⁊ in terra. Secreta.
Deus, q credẽtes in te popu
los nullis finis concuti ter
roribus: dignare preces ⁊ hoſtias
dicate tibi plebis ſuſcipere: vt pax
a tua pietate cõceſſa, chriſtianorũ
fines ab omni hoſte faciat eſſe ſe
curos. Per dñm. Comunio.
Pacem meam do vobis: pacẽ
meam relinquo vobis. Poſtco.
Deus auctor pacis ⁊ amator:
quem noſſe, viuere: cui ſer
uire, regnare eſt: protege ab om-
nibus impugnationibus ſuppli-
ces tuos: vt qui in defenſione tua
confidimus, nullius hoſtilitatis
arma timeamus. Per dominũ.

¶ Miſſa pro vitanda mor-
talitate. Introitus.

Recordare domine te-
ſtamenti tui, ⁊ dic an-
gelo percutienti, ceſſet
iam manus tua, ⁊ non
deſoletur terra, ⁊ ne perdas om-
nem animam viuentem. pſalmus.
Qui regis Iſrael, intende: qui de
ducis velut ouem, Joſeph. ℣.
Gloria patri. Oratio.
Deus, qui non mortem, ſed
penitentiam deſideras pec
catorum: populum tuum ad te re
uertentem propitius reſpice: vt
dum tibi deuotus exiſtit, iracun-
die tue flagella ab eo amoueas.
Per dominum noſtrum.

Lectio libri Regum.

In diebus illis. Immiſit do 2.
minus peſtilentiã in Iſrael re.
de mane vſque ad tempus conſti 2.
tutum: ⁊ mortui ſunt ex populo, a
Dan vſq; Berſabee, ſeptuagin-
ta millia virorum. Cumque extẽ
diſſet manum ſuam angelus do-
mini ſuper Hieruſalẽ vt diſper
deret eam: miſertus eſt dominus
ſuper afflictionẽ populi ſui ⁊ ait
angelo percutienti. Sufficit nũc.
Contine manum tuam. Erat au-
tem angelus domini iuxta aream
Areuna Jebuſei. Dixitq; David
ad dominum: cum vidiſſet ange-
lum cedentẽ populũ. Ego ſum
qui peccaui: ego, qui inique egi:
Iſti qui oues ſunt, quid fecerũt?
Vertatur obſecro manus tua cõ-
tra me: ⁊ contra domum patris
mei. Venit autem Gad prophe-
ta ad David in die illa, ⁊ dixit ei.
Aſcende, ⁊ conſtitue altare domi
no in area Areuna Jebuſei. Et
aſcendit

aſcendit David, iuxta ſermonem Gad, quem pręceperat ei dominus. Et propitiatus eſt dñs terrę, ⁊ cohibita eſt plaga ab Iſrael. Graduale. Miſit dñs verbum ſuum, ⁊ ſanauit eos: ⁊ eripuit eos de morte eorum. ℣. Confiteantur domino miſericordię eius, ⁊ mirabilia eius filijs hominum. Alleluia, allã. ℣. Saluũ me fac deus, quoniam intrauerunt aquę vſqz ad animam meam, alleluia.

Tempore paſchali Graduale omittitur, ⁊ dicitur ſequens ℣. Saluabo populum meũ Iſrael in die malo: ⁊ ero eis in deum, in veritate ⁊ iuſtitia, alleluia.

Poſt Septuageſimã, Tractus. Domine, non ſecundum peccata noſtra, quę fecimus nos: neqz ſecundum iniquitates noſtras retribuas nobis. ℣. Domine ne memineris iniquitatuz noſtrarũ antiquaruz: cito anticipent nos miſericordię tuę, quia pauperes facti ſumus nimis. ℣. Adiuua nos deus ſalutaris noſter: ⁊ propter gloriã nominis tui dñe libera nos, ⁊ propitius eſto peccatis noſtris propter nomen tuum. Euange. Surgens Ieſus de ſynagoga introiuit in domum Simonis. In feria v. iij. Dñicę Quadra. f. 121. Offertorium. Stetit pontifex inter mortuos ⁊ viuos, habens thuribulum aureum in manu ſua, ⁊ offerens incenſi ſacrificium: placauit iram dei, ⁊ ceſſauit quaſſatio a domino. Secreta. Subueniat nobis dñe ſacrificij pręſentis oblatio: quę nos ⁊ ab erroribus vniuerſis potenter abſoluat, ⁊ a totius eripiat perditionis incurſu. Per dñm. Communio. Multitudo languentium, ⁊ qui vexabantur a ſpiritibus immundis, veniebant ad eũ: quia virtus de illo exibat, ⁊ ſanabat omnes. Poſtcom. Exaudi nos deus ſalutaris noſter: ⁊ populuz tuum ab iracundię tuę terroribus liberuz, miſericordię tuę fac largitate ſecurum. Per dominum noſtrum.

Miſſa pro infirmis.

Introitus.

Exaudi deus orationem meam, ⁊ ne deſpexeris deprecationem meam: intende in me, ⁊ exaudi me. pſalm. Contriſtatus ſum in exercitatione mea: ⁊ conturbatus ſum a voce inimici, ⁊ a tribulatione peccatoris. ℣. Gloria patri. Oratio. Omnipotens ſempiterne deus ſalus ęterna credentium, exaudi nos pro famulis tuis infirmis, pro quibus miſericordię tuę imploramus auxilium: vt reddita ſibi ſanitate, gratiarum tibi in eccleſia tua referant actiones. Per dominum noſtrum.

Lectio

Lectio epiſtole beati Ja-
cobi apoſtoli.

c.5. Fratres: Triſtatur aliquis
veſtrum? oret. Aequo ani-
mo eſt? pſallat. Infirmatur quis
in vobis? inducat preſbyteros
eccleſie, ⁊ orent ſuper eũ, vngen-
tes eum oleo in nomine domini.
Et oratio fidei ſaluabit infirmuꝫ,
⁊ alleuabit eum dominus: ⁊ ſi in
peccatis fuerit, dimittentur ei.
Confitemini ergo alterutruꝫ pec-
cata veſtra: ⁊ orate pro inuicem
vt ſaluemini. Graduale.
Miſerere mei domine, quoniam
infirmus ſuꝫ, ſana me domine. ℣.
Cõturbata ſunt omnia oſſa mea,
⁊ anima mea turbata eſt valde.
Alleluia, alleluia. ℣. Domine
exaudi orationem meam: ⁊ cla-
mor meus ad te veniat, alleluia.
Verſus tempore paſchali, ⁊ Tra-
ctus poſt Septuageſimaꝫ, vt ſu-
pra in miſſa tempore belli. f.617.
Euangelium. Cum introiſſet
Jeſus Capharnaum. vt in feria
quinta poſt diem cinerum. f.74.
Offertorium. Exaudi deus ora-
tionem meaꝫ, ⁊ ne deſpexeris de-
precationem meam: intende in
me, ⁊ exaudi me. Secreta.
Deus, ſub cuius nutibus vi-
te noſtre momenta decur-
runt, ſuſcipe preces ⁊ hoſtias fa-
mulorũ tuorũ, pro quibus egro-
tantibus miſericordiam tuaꝫ im-
ploramus: vt de quorum pericu-
lo metuimus, de eorum ſalute le-
temur. Per dominum noſtrum.
Communio. Illumina faciem
tuaꝫ ſuper ſeruum tuum, ⁊ ſaluuꝫ
me fac in tua miſericordia domi-
ne: non confundar, quoniam in-
uocaui te. Poſtcom.
Deus infirmitatis humane
ſingulare preſidiuꝫ: auxilij
tui ſuper infirmos famulos tuos
oſtende virtutem: vt ope miſeri-
cordie tue adiuti, eccleſie tue ſan-
cte incolumes repreſentari me-
reantur. Per dominum noſtruꝫ.
¶ Miſſa pro ſponſo ⁊ ſponſa.
Introitus.
Deus Iſrael coniun-
gat vos: ⁊ ipſe ſit
vobiſcum, qui miſer-
tus eſt duobus vni-
cis: ⁊ nunc domine
fac eos plenius be-
nedicere te. Pſal. Beati omnes
qui timent dominũ: qui ambulãt
in vijs eius. ℣. Gloria. Oratio.
Deus, qui tam excellẽti my-
ſterio, coniugaleꝫ copulaꝫ
cõſecraſti, vt Chriſti ⁊ eccleſie ſa-
cramentum preſignares in fede-
re nuptiarum: preſta queſumus:
vt quod noſtro miniſtratur offi-
cio: tua benedictione potius im-
pleatur. Per eundem dominuꝫ.
Lectio epiſtole beati Pauli
apoſtoli ad Epheſios.
Fratres: Mulieres viris c.5.
ſuis ſubdite ſint, ſicut domi-

no: quoniā vir caput eſt mulieris:
ſicut Chriſtus caput eſt eccleſię.
Ipſe, ſaluator corporis ei⁹. Sed
ſicut eccleſia ſubiecta eſt Chriſto:
ita ⁊ mulieres viris ſuis in omni/
bus. Viri, diligite vxores veſtras,
ſicut ⁊ Chriſtus dilexit eccleſiaꝫ,
⁊ ſeipſum tradidit pro ea: vt illaꝫ
ſanctificaret, mundans eam laua
cro aquę in verbo vitę, vt exhibe
ret ipſe ſibi glorioſam eccleſiam,
non habentem maculam, aut ru/
gam, aut aliquid huiuſmodi, ſed
vt ſit ſancta ⁊ immaculata. Ita ⁊
viri debent diligere vxores ſuas
vt corpora ſua. Qui ſuam vxorē
diligit: ſeipſum diligit. Nemo
enim unquam carnem ſuaꝫ odio
habuit: ſed nutrit ⁊ fouet eam, ſi/
cut ⁊ Chriſtus eccleſiam. Quia
membra ſumus corporis eius, de
carne eius ⁊ de oſſib⁹ eius. Pro/
pter hoc, relinquet homo patrem
⁊ matrem ſuam: ⁊ adhęrebit vxo
ri ſuę. Et erūt duo in carne vna.
Sacramentum hoc magnuꝫ eſt.
Ego autem dico in Chriſto ⁊ in
Eccleſia. Veruntamen ⁊ vos ſin
guli, vnuſquiſqꝫ vxorem ſuam ſi/
cut ſeipſum diligat: vxor autem
timeat virum ſuum. Graduale.
Vxor tua ſicut vitis abundans
in lateribus domus tuę. ℣. Filij
tui ſicut nouellę oliuarum in cir/
cuitu mēſę tuę. Alleluia, allā ℣.
Mittat vobis dn̄s auxiliū de ſan
cto: ⁊ de Sion tueatur vos, allā.

C Tēpore paſchali. Graduale
omittitur ⁊ additur ſequens ℣.
Benedicat vobis dominus ex
Sion, qui fecit cęlum ⁊ terram,
alleluia.
Poſt Septuageſimā. Tractus.
Ecce ſic benedicetur omnis ho
mo qui timet dn̄m. ℣. Benedi/
cat tibi dn̄s ex Sion: ⁊ videas
bona Hieruſalem omnibus die
bus vitę tuę. ℣. Et videas fili/
os filiorum tuorum: pax ſuper
Iſrael.

Sequentia ſancti euangelij
ſecundum Mattheū.

IN illo tēpore: Acceſſerūt ca.
ad Ieſum phariſęi tentan 19.
tes eum, ⁊ dicentes. Si licet ho/
mini dimittere vxorem ſuaꝫ qua/
cunqꝫ ex cauſa? Qui reſpondēs,
ait eis. Non legiſtis, quia qui fecit
hominem ab initio, maſculum ⁊
feminaꝫ fecit eos? Et dixit. Pro
pter hoc, relinquet homo patrem,
⁊ matrem, ⁊ adhęrebit vxori ſuę:
⁊ erunt duo in carne vna. Itaqꝫ
iam non ſunt duo: ſed vna caro.
Quod ergo deus coniunxit, ho/
mo non ſeparet. Offertorium.
In te ſperaui domine: dixi tu es
deus meus: in manibus tuis tem
pora mea. Secreta.
SVſcipe, quęſumus dn̄e, pro
ſacra connubij lege munus
oblatū: ⁊ cuius largitor es mune
ris, operis eſto diſpoſitor. Per
dominum noſtrum.

Completo. Pater noſter. Sacerdos antequã dicat. Libera nos queſumus domine. Stans in cornu Epiſtole, vertat ſponſum, ⁊ ſponſam ante altare genuflexos, dicit ſuper eos ſequentes orationes. Oremus.

PRopitiare dñe ſupplicationibꝰ noſtris: ⁊ inſtitutis tuis, quibꝰ propagationez humani generis ordinaſti, benignus aſſiſte: vt quod te auctore iungitur, te auxiliante ſeruetur. Per dominum noſtrum. Oremus.

DEus, qui poteſtate virtutis tuę de nihilo cũcta feciſti: qui diſpoſitis vniuerſitatis exordijs, homini ad imaginem dei facto, ideo inſeparabile mulieris adiutoriũ condidiſti, vt femineo corpori de virili dares carne principium, docens quod ex vno placuiſſet inſtitui, nunquã liceret diſiungi. Deus, qui tam excellenti myſterio coniugalẽ copulaz cõſecraſti: vt Chriſti ⁊ eccleſię ſacramentũ prẹſignares in fẹdere nuptiarum. Deus, per quẽ mulier iungitur viro, ⁊ ſocietas principaliter ordinata, ea benedictione donatur, quę ſola nec per originalis peccati pẹnam, nec per diluuij eſt ablata ſententiã. Reſpice propitius ſuper hanc famulam tuaz, quę maritali iungenda cõſortio, tua ſe expetit protectione muniri. Sit in ea iugum dilectionis ⁊ pacis: fidelis ⁊ caſta nubat in Chriſto, imitatrixque ſanctarum permaneat feminarum. Sit amabilis, vt Rachel viro ſuo. Sapiẽs, vt Rebecca. Longęua ⁊ fidelis, vt Sara. Nihil in ea ex actibꝰ ſuis ille auctor prẹuaricationis vſurpet. Nexa fidei, mandatiſqꝫ permaneat, vni thoro iuncta. Contactus illicitos fugiat. Muniat infirmitatem ſuam robore diſciplinę. Sit verecundia grauis, pudore venerabilis, doctrinis celeſtibus erudita. Sit fẹcunda in ſobole, ſit probata ⁊ innocens. Et ad beatorum requiem, atque ad celeſtia regna perueniat. Et videãt ambo filios filiorum ſuoruz, vſque ad tertiam ⁊ quartam generationem: ⁊ ad optatam perueniant ſenectutem. Per dominũ.

Tunc conuerſus ſacerdos ad altaris dicat. Libera nos: deinde frangat hoſtiam more ſolito, ⁊ proſequatur Miſſam. Communio.

Ecce ſic benedicetur omnis homo, qui timet dominuz: ⁊ videas filios filiorum tuorum: pax ſuper Iſrael. Poſtcom.

QVęſumꝰ omnipotẽs deus, inſtituta prouidẽtię tuę pio fauore comitare: ⁊ quos legitima ſocietate connectis, longęua pietate cuſtodi. Per dominum.

Poſt Ite miſſa eſt, Sacerdos antequam det benedictionẽ, conuerſus ad ſponſum ⁊ ſponſam dicat.

Deus

DEus Abrahã deꝰ Iſaac, ⁊ deus Iacob ſit vobiſcũ: ⁊ ipſe adimpleat benedictionem ſuam in vobis: vt videatis filios filiorum veſtrorum vſque ad tertiam ⁊ quartã generationem: ⁊ poſtea vitam ęternam habeatis ſine fine, adiuuante domino noſtro Ieſu Chriſto: qui cũ patre ⁊ ſpiritu ſancto, viuit ⁊ regnat, deus, per omnia ſecula ſeculorum. ℟. Amen.

¶ Moneat Sacerdos oratione graui, vt ſibimetipſis ſeruent fidem. Orationis tempore ⁊ pręſertim ieiuniorum ac ſolemnitatum, caſti maneant: ⁊ vir vxorem, atque vxor virum diligat: ⁊ in timore dei permaneant. Poſtea eos aſpergat: ⁊ det benedictionem: ⁊ dicat, vt ſolitum eſt, euangelium ſancti Ioannis. In principio erat verbũ. ⁊c.

¶ Orationes diuerſę dicendę in Miſſa ad libitũ Sacerdotis cũ iis quę in ꝓprijs Miſſis aſſignãtur, quando non eſt duplex.

Ad poſcenda ſuffragia ſanctorum. Oratio.

COncede, quęſumus omnipotens deus: vt interceſſio nos ſãctę dei genitricis Marię, ſanctorumq; omnium apoſtolorũ, martyrum, confeſſorum, atque virginum, ⁊ omnium electorum tuorum, vbique lętificet: vt dum eorum merita recolimus, patrocinia ſentiamus. Per eundẽ dominum. Secreta.

OBlatis dñe placare muneribus: ⁊ intercedentibus omnibus ſanctis tuis, a cunctis nos defende periculis. Per dominum noſtrum. Poſtcom.

SUmpſimus domine, beatę Marię ſemper virginis, ⁊ omnium ſanctorum tuorum memoriã recolentes, ſacramenta cęleſtia, pręſta, quęſumus: vt quod tẽporaliter gerimus, ęternis gaudijs conſequamur. Per domi.

Alia Oratio vt ſupra. Oratio.

A Cunctis nos, quęſumus domine mentis ⁊ corporis defende periculis: ⁊ intercedente beata ⁊ glorioſa ſemperq; virgine dei genitrice Maria, cum beatis apoſtolis tuis Petro ⁊ Paulo, atq; beato N. ⁊ omnibus ſanctis: ſalutem nobis tribue benignus, ⁊ pacem: vt deſtructis aduerſitatibus ⁊ erroribus vniuerſis, eccleſia tua ſecura tibi ſeruiat libertate. Per eundẽ dñm. Sec.

EXaudi nos deus ſalutaris noſter: vt per huius ſacramenti virtutem, a cũctis nos mentis ⁊ corporis hoſtibus tuearis, gratiam tribuens in pręſenti, ⁊ gloriam in futuro. Per dñm.

Poſtcom.

MUndet ⁊ muniat nos, quęſumus domine, diuini ſacra

menti munus oblatum: ⁊ intercedēte beata virgine dei genitrice Maria, cum beatis apoſtolis tuis Petro ⁊ Paulo, atq; beato N. ⁊ omnibus ſanctis: a cunctis nos reddat, ⁊ peruerſitatibus expiatos, ⁊ aduerſitatibus expeditos. Per eundem dominum noſtrū.

[illegible]. Oratio.

Omnipotens ſēpiterne deus, cuius ſpiritu totum corpus Eccleſie ſanctificatur ⁊ regitur: exaudi nos pro vniuerſis ordinib⁹ ſupplicantes: vt gratie tue munere, ab omnib⁹ tibi gradibus fideliter ſeruiatur. Per dñm. in vnitate eiuſdem. Secreta.

Da famulis tuis domine indulgentiā peccatoꝝ, conſolationem vite, gubernationem perpetuam: vt tibi ſeruientes, ad tuam iugiter miſericordiam peruenire mereātur. Per dominū.

Poſtcom.

Libera, queſumus domine, a peccatis ⁊ hoſtib⁹ tibi famulos ſupplicantes: vt in ſancta conuerſatione viuentes, nullis afficiantur aduerſis. Per dñm.

Pro Papa. Oratio.

Deus omnium fidelium paſtor ⁊ rector, famulū tuū N. quem paſtorē eccleſie tue preeſſe voluiſti, propitius reſpice: da ei, queſumus, verbo ⁊ exemplo quibus preeſt, proficere: vt ad vitam vna cum grege ſibi credito perueniat ſempiternā. Per dominum noſtrum. Secreta.

Oblatis, queſumus domine, placare muneribus: ⁊ famulum tuum N. quem paſtorem eccleſie tue preeſſe voluiſti, aſſidua protectione guberna. Per dominum noſtrum. Poſtcom.

Haec nos, queſumus domine, diuini ſacramēti perceptio protegat: ⁊ famulum tuum N. quem paſtorē eccleſie tue eſſe voluiſti, vnà cum cōmiſſo ſibi grege ſaluet ſemper, ⁊ muniat. Per dominum noſtrum.

Pro Imperatore. Oratio.

Deus regnorum omniū, ⁊ Chriſtiani maxime protector imperij: da ſeruo tuo imperatori noſtro N. triumphum virtutis tue ſcienter excolere: vt qui tua cōſtitutione eſt princeps, tuo ſemper munere ſit potens. Per dominum noſtrum. Secreta.

Suſcipe domine preces ⁊ hoſtias eccleſie tue pro ſalute famuli tui ſupplicantis: ⁊ in protectione fidelium populorū, antiqua brachij tui operare miracula, vt ſuperatis pacis inimicis, ſecura tibi ſeruiat Chriſtiana libertas. Per dominum. Poſtcom.

Deus, qui ad predicandum eterni regis euangeliū, Romanū imperium preparaſti: pretende famulo tuo imperatori noſtro N. arma celeſtia: vt pax eccleſiarum

ſiarum nulla turbetur tempeſta/te bellorum. Per dominum.

Pro Rege Oratio.

QUeſumus omnipotens deus: vt famulus tuus N. rex noſter, qui tua miſeratione ſuſcepit regni gubernacula, virtutum etiā omnium percipiat incrementa: quibus decenter ornatus, ꝛ vitiorum monſtra deuitare, ꝛ ad te, qui via, veritas ꝛ vita es, gratioſus valeat peruenire. Per dominum noſtrum.

Secreta.

MUnera, queſumus domine, oblata ſanctifica: vt ꝛ nobis vnigeniti tui corpus ꝛ ſanguis fiant: ꝛ regi noſtro ad obtinendam anime corporiſq; ſalutem, ꝛ ad peragendum iniunctum officium, te largiente, vſquequaque proficiant. Per eundē dn̄m.

Poſtcom.

HAec domine oblatio ſalutaris famulum tuum N. regē noſtrum ab omnibus tueatur aduerſis: quatenus eccleſiaſtice pacis obtineat tranquillitatem: ꝛ poſt iſtius temporis decurſū, ad eternam perueniat hereditatem. Per dominum noſtrum.

Pro prelatis, ꝛ congregationibus eis commiſſis. Oratio.

OMnipotēs ſempiterne deus, qui facis mirabilia magna ſolus: pretende ſuper famulos tuos, ꝛ ſuper congregationes illis commiſſas, ſpiritum gratie ſalutaris: ꝛ, vt in veritate tibi placeant, perpetuum eis rorem tue benedictionis infunde. Per dominum noſtrum.

Secreta.

HOſtias domine famulorū tuorum placatus intēde: ꝛ quas in honorē nominis tui deuota mente pro eis celebramus, proficere ſibi ſentiant ad medelam. Per dominum.

Poſtcom.

QUos celeſti recreas munere, perpetuo domine comitare preſidio: ꝛ quos fouere nō deſinis, dignos fieri ſempiterna redemptione cōcede. Per dn̄m.

Pro cōgregatione ꝛ familia.

Oratio.

DEfende, queſum⁹ domine beata Maria ſemper virgine intercedente, iſtam ab omni aduerſitate familiam: ꝛ toto corde tibi proſtratam ab hoſtium propitius tuere clemēter inſidijs. Per dominum.

Secreta.

SUſcipe, queſumus, clementer omnipotens deus, oblationem noſtre deuotionis: ꝛ per virtutem huius ſacramenti, famulos tuos a cunctis protege aduerſitatibus. Per dominum.

Poſtcom.

SUmptis redemptionis noſtre muneribus: preſta, queſumus, omnipotens deus; eorū nobis celebratione tue protectionis contra omnes aduerſitates ſubſidium. Per dominum.

Pro concordia in congregatione ſeruanda. Oratio.

DEus largitor pacis, ꝛ amator charitatis: da famulis tuis veram cum tua voluntate concordiam: vt ab omnibus, quę nos pulſant tentationibꝰ liberemur. Per dominum. **Secreta.**

HIs ſacrificijs, domine, quęſumus, concede placatus: vt qui proprijs oramus abſolui delictis, non grauemur externis. Per dominum noſtrum.

Poſtcom.

SPiritum nobis domine tuę charitatis infunde: vt quos vno pane cęleſti ſatiaſti, tua facias pietate concordes. Per dominum. in vnitate eiuſdem.

Contra perſecutores Eccleſię. Oratio.

ECcleſię tuę, quęſumus domine, preces placatus admitte: vt deſtructis aduerſitatibus, ꝛ erroribus vniuerſis, ſecura tibi ſeruiat libertate. Per dominum noſtrum. **Secreta.**

PRotege nos domine tuis myſterijs ſeruientes: vt diuinis rebus inhęrentes, ꝛ corpore tibi famulemur, ꝛ mente. Per dominum. **Poſtcom.**

QUęſumus, domine deus noſter: vt quos diuina tribuis participatione gaudere, humanis non ſinas ſubiacere periculis. Per dominum noſtrum.

Contra perſecutores, ꝛ male agentes. Oratio.

HOſtium noſtrorum, quęſumus, dñe, elide ſuperbiam: ꝛ eoꝝ contumaciam dexterę tuę virtute proſterne. Per dominum noſtrum. **Secreta.**

HUius domine virtute myſterij: ꝛ a proprijs mundemur occultis, ꝛ ab inimicorum liberemur inſidijs. Per dominum.

Poſtcom.

PRotector noſter, aſpice deus: ꝛ ab inimicorum nos defende periculis: vt omni perturbatione ſemota, liberis tibi mentibus ſeruiamus. Per dominum.

Tempore belli Oratio.

OMnipotens, ꝛ miſericors deus, a bellorum nos, quęſumus, turbine fac quietos: quia nobis bona cuncta pręſtabis, ſi pacem dederis mentis, ꝛ corporis. Per dominum. **Secreta.**

SAcrificium domine, quod immolamus, placatus intende: vt ꝛ ab omni nos bellorum eruat nequitia, ꝛ in tuę protectionis ſecuritate conſtituat. Per dominum. **Poſtcom.**

SAcro ſancti corporis, ꝛ ſanguinis domini noſtri Ieſu Chriſti refectione vegetati: ſupplices te rogamus omnipotens deus: vt hoc remedio ſingulari, ab omnium peccatorum nos contagione purifices: ꝛ a periculo-

rum

rum miniſas incurſione cunctorum. Per eundem dominum.

Pro quacunque neceſſitate, ⁊ re obtinenda. Oratio.

DEus refugium noſtruꝫ. ⁊ virtus: adeſto pijs eccleſię tuę precibus auctor ipſe pietatis, ⁊ pręſta: vt quod fideliter petimus, efficaciter conſequamur. Per dominum. Secrete.

DA miſericors deus: vt hec ſalutaris oblatio, ⁊ a proprijs nos reatibus indeſinenter expediat, ⁊ ab omnibus tueatur aduerſis. Per dñm. Poſtcom.

SUmpſimus dñe ſacri dona myſterij, humiliter deprecantes: vt quę in tui commemoratione nos facere pręcepiſti, in noſtrę proficiant infirmitatis auxilium. Qui viuis ⁊ regnas.

Pro quacunque tribulatione Oratio.

NE deſpicias, omnipotens deus, populum tuum in afflictione clamãtẽ: ſed propter gloriam nominis tui, tribulatis ſuccurre placatus. Per dñm. Sec.

SUſcipe domine propitius hoſtias, quibus ⁊ te placari voluiſti, ⁊ nobis ſalutem potenti pietate reſtitui. Per dominum.

Poſtcom.

TRibulationem noſtrã, quęſumus dñe, propitius reſpice: ⁊ iram tuę indignationis, quã iuſte meremur, auerte. Per dñꝫ.

Tempore famis ⁊ peſtis. Oro.

DA nobis, quęſumus dñe, pię ſupplicationis effectũ: ⁊ peſtilentiam, famemque propitiatus auerte: vt mortalium corda cognoſcãt, ⁊ te indignante talia flagella prodire, ⁊ te miſerante ceſſare. Per dominum.

Si pro peſte aut fame tantum Miſſa dicatur, alterum omittat: et in fine dicatur tale flagellum.

Secreta.

DEus, qui humani generis vtranqꝫ ſubſtantiam, pręſentium munerum ⁊ alimento vegetas, ⁊ renouas ſacramento: tribue quęſumus: vt eoruꝫ ⁊ corporibus noſtris ſubſidium non deſit, ⁊ mẽtibꝰ. Per dñꝫ. Poſtcõ.

GUberna, quęſumus domine, temporalibus alimẽtis: quos dignaris ęternis informare myſterijs. Per dominum.

Ad pluuiam petendam. Oratio.

DEus, in quo viuimus, mouemur, ⁊ ſumus: pluuiaꝫ nobis tribue congruentem: vt pręſentibus ſubſidijs ſufficienter adiuti, ſempiterna fiducialius appetamus. Per dñm. Secreta.

OBlatis, quęſumus domine, placare muneribꝰ: ⁊ opportunã nobis tribuę pluuię ſufficientis auxiliuꝫ. Per dominum.

Poſtcom.

DA nobis, quęſumus domine, pluuiam ſalutarẽ, ⁊ ari

dam terrę faciem fluentis celeſti bus dignanter infunde. Per dominum noſtrum.

Ad ſerenitatem petendam. Oratio.

AD te nos dñe clamantes exaudi: ⁊ aeris ſerenitatem nobis tribue ſupplicantibus: vt qui iuſte pro peccatis noſtris affligimur, miſericordia tua preueniente, clementiam ſentiamus. Per dominum.

Secreta

PReueniat nos, quęſumus domine, gratia tua ſemper, ⁊ ſubſequatur: ⁊ has oblationes, quas pro peccatis noſtris nomini tuo conſecrandas deferimus, benignus aſſume: vt per interceſſionem ſanctorum tuorum, cunctis nobis proficiant ad ſalutem. Per dominum.

Poſtcom.

QUęſumus omnipotēs deus clementiam tuā: vt inundātias coerceas imbriū, ⁊ hilaritatē vultus tui nobis impertiri digneris. Per dominum.

Ad tempeſtates repellendas. Oratio.

A Domo tua, quęſumus domine, ſpiritales nequitię repellantur: ⁊ aerearum diſcedat malignitas tempeſtatum. Per dominum noſtrum.

Secreta.

OFferimus tibi domine laudes ⁊ munera, pro cōceſſis beneficijs gratias referentes, ⁊ pro cōcedendis ſemper ſupplici ter deprecantes. Per dominum.

Poſtcom.

OMnipotēs ſempiterne deus, qui nos ⁊ caſtigando ſanas, ⁊ ignoſcendo conſeruas: preſta ſupplicibus tuis: vt ⁊ tranquillitatibus huius optatę cōſolationis lętemur, ⁊ dono tuę pietatis ſemper vtamur. Per dominum.

Pro peſte animalium. Oratio.

DEus, qui laboribus hominum, etiam de mutis animalibus ſolatia ſurrogaſti: ſuppliciter te rogamus: vt ſine quibus nō alitur humana cōditio, noſtris facias uſibus non perire. Per dominum noſtrum.

Secreta.

SAcrificijs domine placatus oblatis, opem tuam noſtris temporibus clementer impende. Per dominum.

Poſtcom.

BEnedictionem tuam dñe populus fidelis accipiat: qua corpore ſaluetur ⁊ mente: ⁊ congruam tibi ſemper exhibeat ſeruitutem: ⁊ propitiationis tuę beneficia ſemper inueniat. Per dñm.

Pro remiſſione peccatorum. Oratio.

DEus qui nullū reſpuis, ſed quātumuis peccantibus, per penitentiā pia miſeratione placaris: reſpice ꝓpitius ad preces humilitatis noſtrę: ⁊ illumina corda noſtra: vt tua valeamus implere precepta. Per dñm.

Secreta.

PReſens ſacrificium domine, quod tibi ꝑ delictis noſtris

ſtris offerimus,ſit tibi munus acceptum: & tam viuentibus, quã defunctis proficiat ad ſalutem. Per dominum.

Poſtcom.

Exaudi preces familię tuę omnipotens deus: & pręſta: vt ſancta hęc, quę a te ſumpſimus, incorrupta in nobis te donante ſeruentur. Per dominũ.

Pro petitione lachrymarũ.

Oratio.

Omnipotẽs,& mitiſſime deus, qui ſitienti populo fontem viuentis aquę de petra produxiſti: educ de cordis noſtri duritia compunctionis lachrymas: vt peccata noſtra plãgere valeamus, remiſſionemq; peccatorũ, te miſerante, mereamur accipere. Per dominum.

Secreta.

Hanc oblationẽ, quęſum⁹ domine deus, quã tuę maieſtati pro peccatis noſtris offerimus, reſpice propitius: & produc de oculis noſtris lachrymarum flumina: quibus debita flammarum incendia valeant extingui. Per dominum noſtrum.

Poſtcom.

Gratiam ſpiritus ſancti domine deus cordibus noſtris clementer infunde: quę nos gemitibus lachrymarum efficiat maculas noſtrorũ diluere peccatorum: atque optatę nobis, te largiente, indulgentię pręſtet effectũ. Per dñm. in vnitate eiuſdẽ.

Pro tribulatione peccatorũ.

Oratio.

Ineffabilẽ miſericordiam tuã nobis domine clementer oſtende: vt ſimul nos & a peccatis omnibus exuas: & a pęnis, quas pro his meremur, eripias. Per dominum.

Secreta.

Purificet nos, quęſum⁹ domine, & muneris pręſentis oblatio: & dignos ſacra participatione perficiat. Per dominum.

Poſtcom.

Preſta, quęſumus domine: vt terrenis affectib⁹ expiati: ad ſuperni plenitudinem ſacramenti, cuius libauimus ſancta, tendamus. Per dominum noſtrũ.

Pro deuotis amicis. Oratio.

Deus, qui charitatis dona per gratiã ſancti ſpiritus tuorum cordibus fideliũ infudiſti: da famulis & famulabus tuis, pro quibus tuã deprecamur clementiam, ſalutẽ mentis & corporis: vt te tota virtute diligant, & quę tibi placita ſunt, tota dilectione perficiant. Per dominum. in vnitate eiuſdem.

Secreta.

Miſerere, quęſumus domine, famulis & famulabus tuis, pro quibus hoc ſacrificium laudis tuę offerimus maieſtati: vt per hęc ſancta, supernę benedictionis gratiam obtineãt, & gloriam ęternę beatitudinis acquirant. Per dominum.

Poſtcom.

Poſtcom.

Diuina libantes myſteria, quęſumus dñe: vt hęc ſalutaria ſacramēta illis proficiāt ad proſperitatem ⁊ pacem, pro quoruꝫ, quarumqꝫ dilectione, hęc tuę obtulimus maieſtati. Per dñm.

Pro inimicis. Oratio.

Deus pacis, charitatiſque amator ⁊ cuſtos: da omnibus inimicis noſtris pacem charitatemque veram: cunctorumqꝫ eis remiſſionem tribue peccatorum: noſqꝫ ab eorum inſidijs potenter eripe. Per dñꝫ. Secreta.

Oblatis, quęſumus dñe placare muneribus: ⁊ nos ab inimicis noſtris clementer eripe: eiſqꝫ indulgētiam tribue delictorum. Per dominum. Poſtcom.

Haec nos cōmunio domine eruat a delictis: ⁊ ab inimicorū defendat inſidijs. Per dñꝫ.

Pro iter agentibus. Oratio.

Adeſto domine ſupplicationibus noſtris, ⁊ viā famulorum tuorum in ſalutis tuę proſperitate diſpone: vt inter omnes vię ⁊ vitę huius varietates, tuo ſemper protegantur auxilio. Per dominum. Secreta.

Propitiare dñe ſupplicationibus noſtris, ⁊ has oblationes, quas tibi offerimus pro famulis tuis benignus aſſume: vt viam illoruꝫ, ⁊ pręcedente gratia tua dirigas, ⁊ ſubſequente comitari digneris: vt de actu atque incolumitate eoꝝ, ſecundum miſericordię tuę pręſidia gaudeamus. Per dominum. Poſtcom.

Tua domine, famulos tuos ſperantes in te, quę ſumpſimus ſacramenta cuſtodiant: ⁊ cōtra omnes aduerſus tueantur incurſus. Per dominum noſtrum.

Pro nauigantibus. Oratio.

Deus, qui trāſtuliſti patres noſtros per mare rubruꝫ, ⁊ tranſuexiſti eos per aquam nimiam, laudem tui nominis decantātes: te ſupliciter deprecamur: vt in naui famulos tuos, repulſis aduerſitatibus, portu ſemper optabili, curſuqꝫ tranquillo tuearis. Per dominum. Secreta.

Suſcipe, quęſumus domine preces famulorum tuoruꝫ, cum oblationibus hoſtiarum: ⁊ tua myſteria celebrantes, ab omnibus defende periculis. Per dominum noſtrum. Poſtcom.

Sanctificati diuino myſterio, maieſtatem tuam domine ſuppliciter deprecamur, ⁊ petimus: vt, quos donis facis celeſtibus intereſſe, per ſignum ſanctę Crucis ⁊ a peccatis omnibus abſtrahas, ⁊ a periculis cunctis miſeratus eripias. Per dominum.

Pro infirmis. Oratio.

Omnipotēs ſēpiterne deus, ſalus ęterna credentiuꝫ: exaudi nos pro infirmis famulis

tuis pro quibus miſericordie tue imploramus auxilium: vt reddita ſibi ſanitate, gratiarum tibi in eccleſia tua referãt actiones. Per dominum noſtrum. Secreta.

DEus, ſub cuius nutibus vite noſtre momenta decurrunt: ſuſcipe preces et hoſtias famulorum tuorum, pro quibus miſericordiam tuam egrotantibus imploramus: vt de quorum periculo metuimus, de eorum ſalute letemur. Per dominũ. Poſtcõ.

DEus, infirmitatis humane ſingulare preſidium, auxilij tui ſuper infirmos famulos tuos oſtende virtutem: vt ope miſericordie tue adiuti, eccleſie tue ſancte incolumes repreſentari mereantur. Per dominum noſtrum.

Pro conſtituto in carcere. Oro.

DEus, qui beatum Petrũ a vinculis abſolutũ illeſum abire feciſti: famuli tui in captiuitate poſiti vincula abſolue: et eius ipſius meritis illeſum abire concede. Per dominum. Secreta.

SUper has, queſumus dñe, hoſtias benedictio copioſa deſcendat: que captiui noſtri vincula ſoluat, et de eius liberatione nos cito letificet. Per dominum.

Poſtcom.

PReces noſtras, queſumus dñe, clemẽter exaudi: et per hec ſacramenta que ſumpſimus, famulum tuum a vinculis ſue captiuitatis abſolue. Per dñm.

Pro tentatis et tribulatis. Oratio.

DEus, qui iuſtificas impiũ, et nõ vis mortẽ peccatorũ: maieſtatẽ tuã ſuppliciter deprecamur: vt famulos tuos de tua miſericordia confidentes, celeſti protegas benignus auxilio, et aſſidua protectione conſerues: vt tibi iugiter famulentur, et nullis tentationibus a te ſeparentur. Per dominum. Secreta.

HUius, queſumus domine, virtute myſterij, et a proprijs nos munda delictis, et famulos tuos ab omnibus abſolue peccatis. Per dñm. Poſtcom.

PUrificẽt nos, queſumus domine, ſacramenta que ſumpſimus: et famulos tuos ab omni culpa liberos eſſe cõcede: vt qui conſcientie reatu cõſtringuntur, celeſtis remedij plenitudine glorientur. Per dominum noſtrum.

Ad repellendas malas cogitationes. Oratio.

OMnipotẽs et mitiſſime deus, reſpice propitius preces noſtras, et libera corda noſtra de malarum tentationibus cogitationum: vt ſancti ſpiritus dignum fieri habitaculũ mereamur. Per dñm. in vnitate eiuſdẽ. Secreta.

HAs tibi dñe offerimus oblationes pro ſalute noſtra: quatenus animas noſtras ab immundis

dis cogitationibus purges, illeſaſque cuſtodias: et ſancti ſpiritus gratia illuminare digneris. Per dñm. in unitate eiuſdẽ. Poſtcom.

Deus, qui illuminas omnẽ hominem venientẽ in hũc mundum: illumina quęſumus corda noſtra gratię tuę ſplẽdore: vt digne maieſtati tuę miniſtrare, teque ęterna charitate diligere valeamus. Per dominum noſtrum.

Ad poſtulandam charitatem.

Oratio.

Deus, qui diligẽtibus te facis cũcta prodeſſe: da cordib⁹ noſtris inuiolabilem tuę charitatis affectum: vt deſideria de tua inſpiratione concepta, nulla poſſint tentatione mutari. Per dominum noſtrum. Secreta.

Deus, qui nos ad imaginẽ tuam ſacramẽtis renouas et pręceptis: perfice greſſus noſtros in ſemitis tuis: vt charitatis donum, quod feciſti a nobis ſperari: per hęc quę offerimus ſacrificia facias apprehẽdi. Per dominum noſtrum. Poſtcom.

Sancti ſpiritus gratia, quęſumus domine, corda noſtra illuminet: et perfectę charitatis dulcedine abundãter reficiat. Per dñm. in unitate eiuſdem.

Ad poſtulandam patientiam.

Oratio.

Deus, qui vnigeniti tui patientia antiqui hoſtis cõtriuiſti ſuperbiam: da nobis, quęſumus, quę idem pie pro nobis pertulit, digne recolere: ſicque exemplo eius, nobis aduerſantia ęquanimiter tolerare. Per eundem dominum noſtrum. Secreta.

Munera noſtrę oblationis, quęſumus dñe, placatus ſuſcipe: quę, vt nobis patientię donum condonare digneris, maieſtati tuę deuota offerimus actione. Per dñm. Poſtcom.

Sacroſancta domine ſumẽtes myſteria, amiſſam nobis, quęſumus, reconcilient gratiam: atque munus patientię in illatis omnib⁹, ſemper et vbique protegendo, impertiant. Per dñm.

Ad poſtulandam continẽtiam.

Oratio.

Ure igne ſancti ſpiritus renes noſtros, et cor noſtrum, domine: vt tibi caſto corpore ſeruiamus, et mundo corde placeamus. Per dominum. in vnitate eiuſdem. Secreta.

Dirũpe dñe vincula peccatorũ noſtrorum: vt ſacrificare tibi hoſtiam laudis abſoluta libertate poſſimus, retribue quę ante tribuiſti: et ſalua nos per indulgentiam, quos dignatus es ſaluare per gratiam. Per dñm.

Poſtcom.

Domine adiutor et protector noſter, adiuua nos: et refloreat caro noſtra vigore pudicitię,

tię, ⁊ ſanctimonię nouitate: ereptamque de manu tartari in reſurrectionis gaudiu3 iubeas pręſentari. Per dominum noſtrum.

Pro ſalute viuorum. Oratio.

PReſtende domine fidelibus tuis dexteram cęleſtis auxilij: vt te toto corde perquirant, ⁊ quę digne poſtulãt conſequi mereãtur. Per dominum noſtrum.

Secreta.

PRopitiare domine ſupplicationibus noſtris: ⁊ has oblationes fidelium tuoꝝ quas tibi pro incolumitate eorum offerimus benignus aſſume: ⁊ vt nullius ſit irritu3 votum, nullius vacua poſtulatio: pręſta quęſumus: vt quod fideliter petimus efficaciter conſequamur. Per dominum noſtrum. Poſtcom.

DA fidelibus tuis, quęſumus domine, in tua fide ⁊ ſynceritate conſtantiam: vt in charitate diuina firmati, nullis tentationibus ab eius integritate vellantur. Per dominum noſtrum.

Pro viuis ⁊ defunctis.

Oratio.

OMnipotẽs ſempiterne deus, qui viuoru3 dominaris ſimul ⁊ mortuorum: omniumq3 miſereris, quos tuos fide ⁊ opere futuros eſſe pręnoſcis: te ſupplices exoramus: vt pro quibus effundere preces decreuimus: quoſque vel pręſẽs ſeculum adhuc in carne retinet, vel futurum iam exutos corpore ſuſcepit: intercedẽtibus omnibus ſanctis tuis: pietatis tuę clementia, omnium delictorum ſuorũ veniam conſequantur. Per dominum noſtrũ Jeſum Chriſtum filiu3 tuum.

Secreta.

DEus, cui ſoli cognitus eſt numerus electorum in ſuperna felicitate locandus: tribue quęſumus: vt intercedentibus omnibus ſanctis tuis, vniuerſorũ quos in oratione commendatos ſuſcepimus, ⁊ omnium fidelium nomina beatę prędeſtinationis liber aſcripta retineat. Per dominu3 noſtrum Jeſum Chriſtũ.

Poſtcom.

PUrificẽt nos, quęſumus omnipotẽs, ⁊ miſericors deus, ſacramenta quę ſumpſimus: ⁊ intercedentibus omnibus ſanctis tuis, pręſta: vt hoc tuum ſacramentum non ſit nobis reatus ad penã, ſed interceſſio ſalutaris ad veniam: ſit ablutio ſcelerum, ſit fortitudo fragiliũ, ſit contra omnia mundi pericula firmamentũ: ſit viuorum atque mortuorum fidelium, remiſſio omniu3 delictorum. Per dominum noſtrũ Jeſum Chriſtum filium tuum, qui tecum viuit, ⁊ regnat in vnitate ſpiritus ſancti deus, per omnia ſecula ſeculorum. ℞. Amen.

Proprium

Proprium Miſſarum

Pro Defunctis.

¶ Miſſa in Cōmemoratione omnium fideliū defunctorum. Introitus.



Requiem ęternam dona eis domine, ⁊ lux perpetua luceat eis. Pſalm. Te decet hymnus deus in Sion, ⁊ tibi reddetur votum in Hieruſalē: exaudi orationem meam, ad te omnis caro veniet. Deinde abſolute repetitur. R. equiem. uſqz ad pſalmum. Oratio.

Fidelium, deus omnium conditor ⁊ redēptor, animabus famulorū famularumque tuarum, remiſſionem cunctorum tribue peccatorum: vt indulgentiam, quam ſemper optauerunt, pijs ſupplicationibus cōſequantur. Qui viuis, ⁊ regnas cum deo patre in vnitate ſpiritus ſancti deus: per omnia ſecula ſeculorum. R. Amen.

Lectio epiſtole beati Pauli apoſtoli ad Corinthios.

1.C. Fratres: Ecce myſterium
16. vobis dico. Omnes quidē reſurgemus: ſed non omnes immutabimur. In momēto, in ictu oculi, in nouiſſima tuba (canet enim tuba) ⁊ mortui reſurgēt incorrupti: ⁊ nos immutabimur. Oportet enim corruptibile hoc, induere incorruptionem: ⁊ mortale hoc, induere immortalitatē. Cum autem mortale hoc, induerit immortalitatem: tunc fiet ſermo qui ſcriptus eſt. Abſorpta eſt mors in victoria. Ubi eſt mors victoria tua? vbi eſt mors ſtimulus tuus? Stimulus autem mortis, peccatum eſt: virtus vero peccati, lex. Deo autem gratias, qui dedit nobis victoriam per Ieſuz Chriſtum dominum noſtrum.

Graduale. R. equiem ęternam dona eis domine: ⁊ lux perpetua luceat eis. V. In memoria ęterna erit iuſtus: ab auditione mala non timebit. Tractus. Abſolue domine animas omniū fidelium defunctorū ab omni vinculo delictorum. V. Et gratia tua illis ſuccurrente, mereantur euadere iudicium vltionis. V. Et lucis ęternę beatitudinę perfrui.

Requiem

Sequentia.

Dies irę, dies illa,
Soluet ſeclum in fauilla:
Teſte Dauid cum Sibylla.
Quantus tremor eſt futurus,
Quando iudex eſt venturus,
Cuncta ſtricte diſcuſſurus.
Tuba mirum ſpargens ſonum,
Per ſepulchra regionum,
Coget omnes ante thronum.
Mors ſtupebit & natura,
Cum reſurget creatura,
Iudicanti reſponſura.
Liber ſcriptus proferetur,
In quo totum continetur,
Unde mundus iudicetur.
Iudex ergo cum ſedebit,
Quicquid latet apparebit:
Nil inultum remanebit.
Quid ſum miſer tunc dicturus?
Quem patronum rogaturus?
Dum vix iuſtus ſit ſecurus.
Rex tremendę maieſtatis,
Qui ſaluandos ſaluas gratis,
Salua me fons pietatis.
Recordare Ieſu pie,
Quod ſum cauſa tuę vię,
Ne me perdas illa die.
Quęrens me, ſediſti laſſus:
Redemiſti, crucem paſſus:
Tantus labor non ſit caſſus.
Iuſte iudex vltionis,
Donum fac remiſſionis
Ante diem rationis.
Ingemiſco, tanquam reus:
Culpa rubet vultus meus:
Supplicanti parce deus.
Qui Mariam abſoluiſti,
Et latronem exaudiſti:
Mihi quoqꝫ ſpem dediſti.
Preces meę non ſunt dignę:
Sed tu bonus fac benigne,
Ne perenni cremer igne.
Inter oues locum pręſta:
Et ab hędis me ſequeſtra,
Statuens in parte dextra.
Confutatis maledictis,
Flammis acribus addictis:
Voca me cum benedictis.
Oro ſupplex & acclinis:
Cor contritum quaſi cinis:
Gere curam mei finis.
Lachrymoſa dies illa,
Qua reſurget ex fauilla
Iudicandus homo reus.
Huic ergo parce deus.
Pie Ieſu domine,
Dona eis requiem. Amen.

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Ioannem.



IN illo tempore: Dixit Ieſus diſcipulis ſuis & turbis Iudęorum. Amen amen dico vobis: quia venit hora, & nunc eſt, quando mortui audient vocē filij dei: & q audierint, viuēt. Sicut eni pater habet vitā in ſemet ipſo: ſic dedit & filio vitam habere in ſemet ipſo: & poteſtatem dedit ei iudicium facere, quia filius hominis c. 5.

menti munus oblatum: & intercedẽte beata virgine dei genitrice Maria, cum beatis apoſtolis tuis Petro & Paulo, atq; beato N. & omnibus ſanctis: a cunctis nos reddat, & peruerſitatibus expiatos, & aduerſitatibus expeditos. Per eundem dominum noſtrũ.

[illegible] Oratio.

Omnipotens ſẽpiterne deus, cuius ſpiritu totum corpus Eccleſie ſanctificatur & regitur: exaudi nos pro vniuerſis ordinibus ſupplicantes: vt gratie tue munere, ab omnibus tibi gradibus fideliter ſeruiatur. Per dñm. in vnitate eiuſdem. Secreta.

Da famulis tuis domine indulgentiam peccatorum, conſolationem vite, gubernationem perpetuam: vt tibi ſeruientes, ad tuam iugiter miſericordiam peruenire mereãtur. Per dominũ.

Poſtcom.

Libera, queſumus domine, a peccatis & hoſtibus tibi famulos ſupplicantes: vt in ſancta conuerſatione viuentes, nullis afficiantur aduerſis. Per dñm.

Pro Papa. Oratio.

Deus omnium fidelium paſtor & rector, famulum tuum N. quem paſtorẽ eccleſie tue preeſſe voluiſti, propitius reſpice: da ei, queſumus, verbo & exemplo quibus preeſt, proficere: vt ad vitam vna cum grege ſibi credito perueniat ſempiternã. Per dominum noſtrum. Secreta.

Oblatis, queſumus domine, placare muneribus: & famulum tuum N. quem paſtorem eccleſie tue preeſſe voluiſti, aſſidua protectione guberna. Per dominum noſtrum. Poſtcom.

Haec nos, queſumus domine, diuini ſacramẽti perceptio protegat: & famulum tuum N. quem paſtorem eccleſie tue eſſe voluiſti, vnà cum cõmiſſo ſibi grege ſaluet ſemper, & muniat. Per dominum noſtrum.

Pro Imperatore. Oratio.

Deus regnorum omniũ, & Chriſtiani maxime protector imperii: da ſeruo tuo imperatori noſtro N. triumphum virtutis tue ſcienter excolere: vt qui tua cõſtitutione eſt princeps, tuo ſemper munere ſit potens. Per dominum noſtrum. Secreta.

Suſcipe domine preces & hoſtias eccleſie tue pro ſalute famuli tui ſupplicantis: & in protectione fidelium populorum, antiqua brachii tui operare miracula, vt ſuperatis pacis inimicis, ſecura tibi ſeruiat Chriſtiana libertas. Per dominum. Poſtcom.

Deus, qui ad predicandum eterni regis euangeliũ, Romanum imperium preparaſti: pretende famulo tuo imperatori noſtro N. arma celeſtia: vt pax eccleſiarum

ſtiarum nulla turbetur tempeſta/ te bellorum. Per dominum.

Pro Rege Oratio.

Queſumus omnipotens deus: vt famulus tuus N. rex noſter, qui tua miſeratione ſuſcepit regni gubernacula, virtutum etiã omnium percipiat incrementa: quibus decenter ornatus, ⁊ vitiorum monſtra deuitare, ⁊ ad te, qui via, veritas ⁊ vita es, gratioſus valeat peruenire. Per dominum noſtrum.

Secreta.

Munera, queſumus domine, oblata ſanctifica: vt ⁊ nobis vnigeniti tui corpus ⁊ ſanguis fiant: ⁊ regi noſtro ad obtinendam anime corporiſq; ſalutem, ⁊ ad peragendum iniunctum officium, te largiente, vſquequaque proficiant. Per eundem dñm.

Poſtcom.

Hec domine oblatio ſalutaris famulum tuum N. regẽ noſtrum ab omnibus tueatur aduerſis: quatenus eccleſiaſtice pacis obtineat tranquillitatem: ⁊ poſt iſtius temporis decurſum, ad eternam perueniat hereditatem. Per dominum noſtrum.

Pro prelatis, ⁊ congregationibus eis commiſſis. Oratio.

Omnipotẽs ſempiterne deus, qui facis mirabilia magna ſolus: pretende ſuper famulos tuos, ⁊ ſuper congregationes illis commiſſas, ſpiritum gratie ſalutaris: ⁊, vt in ueritate tibi placeant, perpetuum eis rorem tue benedictionis infunde. Per dominum noſtrum.

Secreta.

Hoſtias domine famulorũ tuorum placatus intẽde: ⁊ quas in honorem nominis tui deuota mente pro eis celebramus, proficere ſibi ſentiant ad medelam. Per dominum.

Poſtcom.

Quos celeſti recreas munere, perpetuo domine comitare preſidio: ⁊ quos fouere nõ deſinis, dignos fieri ſempiterna redemptione cõcede. Per dñm.

Pro cõgregatione ⁊ familia. Oratio.

Defende, queſum⁹ domine beata Maria ſemper virgine intercedente, iſtam ab omni aduerſitate familiam: ⁊ toto corde tibi proſtratam ab hoſtium propitius tuere clemẽter inſidijs. Per dominum.

Secreta.

Suſcipe, queſumus, clementer omnipotens deus, oblationem noſtre deuotionis: ⁊ per virtutem huius ſacramenti, famulos tuos a cunctis protege aduerſitatibus. Per dominum.

Poſtcom.

Sumptis redemptionis noſtre muneribus: preſta, queſumus, omnipotens deus, eorũ nobis celebratione tue protectionis contra omnes aduerſitates ſubſidium. Per dominum.

Pro concordia in congregatio-ne ſeruanda. Oratio.

DEus largitor pacis, ⁊ amator charitatis: da famulis tuis veram cum tua voluntate cōcordiam: vt ab omnibus, que nos pulſant tentationib⁹ liberemur. Per dominum. Secreta.

HIs ſacrificijs, domine, queſumus, concede placatus: vt qui proprijs oramus abſolui delictis, non grauemur externis. Per dominum noſtrum.

Poſtcom.

SPiritum nobis domine tue charitatis infunde: vt quos vno pane celeſti ſatiaſti, tua facias pietate concordes. Per dominum. in vnitate eiuſdem.

Contra perſecutores Eccleſie. Oratio.

EccleſiE tue, queſumus domine, preces placatus admitte: vt deſtructis aduerſitatibus, ⁊ erroribus vniuerſis, ſecura tibi ſeruiat libertate. Per dominum noſtrum. Secreta.

PRotege nos domine tuis myſterijs ſeruientes: vt diuinis rebus inherentes, ⁊ corpore tibi famulemur, ⁊ mente. Per dominum. Poſtcom.

QUeſumus, domine deus noſter: vt quos diuina tribuis participatione gaudere, humanis non ſinas ſubiacere periculis. Per dominum noſtrum.

Contra perſecutores, ⁊ male agentes. Oratio.

HOſtium noſtrorum, queſumus, dñe, elide ſuperbiam: ⁊ eorum contumaciam dextere tue virtute proſterne. Per dominum noſtrum. Secreta.

HUius domine virtute myſterij: ⁊ a proprijs mundemur occultis, ⁊ ab inimicorum liberemur inſidijs. Per dominum.

Poſtcom.

PRotector noſter, aſpice deus: ⁊ ab inimicorum nos defende periculis: vt omni perturbatione ſemota, liberis tibi mentibus ſeruiamus. Per dominum.

Tempore belli. Oratio.

OMnipotens, ⁊ miſericors deus, a bellorum nos, queſumus, turbine fac quietos: quia nobis bona cuncta preſtabis, ſi pacem dederis mentis, ⁊ corporis. Per dominum. Secreta.

SAcrificium domine, quod immolamus, placatus intende: vt ⁊ ab omni nos bellorum eruat nequitia, ⁊ in tue protectionis ſecuritate conſtituat. Per dominum. Poſtcom.

SAcro ſancti corporis, ⁊ ſanguinis domini noſtri Jeſu Chriſti refectione vegetati: ſupplices te rogamus omnipotens deus: vt hoc remedio ſingulari, ab omnium peccatorum nos contagione purifices: ⁊ a periculo-

rum

rum muniaſ incurſione cuncto-
rum. Per eundem dominum.

Pro quacunque neceſſitate, & re obtinenda. Oratio.

DEus refugium noſtrum, & virtus: adeſto pijs eccleſię tuę precibus auctor ipſe pietatis, & pręſta: vt quod fideliter petimus, efficaciter conſequamur. Per dominum. Secrete.

DA miſericors deus: vt hec ſalutaris oblatio, & a proprijs nos reatibus indeſinenter expediat, & ab omnibus tueatur aduerſis. Per dñm. Poſtcom.

SUmpſimus dñe ſacri dona myſterij, humiliter deprecantes: vt quę in tui commemoratione nos facere pręcepiſti, in noſtrę proficiant infirmitatis auxilium. Qui viuis & regnas.

Pro quacunque tribulatione Oratio.

NE deſpicias, omnipotens deus, populum tuum in afflictione clamātē: ſed propter gloriam nominis tui, tribulatis ſuccurre placatus. Per dñm. Sec.

SUſcipe domine propitius hoſtias, quibus & te placari voluiſti, & nobis ſalutem potenti pietate reſtitui. Per dominum.

Poſtcom.

TRibulationem noſtrā, quęſumus dñe, propitius reſpice: & iram tuę indignationis, quam iuſte meremur, auerte. Per dñm.

Tempore famis & peſtis. Oro.

DA nobis, quęſumus dñe, pię ſupplicationis effectū: & peſtilentiam, famemque propitiatus auerte: vt mortalium corda cognoſcāt, & te indignante talia flagella prodire, & te miſerante ceſſare. Per dominum.

Si pro peſte aut fame tantum Miſſa dicitur, alterum omittat: et in fine dicatur tale flagellum.

Secreta.

DEus, qui humani generis vtranque ſubſtantiam, pręſentium munerum & alimento vegetas, & renouas ſacramento: tribue quęſumus: vt eorum & corporibus noſtris ſubſidium non deſit, & mētib⁹. Per dñm. Poſtcō.

GUberna, quęſumus domine, temporalibus alimētis: quos dignaris ęternis informare myſterijs. Per dominum.

Ad pluuiam petendam. Oratio.

DEus, in quo viuimus, mouemur, & ſumus: pluuiam nobis tribue congruentem: vt pręſentibus ſubſidijs ſufficienter adiuti, ſempiterna fiducialius appetamus. Per dñm. Secreta.

OBlatis, quęſumus domine, placare munerib⁹: & opportunū nobis tribuę pluuię ſufficientis auxilium. Per dominum.

Poſtcom.

DA nobis, quęſumus domine, pluuiam ſalutarē, & ari

dam terrę faciem fluentis celeſti bus dignanter infunde. Per dominum noſtrum.

Ad ſerenitatem petendam. Oratio.

AD te nos dñe clamantes exaudi: ⁊ aeris ſerenitatē nobis tribue ſupplicantibus: vt qui iuſte pro peccatis noſtris affligimur, miſericordia tua pręueniente, clementiam ſentiamus. Per dominum. Secreta

PReueniat nos, quęſumus domine, gratia tua ſemper, ⁊ ſubſequatur: ⁊ has oblationes, quas pro peccatis noſtris nomini tuo conſecrandas deferimus: benignus aſſume: vt per interceſſionem ſanctorum tuorum, cunctis nobis proficiant ad ſalutem. Per dominum. Poſtcom.

QUęſumus omnipotēs deus clementiam tuā: vt inundātias coerceas imbriū, ⁊ hilaritatē vultus tui nobis impertiri digneris. Per dominum.

Ad tempeſtates repellendas. Oratio.

A Domo tua, quęſumus domine, ſpiritales nequitię repellantur: ⁊ aerearum diſcedat malignitas tempeſtatum. Per dominum noſtrum. Secreta.

OFferimus tibi domine laudes ⁊ munera, pro cōceſſis beneficijs gratias referentes, ⁊ pro cōcedendis ſemper ſuppliciter deprecantes. Per dominum.

Poſtcom.

OMnipotēs ſempiterne deus, qui nos ⁊ caſtigando ſanas, ⁊ ignoſcendo conſeruas: pręſta ſupplicibus tuis: vt ⁊ tranquillitatibus huius optatę cōſolationis lętemur, ⁊ dono tuę pietatis ſemper vtamur. Per dominum.

Pro peſte animalium. Oratio.

DEus, qui laboribus hominum, etiam de mutis animalibus ſolatia ſurrogaſti: ſuppliciter te rogamus: vt ſine quibus nō alitur humana cōditio, noſtris facias uſibus non perire. Per dominum noſtrum. Secreta.

SAcrificijs domine placatus oblatis, opem tuam noſtris temporibus clementer impende. Per dominum. Poſtcom.

BEnedictionem tuam dñe populus fidelis accipiat: qua corpore ſaluetur ⁊ mente: ⁊ congruam tibi ſemper exhibeat ſeruitutem: ⁊ propitiationis tuę beneficia ſemper inueniat. Per dñm.

Pro remiſſione peccatorum. Oratio.

DEus qui nullū reſpuis, ſed quātumuis peccantibus, per penitentiā pia miſeratione placaris: reſpice propitius ad preces humilitatis noſtrę: ⁊ illumina corda noſtra: vt tua valeamus implere pręcepta. Per dñm. Secreta.

PReſens ſacrificium domine, quod tibi pro delictis noſtris

ſtris offerimus, ſit tibi munus acceptum: & tam viuentibus, quã defunctis proficiat ad ſalutem. Per dominum. Poſtcom.

EXaudi preces familię tuę omnipotens deus: & preſta: vt ſancta hęc, quę a te ſumpſimus, incorrupta in nobis te donante ſeruentur. Per dominũ.

Pro petitione lachrymarũ. Oratio.

OMnipotẽs, & mitiſſime deus, qui ſitienti populo fontem viuentis aquę de petra produxiſti: educ de cordis noſtri duritia compunctionis lachrymas: vt peccata noſtra plãgere valeamus, remiſſionemq; peccatorũ, te miſerante, mereamur accipere. Per dominum. Secreta.

HAnc oblationẽ, quęſum9 domine deus, quã tuę maieſtati pro peccatis noſtris offerimus, reſpice propitius: & produc de oculis noſtris lachrymarum flumina: quibus debita flammarum incendia valeant extingui. Per dominum noſtrum.

Poſtcom.

GRatiam ſpiritus ſancti domine deus cordibus noſtris clementer infunde: quę nos gemitibus lachrymarum efficiat maculas noſtrorũ diluere peccatorum: atque optatę nobis, te largiente, indulgentię pręſtet effectũ. Per dñm. in vnitate eiuſdẽ.

Pro tribulatione peccatorũ. Oratio.

INeffabilẽ miſericordiam tuã nobis domine clementer oſtende: vt ſimul nos & a peccatis omnibus exuas: & a penis, quas pro his meremur, eripias. Per dominum. Secreta.

PUrificet nos, quęſum9 domine, & muneris pręſentis oblatio: & dignos ſacra participatione perficiat. Per dominum.

Poſtcom.

PReſta, quęſumus domine: vt terrenis affectib9 expiati: ad ſuperni plenitudinem ſacramenti, cuius libauimus ſancta, tendamus. Per dominum noſtrũ.

Pro deuotis amicis. Oratio.

DEus, qui charitatis dona per gratiã ſancti ſpiritus tuorum cordibus fideliũ infudiſti: da famulis & famulabus tuis, pro quibus tuã deprecamur clementiam, ſalutẽ mentis & corporis: vt te tota virtute diligant, & quę tibi placita ſunt, tota dilectione perficiant. Per dominum. in vnitate eiuſdem. Secreta.

MIſerere, quęſumus domine, famulis & famulabus tuis, pro quibus hoc ſacrificium laudis tuę offerimus maieſtati: vt per hęc ſancta, supernę benedictionis gratiam obtineãt, & gloriam ęternę beatitudinis acquirant. Per dominum.

Poſtcom.

Poſtcom.

DIuina libantes myſteria, quęſumus dñe: vt hęc ſalutaria ſacramẽta illis proficiãt ad proſperitatem ⁊ pacem, pro quoruꝫ, quarumqꝫ dilectione, hęc tuę obtulimus maieſtati. Per dñm.

Pro inimicis. Oratio.

DEus pacis, charitatiſque amator ⁊ cuſtos: da omnibus inimicis noſtris pacem charitatemque veram: cunctorumqꝫ eis remiſſionem tribue peccatorum: noſqꝫ ab eorum inſidijs potenter eripe. Per dñꝫ. Secreta.

OBlatis, quęſumus dñe placare muneribus: ⁊ nos ab inimicis noſtris clementer eripe: eiſqꝫ indulgẽtiam tribue delictorum. Per dominum. Poſtcom.

HAec nos cõmunio domine ſeruat a delictis: ⁊ ab inimicorũ defendat inſidijs. Per dñꝫ.

Pro iter agentibus. Oratio.

ADeſto domine ſupplicationibus noſtris, ⁊ viã famulorum tuorum in ſalutis tuę proſperitate diſpone: vt inter omnes vię ⁊ vitę huius varietates, tuo ſemper protegantur auxilio. Per dominum. Secreta.

PRopitiare dñe ſupplicationibus noſtris, ⁊ has oblationes, quas tibi offerimus pro famulis tuis benignus aſſume: vt viam illoruꝫ, ⁊ pręcedente gratia tua dirigas, ⁊ ſubſequente comitari digneris: vt de actu atque incolumitate eorꝫ, ſecundum miſericordię tuę pręſidia gaudeamus. Per dominum. Poſtcom.

TUa domine, famulos tuos ſperantes in te, quę ſumpſimus ſacramenta cuſtodiant: ⁊ cõtra omnes aduerſus tueantur incurſus. Per dominum noſtrum.

Pro nauigantibus. Oratio.

DEus, qui trãſtuliſti patres noſtros per mare rubruꝫ, ⁊ tranſuexiſti eos per aquam nimiam, laudem tui nominis decantãtes: te ſuppliciter deprecamur: vt in naui famulos tuos, repulſis aduerſitatibus, portu ſemper optabili, curſuqꝫ tranquillo tuearis. Per dominum. Secreta.

SUſcipe, quęſumus domine preces famulorum tuoruꝫ, cum oblationibus hoſtiarum: ⁊ tua myſteria celebrantes, ab omnibus defende periculis. Per dominum noſtrum. Poſtcom.

SAnctificati diuino myſterio, maieſtatem tuam domine ſuppliciter deprecamur, ⁊ petimus: vt, quos donis facis celeſtibus intereſſe, per ſignum ſanctę Crucis ⁊ a peccatis omnibus abſtrahas, ⁊ a periculis cunctis miſeratus eripias. Per dominum.

Pro infirmis. Oratio.

OMnipotẽs ſẽpiterne deus, ſalus ęterna credentiuꝫ: exaudi nos pro infirmis famulis

tuis

tulis pro quibus miſericordię tuę imploramus auxilium: vt reddita ſibi ſanitate, gratiarum tibi in eccleſia tua referāt actiones. Per dominum noſtrum. Secreta.

DEus, ſub cuius nutibus vitę noſtrę momenta decurrunt: ſuſcipe preces & hoſtias famulorum tuoꝝ, pro quibus miſericordiam tuam ęgrotantibus imploramus: vt de quorum periculo metuimus, de eorum ſalute lętemur. Per dominū. Poſtcō.

DEus, infirmitatis humanę ſingulare pręſidiuꝫ, auxilij tui ſuper infirmos famulos tuos oſtende virtutem: vt ope miſericordię tuę adiuti, eccleſię tuę ſanctę incolumes repręſentari mereantur. Per dominum noſtruꝫ.

Pro conſtituto in carcere. Oīo.

DEus, qui beatum Petrū a vinculis abſolutū illęſuꝫ abire feciſti: famuli tui in captiuitate poſiti vincula abſolue: & euꝫ ipſius meritis illęſum abire concede. Per dominum. Secreta.

SUper has, quęſumus dn̄e, hoſtias benedictio copioſa deſcendat: quę captiui noſtri vincula ſoluat, & de eius liberatione nos cito lętificet. Per dominuꝫ.

Poſtcom.

PReces noſtras, quęſumus dn̄e, clemēter exaudi: & per hęc ſacramenta quę ſumpſimus, famulum tuum a vinculis ſuę captiuitatis abſoluē. Per dn̄m.

Pro tentatis & tribulatis.

Oratio.

DEus, qui iuſtificas impiū, & nō vis mortē peccatorū: maieſtatē tuā ſupplici ter deprecamur: vt famulos tuos de tua miſericordia confidentes, celeſti protegas benignus auxilio, & aſſidua protectione conſerues: vt tibi iugiter famulentur, & nullis tentationibus a te ſeparentur. Per dominum. Secreta.

HUius, quęſumus domine, virtute myſterij, & a ꝓprijs nos munda delictis, & famulos tuos ab omnibus abſolue peccatis. Per dn̄m. Poſtcom.

PUrificēt nos, quęſumus domine, ſacramenta quę ſumpſimus: & famulos tuos ab omni culpa liberos eſſe cōcede: vt qui conſcientię reatu cōſtringuntur; celeſtis remedij plenitudine glorientur. Per dominum noſtruꝫ.

Ad repellendas malas cogitationes. Oratio.

OMnipotēs & mitiſſime deus, reſpice propitius preces noſtras, & libera corda noſtra de malarum tentationibus cogitationum: vt ſancti ſpiritus dignuꝫ fieri habitaculū mereamur. Per dn̄m. in vnitate eiuſdē. Secreta.

HAs tibi dn̄e offerimus oblationes ꝓ ſalute noſtra: quatenus animas noſtras ab immundis

dis cogitationibus purges, illeſaſque cuſtodias: & ſancti ſpiritus gratia illuminare digneris. Per dñz. in unitate eiuſdẽ. Poſtcom.

Deus, qui illuminas omnẽ hominez venientẽ in hũc mundum: illumina queſumus corda noſtra gratię tuę ſplẽdore: vt digne maieſtati tuę miniſtrare, teque ęterna charitate diligere valeamus. Per dominum noſtruz.

Ad poſtulandam charitatez.

Oratio.

Deus, qui diligẽtibus te facis cũcta prodeſſe: da cordib⁹ noſtris inuiolabilem tuę charitatis affectum: vt deſideria de tua inſpiratione concepta, nulla poſſint tentatione mutari. Per dominum noſtrum. Secreta.

Deus, qui nos ad imaginẽ tuam ſacramẽtis renouas & pręceptis: perfice greſſus noſtros in ſemitis tuis: vt charitatis donuz, quod feciſti a nobis ſperari: per hęc quę offerimus ſacrificia facias apprehẽdi. Per dominum noſtrum. Poſtcom.

Sancti ſpiritus gratia, queſumus domine, corda noſtra illuminet: & perfectę charitatis dulcedine abundãter reficiat. Per dñm. in unitate eiuſdem.

Ad poſtulandam patientiaz.

Oratio.

Deus, qui vnigeniti tui patientia antiqui hoſtis cõtriuiſti ſuperbiam: da nobis, queſumus, quę idem pie pro nobis pertulit, digne recolere: ſicque exemplo eius, nobis aduerſantia ęquanimiter tolerare. Per eundem dominum noſtrum. Secreta.

Munera noſtrę oblationis, queſumus dñe, placatus ſuſcipe: quę, vt nobis patientię donum condonare digneris, maieſtati tuę deuota offerimus actione. Per dñm. Poſtcom.

Sacroſancta domine ſumẽtes myſteria, amiſſam nobis, queſumus, reconcilient gratiam: atq; munus patientię in illatis omnib⁹, ſemper & vbiq; protegendo, impertiant. Per dñm.

Ad poſtulandam continẽtiã.

Oratio.

Ure igne ſancti ſpiritus renes noſtros, & cor noſtruz, domine: vt tibi caſto corpore ſeruiamus, & mundo corde placeamus. Per dominum. in vnitate eiuſdem. Secreta.

Dirũpe dñe vincula peccatorũ noſtrorum: vt ſacrificare tibi hoſtiam laudis abſoluta libertate poſſimus, retribue quę ante tribuiſti: & ſalua nos per indulgentiam, quos dignatus es ſaluare per gratiam. Per dñm.

Poſtcom.

Domine adiutor & ꝓtector noſter, adiuua nos: & refloreat caro noſtra vigore pudicitię,

tiſ, ⁊ ſanctimonię nouitate: ereptamque de manu tartari in reſurrectionis gaudiuꝫ iubeas pręſentari. Per dominum noſtrum.

Pro ſalute viuorum. Oratio.

PRętende domine fidelibus tuis dexteram cęleſtis auxilij: vt te toto corde perquirant, ⁊ quę digne poſtulāt conſequi mereātur. Per dominum noſtrum.

Secreta.

PRopitiare domine ſupplicationibus noſtris: ⁊ has oblationes fidelium tuoꝝ quas tibi pro incolumitate eorum offerimus, benignus aſſume: ⁊ vt nullius ſit irrituꝫ votum, nullius vacua poſtulatio: pręſta quęſumus: vt quod fideliter petimus efficaciter conſequamur. Per dominum noſtrum.

Poſtcom.

DA fidelibus tuis, quęſumus domine, in tua fide ⁊ ſynceritate conſtantiam: vt in charitate diuina firmati, nullis tentationibus ab eius integritate vellantur. Per dominum noſtrum.

Pro viuis ⁊ defunctis.

Oratio.

OMnipotēs ſempiterne deus, qui viuoruꝫ dominaris ſimul ⁊ mortuorum: omniumqꝫ miſereris, quos tuos fide ⁊ opere futuros eſſe pręnoſcis: te ſupplices exoramus: vt pro quibus effundere preces decreuimus: quoſque vel pręſēs ſeculum adhuc in carne retinet, vel futurum iam exutos corpore ſuſcepit: intercedētibus omnibus ſanctis tuis: pietatis tuę clementia, omnium delictorum ſuorū veniam conſequantur. Per dominum noſtrū Ieſum Chriſtum filiuꝫ tuum.

Secreta.

DEus, cui ſoli cognitus eſt numerus electorum in ſuperna felicitate locandus: tribue quęſumus: vt intercedentibus omnibus ſanctis tuis, vniuerſorū quos in oratione commendatos ſuſcepimus, ⁊ omnium fidelium nomina beatę prędeſtinationis liber aſcripta retineat. Per dominuꝫ noſtrum Ieſum Chriſtū.

Poſtcom.

PVrificēt nos, quęſumus omnipotēs, ⁊ miſericors deus, ſacramenta quę ſumpſimus: ⁊ intercedentibus omnibus ſanctis tuis, pręſta: vt hoc tuum ſacramentum non ſit nobis reatus ad penā, ſed interceſſio ſalutaris ad veniam: ſit ablutio ſcelerum, ſit fortitudo fragiliū, ſit contra omnia mundi pericula firmamentū: ſit viuorum atque mortuorum fidelium, remiſſio omniuꝫ delictorum. Per dominum noſtrū Ieſum Chriſtum filium tuum, qui tecum viuit, ⁊ regnat in vnitate ſpiritus ſancti deus, per omnia ſecula ſeculorum. ℟. Amen.

Sequentia.

Dies irę, dies illa,
Soluet ſeclum in fauilla:
Teſte David cum Sibylla.
Quantus tremor eſt futurus,
Quando iudex eſt venturus,
Cuncta ſtricte diſcuſſurus.
Tuba mirum ſpargens ſonum,
Per ſepulchra regionum,
Coget omnes ante thronum.
Mors ſtupebit ⁊ natura,
Cum reſurget creatura,
Iudicanti reſponſura.
Liber ſcriptus proferetur,
In quo totum continetur,
Unde mundus iudicetur.
Iudex ergo cum ſedebit,
Quicquid latet apparebit:
Nil inultum remanebit.
Quid ſum miſer tunc dicturus?
Quem patronum rogaturus?
Dum vix iuſtus ſit ſecurus.
Rex tremendę maieſtatis,
Qui ſaluandos ſaluas gratis,
Salua me fons pietatis.
Recordare Ieſu pie,
Quod ſum cauſa tuę vię,
Ne me perdas illa die.
Quęrens me, ſediſti laſſus:
Redemiſti, crucem paſſus:
Tantus labor non ſit caſſus.
Iuſte iudex vltionis,
Donum fac remiſſionis
Ante diem rationis.
Ingemiſco, tanquam reus:
Culpa rubet vultus meus:
Supplicanti parce deus.
Qui Mariam abſoluiſti,
Et latronem exaudiſti:
Mihi quoqꝫ ſpem dediſti.
Preces meę non ſunt dignę:
Sed tu bonus fac benigne,
Ne perenni cremer igne.
Inter oues locum pręſta:
Et ab hędis me ſequeſtra,
Statuens in parte dextra.
Confutatis maledictis,
Flammis acribus addictis:
Voca me cum benedictis.
Oro ſupplex ⁊ acclinis:
Cor contritum quaſi cinis:
Gere curam mei finis.
Lachrymoſa dies illa,
Qua reſurget ex fauilla
Iudicandus homo reus.
Huic ergo parce deus.
Pie Ieſu domine,
Dona eis requiem. Amen.

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Ioannem.



In illo tempore: Dixit Ieſus diſcipulis ſuis ⁊ turbis Iudęorum. Amen amen dico vobis: quia venit hora, ⁊ nunc eſt, quando mortui audient vocē filij dei: ⁊ q̄ audierint, viuēt. Sicut enī pater habet vitā in ſemet ipſo: ſic dedit ⁊ filio vitam habere in ſemet ipſo: ⁊ poteſtatem dedit ei iudicium facere, quia filius hominis c. 5.

Lectio epiſtole beati Pauli apoſtoli ad Theſſalonicenſes.

I.c. 4. FRatres: Nolumus vos ignorare de dormientibus, vt non contriſtemini, ſicut et ceteri qui ſpem non habent. Si enim credimus quod Jeſus mortuus eſt et reſurrexit: ita et deus eos qui dormierunt per Jeſum, adducet cum eo. Hoc enim vobis dicimus in verbo domini, quia nos qui viuimus, qui reſidui ſumus, in aduentu domini non preueniemus eos qui dormierunt. Quoniam ipſe dominus in iuſſu, et in voce archangeli, et in tuba dei deſcendet de celo: et mortui qui in Chriſto ſunt, reſurgent primi. Deinde nos qui viuimus, qui relinquimur: ſimul rapiemur cum illis in nubibus obuiam Chriſto in aera: et ſic ſemper cum domino erimus. Jtaque conſolamini inuicem in verbis iſtis.

Grad. Requiem eternam dona eis domine: et lux perpetua luceat eis. ℣. In memoria eterna erit iuſtus: ab auditione mala nō timebit. Tractus. Abſolue domine animas omnium fidelium defunctorum ab omni vinculo delictorum. ℣. Et gratia tua illis ſuccurrente, mereantur euadere iudicium vltionis. ℣. Et lucis eterne beatitudine perfrui. Sequentia, Dies ire etc., vt ſupra folio. 637.

Sequentia ſancti euangelii ſecundum Joannem.



IN illo tempore, Dixit Martha ad Jeſum. ca. 11. Domine ſi fuiſſes hic, frater meus nō fuiſſet mortuus. Sed et nunc ſcio, quia quecunque popoſceris a deo, dabit tibi deus. Dicit ei Jeſus. Reſurget frater tuus. Dicit ei Martha. Scio quia reſurget in reſurrectione, in nouiſſimo die. Dixit ei Jeſus. Ego ſum reſurrectio et vita. Qui credit in me: etiam ſi mortuus fuerit, viuet. Et omnis qui viuit, et credit in me: non morietur in eternum. Credis hoc? Ait illi. Utique domine, ego credidi quia tu es Chriſtus filius dei viui qui in hunc mundum veniſti. Offertorium. Domine Jeſu Chriſte rex glorie, libera animas omnium fidelium defunctorum de penis inferni, et de profundo lacu: libera eas de ore leonis, ne abſorbeat eas tartarus, ne cadāt in obſcurum: ſed ſignifer ſanctus Michael repreſentet eas in lucē ſanctam: Quam olim Abrahe promiſiſti, et ſemini eius. ℣. Hoſtias et preces tibi domine laudis offerimus: tu ſuſcipe pro animabus illis, quarum hodie memoriam facimus: fac eas dn̄e de mor

te tranſire ad vitam. Quā olim.

Oratio.

Propitiare, queſumus domine, anime famuli tui N. pro quo tibi hoſtiam laudis immolamus, maieſtatem tuam ſuppliciter deprecantes: vt per hec pie placationis officia, peruenire mereatur ad requiem ſempiternam. Per dominum.

Communio. Lux eterna luceat eis domine. Cum ſanctis tuis in eternū: quia pius es. ℣. Requiē eternam dona eis domine: ⁊ lux perpetua luceat eis. Cū ſanctis.

Poſtcom.

Preſta, queſumus, omnipotens deus: vt anima famuli tui N. que hodie de hoc ſeculo migrauit, his ſacrificijs purgata, ⁊ a peccatis expedita, indulgentiam pariter ⁊ vitam capiat ſempiternam. Per dominum.

¶ In die tertio, ſeptimo, ⁊ trigeſimo depoſitionis defuncti dicitur Miſſa vt ſupra, exceptis orationibus, que dicuntur vt infra.

Oratio.

Queſumus domine: vt anime famuli tui, cuius depoſitionis diem tertiū, vel ſeptimū, vel trigeſimum, commemoramus ſanctorum atque electorum tuorum largiri digneris conſortium: ⁊ rorem miſericordie tue perennē infundas. Per dominum.

Secreta.

Munera, queſumus domine, que tibi pro anima famuli tui offerimus, placatus intende: vt remedijs purgata celeſtibus, in tua pietate requieſcat. Per dominum.

Poſtcom.

Suſcipe domine preces noſtras pro anima famuli tui: vt ſi que ei macule de terrenis cōtagijs adheſerunt, remiſſionis tue miſericordia deleantur. Per dominum noſtrum.

¶ In Anniuerſario defunctorum. Introitus.

Requiem eternam dona eis domine: ⁊ lux perpetua luceat eis. Pſalmus. Te decet hymnus deus in Sion, ⁊ tibi reddetur votū in Hieruſalem: exaudi orationem meam, ad te omnis caro veniet. Requiem. Oratio.

Deus indulgentiarum, domine, da animab' famulorum famularumq; tuarum, quorum anniuerſarium depoſitionis diem commemoramus, refrigerij ſedem, quietis beatitudinem, ⁊ luminis claritatem. Per dominum noſtrum Jeſum.

Lectio libri Machabeorum.

In diebus illis. Vir fortiſſimus Judas, collatione facta, duodecim millia drachmas 2.C. 12.

argenti

argenti miſit Hieroſolymam of-ferri pro peccatis mortuorum ſa-crificium, iuſte ⁊ religioſe de re-ſurrectione cogitans. (Niſi enim eos qui ceciderant, reſurrectu-ros ſperaret, ſuperfluum videre-tur ⁊ vanū orare pro mortuis.) Et quia conſiderabat quod hi qui cum pietate dormitionem ac-ceperant, optimam haberent re-poſitam gratiam. Sancta ergo ⁊ ſalubris eſt cogitatio pro de-functis exorare: vt a peccatis ſol-uantur. Graduale.

Requiem ęternam dona eis do-mine: ⁊ lux perpetua luceat eis. ℣. In memoria ęterna erit iu-ſtus: ab auditione mala non ti-mebit. Tractus.

Abſolue domine animas omni-um fidelium defunctorū ab om-ni vinculo delictorū. ℣. Et gra-tia tua illis ſuccurrente, merean-tur euadere iudicium vltionis. ℣. Et lucis ęternę beatitudine perfrui. Sequentia. Dies irę. In requiem miſſa pro aliquo ſa-cerdote.

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Joannem.

c.6. In illo tēpore: Dixit Jeſus diſcipulis ſuis ⁊ turbis Iu-dęorū. Omne quod dat mihi pa-ter, ad me veniet: ⁊ eū qui venit ad me, nō eijciā foras. Quia de-ſcendi de cęlo, non vt faciam vo-luntatem meam, ſed voluntatem eius qui miſit me. Hęc eſt autē voluntas eius, qui miſit me, pa-tris: vt omne quod dedit mihi, non perdam ex eo: ſed reſuſcitē illud in nouiſſimo die. Hęc eſt autem voluntas patris mei qui miſit me: vt omnis qui videt fi-lium, ⁊ credit in eum: habeat vi-tam ęternam. Et ego reſuſci-tabo eum in nouiſſimo die. Offertorium.

Offertorium. Domine Jeſu Chri-ſte rex glorię, libera animas om-nium fidelium defunctorū de pę-nis inferni, ⁊ de profundo lacu: libera eas de ore leonis, ne ab-ſorbeat eas tartarus, ne cadant in obſcurum: ſed ſignifer ſanctus Michael repręſentet eas in lu-cem ſanctam, Quam olim Abrahę promiſiſti, ⁊ ſemini eius. ℣. Hoſtias ⁊ preces tibi domi-ne laudis offerimus: tu ſuſcipe pro animabus illis, quarum ho-die memoriam facimus: fac eas domine de morte tranſire ad vi-tam. Quam olim.

Secreta.

Propitiare domine ſuppli-cationibus noſtris, pro ani-mabus famulorū famularumq; tuarum, quorum hodie annua dies agitur, pro quibus tibi offe-rimus ſacrificium laudis: vt eas ſanctorum tuorum conſortio ſo-ciare digneris. Per dominum. Communio. Lux ęterna luceat eis domine. Cum ſanctis tuis

in ęternum: quia pius es. ℣. Requiem ęternam dona eis domine: & lux perpetua luceat eis. Cum ſanctis. Poſtcom.

P Reſta, quęſumus domine: vt animę famulorum famularumque tuarum, quorum anniuerſarium depoſitionis diem commemoramus: his purgatę ſacrificijs, indulgentiam pariter & requiem capiant ſempiternam. Per dominum noſtrum.

¶ Si pro vno fiat anniuerſariũ prędictę orationes dicantur in ſingulari numero.

¶ In miſſis quotidianis defunctorum. Introitus.

R Equiem ęternam dona eis domine: & lux perpetua luceat eis. Pſalmus. Te decet hymnus, deus in Sion, & tibi reddetur votum in Hieruſalem: exaudi orationem meam, ad te omnis caro veniet. R. equiem.

Pro defunctis epiſcopis, ſeu ſacerdotibus. Oratio

D Eus, qui inter apoſtolicos ſacerdotes, famulos tuos pontificali, ſeu ſacerdotali feciſti dignitate vigere: pręſta, quęſumus: vt eorum quoque perpetuo aggregentur conſortio. Per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuum.

Pro defunctis fratribus, propinquis & benefactoribus. Oratio.

D Eus, venię largitor, & humanę ſalutis amator, quęſumus clementiam tuam: vt noſtrę congregationis fratres, propinquos, & benefactores, qui ex hoc ſeculo tranſierunt: beata Maria ſemper virgine intercedẽte, cum omnibus ſanctis tuis: ad perpetuę beatitudinis conſortium peruenire concedas. Per dominum noſtrum Ieſum.

Pro fidelibus defunctis, generalis Oratio.

F Idelium, deus, omnium cõditor & redemptor, animabus famulorum famularumque tuarum, remiſſionem cunctorum tribue peccatorum: vt indulgentiam quam ſemper optauerunt, pijs ſupplicationibus conſequantur. Qui viuis & regnas.

Lectio libri Apocalypſis beati Ioannis apoſtoli.

I N diebus illis. Audiui vo ca.
cem de cęlo, dicentem mihi. 14.
Scribe, Beati mortui, qui in domino moriuntur. Amodo iam dicit ſpiritus, vt requieſcant a laboribus ſuis. Opera enim illorum ſequuntur illos. Graduale.

R equiem ęternã dona eis domine: & lux perpetua luceat eis. ℣. In memoria ęterna erit iuſtus: ab auditione mala non timebit. Tractus. A bſolue domine animas omnium fidelium defuncto-

rum

rum ab omni vinculo delictoꝝ. ℟. Et gratia tua illis ſuccurrente, mereantur euadere iudicium vltionis. ℣. Et lucis ęternę beatitudine perfrui.

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Joannem.

c. 6.



IN illo tempore, Dixit Jeſus diſcipulis ſuis ⁊ turbis Judęorum. Ego ſum panis viuus, qui de cęlo deſcendi. Si quis manducauerit ex hoc pane, viuet in ęternum. Et panis quem ego dabo, caro mea eſt pro mundi vita. Litigabant ergo Judęi adinuicem, dicentes. Quomodo poteſt hic nobis carnem ſuam dare ad manducandum? Dixit ergo eis Jeſus. Amen, amen dico vobis: niſi manducaueritis carnem filij hominis, ⁊ biberitis eius ſanguinem, non habebitis vitam in vobis. Qui manducat meam carnem, ⁊ bibit meum ſanguinem, habet vitam ęternam. Et ego reſuſcitabo eum in nouiſſimo die. Offerto.

Domine Jeſu Chriſte rex glorię, libera animas omnium fidelium defunctorum de pęnis inferni, ⁊ de profundo lacu: libera eas de ore leonis, ne abſorbeat eas tartarus, ne cadant in obſcurum: ſed ſignifer ſanctus Michael repręſentet eas in lucē ſanctam, Quam olim Abrahę promiſiſti, ⁊ ſemini eius. ℣. Hoſtias ⁊ preces tibi domine laudis offerimus: tu ſuſcipe pro animabus illis, quarum hodie memoriā facimus: fac eas domine de morte tranſire ad vitam. Quam olim.

M. N. B.

Pro defunctis epiſcopis, ſeu ſacerdotibus,

Secreta.

SUſcipe domine, quęſumus, pro animabus famulorum tuorum pontificum, ſeu ſacerdotum, quas offerimus hoſtias: vt quibus in hoc ſeculo pontificale, ſeu ſacerdotale donaſti meritū: in cęleſti regno ſanctorum tuorū iubeas coniungi conſortio. Per.

Pro defunctis fratribus, propinquis, ⁊ benefactoribus.

Secreta.

DEus, cuius miſericordię non eſt numerus, ſuſcipe propitius preces humilitatis noſtrę: ⁊ animabus fratrum, propinquorum, ⁊ benefactorum noſtrorum, quibus tui nominis dediſti confeſſionem: per hęc ſacramenta ſalutis noſtrę, cunctorum remiſſionem tribue peccatorum. Per dominum noſtrum.

Pro fidelibus defunctis,

Secreta.

HOſtias, quęſumus domine, quas tibi pro animabus famulorū famularumq; tuarū of-

ferimus, propitiatus intende: vt quibus fidei chriſtianę meritũ cõtuliſti, dones & pręmiũ. Per do.

Communio. Lux ęterna luceat eis domine. Cum ſanctis tuis in ęternum: quia pius es. ℣. Requiem ęternã dona eis dñe: & lux perpetua luceat eis. Cũ ſanctis.

Pro defunctis epiſcopis vel ſacerdotibus. Poſtcom.

PRoſit, quęſumus domine, animabus famulorum tuorum pontificũ, ſeu ſacerdotũ, miſericordię tuę implorata clementia: vt eius in quo ſperauerunt & crediderunt, ęternum capiant te miſerante conſortium. Per dominum noſtrum Jeſum Chriſtum.

Pro defunctis fratribus, propinquis, & benefactoribus. Poſtcom.

PReſta, quęſumus, omnipotens & miſericors deus: vt animę fratrum, propinquorum, & benefactorum noſtrorum, pro quibus hoc ſacrificium laudis tuę obtulimus maieſtati: per huius virtutem ſacramenti a peccatis omnibus expiatę, lucis perpetuę, te miſerante, recipiant beatitudinem. Per dominum noſtrum Jeſum Chriſtum filium tuum.

Pro fidelibus defunctis. Poſtcom.

ANimabus, quęſumus domine, famulorum famularumque tuarum oratio proficiat ſupplicantium: vt eas & a peccatis omnibus exuas, & tuę redemptionis facias eſſe participes. Qui viuis & regnas. [illegible]

¶ [illegible] l. 636. [illegible]

Oratio.

DEus, qui inter ſummos ſacerdotes famulum tuum ℕ. ineffabili tua diſpoſitione connumerari voluiſti: preſta, quęſumus: vt qui vnigeniti filij tui vices in terris gerebat, ſanctorum tuorum pontificum conſortio perpetuo aggregetur. Per eundem dñm.

Secreta.

SUſcipe, quęſumus domine, pro anima famuli tui ℕ. ſummi pontificis quas offerimus hoſtias, vt cui in hoc ſeculo pontificale donaſti meritum, in celeſti regno ſanctorum tuorum iubeas iungi conſortio. Per dominum.

Poſtcom.

PRoſit, quęſumus domine, animę famuli tui ℕ. ſummi pontificis miſericordię tuę implorata clemẽtia, vt eius in quo ſperauit & credidit, ęternum capiat te

miſerante

miſerante conſortium. Per domi
num noſtrum Jeſum Chriſtum.
¶ [illegible]
[illegible] f.636
[illegible] Oratio.

DEus, qui inter apo/
ſtolicos ſacerdotes,
famulum tuum pon
tificali feciſti dignita
te vigere: preſta,
queſumus: vt eorum quoque
perpetuo aggregetur conſortio.
Per dominum noſtrum Jeſum
Chriſtum. Secreta.

SUſcipe domine, queſumus,
pro anima famuli tui pon/
tificis, quas offerimus hoſtias:
vt cui in hoc ſeculo pontificale
donaſti meritum, in celeſti regno
ſanctorum tuorum iubeas coniun
gi conſortio. Per dominum.
Poſtcom.

PRoſit, queſumus dñe, ani/
me famuli tui pontificis mi
ſericordie tue implorata clemen/
tia: vt eius in quo ſperauit et cre/
didit, eternum capiat te miſeran/
te conſortium. Per dominum.
Pro defuncto ſacerdote dicitur
eadē oratio, ſed vbi dicitur, Pō
tificali, dicatur Sacerdotali. Si
fuerint plures, dicatur vt ſupra
in quarta miſſa.
Pro defuncto epiſcopo,
alia Oratio.

DA nobis dñe, vt animam fa
muli tui N. epiſcopi, quam
de huius ſeculi eduxiſti laborioſo
certamine ſanctorum tuorum ce/
tui tribuas eſſe conſortem. Per.
Secreta.

ANnue nobis domine, vt ani
me famuli tui epiſcopi hec
proſit oblatio: quam immolan/
do totius mundi tribuiſti relaxa/
ri delicta. Per dñm. Poſtcom.

HIs ſacrificijs, queſumus om
nipotens deus: vt purgata
anima, et ſpiritus famuli tui epiſco
pi ad indulgentiam, et refrigerium
ſempiternū peruenire mereatur.
Per dominum noſtrum.
Pro defuncto ſacerdote
Alia. Oratio.

PReſta, queſumus domine,
vt anima famuli tui ſacerdo
tis, quem in hoc ſeculo commo
rantem ſacris muneribus deco/
raſti, in celeſti ſede glorioſa ſem/
per exultet. Per dominum.
Secreta.

SUſcipe, queſumus domine,
pro anima famuli tui ſacer
dotis quas offerimus hoſtias: vt
cui ſacerdotale donaſti meritu m
dones et premium. Per dñm.
Poſtcom.

PReſta, queſumus omnipo
tens deus, vt animam famu/
li tui ſacerdotis in congregatio/
ne iuſtorum, eterne beatitudinis
iubeas eſſe conſortem. Per do
minum noſtrum Jeſum Chriſtum.

Secreta.

Deus, cuius miſericordie nõ eſt numerus, ſuſcipe propi- tius preces humilitatis noſtre: & animabus fratrum, propinquorum, & benefactorum noſtrorum, quibus tui nominis dediſti confeſſionem: per hec ſacramenta ſalutis noſtre, cunctorum remiſſionem tribue peccatorum. Per dominum noſtrum.

Poſtcom.

Preſta, queſumus omnipotens & miſericors deus: vt anime fratrum, propinquorum, & benefactorum noſtrorũ, pro quibus hoc ſacrificium laudis tue obtulimus maieſtati: per huius virtutem ſacramenti a peccatis omnibus expiate, lucis perpetue te miſerante recipiant beatitudinem. Per dominum noſtrum.

Pro his qui in cemeterio requieſcunt. Oratio.

Deus, cuius miſeratione anime fidelium requieſcunt, famulis & famulabus tuis omnibus, hic & vbique in Chriſto quieſcentibus, da propitius veniam peccatorum: vt a cunctis reatibus abſoluti, tecum ſine fine letentur. Per eundem.

Secreta.

Pro animabus famulorum famularumque tuarum, & omnium catholicorum, hic & vbique in Chriſto dormientium, hoſtiam domine ſuſcipe benignus oblatam: vt hoc ſacrificio ſingulari, vinculis horrende mortis exute, vitam mereantur eternam. Per eundem dominum.

Poſtcom.

Deus, fidelium lumen animarum, adeſto ſupplicationibus noſtris: & da famulis & famulabus tuis, quorum corpora hic & vbique in Chriſto requieſcunt, refrigerij ſedem, quietis beatitudinem, & luminis claritatem. Per eundem dominum.

Pro fidelibus defunctis generalis. Oratio.

Fidelium, deus omnium conditor & redemptor, animabus famulorum famularumque tuarum remiſſionem cunctorum tribue peccatorum: vt indulgentiam, quam ſemper optauerunt, pijs ſupplicationibus conſequantur. Qui viuis.

Secreta.

Hoſtias, queſumus domine, quas tibi pro animabus famulorum famularumque tuarum offerimus, propitiatus intende: vt quibus fidei chriſtiane meritum contuliſti, dones & premium. Per dominum noſtrum.

Poſtcom.

Animabus, queſumus domine, famulorum famularumque tuarum oratio proficiat ſupplicantium: vt eas & a peccatis omnibus exuas, & tue redemptionis facias eſſe participes. Qui viuis.

Pro pluribus defunctis. Oro.

DEus, cui proprium eſt miſereri ſemper ⁊ parcere: propitiare animabus famulorum famularumqꝫ tuarum, ⁊ omnia eorum peccata dimitte: vt mortalitatis vinculis abſolute, tranſire mereantur ad vitam. Per dominum noſtrum Jeſum Chriſtum.

Secreta.

ANnue nobis domine: vt animabus famulorū famularūqꝫ tuarū, hec proſit oblatio: quam immolando totius mundi tribuiſti relaxari delicta. Per dominum noſtrum Jeſum Chriſtū filium tuum.

Poſtcom.

DEus, cui ſoli competit medicinā preſtare poſt mortem: preſta queſumus: vt anime famulorū famularumqꝫ tuarum terrenis exute contagiis, in tue redemptionis parte numerentur. Qui viuis ⁊ regnas.

Alia pluralis vt ſupra.

Oratio.

ANimabus, queſumus domine, famulorū famularumque tuarū miſericordiam concede perpetuam, vt eis proficiat in eternum, quod in te ſperauerunt ⁊ crediderunt. Per dominum.

Secreta.

HIs domine, queſumus, placatus intende muneribus: ⁊ quod ad laudem tui nominis ſupplicantes offerimus, ad indulgentiam proficiat defunctorum. Per dominum noſtrum Jeſum Chriſtum filium tuum, qui tecū.

Poſtcom.

SUpplices domine pro animabus famulorum famularumque tuarum preces effundimus, obſecrantes: vt quicquid conuerſatione contraxerunt humana: ⁊ clementer indulgeas, ⁊ in tuorum ſede letantium conſtituas redemptorum. Per dominum noſtrum Jeſum Chriſtum filium tuum, qui tecum viuit.

¶ Ordo ad faciendum aquam benedictam.

Die Dominica in ſacriſtia preparato ſale ⁊ aqua ſacerdos celebraturus Miſſam vel alius ad id deputatus alba vel ſuper pelliceo indutus cum ſtola circa collum, primo dicit. ℣. Adiutorium noſtrū in nomine domini. ℟. Qui fecit celū ⁊ terram. Deinde abſolute incipit exorciſmum ſalis.

EXorcizo te, creatura ſalis, per deum ✠ viuum: per deum ✠ verū: per deū ✠ ſanctum: per deū qui te per Eliſeū prophetam in aquam mitti iuſſit vt ſanaretur ſterilitas aque: vt efficiaris ſal exorcizatū in ſalutem credentiū: ⁊ ſis omnibus ſumentibus te ſanitas anime ⁊ corporis: ⁊ effugiat atqꝫ diſcedat a loco in quo aſperſū fueris, omnis phantaſia ⁊ nequitia vel verſutia diabolice

bolicę fraudis, omniſq; ſpiritus
immundus adiuratus. Per eum
qui venturus eſt iudicare viuos,
ꝛ mortuos, ꝛ ſeculum per ignem.
℟. Amen. Oratio.

IMmenſam clemẽtiam tuã,
omnipotẽs ęterne deus, hu
militer imploramus: vt hanc crea
turam ſalis, quam in vſum gene
ris humani tribuiſti, bene ✠ di
cere, ꝛ ſancti ✠ ficare tua pietate
digneris: vt ſit omnibus ſumenti
bus ſalus mentis ꝛ corporis: ꝛ
quicquid ex eo tactum vel reſper
ſum fuerit, careat omni immundi
tia, omnique impugnatione ſpiri
talis nequitię. Per dominum
noſtrum Jeſum Chriſtum. Exor
ciſmus aquę: ꝛ dicitur abſolute.

EXorcizo te creatura aquę
in nomine dei ✠ patris om
nipotentis, ꝛ in nomine ✠ Jeſu
Chriſti filij eius domini noſtri, ꝛ
in virtute Sancti ✠ ſpiritus: vt
fias aqua exorcizata ad effugan
dam omnem poteſtatem inimici,
ꝛ ipſum inimicum eradicare ꝛ ex
plantare valeas cum angelis ſuis
apoſtaticis: per virtutem eiuſdem
domini noſtri Jeſu Chriſti: qui
vẽturus eſt iudicare viuos ꝛ mor
tuos, ꝛ ſeculum per ignem. ℟.
Amen. Oratio.

DEus, qui ad ſalutem huma
ni generis, maxima quęq;
ſacramenta in aquarum ſubſtan
tia condidiſti: adeſto propitius
inuocationibus noſtris, ꝛ elemen
to huic multimodis purificatio
nibus pręparato, virtutem tuę be
ne ✠ dictionis infunde: vt crea
tura tua myſterijs tuis ſeruiens,
ad abigẽdos dęmones, morboſ
que pellendos, diuinę gratię ſu
mat effectum: vt quicquid in do
mibus vel in locis fidelium, hęc
vnda reſperſerit, careat omni im
munditia, liberetur a noxa: non il
lic reſideat ſpiritus peſtilens, non
aura corrumpens: diſcedant om
nes inſidię latentis inimici: ꝛ ſi
quid eſt, quod aut incolumitati
habitantium inuidet, aut quieti,
aſperſione huius aquę effugiat:
vt ſalubritas per inuocationẽ ſan
cti tui nominis expetita, ab om
nibus ſit impugnationibus defen
ſa. Per dominum noſtrum Je
ſum Chriſtum filium tuum.

Hic mittat ſal in aquam in mo
dum crucis dicendo ſemel.

COmmiſtio ſalis ꝛ aquę pa
riter fiat: in nõie pa ✠ tris,
ꝛ fi ✠ lij, ꝛ ſpiritus ✠ ſancti. ℟.
Amen. ℣. Dominus vobiſcum.
℟. Et cum ſpiritu tuo. Oratio.

DEus inuictę virtutis auctor,
ꝛ inſuperabilis imperij rex,
ac ſemper magnificus triumpha
tor: qui aduerſę dominationis vi
res reprimis: qui inimici rugien
tis ſęuitiam ſuperas: qui hoſtiles
nequitias potenter expugnas: te
dñe trementes, ꝛ ſupplices depre

camur ac petimus: vt hanc creaturam ſalis, ⁊ aque dignāter aſpicias: benignus illuſtres: pietatis tue rore ſanctifices: vt vbicunqꝫ fuerit aſperſis, per inuocationem ſancti tui nominis, omnis infeſtatio immundi ſpiritus abigatur: terrorqꝫ venenoſi ſerpentis procul pellatur: ⁊ preſentia ſancti ſpiritus nobis miſericordiam tuam poſcentibus, vbique adeſſe dignetur. Per dominum noſtrum Jeſum Chriſtum filium tuuꝫ.

Finita benedictione Sacerdos celebraturus indutus pluuiali coloris officio conuenientis accedit ad altare, ⁊ ibi ad gradus cum miniſtris genuflexus accipit a Diacono aſperſorium ⁊ primo ter aſpergit altare, deinde ſe ⁊ miniſtros incipiens antiphonam. Aſperges me. Et chorus proſequitur, Domine hyſſopo. ⁊c. vt infra. Interim celebrans aſpergit Clerū, deinde populuꝫ dicēs. pſalꝫ. Miſerere. Gloria patri.

Antiphona. Aſperges me domine hyſſopo, ⁊ mundabor: lauabis me, ⁊ ſuper niuem dealbabor. pſalm. Miſerere mei deus ſecundum magnam miſericordiam tuam. ℣. Gloria patri, ⁊ filio ⁊ ſpiritui ſancto. Sicut erat in principio, ⁊ nunc ⁊ ſemper, ⁊ in ſecula ſeculorum. Amen.

Et repetitur antiphona Aſperges me domine. Supradicta antiphona predicto modo dicatur in aſperſione aque benedicte in dominicis per totum annum: excepto quod in Dominica de paſſione, ⁊ in Dominica palmaruꝫ non dicitur Gloria patri. Sed poſt pſalmum Miſerere, repetitur immediate, Aña. Aſperges me domine. Excepto etiam tempore paſchali, ſcilicet a Dominica paſche vſque ad pentecoſten: pro tempore cantatur communiter, Antiphona. Vidi aquam egredientem de templo a latere dextro, alleluia: ⁊ omnes ad quos peruenit aqua iſta, ſalui facti ſunt, ⁊ dicent, alleluia, alleluia. pſalꝫ. Cōfitemini domino quoniaꝫ bonus: quoniam in ſeculum miſericordia eius. ℣. Gloria patri.

Repetit antiphona. Vidi aquā. In octaua vero pentecoſt. reſumitur. Aſperges me dñe. Finitis antiphonis ſupradicto modo ſacerdos qui aſperſit aquam reuerſus ad altare ante gradus altaris ſtans dicat. ℣. Oſtēde nobis domine miſericordiam tuam. Tempore paſchali additur, Alleluia. ℟. Et ſalutare tuum da nobis. ℣. Domine exaudi orationē meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dominus vobiſcuꝫ. ℟. Et cum ſpiritu tuo. Oratio.

Exaudi nos, domine ſancte, pater omnipotens, eterne deus: ⁊ mittere digneris ſanctuꝫ angelum

angelum tuum de celis, qui cuſtodiat, foueat, protegat, viſitet, atque defendat omnes habitantes in hoc habitaculo. Per Chriſtū dominum noſtrum. ℟. Amen.

¶ Benedictio agni paſchalis.

℣. Adiutorium noſtrum in nomine domini. ℟. Qui fecit celū ⁊ terram. ℣. Dominus vobiſcū. ℟. Et cum ſpiritu tuo.

Deus, qui per famulum tuum Moyſen, in liberatione populi tui de Aegypto agnū occidi iuſſiſti in ſimilitudinem domini noſtri Jeſu Chriſti, ⁊ vtroſque poſtes domorum de ſanguine huius agni perungi precepiſti: ita bene✠dicere ⁊ ſancti✠ficare digneris hanc creaturam carnis, quam nos famuli tui ad laudem tuam ſumere deſideramus: per reſurrectionem domini noſtri Jeſu Chriſti. Qui tecum viuit ⁊ regnat in ſecula ſeculorum. ℟. Amen. Et mox aſpergatur aqua benedicta.

¶ Benedictio panis.

℣. Adiutoriū noſtrū in nomine dñi. ℟. Qui fecit celum ⁊ terrā. ℣. Dñs vobiſcū. ℟. Et cū ſpi.

Domine Jeſu Chriſte, panis angelorū, panis viuus ⁊ eterne vite, bene✠dicere dignare panem iſtum, ſicut benedixiſti quinq; panes in deſerto: vt omnes ex eo digne guſtantes, inde corporis ⁊ anime deſiderabilē percipiant ſanitatem. Per Chriſtum dñm noſtrum. ℟. Amen.

Aſpergatur aqua benedicta.

¶ Benedictio nouorum fructuū.

℣. Adiutorium noſtrum in nomine domini. ℟. Qui fecit celum ⁊ terram. ℣. Dominus vobiſcū. ℟. Et cum ſpiritu tuo.

Bene✠dic domine hūc nouum fructū✠, ⁊ preſta: vt qui ex eo in tuo ſācto nomine veſcetur, corporis ⁊ anime ſalute potiatur. Per dominum noſtrū. Et aſpergatur aqua benedicta.

¶ Benedictio ad quodcunq; eſt comeſtibile.

℣. Adiutorium noſtrū in nomine domini. ℟. Qui fecit celum ⁊ terram. ℣. Dominus vobiſcū. ℟. Et cum ſpiritu tuo.

Bene✠dic domine creaturam iſtā✠, vt ſit remediū ſalutare generi humano: ⁊ preſta per inuocationem ſancti nominis tui: vt quicunque ex ea ſumpſerint, corporis ſanitatem, ⁊ anime tutelam accipiant. Per dominum noſtrum. Aſpergat id cum aqua benedicta.

¶ Benedictio candelarum.

℣. Adiutorium noſtrū in nomine domini. ℟. Qui fecit celum ⁊ terram. ℣. Dominus vobiſcū. ℟. Et cum ſpiritu tuo.

Domine Jeſu Chriſte fili dei viui, bene✠dic candelas iſtas ſupplicationibus noſtris: infunde

infunde eis domine per virtutem ſancte cru ✠ cis benedictionem celeſtem, qui eas ad repellendas tenebras humano generi tribuiſti: talemque benedictionem ſignaculo ſancte cru ✠ cis accipiant, vt quibuſcūq; locis accenſe ſiue poſite fuerint, diſcedant principes tenebrarum, ⁊ contremiſcant, ⁊ fugiant pauidi cum omnibus miniſtris ſuis ab habitationibus illis: nec preſumāt amplius inquietare aut moleſtare ſeruientes tibi omnipotenti deo. Qui viuis ⁊ regnas ⁊c. Poſtmodum aſpergantur aqua benedicta.

Benedictio loci.

℣. Adiutorium noſtrum in nomine domini. ℟. Qui fecit celum ⁊ terram. ℣. Dominus vobiſcū. ℟. Et cum ſpiritu tuo.

Bene ✠ dic dn̄e deus omnipotens locum iſtū, vt ſit in eo ſanitas, caſtitas, victoria, virtus, humilitas, bonitas, ⁊ manſuetudo, plenitudo legis, ⁊ gratiarum actio, deo patri ⁊ filio ⁊ ſpiritui ſancto: ⁊ hec benedictio maneat ſuper hunc locum, ⁊ ſuper habitantes in eo. Per Chriſtum dominū noſtrū. ℟. Amen. Aſpergatur aqua benedicta.

Benedictio domus noue.

℣. Adiutorium noſtrum in nomine domini. ℟. Qui fecit celum ⁊ terram. ℣. Dominus vobiſcū. ℟. Et cum ſpiritu tuo.

Te deum patrem omnipotentē ſuppliciter exoramus pro hac domo, ⁊ pro eius habitatoribus ac rebus: vt eam bene ✠ dicere, ⁊ ſanctificare, ac bonis omnibus ampliare digneris. Tribue eis domine de rore celi abundantiā, ⁊ de pinguedine terre vite ſubſtantiam. ⁊ deſideria voti eorum ad effectum tue miſerationis perducas. Ad introitū ergo noſtrū bene ✠ dicere ⁊ ſanctificare dignare hanc domum, ſicut benedicere dignatus es domum Abraham, Iſaac, ⁊ Iacob: ⁊ intra parietes domus iſtius, angeli tue lucis inhabitēt, eamque, ⁊ eius habitatores cuſtodiant. Per Chriſtū dominum noſtrū. ℟. Amē. Aſpergat aqua bn̄dicta.

Benedictio thalami.

℣. Adiutoriū noſtrum in nomine domini. ℟. Qui fecit celum ⁊ terram. ℣. Dominus vobiſcū. ℟. Et cum ſpiritu tuo.

Bene ✠ dic domine thalamum hunc: ⁊ omnes habitantes in eo, in tua pace conſiſtāt, ⁊ in tua voluntate permaneant, ⁊ ſeneſcant, ⁊ multiplicentur in longitudine dierum. Per Chriſtum dominū noſtrū. ℟. Amen. Poſtea aſpergat thalamū aqua benedicta.

Benedictio noue nauis.

℣. Adiutorium noſtrum in nomine domini. ℟. Qui fecit celum ⁊ ter-

⁊ terraʒ. ℣. Dominus vobiſcū. ℟. Et cum ſpiritu tuo.

Propitiare domine ſupplicationibus noſtris, ⁊ bene✠dic nauiʒ iſtam dextera tua ſancta, ⁊ omnes qui in ea vehentur, ſicut dignatus es benedicere arcam Noe ambulantē in diluuio. Porrige eis domine dexteram tuam, ſicut porrexiſti beato Petro ambulanti ſupra mare: ⁊ mitte ſanctum angelum tuum de cęlis, qui liberet ⁊ cuſtodiat eam ſemper a periculis vniuerſis, cuʒ omnibus quę in ea erunt: ⁊ famulos tuos, repulſis aduerſitatibus, portu ſemper curſuqʒ tranquillo tuearis, trāſactiſqʒ riteque perfectis negotijs omnibus iterato tēpore ad propria cum omni gaudio reuocare digneris. Per dominum noſtrum Jeſum Chriſtū filium tuum, qui tecum viuit ⁊ regnat in vnitate ſpiritus ſancti deus, per omnia ſecula ſeculorum. ℟. Amen.

Aſpergit nauiʒ aqua benedicta.

¶ Benedictio ſacerdotalium indumentorum in genere.

℣. Adiutorium noſtrum in nomine domini. ℟. Qui fecit cęlum ⁊ terram. ℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo.

Oremus. Oratio.

Omnipotēs ſempiterne deus, qui per Moyſen famulum tuum pontificalia ⁊ ſacerdotalia atque leuitica veſtimenta, ad explendum miniſterium eorum in conſpectu tuo ad honorem ⁊ decorem nominis tui fieri decreuiſti: adeſto propitius inuocationibus noſtris: ⁊ hęc indumenta ſacerdotalia deſuper irrigante gratia tua ingenti benedictione per noſtrę humilitatis ſeruitutē purifi✠care, bene✠dicere, ⁊ conſe✠crare digneris: vt diuinis cultibus ⁊ ſacris myſterijs apta ⁊ benedicta exiſtant: hiſque ſacris veſtibus pontifices, ſacerdotes, ſeu leuitę tui induti, ab omnibus impulſionibus ſeu tentationibus malignorum ſpirituum muniti ⁊ defenſi eſſe mereantur: tuiſque myſterijs apte ⁊ condigne ſeruire ⁊ inhęrere, atque in his tibi placite ⁊ deuote perſeuerare tribue. Per Chriſtum dominum noſtrum. ℟. Amen. Alia oratio.

Deus, inuictę virtutis auctor, ⁊ omnium reruʒ creator ac ſanctificator: intende propitius preces noſtras: ⁊ hęc indumenta leuiticę ⁊ ſacerdotalis glorię, miniſtris tuis fruenda, tuo ore proprio bene✠dicere, conſe✠crare, ⁊ ſancti✠ficare digneris: omneſque eis vtentes, tuis myſterijs aptos, ⁊ ibi in eis deuote ⁊ amabiliter ſeruientes, gratos effici concedas. Per dominum noſtrum Jeſum Chriſtū filiumq

filium tuum. Oremus.

Domine deus omnipotẽs, qui veſtimenta pontificibus, ſacerdotibus, & leuitis, in vſum tabernaculi fœderis neceſſaria, Moyſen famulum tuum agere iuſſiſti, eumque ſpiritu ſapientiæ ad id peragendum repleuiſti: hæc veſtimenta in vſum & cultum myſterij tui ſancti ✠ ficare, bene ✠ dicere, & conſe ✠ crare digneris: atque miniſtros altaris tui, qui ea induerint, ſeptiformis ſpiritus gratia dignanter repleri, atque caſtitatis ſtola beata facias cum bonorum fructu operum miniſterij congruentis immortalitate veſtiri. Per Chriſtum dominum noſtrum. ℟. Amen.

Deinde aſpergit ipſa indumenta aqua benedicta.

F I N I S.

Series chartarum.

a b c d e f A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z, AA BB CC DD EE FF GG HH II KK LL MM NN OO PP QQ RR SS.

Omnes ſunt Quaterniones, præter a & f, terniones.

R O M AE,

In ædibus Popli Romani Anno Domini M.D.LXXVIII.



gle

2-2-3

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google